Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
30 K
5
C. 83
Digitized by Google

Digitized by Google

ATTENDITE VNIVERSI POPVLI DOLOREM MEVM THREN. I

HISTORIA
ADMIRANDA
DE
IESV CHRISTI STIGMATIBVS SACRÆ SINDONI IMPRESSIS,

AB ALPHONSO PALEOTO Archiepiſcopo II. Bononienſi explicata.

Figuris æneis, Quæſtionibus, Contemplationibus, & Meditationibus piiſſimis illuſtrata.

Cum vniuerſa Paſſionis ſerie, myſteriis, & ſacratiſſimæ Virginis Deiparæ agonibus, vt latius pagina verſa docet.

AVCTORE
R. P. F. DANIELE MALLONIO
Diuinarum Literarum Bononiæ publico Profeſſore.

FACIEM MEAM VIDERE NON POTERIS EXOD. 33.

POSTERIORA MEA VIDEBIS EXOD. 33

Cum priuilegio Archiducum.

DVACI.
EX TYPOGRAPHIA BALTAZARIS BELLERI.
M.D.CVII.

AD USUM
FR. A. BENTIV.
SUÆQ. COMMUN.

IESV CHRISTI
CRVCIFIXI
STIGMATA
SACRÆ SINDONI
IMPRESSA.

AB ALPHONSO PALEOTO
ARCHIEPISCOPO II. BONONIENSI
EXPLICATA.

MELLIFLVIS ELVCIDATIONIBVS, vt rerum copia vberi ampliſſimis, ita Hiſtoriarum varietate priſcæ vetuſtatis multiplici, & erudita Sacrarum Scripturarum enucleatione conditis, quibus Vniuerſæ CHRISTI Seruatoris noſtri acerbiſſimæ Paſſionis ſeries, eiuſdemque Myſteria, necnon SACERRIMÆ VIRGINIS DEIPARÆ Agones declarantur, ad vberrimos CONTEMPLATIONIS fructus hauriendos mirificè accommodata.

QVAM PLVRIMIS QVAESTIONIBVS vt valde pijs, ita & a nemine in præſens vſq; pertractatis, necnon ÆNEIS ICONIBVS *res ipſas oculis apprimè ſubijcientibus exornata: adeò vt Liber hic verè aureus non ſolum ijs qui pijs* MEDITATIONIBVS *cor ſuum Diuini amoris igniculis accendere ſatagunt, ſed etiam Diuini verbi præconibus, & curæ animarum prepoſitis, & rerum antiquarum candidatis ſummoperè vtilis, & neceſſarius futurus ſit.*

AVCTORE
F. DANIELE MALLONIO
Sac Congreg. Hieronymianæ, in Celeberrimo Bonon. Gymnaſio Diuinarum Literarum publico interprete.

Adiectus eſt Index quintuplex, Capitum, Quæſtionum, Auctorum, locorum Sacræ Scripturæ, & Rerum memoria, & notatione dignarum.

AD USUM
FR.A. BENTIV.
SUÆQ.COMMUN.

Digitized by Google

Vulnerum feneſtras ſubintra, ibi inuenies, & accipies medicinam curatiuam, reſtauratiuam, conſeruatiuam, & præſeruatiuam. Ibi quæcunque delicata electuaria anima tua petierit, ſume tibi. Ecce apertus eſt theſaurus diuinæ ſapientiæ, & ſuauitatis æternæ. Intra vulnerum aperturam, & gratis cum ſumma delectatione delitias ſuauiſsimas obtinebis.

S. Bonauentura.

SANCTISSIMO PATRI, ET D. N. PAVLO V. PONT. OPT. MAX.

F. DANIEL MALLONIVS P. F. P.

HÆC eſt vita æterna Beatiſſime Pater, vt cognoſcamus Deum Patrem; & quem pro nobis miſit IESVM CHRISTVM Filium ſuum, quem vnicum, & hunc pro nobis crucifixum ſcire volebat Apoſtolus. Quare Chriſtus Seruator noſter, etſi hoc perpetuò, & ſua prædicatione, & rebus præclarè, ac mirabiliter geſtis effecit, vt ſua à nobis vera Deitas, vera item agnoſceretur humanitas; in id tamen potiſſimùm incubuit, vt paſſionis ſuæ notitiam nobis altiùs commendaret. Ideò diſceſſurus à nobis, penitùs non diſceſſit à nobis: viuus nobiſcum, inuiſibilis tamen in ſacroſanctæ Euchariſtiæ Sacramento, quo paſſionis ipſius memoria recolitur, perpetuò

Ioan. cap. 17.

1. Cor. c. 2.

Digitized by Google

voluit permanere. Neque tanto amoris erga nos ſui monumento contentus, aliud quoque ſuæ erga nos pietatis pignus nobis relinquere voluit, inanimem ſui corporis effigiem, quam ſacroſanctæ Sindoni mortuus impreſſit, in qua veluti in luc idiſſimo ſpeculo ipſius paſſionis acerbitas cerneretur. Hoc illud ſudarium eſt, quod poſitum fuit ſu-
Ioan. cap. 20. per caput IESV, quod Chriſtus non atramento, ſed proprio ſuo cruore ſignauit. Hoc ſignum eſt fœderis inter ip- Geneſ. c. 9.
ſum, & eccleſiam quam ſuo ſibi ſanguine deſponſauit Hoc ſudarium illud eſt, quod poſt Chriſti Seruatoris reſurrectio-
Ioan. cap. 20. nem Ioannes magno planè myſterio vidit, non cum cæteris poſitum; ſed ſeorſum inuolutum in vnum locum, de quo multo ante tempore Ioachimus Abbas prædixerat, non Lib. 1. Pſalterij diſt. 2.
eſſe explicandum niſi in illum diem quem Dominus ipſe conſtituit. Quid mirum, ſi tamdiu inuolutum, inexplica-
Luc. cap. 12. tumque permanſit? At verò quoniam Chriſtus Dominus ignem venit mittere in terram, quid aliud vult, niſi vt ar-
Luc. c. 8. deat? nemo enim accendit lucernam, & ponit eam ſub modio; ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus. Ideò ALPHONSI PALEOTI eruditiſſimi pariter ac pientiſſimi Archiepiſcopi Bononienſis cor excitauit, vt ad ſpiritualem ædificationem gregis ſibi Diuina diſpenſatione commiſſi, eiuſdem S. Sindonis explicationem aggrederetur, quã etiam feliciter abſoluit. At pientiſſimi paſtoris ſpem, & Operis pietas, & piorum fidelium ardens in Chriſtum zelus vicit. Aureus enim hic liber, iam longè, latèque per vniuerſam Italiam percurrit, tot, tantoſque in fidelium cordibus fructus profert, quot, quantoſque qui librum piè legerint in ſeipſis quotidie experiuntur. At verò, quoniam Crucis myſterium,


ac paſ-

Digitized by Google

ac paſſionum IESV CHRISTI abundantia, breui volu- *Rom. 8.*
mine perſtringi non potuit; ideò ego diuina illa pollicitatio-
Eccleſ. c. 24. ne excitus, qua vitam æternam ijs qui ipſum elucidauerint
pollicetur, hanc meam partem ratus ſum, vt cum Apoſtolo *Eccleſ. c. 2.*
1. Cor. c. 2. nihil ſciam niſi IESVM CHRISTVM, & hunc pro no-
bis crucifixum. Quare in eiuſdem ſacroſanctæ Sindonis ex-
plicationem, Elucidationes edere decreui, quibus ſacratiſſi-
mæ paſſionis Chriſti myſteria, Crucis gloria, Chriſti vul-
nera, ſitus, magnitudo, ſpineæ coronæ ſertum, flagellatio-
nis acerbitas, aliaque permulta, quæ accurata ſacræ Sindonis
contemplatio exhibet, quantum Deus ipſe donaſſet explica-
rentur. Iamque felici omine ſub prælo ſudabat Opus, cum
Paulus V. ad ſummi Pontificatus apicem aſſumptus, vidui-
tatem Eccleſiæ lugentis exhilarat. Sacrum tempus, felix dies,
quo tantus Vrbi, atque Orbi affulſit Pontifex. Sub Aſcen-
ſionis IESV CHRISTI feſtum, diebus qui rogando al-
tiſſimo Patre luminum ſacrati ſunt, Paulus V. vniuerſæ Ec-
cleſiæ Epiſcopus Dei benignitate conceditur. Rogatus Deus
talem Eccleſiæ Paſtorem præfecit. Cauſis fidei Te B. P.
præfecerat Chriſtus, in paucis fidelem inuenit, ſupra multa *Matth. c. 25.*
te conſtituit, in fidei ſede collocauit. Vicarium Petri fidelem
expertus erat Chriſtus, Vicarium non amplius Petri, ſed
ſuum Vicarium elegit, inſtituit, ſacrauit. Pium hoc Opus,
in quo gloria Paſſionis IESV CHRISTI, & Crucis my-
ſterium fulget, tibi Beatiſſime Pater dicandum cenſui, vt
ab eodem IESV CHRISTO, cuius vices geris in terris,
felicia ſacri tui Pontificatus primordia, & perennem felici-
tatem tibi deprecarer.


Digitized by Google

TORCVLAR CALCAVI.



Digitized by Google

SOLVS. ISAI. LXIII.



Digitized by Google

IESV CHRISTI
SANGVINE REDEMPTIS
LECTORIBVS,
AVCTOR OPERIS FELICITATEM
ET PACEM BONAM.

Tobiæ c. 12.

SACRAMENTVM *regis abſcondere bonum eſt, opera autem Dei prædicare, & reuelare honorificum. In primis verò ſublime illud heroicæ pietatis opus, quod adeò omnem humanum captum, intelligentiamq; tranſcendit, vt de illo dictum à Deo per Habacuc a multis intelligatur; Opus operor in vobis quod non credetur cũ narrabitur. Hoc illud opus eſt, quo Pater æternus, vt ſeruum redimiret, filium ſuum vnigenitum tradidit. Hoc illud opus eſt, Hoc quod Dauid confeſſionem, & magnificentiam appellauit. Opus enim redemptionis noſtræ magnificentia charitatis fuit, qua nulla maior, nulla ardentior: cum Chriſtus non ſolum animam ſuam poſuerit pro amicis; ſed etiam pro inimicis. Ideò redemptionis noſtræ opus vt magnificentia plenum eſt, ita etiam confeſſione dignum eſt; vt ſumma cum laude, & gratiarum actione recolatur à nobis. At verò adeò abundant paſſiones Chriſti in nobis, vt vix agnoſci à nobis poſſint omnia quæ Chriſtus egit, paßúſue eſt pro nobis: vt meritò quoddam Hieronymi circumferatur elogium, Quæ Chriſtus pro nobis paſſus eſt, nunquam plenè cognoſcentur, niſi cum Dominus in fine mundi adueniens vniuerſæ paſſionis ſuæ ſummam, rationemque manifeſtabit. Hoc ego maximè verum credo: licet enim nihil apud fideles in toto terrarum orbe Chriſti paſſione notius ſit; plurimæ tamen paſſionis eiuſdem circumſtantiæ; rationes, ac myſteria, adhuc nobis ignota ſunt. Plurimas ex ijs ſacroſancta Sindon cui Chriſtus poſt mortem à ſacerrima virgine, ac pientiſſimis viris Ioſepho, ac Nicodemo inuolutus, in tumulumque collocatus eſt, nobis reuelat: hæc enim* IESV CHRISTI *effigiem quatenus nobis in hac vita degentibus contueri fas eſt, ſacroſancta eiuſdem ſtigmata, excarnificationes, liuores, cicatricum magnitudinem, numerum, ſitum exhibet, vt ex deuotè contuentium oculis lachrymas eliciat, ex corde dolorem, ex vultu mœſtitiam. Quod & in alijs animaduertere conſueui,*

Habacuc c. 1.

Pſal. 110.

Rom. 8.

Ioan. cap. 19.

conſueui, & in me ipſo experiri afferre non grauabor. Equidem vt ſacroſancta Sindonis, ex verò prototypo excepta effigiem conſpexi; ita mente conſternatus ſum, ita dolui, ita elangui, ita emarcui, vt velut alter Daniel dolore quaſi in terram collapſus ſim. Et licet Chriſti paſſiones innumerabiles nouerim, Chriſtum tamen ita dirè tractatum, vt ſacroſancta Sindon oſtendit, vix vnquam opinatus eſſem. O quam, dicebam tunc, abundant Chriſti paſſiones in nobis! Verè opus operatus eſt, quod vix credetur cum narrabitur. Ecce quomodo non eſt illi ſpecies neque decor; verè morte turpiſſima condemnatus eſt. Ecce virum dolorum, & ſcientem infirmitatem. Eximiam diuinæ benignitatis largitionem mihi factam agnoui, vt IESV CHRISTI paſſiones è clariſſimo Chriſtiferæ Sindonis ſpeculo contueri poſſem. Efferbuit in me ſpiritus meus, vt quæ in ſacratiſſimo ſanctæ Sindonis ærario conſpexiſſem, eadem ad ſpiritualem fidelium ædificationem alijs referrem, ne veluti ſeruus nequam, talentum mihi creditum in terram viderer abſcondere. Cum verò aureum illum librum pari pietate atque eruditione ab Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſimo Domino, D. ALPHONSO PALEOTO conſcriptum, opera R. P. M. LAVRENTII DE ARRIGHIS latinitate donatum vidiſſem, quo libro pientiſſimus paſtor optima, atque exactiſſima methodo, ſacroſanctæ Sindonis explicationem ita proſecutus fuit, vt ſingularum partium corporis Chriſti quatenus clareſcunt è Sindone vulnera, dolores declararit, cenſui ab eius ordine ac ſtylo ne latum quidem vnguem diſcedere; ſed quæ eruditiſſimo Opuſculo addi poſſent, preſſo ſtylo proſequi. Ideò quæ in ſacroſanctæ Sindonis effigie conſpexiſſem, eadem conatus ſum Scriptorum auctoritatibus confirmare. Quare omnes libros quos de Chriſti paſſione habere potui, diligenter euolui, vt ex auctorum catalogo, quem paulo infra ſubijciam, conſpicere poteris. Neque verò id me mouit, quod aliquos commouere ſolet; vt claſſicorum tantum auctorum ſententias referant, inferioris claſſis auctores reſpuant, teſtimonia ſpernant. Ego verò eximia illa Scripturarum oracula perpendens, Confiteor tibi Domine Pater cœli, & terra, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis, ita Pater, quoniam ſic placitum eſt ante te, Ad quem ego faciam verba mea, niſi ad humilem corde, & trementem verba oris mei? & quod eximia operum ſuorum magnalia ſimplicibus corde quibus Spiritus ſanctus inhabitat, & quos in ſolitudinem ducit, & ad quorum cor loquitur Deus, manifeſtat. Ideò multorum piorum auctorum teſtimonia, reuelationes, ſententias vt pias attuli, eorum ſententias vt pias & à Catholica Eccleſia conſenſu non diſſidentes amaui, non quod tanti nominis; ſed quod tantæ pietatis eſſent. In primis verò glorioſæ Brigittæ teſtimonia plurima retuli, eius enim reuelationes a Bonifacio IX. Summo Pontifice approbatas, & à fel. record. Mart. V. confirmatas in eorum bullis agnoui. Opus igitur hoc ad ſpiritualem animarum refectionem, & ædificationem ſic, vtcumque constructum, æqui bonique facias, Chriſtiane lector, & ſi quid in eo nactus fueris, quod laude dignum videatur, id à Deo Opt. Max. a quo omne datum optimum,

Dan. cap. 10. Rom. 8. Habacuc 1. Eſaiæ 53. Eſaiæ 53. Matth. c. 25. Matth. c. 11. Eſ. cap. 66. Oſee cap. 2.

† 5 & omne

& omne bonum perfectum eſt, agnoſcas, eique gratias agas: ſi quid verò minus rectè dictum inuenias, hoc meæ tenuitati abſcribas: ita enim benignum imploro lectorem, vt liberum non ſubterfugiam correctorem: atque hæc mea tota merces ſit, vt qui hoc ex Opuſculo ad ſpiritualem animi ædificationem fructus aliquos ſe percepiſſe cognouerit, apud clementiſſimum miſericordiarum Patrem pro me preces fundat. Vale.

QVALIS DEBEAT ESSE, QVI AD HOC OPVS LEGENDVM ACCESSERIT,

ET DE RATIONE LEGENDI HVIVS OPERIS.

SCITE admodum prudenterque à Platone addubitatum fuiſſe auctor eſt Ariſtoteles: Vtrumne ab initijs, an ad initia via eſſet, perinde atque in ſtadio à numerarijs ne ad metam an è contrario. Obſcuræ dubitationis, atq; ænigmatis inſtar caliginem excuſſit Ariſtoteles, docens, Qualis debeat eſſe animus eius qui ſeſe ad moralia præcepta audienda, vel legenda contulerit: an talis debeat eſſe, vt omnis ciuilis diſciplinæ expers, ad ea capeſcenda feſtinet, eius enim ad initia via erit: an talis ciuilibus etiam diſciplinis imbutus ad grauiora moralium præcepta audienda aut legenda maturet, eius enim ab initijs via erit. Arcendum à mortalibus eum monuit Ariſtoteles, cuius ad initia, non autem ab initijs via eſſet, neque enim fieri poterit, vt qui moribus excultus non fuerit, de honeſtis ac iuſtis, atque in vniuerſum de ciuili re conuenienter ſit auditurus. Ideò iuuenis ciuilis auditor idoneus eſſe non poteſt, cum imperitus actionum vitæ ſit, ex quibus & de quibus rationes conficiuntur. Hæc Ariſtoteles. Ex ijs facilè nobis erit innuere, qualis, quóue affectu præditus eius debeat eſſe animus, qui ſeſe ad Opus hoc noſtrum legendum obtulerit. Cum enim hoc in

1. Eth. c. 4. *1. Eth. c. 3.*

opere

Digitized by Google

opere ea tradantur quæ Chriſtus propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, pro nobis aut egit, aut eſt paſſus, ideò de ſumma pietate, atque flagrantiſſima charitate Opus hoc noſtrum eſt. Non ad initia, ſed ab initijs lectoris via ſit neceſſe eſt: Iuuenem ab audiendis moralium præceptis cauendum cenſuit Ariſtoteles, ſiue iuuenis ætate, ſiue moribus iuuenilibus ſit; nos verò etſi nullos arcemus, eos tamen optamus lectores, quorum, etſi iuuenes ſint ætate, cani tamen ſint ſenſus, in quibus pietatis ſint ſenſus, & quorum animi incendijs charitatis exæſtuant. A Canticis canticorum lectitandis depulſos olim fuiſſe Iudæros, qui quadrageſimum ætatis annum non attigiſſent, auctor eſt Origenes. De Vaticinij Ezechielis exordio, de Geneſeos initio, arceri ſolitos eos qui ſacerdotalem annum trigeſimum non expleſſent, idem docuit Hieronymus, quod ad tanta myſteria capeſcenda minus exculti eorum animi cenſerentur, quorum ſenſus quadraginta, aut ſaltem triginta annorum maturitate non canuiſſent. Quantus igitur animi ſenſus, quanta pectoris maturitas, quanta cordis pietas in eo deſiderabitur, qui ex hoc Opere vberrimos pietatis fructus percepturus acceſſerit? Vt igitur maiore cum fructu Opus hoc quiſque legat, obſeruet neceſſe eſt, hoc vnico volumine duo opera contineri, alterum Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſimi Domini, D. ALPHONSI PALEOTI Archiepiſcopi Bononienſis, quod Explicatio ſanctæ Sindonis inſcribitur; alterum Fratris DANIELIS MALLONII, quod IESV CHRISTI crucifixi Stigmata inſcribitur. Vtrumque Opus eiſdem de rebus agit, primum preſſius, ſecundum longè exactius. Primi operis capita multis numerorum notis inſignita perſpicies. In ſecundi operis capitibus, eaſdem numerorum notas inuenies. Has vbi inueneris, prius ea lectitato quæ à pientiſſimo Antiſtite tradita ſunt, mox ea perlegito, quæ fuſius in ſecundo Opere noſtro elucidata perſpicies. Vale.

1. Eth. c. 3.

Hom. 1. in Cant.

Proœm. in Ezech.

OPERIS

Digitized by Google

OPERIS TOTIVS ARGVMENTVM.

VNIVERSVM hoc Opus viginti, & vno capitibus continetur. In quibus vniuerſæ paſſionis IESV CHRISTI ſeries, necnon ſacra vulnera, percuſſiones, & plagæ ſingulis corporis partibus inflictæ, quatenus eluceſcunt è Sindone, accommodatiſſimis Prophetarum vaticinijs, ſcripturarum oraculis, ac Sanctorum Patrum teſtimonijs, miro ordine explicantur.

De munda Sindone cui IESV CHRISTI *corpus fuit inuolutum, quæ eiuſdem corporis, & plagarum effigiem excepit.* Cap. 1.

De ſacra Sindonis hiſtoria, vbi poſt Chriſti reſurrectionẽ aſſeruata fuerit, & quomodo ad potentiſſimos Sabaudiæ Duces fuerit deportata, deque præcipuis eius miraculis. Cap. 2.

De CHRISTI IESV *magnitudine, pulchritudine, plagiſque præcipuis.* Cap. 3.

De Cruce. Cap. 4.

De Flagellatione. Cap. 5.

De Crucis ſupplicio, & titulo. Cap. 6.

De plagis in plantas pedum IESV CHRISTI *illatis.* Cap. 7.

De Coxarum, ac tibiarum, in poſteriori parte plagis. Cap. 8.

De horribili lumborum plaga, & qualem Chriſto cruciatum intulerit. Cap. 9.

De horrendis plagis Chriſti dorſo, tam ex flagellatione, quàm ex Crucis baiulatione exceptis. Cap. 10.

De Capillis capitis IESV *conuulſis, ac ſanguine irrigatis.* Cap. 11.

De ſpinea corona, eiuſque myſterijs. Cap. 12.

De ſpineæ coronæ figura, alijſque regijs ornamentis, quibus Chriſto illuſum fuit. Cap. 13.

De ſacroſanctæ faciei percuſſionibus, liuoribus, contumelijs, barbæque conuulſione. Cap. 14.

De ſacri pectoris, ac brachiorum plagis. Cap. 15.

De ſacrarum manuum vulneribus. Cap. 16.

De plagis ventris. Cap. 17.

De coxarum ac tibiarum anterioribus plagis. Cap. 18.

De beatorum pedum plagis. Cap. 19.

De lateris precioſo vulnere, eiuſque effectibus. Cap. 20.

De Lancea Domini, & myſterijs mortis IESV. Cap. 21.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
QVÆSTIONVM
QVÆ IN HOC VOLVMINE
DECLARANTVR.

CVR Chriſtus corporis ſui effigiem S. Sindoni impreſſerit. 8 a

Cur eandem ſanguine ſuo ſignare voluerit 8 a

Quot annis mũdus durauerit. 11. b

Cur adeo ieiunè paſſionis Chriſti ſeriem Euangeliſtæ ſcripſerint. 12 a

Quale fuerit ſudarium poſitum ſuper caput IESV. 13. b

Chriſtus cur, & quomodo ſudarium pinxerit. 14. b

Quis fuerit ille Ioſeph qui petijt, & obtinuit corpus IESV à Pilato. 17. b

Quis fuerit Nicodemus qui Chriſti corpus ſepulturæ mandauit. 18. b

Sacra Sindon vbi ſpatio annorum 1023. ſeruata fuerit 30. b

Cur Sindon in medijs ignibus conſtituta non conflagrauit. 37. a

Magnitudo corporis Chriſti quanta fuerit. 47. b

Ex quo ligno Crux Chriſto fabricata fuerit. 62. b

An literæ quibus modo vtuntur Hebræi, ſint eędem cum antiquioribus literis hebreis 68. a

Quot flagellorum ictibus Chriſtus cæſus ſit. 9. a b

Quomodo Chriſtus columnæ fuerit alligatus. 91. a

Qualis fuerit illa columna cui Chriſtus alligatus flagellis cæſus eſt, altane an humilis. 92. a

Quoties Chriſtus flagellatus fuerit. 94. a

Quot fuerint miniſtri Chriſtum flagellantes. 95. b

Quibus flagellis Chriſtus flagellatus ſit. pag. 96 a

Quam dura atque acerba fuerit Chriſti flagellatio. 98. b

Cur Chriſtus tam acerba flagellatione voluerit flagellari. 102. a

Qualis fuerit ea Crux cui Chriſtus affixus eſt 110. a

Cur triplici idiomate titulus ſcriptus fuerit. 113. b

Cur titulus primo Hebraico, mox Græco, tertiò Latino idiomate ſit ſcriptus. pag. 114. a

Titulus qualiter Cruci hæſerit. 115. a

Tituli inſcriptio qualis. 115. b

Vtrum duobus latronibus titulus appoſitus fuerit 116. b

An Chriſtus erectæ in altum, an humi coextenſæ cruci ſit affixus. 118. b

Cur Chriſtus ſub Crucis pondere prolapſus ſit. 157. b

Quænam fuerit formula ſententiæ à Pilato in Chriſtum prolatæ. 165 a

Quo idiomate ſententia à Pilato in Chriſtum prolata fuerit. 166. a

Cur Pilatus ſententiam mortis in Chriſtum laturus manus lauerit. 166. b

Quis fuerit Pilatus. 167. b

Quænam

Quænam Pilati ſententiam fuerint ſubſcꝛipta. 169. b
Quam longa fuerit via Chriſti à prætorio, vſque ad Caluariæ montem pag. 170. b
Vtrum Chriſtus à Pilati domo vſque ad Caluariæ montem Crucem ſemper geſtarit, aut ſolus, aut cum Simone Cyrenæo 171. a
Quomodo Simon Cyrenæus crucem portarit poſt Iesvm. 171 b
An Chriſtus Pilati iuſſu ſpinis ſit coronatus. 192. b
An ſpinea corona fuerit è iuncis marinis, an verè ex ſpinis. 193 b
Cur Chriſtus ſpinis coronari voluerit. 201. b
Cur barbæ euulſio magno vertatur opprobrio. 223. b
An comam vel barbam radere viro liceat. 226. a
Quis ſit pennatus ſol. 252 a. b
Quomodo dictum Apoſtoli Heb 9. cohæreat cum ijs quæ dicuntur 3. Reg. 8. 254. b
Quomodo ſcire potuerit Apoſtolus in arca Dei eſſe vrnam manuę, & virgam Moyſis. pag. 255 b
Cur Deus in arca cum manna virgam, & legem recludi voluerit. 256 b
An Chriſtus poſt reſurrectionem veras plagas retinuerit, an ſolum cicatrices. pag. 278. a
Cur Chriſtus poſt reſurrectionem vulnera retinuerit. 279 b
Montes quãdo facti fuerint, an in diluuio, an ante diluuium. 287. a
An B. V. ſpaſmum verè paſſa ſit, & qualem. 294 b
Feneſtræ obliquæ antiquitus quæ dicerentur. 291. a
Arbor vitæ vtrum homines à morte præſeruare potuerit æterno tempore. pag. 314 a
Arbor vitæ an eam vim naturaliter habuerit. 314 b
Vngula quale inſtrumentum cruciarium eſſet. 326 b
Cur mulieres ex adulterio concipientes filios maritis ſuis ſimiles pariant. pag. 330 a
Cur pregnantes fœminæ maculas illis partibus appingant, quas poſt validum appetitum primò tetigerint. 331. a
Vtrum Chriſtus nudipes vel calceatus inceſſerit. 337. b
Qualis futura ſit Maieſtas Chriſti, cum ad iudicandum venerit. 344. a
Quomodo omnis oculus videre debeat Chriſtum cum ad iudicandum venerit. 345 a
Vtrum Chriſtus tribus an quatuor clauis cruci fuerit affixus 349. b
Cur Chriſtus pedes ſuos duris clauis transfigi voluerit. 358. a. b
Cur Chriſtus fieno equi clauum inſeri voluerit. 362 b
Quid de alijs clauis Dominicis factum fuerit. 363. a
Quid cenſendum ſit de clauis, qui in varijs reliquiarijs aſſeruantur tanquam Dominici ibidem.
Lanceæ ictus an multiplex, & an lateri dextro, an ſiniſtro illatus fuerit. pag. 371. b
An coſta Adæ ex qua formata fuit Eua, deſumpta fuerit ex latere dextro Adæ, an ex ſiniſtro. 372. a
Vulnus lateris an vnicum fuerit, an multiplex, & vbi inflictum. 375. a
Lanceæ ictus an Chriſto adhuc viuo an illatus verè mortuo fuerit. 375. b
Cur lancea dicatur dira, cum lignum Crucis & claui dicantur dulces. 377 a
Cur Chriſtus ſibi potius mortuo, quam viuenti pectus effodi maluerit. 377. a
Cur Chriſtus non ex oſſe, ſed ſanguine & aqua Eccleſiam fabricare maluerit. 381. a
Cur Chriſtus ex ſuo corpore Eccleſiam fabricare voluerit. 381 a
Quomodo mortuo Chriſto ſanguis effluere potuerit. 382 b
Cur Chriſtus potius ex lateris, quam ex manuum, vel pedum vulneribus ſacra menta prodire voluerit. 386. b
An Salomon dicens, vulnerasti cor meum ſoror mea ſponſa, in perſona Chriſti dixerit Chriſti cor lancea vulnerandũ, & an cor Chriſti lancea transfixum ſit. pag. 390 b
Cur Chriſtus cor ſuum perforari voluerit. 391. a
Cur cum ex multorum martyrum vulneribus,

Digitized by Google

bus, non ſanguis, ſed lac profluxerit; ex Chriſti vulneribus non lac, ſed ſanguis & aqua profluxerit. 394. b

Cur Chriſtus in circuncisione, flagellatione, coronatione, crucifixione, ſolum ſanguinem emiſerit, ex lateris vulnere aquam cum ſanguine effundere voluerit. pag. 345. a

Vtrum verus ſanguis, & vera aqua ex Chriſti latere fluxerit. 395 a

Quomodo in pectore Chriſti vera aqua reperiri potuerit. 397. a

Sanguis e cadauere an naturaliter fluat. pag. 397 b

Quomodo ex Chriſti latere cum ſanguine etiam aqua profluxerit. 398. b

Quomodo Chriſtus dicatur veniſſe per aquam & ſanguinem. 400. a

Cur Chriſtus moriens exclamauit conſummatum eſt. 402. b

Chriſtus cur caput inclinans ſpiritum exiſerit 404. b

Cur Chriſtus moriturus caput verſus occidentem inflexerit. 406. b

Cur Chriſtus ſibi crura frangi noluerit 417 a

Cur Sanctos Martyres contra quos feræ, flammæ, venenum, præcipitia ac reliqua ſupplicia præualere non poterant, ferrum abſumeret. 418. a

Quis fuerit ille miles qui lancea Chriſti latus aperuit; an fuerit Longinus, & quis fuerit hic Longinus 418. b

Latrones cum Chriſto crucifixi qui fuerint. pag 420.

Cur ictus lanceæ Saluatoris lateri inflictus fuerit. 422. a

INDEX AVCTORVM QVIBVS IN HOC OPERE VSI SVMVS.

A.

ABBAS Vſpergenſis
Ægeſippus
Ælius Spartianus
Albertus Magnus
Albinus
Albumazar
S. Alexander Papa I.
Alexander de Ales
Alexander ab Alexandro
Aloyſius Frois
Alfonſus de Caſtro
Alphonſus Toſtatus
Alphonſus Ciacconus
Alphonſus Villiegas
S Ambroſius
Ammianus Marcellinus
Ammonius Alexandrinus
Anaſtaſius Bibliothecarius
Anaſtaſius Synaita
Andreas Baccius
Andreas Veſalius
Andreas Arethas
S. Anſelmus
Ansbertus
S. Antoninus
Antonius Ghiſſandus
Antonius Gallonius
Antonius Franciſcus Mainerius
Appianus
Apuleius
Archidiaconus
Ariſtoteles
Arnobius ſenior
Arnobius iunior
Arthemidorus
Aſcanius Martinengus
Aſterius Amaleæ Epiſc.
S. Atha-

Digitized by Google

S. Athanaſius
Athanaſius diſcipulus
Aurelius Serranus
Auicenna
S. Auguſtinus
Auguſtinus Eugubinus.

B.

BAYPHIVS
Bartholus à Salignato
Bartholomæus Medina
Bartholomæus Caſſanæus
S. Baſilius
Baſilius Ancyranus
Beda
Benauidius
Benedictus Peretius
S. Bernardus
Bernardus Breidembachius
Bernardinus Buſtus
Biblia ſacra
S. Brigitta
Blaſius Viegas
S. Bonauentura
Borchardus
Budæus

C.

CALISTRATVS
Cæſar Baronius Cardin.
Cæſar Calderarius
Cœlius Rhodiginus
Cœlius Pannonius
Carolus Bouillus
Carolus Sigonius
Caſſiodorus
Chriſtianus Adricomius
Chriſtophorus Vertuchinus
Cicero
S. Clemens Romanus Papa I.
Clemens V.
Clemens VI.
Clemens Alexandrinus
Claudius Bambergenſis
Claudius Guillaudus.
Concilium Nicænum I.
Conc. Nicænum II.
Concilium Florentinum
Concilium Tridentinum
Concilium Romanum ſub Syluest.
Concilium Conſtantinopolitanum
Conradus Brunus
Conradus Klingius
Cornelius Tacitus
Cornelius Scultinghius
Cornelius Ianſenius
S. Cyrillus Hieroſolimitanus
S. Cyrillus Alexandrinus
S. Cyprianus.

D.

S. DAMASVS Papa I.
Daniel Barbarus
Didacus Couarruuias
Didacus Stella
S. Dydimus
S. Dionyſius Areopagita
Dionyſius Carthuſianus
Dionyſius Halicarnaſſæus
Diodorus Siculus
Dioſcorides
Dion hiſtoricus.

E.

S. EPHREM
Euagrius
Eucherius
Eugenius Papa IV.
Euthymius Zigabonus
Euſtratius
S. Euſebius Papa I.
Euſebius Cæſarienſis
Euſebius Emiſſenus
Euclides Megarenſis
Epiſtola P. Lentuli ad Tybetium Imp.
Epiſtola Pōtij Pilati ad Tyberium Imp.
Epiſtola Alexandri Magni ad Ariſtotelem.
S. Epiphanius

F.

FIRMICVS.
Flauius Vopiſcus
Franciſcus Tolet. Cardin.
Franciſcus Petrarcha
Franciſcus Samarinus
Franciſcus Maurolicius
Franciſcus Syluius
Franciſcus Adornius
Franciſcus Suarez
Franciſcus Venierus
Franciſcus Cumel
Franciſcus Ribera
Franciſcus Georgius
Franciſcus Forerius
Frater Simplex
Fredericus Lumnius
S. Fulgentius.

G.

GABRIEL Biel
Gabriel Flamma
Gabriel Barrius
Gabriel Prateolus
Gabriel Paſcolus
Gabriel Barlheta
Gaſpar Loartes
S. Gaudentius
Geminianus
Genebrardus
S. Germanus
Gherardus Voſſius
Georgius Patriarcha Alexandrin.
Georgius Ederus
Georgius Agrippinas
Gloſſa Ordinaria
Gloſſa interlin.
Gloſſa ſac. Can.
Gottifredus Viterbienſis
S. Gregorius Magnus
S. Gregorius Nazianzenus
S. Gregorius Nyſſenus
Gregorius Presbyter
Gregorius Turonenſis
Guido Carmelita
Gulielmus Durantes
Gulielmus Tyrius
Gulielmus Pipinus.

H.

HADRIANVS Papa VI.

Hadrianus

Digitized by Google

Hadrianus Finus
Haimo
Haymonius
Herodianus
Herodotus
Henricus Glareanus
Heſychius
S. Hilarius
S. Hieronymus
Hieronymus ab Oleaſtro
Hieronymus Lauretus
Hieronymus Mercurialis
S Hyppolitus Martyr
Hiſtoria Tripartita
Horatius
Hoſtienſis
Hugo de S. Victore
Hugo de S Claro.

I.

IACOBVS Gretzerus
Iacobus de Valentia Epiſc. Chriſtopolit.
Iacobus de Vitriaco
Iacobus de Voragine
Iamblicus
S. Ignatius
Innocentius III.
Ioachimus Abbas Florenſis
S. Ioannes Chryſoſtomus
S. Ioannes Damaſcenus
S. Ioannes Caſſianus
Ioannes Rauiſius
Ioannes Montholonius
Ioannes Turrecremata
Ioannes Pineda
Ioannes Ferces
Ioannes Langus
Ioannes Eckius
Ioannes Aubanus Boemus
Ioannes Stobæus
Ioannes Zonaras
Ioannes Arboreus
Ioannes Maldonatus
Ioannes Stoflerinus
Ioannes Molanus
Ioannes Paſchaſius
Ioannes de Combis
Ioannes Ferus
Ioannes Aquilanus
Ioannes Naucletus
Ioannes Lucidus
Ioannes Cantacuzenus
Ioannes Antonius Panthera
Ioannes Iuſtus Lanſpergius
Ioannes Baptiſta Sigrucis
Ioannes Baptiſta Porta
Ioannes Baptiſta Egnatius
Ioannes Baptiſta Folengius
Iodocus Clictouæus
Ioſeph Flauius
S Irenæus
S. Iſidorus Archiepiſcopus Hiſpalenſis
Iſidorus Peluſiota
Iſidorus Moſconius
Iulius Syrenius
Iulius II.
Iulius Cæſar Scaliger
Iulius Maternus
Iulius à Salignaro
S. Iuſtinus Martyr
Iuſtinus Hiſtoricus
Iuſtus Lipſius
Iuuencus Presbyter
Iuo Carnotenſis.

L.

LACTANTIVS Firmianus
Lampridius
B. Laurentius Iuſtinianus
S. Leo Papa I.
Leo Papa IV.
Lilius Giraldus
Lodulphus
Lucanus
Lucianus Presbyter Anthiochenſis
Lucianus
Ludouicus Viues
Ludouicus Granatenſis.

M.

M. Antonius Sabellicus
M. Antonius Vlmus
Macrobius
Maffeius regius
Manuſcripta antiqua
Marianus Scotus
Marcellus Empyricus
Marcus Marinus
Matthias Doringhius
Mattheus Palmerius
Mattheus Steenbergius
S Martialis
Martialis
Marſilius Ficinus
S Maximus
S. Melchiades Papa I.
Mercurius Triſmegiſtus
Menologion
Methodius
Michael Palacius
Minucius Felix
Moyſes Barcephas.

N.

NICEPHORVS Caliſtus
Nicephorus Gregoras
Nicephorus Monachus
Nicætas Serrorius
Nicolaus de Lyra
Nicolaus Mongeorgius
Nicolaus Eymericus
Nonnius.

O.

ONKELOS
Onuphrius Panuinus
Origenes
Orus Apollo
Oecumenius
Ouidius.

P.

S. PAVLINVS Nolanus
Paulus Æmilius
Paulus Oroſius
Paulus Diaconus
Paulus Gryſaldus
Paulus Robertus
Paulus Manucius
Paulus Iouius
Paulus Burgonius
Panormitanus
S. Petrus Chryſologus

Petrus

Digitized by Google

Petrus Crinitus
Petrus Meſſias
Petrus Bellonius
Petrus Gaieſinius
Petrus Galatinus
B Petrus Damianus
Petrus Lombardus
Petrus Potens
Petrus de Natalibus
Peteſius Aiala
Perſius
Pierius Valerianus
Philippus Diez
Phylbertus Pingonius
Phylo Iudæus
Pius II.
Philaſtrius Epiſcopus Brixienſis
Plautus
Plato
Plinius
Plutarchus
P Lentulus
Polybius
Polychronius
Primaſius
Procopius
S. Proſper Aquitanicus
Prudentius
Ptolemeus.

Q.

QVINTVS Curtius
Quintilianus.

R.

RABANVS
Raphael Volaterranus
S. Remigius
Remigius Antiſiodorenſis
Richardus de Sancto Victore
Robertus Aquinas
Robertus Bellarminus Cardinalis
Ruffinus
Rupertus Abbas
Rutilius Benzonius.

S.

SALVSTIVS
Sanctes Pagninus
Scholiaſtes Pentatheuc.
Sedulius
Seneca
Silius Italicus
Sillius Creta
Septuaginta Interp.
S. Sylueſter Papa I.
Sylueſter Prierius
Syluanus Mallius
Simon de Caſſia
Simon Metaphraſtes
Socrates
Sophocles
Soſicrates
Sozomenus
Strabo
Suetonius
Suidas
Supplementum Chronicorum
Sybillæ.

T.

TERENTIVS
Tertullianus
Theocritus
Theodoricus hiſtoricus
Theodoretus Epiſcopus Cyri
Theodorus Catanenſis
Theophylactus
S Thomas Aquinas
Thomas Caietanus
Thomas Trutillus
Thomas Boſius
Thomas Garzonius
Thomas Beauxamis
Titus Liuius.

V.

VALERIVS Maximus
Varro
Veranius
Velſerus
Vegetius
S. Vincentius
Virgilius
Vitruuius
Vlyſſes Aldrouandus
Vlpianus
Wolphangus Lazius.

X.

XISTVS IV.
Xiſtus V.
Xiſtus Senenſis.

IN LIBRVM
REVERENDI PATRIS
CAROLI BIZONIS.

DVm paruo ALPHONSVS celebrat conſcripta libello
  Stigmata diuinis Sindone picta modis.
Concelebrat DANIEL diſcrimina triſtia lætæ
  Mortis, & exiguo in codice multa refert.
Certat vterque ardens CHRISTI deſcribere pœnas,
  Quodque tulit vulnus, vulnera quæque dedit.
Quis victor, vel victus erit? cui laurea frontem
  Cinget? habet voti præmia vterque ſui.

Ad Lectorem eiuſdem.

SI cupis, O Lector, CHRISTVM tormenta ferentem
  Cernere, & illius viſere mente necem:
Accipe MALLONII clarum mira arte libellum,
  Qui cuncta effuſo tincta cruore refert.
Quæ tulit, hic memorat, mortali in corpore CHRISTVS,
  Ipſi quæque manus ſanguinolenta dedit.
Ergo, quid plures inſudas voluere libros?
  Omnia cum hoc vno, det tibi docta manus.

Ad libri Auctorem eiuſdem.

DVm cunctis DANIEL memoras crudelia CHRISTI
  Verbera, fel, clauos, vulnera, ſputa, crucem,
Atque piæ nobis referas myſteria mortis;
  Diuinum, calamo, ad ſydera tollis opus.
At nos, qui tanto lætamur honore, feremus
  Iam dignum cœlo nomen ad aſtra tuum.

Eiuſdem, Aliud.

VVLNERA commemoras DANIEL, & vulnera ſanas,
  Qui legere hæc parcit, non mihi ſanus erit.

Digitized by Google

REVERENDI P. HENRICI SOLIS
AD AVCTOREM LIBRI.

Pandis ſi Christi, *ſi Pauli dogmata pandis,*
Et quicquid vatum concio ſacra canit,
Miratur, quidni miretur? Felſina tantum
Vnde tibi eloquium, tantus in ore lepos.
Si veterum pariter pandis monumenta Sophorum,
Muſæum muſæ diceris eſſe modo.
Iure ergo te adeat pubes generoſa Magiſtrum,
Malloni, *hinc tibi adeſt gloria, magnus honos.*

AD FRATREM
DANIELEM MALLONIVM,
F. HYACINTHI MALLONII.

QVÆ patuere olim crudeli vulnera ferro,
Hæc Daniel calamo nunc patuere tuo:
Non eadē manus eſt, eadem ſunt vulnera, trux eſt
Altera, tacta pio eſt altera amore manus.
Vulnera ſed medicas irrorant vtraque guttas,
Quæque rubent ferro, quæque nigrant calamo.
Hæc lege, & illa vide, paribus ditabere gemmis,
Si, fas eſt raro cernere, ſæpè leges.

AD ILLVSTRISSIMVM
ET REVERENDISSIMVM
ALPHONSVM PALEOTVM
ARCHIEPISC. BONONIENSEM.
F. HYACINTHI MALLONII.

DVM *narras* Christi *rorantia ſanguine membra,*
In lachrymas ſoluis me Paleote *pias.*
Sic gemini currunt diuerſa ab origine fontes;
Hic albet, minio ſanguinis ille rubet:
Hic animo, ille oculis riuo fluit ortus amaro,
Sed dum confuſa eſt, dulcior vnda mea.

Ergo

Digitized by Google

Ergo oculi dulcis per te ſunt vena; libello
Debebunt oculi, quot Paleote *tuo?*

Eiuſdem ad Auctorem libri.

DVm Daniel Christi *myſteria pandis in Orbe;*
Egregium pandis nomen in Orbe tuum.
Hæc nam dum viuet (viuet per ſæcula) fama,
Te quoque docta virum fama per ora feret.

F. IOANNIS BAPTISTÆ RIGHINI,

AD LIBRVM.

PErge opus, & pennis luſtra plaudentibus orbē,
Atque tui reſera vela opulenta ſinus.
Pande crucem, vexilla Dei, mortiſque triumphum:
Quæq; ſalus hominum Christvs acerba tulit.
Stigmata narrabis tua quæ ſint ſtemmata, vitam
Dumque feres orbi, tu quoque viue diu.

BARTHOLOMÆI GASPARINI

AD LECTOREM.

PErlege *lector opus, diuinum ſpirat amorem,*
Si quæ te retrahunt, omnia vincet amor.
Indignatur amor ſpretus ſi corde requiris,
Hic nihil eſt quod non præſtet amarus amor.

R. P. HIERONYMI ALLE,

AD AVCTOREM.

INgenium ſacro doctrinæ lumine famam
Poſcit, ſed virtus relligioſa negat.
Eſt quid agam, dixit Daniel, tibi culta dicabo
Ingenium, nec mens relligioſa cadet;
Quære tibi ſtudio nomen memorabile: Sindon
Me teget, & tantum detrahet vrna decus.

Decipit an Virtus? fama haud cumulabitur vrna,
Optata ingenij luce fruetur honos:
Funereus (mirare magis) te cinget amictus
Sindonis, & funebri in Sindone viuus eris.

F. DANIELI MALLONIO
F. F. Societatis IESV.

CHRISTI *quina tuis dum perlego* STIGMATA *libris,*
Mens mea ſtat ſacris ebria fluminibus.
Nectare me paſcis doctrinæ, vulnere CHRISTVS;
Sic datur è gemino fonte leuare ſitim.
His modò delitijs paſcor, modo paſcor ab illis;
Et quibus hic mea mens exſaturetur, habet.
Sed tamen vt vel ab his, vel vt exſaturetur ab illis,
Et tuus hic liber, & STIGMATA *ſacra negant.*
Sic quæ ſiue tuo, ſeu CHRISTI *fonte bibuntur,*
Quo plus ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ.

Ad Lectorem eiuſdem.

QVI *legis hîc* CHRISTI *tot* STIGMATA, *ſymbola Mortis;*
Hîc eadem Vitæ ſymbola certa legis.
Nam quæ diuinos ſpirabat Vita per artus,
Qua parte ablata eſt, hac quoque parte data eſt.
Hæc duo, quæ arcanus liber hic myſteria pandit,
Perlege, & hæc Vitæ ſymbola crede tuæ.

FRA-

Digitized by Google

Frater Theophilvs Cavicchivs Sac. Monaſterij Sanctæ Mariæ Gratiarum Bononiæ Prior. Admodum R. P. M. Danieli Mallonio ſalutem. Aureum Opus quo Christi Domini Seruatoris noſtri paſſionis myſteria declarantur, non minus doctè quam piè te conſcripſiſſe cognouimus, quod cum ad fidelium animos diuini amoris incendio inflammandos plurimum valeat: ideò ad piorum conſolationem à quibus Opus hoc auidè expectari intelligimus, facultatem tibi præſentium tenore concedimus, vt præhabita quorum intereſt iuxta ſac. Indicis regulas poteſtate, præfatum Opus prælo ſubijcere valeas. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Dat. Bononiæ die 6. Nouemb. 1604.

Idem qui ſupra F. Theoph.

Nos Frater Petrvs Martir *Vrb. Inquiſit. Bonon. Sac. Theol Magiſt. Ordinis Prædicatorum, Vidimus quædam Commentaria, quibus vniuerſæ Chriſti paſſionis ſeries, eiuſque myſteria pari pietate Auctore R. P. M.* Daniele Mallonio *Hieronymianæ Congregationis, in Florentiſſimo Bonon. Gymnaſio ſacrarum literarum publicè interprete explicantur, & ea diligentia quam conceſſerunt continua ſancti officij negotia, illa perluſtrauimus, nihilq́; inuenimus, quod nos offenderet in his, quæ de Librorum impreſſione in Regulis noui Indicis habentur, & multa in eis percurrimus, quæ licet noua aliquibus videri poßint, cum in Sacris literis fundamentum firmum nullum extet, ea tamen à modernioribus, tanquam pia, & ad deuotionis ardorem excitantia, tradita fuerunt, quorum multa in Reuelationibus ſanctæ Brigittæ, oſtenſis, apparent ideò cenſemus vtilitatem ſpiritualem parere poſſe in animis pijs, ſi prælo mandentur.*

F. Petrvs Martir Vr. Inquiſit. qui ſupra.

Horum iudicio & cenſuræ ſubſcripſi, & denuo vtiliter recudi poſſe cenſui. Actum Duaci 4. Decembris 1606.

Georgivs Colvenerivs *S. Theol. Licent. & Profeſſor, librorum in Academia Duacena Viſitator.*

Digitized by Google

SVMMA PRIVILEGII.

Priuis SERENISS. ARCHIDVCVM, PRINCIPVM BELGICÆ, litteris ac lege cautum eſt, ne quis citra voluntatem BALTAZARIS BELLERI, TYPOGRAPHI DVACENSIS ſexennio proximo imprimat, vel alibi impreſſum in has ditiones importet, venalémue habeat librum, qui inſcribitur: *IESV CHRISTI Crucifixi Stigmata* &c. *ab* ALPHONSO PALEOTO *Archiepiſcopo II. Bononienſi explicata, Cum vniuerſa Paſſionis ſeriæ. myſterijs.* &c. *Authore* R. P. F. DANIELE MALLONIO &c. Qui ſecus faxit, confiſcatione librorum, & graui pœna mulctabitur, vt latiùs patet in litteris datis Bruxellæ XI. Ianuarij 1607.

Subſignat.

S. DE GRIMALDI.

EPI-

EPISTOLA NECESSARIO LEGENDA, AD PLENAM TOTIVS OPERIS NOTITIAM.

AB ALPHONSO PALEOTO ARCHIEPISCOPO

Ad vniuerſam ſuæ Diœceſis plebem conſcripta.

QVICVMQVE Dei nutu, ad alicuius gregis cuſtodiam Epiſcopali cum dignitate euocantur, ſuos habere theſauros debent; vt ad eoſdem velut ad caulas, confugere poſſint, pro regendis animabus ſibi creditis; teſtante in Canticis Salomone, quod eiuſdem Paſtores oporteat egredi, & abire poſt veſtigia gregum, iuxta tabernacula Paſtorum. Quocirca cum animaduertiſſem D. PETRONIVM Ciuitatis noſtræ Patronum, vt hunc populum ſuæ fidei commiſſum, in verò Sanctorum cultu, & in his, quæ ſeruator noſter duriſſima pro nobis perpeſſus eſt, aſſiduè meditandis, perpetuo conſeruaret. Primum collectas tot Sanctorum reliquias, atque pretioſis in vaſis collocatas, in Diui Stephani templo nobis reliquiſſe, vt cum debitum ipſi haberemus honorem, id promereri daretur, vt ope nobis ſua diuinam gratiam impetrarent. Deindè vt quæcumque acer-

Hæc ferè ex B. Laurentij Iuſtiniani orat. de S. Luca deprompta ſunt.

Cant. 1.

D. Petronius multas SS Reliquias Bononiam detulit.

Digitized by Google

biſſima CHRISTVS DEVS pro noſtra ſalute ſuſtinuit, in cordibus infixa noſtris diutiſſimè perdurarent, mandaſſe, vt eadem in Eccleſia conſtruerentur loca, Hieroſolymitanis conſimilia, nimirum illis, in quibus CHRISTVS ipſe tot ſupplicia pertulit; & illius Sepulchri veram expreſſiſſe formam. Ego, non tam Diuí iſtius Patroni ad exemplar, quam Cardinalis Paleoti, cui licet indignus ſuffectus fui, ad imitanda veſtigia, qui tot egregijs ingenij ſui monumentis, ad omnium noſtrum commodum euulgatis, quoad vixit, nunquam deſtitit nouis nos documentis, & inſtitutis, ad animarum ſalutem comparandam affabrè factis, ad vitam cœleſtem capeſſendam adhortari; mihimet expedire duxi, ne prætermitterem, nonnihil conſignare literis, quod amoris in vos mei apertiſſimum præ ſe ferret indicium: qui cum antea per multos annos collegerim ex diuerſis locis, & ijs quidem ſincera nominis fama notiſſimis, ſatis magnam ſanctarum reliquiarum copiam, ſuis locis appoſitè digeſtarum in meo ſacro Mauſolæo, quod Eccleſiæ noſtræ Metropolitanæ muneri iampridem obtuli, & ipſum in Paleotorum Sacello Deiparæ Virgini dicato collocari mandaui, quod quidem feliciter adeò mihi cecidit, tum quoad numerum, tum quoad ordinem, addam quoque ſplendorē, vt quod in Dei totum vertat laudem non diſſimulem, haud fucatam me capere voluptatem ob vtriuſque ſexus perſonarum illuc deuotionis cauſa vndequaque confluentium, frequentem ſanè numerum hoc tempore nolui ab eiuſdem Diui Patroni veſtigijs deflectere, vel in ea parte, in qua ingens deſiderium imprimendi in mentibus hominum Seruatoris ſæuiſſima tormenta noſtri, planè continetur; cum repræſentarit ille nobis formam ſepulchri, in quo conditum fuit eiuſdem corpus inuolutum ſacra Sindone, quam Ioſephus ab Arimathia mercatus fuerat: cumque apud nos nulla prorſus exſtaret memoria Sacræ iſtiuſmodi reliquiæ, in qua Paſſionis ipſius monumentum ad viuum exiſtit inſculptum, & in qua Sanctiſſimarum omnium illiuſmet plagarum veſtigia inſcripta apparent; ſtatui meo hoc præſertim labore, vt hæc Sacroſancta vulnera veſtris in cordibus intimiùs infixa permaneant; ea particulatim explicare, prout in prædicta Sindone ad viuum impreſſa conſpiciuntur, & cum Scriptura diuina, cum Prophetis, ac Patribus cuncta ſigillatim expendere. Quæ ſanè contemplatio non tam condecere, quàm neceſſaria videtur eſſe, cum Seruator noſter apud DD. Matthæum, & Lucam dixerit, oportere, vt ea implerentur omnia, quæ de illo in Lege Moyſis, in Prophetis, & in Pſalmis ſcripta fuerant. Ac vt Diuus Cyrillus ait, Ad confirmandam fidem noſtram pertinet, vt quicquid, vel minimum in

Seruato-

Marginalia: Collectio ſanctarum Reliqq. in Metropol. Bonon. Eccleſia. — D. Stephani templū Chriſti ſepulchri ad inſtar extructum. — S. Sindon verum totius Chriſti Domini paſſionis monumentum. — *Matth. c. 5.* — *Luc. vlt.* — *In Ioann. lib. 12. c. 32.*

Seruatoris noſtri paſſione contigit, illud exſtitiſſe verum, oraculis Prophetarum conuincatur. Quod quidem totum in hoc Opere à nobis obſeruatum fuiſſe conſtabit. At in primis aſtruamus opus eſt, cuiuſce virtutis id precioſi ſanguinis hac in Sindone fuerit; dicente præſertim Clem. VI. Pont. Max. Vnam tantummodo cruoris illius guttam ad vniuerſarum ſalutem ſufficere potuiſſe. Si quidem tantam in ſe virtutem habuit, vt ipſis etiam Angelis profuerit. D. Ioanne Euangeliſta dicente, Et ipſi vicerunt eum propter ſanguinem Agni. Quod quamquam de Sanctis Martyribus interpretari à pleriſque ſoleat, Hugo tamen ille Cardinalis, & alij nonnulli, ad Angelos hoc ipſum referunt, quod ſcilicet ab Agni ſanguine victoriam reportarint; quod explicari forte poſſet ita, vt diceremus, Homines illius virtute redemptos ea occupauiſſe loca, quæ Luciferi, ac ipſius ſectatorum ſcelere vacua remanſiſſent, & hoc illis modo profuiſſe. Niſi quorumdam ex interpretatione dicere malimus, Angelorum nomine ſignificari quicumque in Domini vinea ſeſe exerceant; & præcipuè Paſtores; qui apud Ioannem Apoſtolum in Apocalypſi vocitentur Angeli, qui potentiſſimum per huiuſmodi ſanguinem, teterrimum cum deſertoribus adminiſtris hoſtem profligent; & à grege longè profectò propulſent: quemadmodum ipſe quoque ad veſtrarum animarum ſalutem, glorioſam tandem de eodem victoriam me relaturum confido. Nec ſolum cœlo, terræque, ſed inferis etiam ſanguis iſte profuit. Et quamuis verè fateamur, nos neſcire, qua ratione, & Angelis, & animabus in Tartarum detruſis ſolatio fuerit; id tamen veriſſimum eſt, nos fateri oportere eiſdem profuiſſe; hoc idem Diuo Hieronymo in hunc modum teſtante. Scire non poſſumus, quomodo & Angelis profuerit, & his qui erant in inferno; & tamen quin non profuerit neſcire non poſſumus. Nihiloſecus, vt intellectus cupiditati quadam ex parte ſatisfaciamus, vtque internum excitemus affectum, ſicuti diximus de adiumento, quod per hunc ſanguinem Angelis allatum fuit; non diſſimili quoque ratione dici poſſet damnatos in Inferno puniri citra condignum, hoc eſt minore, quàm quæ infligi deberet illis pœna mulctari; ſicuti vulgo Theologi ſentiunt, & illud leuamenti ab huiuſce precioſiſſimi ſanguinis merito dimanare, & ipſis ita profuiſſe, affirmare valeamus. Excogitari quin etiam facilè poteſt, in eo damnatos iuuiſſe, quod effecerit, vt longè minor damnatorum numerus apud inferos cruciaretur; ſi tamen illud cum veritate conſentit, quod veriſſimum eſſe putatur; nimirum damnatorum quempiam cæteris ad inferna damnatis, accidentalem, quod aiunt, importare pœnam. Hinc eſt quod ille diues, qui in dies opiparè ſo-

Extrau. vnigen. de Pœnit. & Remiſſ.

Vnam Chriſti ſanguinis guttam ad totius vniuerſi ſalutem ſuffeciſſe.

Apoc. c. 12.

Vis ſanguinis Chriſti.

Patres Angeli dicuntur.

Apoc. c. 1. & 3.

Commen. in Epiſt. ad Epheſ.

Quæ Cōment. eſſe D. Hier. teſtantur Xiſtus Senenſ. lib. 4 Bibliot. Atq; Cornel. Scultingh. in Confeſſ. Hieronymiana.

Alb. Magn. lib. 7. compendij Theologici cap. 6.

Iul. Marcer. tract. 25. in Pſ. 50.

lebat epulari, Abraham parentem precabatur, vt Lazarum ſuos ad fratres commonefaciendos mitteret; ne in eandem Tartari pœnam præcipites agerentur. Quod tamen infelix ille fieri nolebat, vel impulſus amore fratrum, vel quod ipſis benè cuperet, etenim huiuſmodi affectiones in damnatos cadere nequeunt, ſed quod ſua permagni intererat, ne ſibi ſupplicia augeſcerent. Talem, tamque potentem ad noſtram ſalutem operandam amantiſſimus IESVS ſanguinem fudit; nec ſemel, aut parua cum effuſione; ſed quicquid cruoris in illo ſacroſancto corpore fuit, totum effudit; idque ſepties, veluti Diuus Bernardus obſeruauit, nimirum quando circumciſus eſt, quando in horto ſudore manauit; quando eidem colaphi in malas inflicti, quando corona in caput impacta; quando flagris cæſus; quando clauis confixus; denique quando vulnus in latus illatum. Neque ob aliam cauſam, niſi vt ſuam in nos ardentiſſimam Charitatem larga precioſiſſimi ſanguinis effuſione patefaceret; quæ tanta profectò fuit, vt Deo Patri vitam pro nobis exoluerit. Ac præterquam quod patientiæ nobis documenta præbuit, facilius etiam hoſte triumphato in cœlum conſcendendi cunctis iter aperuit. Quæ ſingula quilibet hominum diligenter ſecum reputare debebit, occaſione ab ſacra Sindone ſumpta; meditando numerum, & ſacroſanctarum formam plagarum, necnon abiectionis infimæ ſpeciem illam, quam Seruator in medio populorum præſe tulit, ab Hieremia multò ante deploratam, dicente. Abiectionem poſuiſti me in medio populi; quæ de CHRISTO paſſim explicari conſueuit. Veſtrum etiam quilibet vehementi ſpiritus cum ardore ſecum voluere debet, CHRISTVM DEVM iuſſiſſe, non ſolum ſalutares haſce plagas à Patriarchis prænuntiari, à Prophetis, quaſi depictas repræſentari, etiam à Patribus fuſius explicari; ſed has etiam ipſas non quidem ſcalpro, aut penicillo, ſed ſuiſmet manibus, pedibuſque, toto denique corpore; non minio, vel alio quouis colore, ſed proprio ſanguine in hoc ſacro linteo inſculptas adamuſſim deſignari curaſſe. Ad hæc conſiderabitis, Seruatorem idipſum ſpectaſſe, vt ab ijs, quos habet clariores, defixo oculorum obtutu eædem intimius inſpiciantur, ac ſpectentur. Nam diuinorum contemplatio mentes puriores, & candidiores efficit, & homines ab omni peccatorum labe conſeruat immunes: quod quidem Senior Arnobius perapptè demonſtrat: Quia proni ad culpas, inquit, & ad libidinis varios appetitus vitio ſimus infirmitatis ingenitæ; CHRISTVS patitur, ſe ſemper noſtris cogitationibus concipi; vt dum illum oramus, & mereri eius contendimus munera; accipiamus innocentiæ volun-

Tract. de Paſſ. cap. 36. & ſeq.

Chriſtus ſepties ſanguinem fudit.

Diuinorum contemplatio mentes puriores, ac candidiores efficit.

Lib. 1. diſputat. cont. gentes.

Digitized by Google

voluntatem, & ab omni nos labe delictorum omnium amputatione ſeruemus.

Cur hoc opus vernacula lingua conſcriptum. Cur in Latinam verſum.

CÆTERVM quamuis vernacula lingua totum iſtud prius explicauerimus, quò facilius etiam rudiores iſtiuſmodi ex opere noſtro, & fructum capere, & animum religioſè oblectare queant; hoc tamen tempore in latinam vertendum curauimus, & varia tum diuinæ Scripturæ loca, tum Patrum, & diuerſorum authorum teſtimonia latina produximus; quo doctiores etiam non minore iocunditate afficiantur, & parem vtilitatem referant. Addiderim prætereà, altiore conſilio id à nobis actitatum fuiſſe, ſcilicet, vt externis quoque populis, qui Italicè neſciunt charitate compulſi, vtcumque prodeſſe laboraremus. Ergo cum ſcirem, me nil preciofius animabus veſtris oblaturum fore, quam eiuſmodi plagas, atque cruorem, quo redemptæ, & ſanctificatæ ſunt; hanc ob cauſſam ſacram hanc Sindonem vobis ob oculos propono quoddam veluti ſpeculum, in quod dum attentiùs animum defixeritis; hoc de IESV D. N. precibus impetrare contendam; vt ille veſtris quoque in artubus hæc Stigmata perpetuò velit impreſſa.

VERVM enimuero niſi in hoc opere cuncta, vel ad Mathematicarum, vel ad aliarum contemplatiuarum diſciplinarum modum reſponderint, vt certis, ac fortiſſimis argumentis in primis niti videantur; illud conſideratione dignum eſſe monemus; non oportere cuncta ad viuum reſecare, eoque magis, quò fidelibus, pijſque viris hæc omnia ſcripſerimus; qui quidem viuido fidei ſpiritu, dū materiem, de qua diſſerimus, diligentiùs meditantur, totam quarumcunque rationum vim facilè eludunt.

Modus vtendi præſenti opere inter meditandum.

SED vt modum, quo ſinguli ad animæ ſalutem plurimum proficiant, exponamus; animaduertere oportebit, operis initio, paruum ſacræ Sindonis exemplar affixum fuiſſe, veræ quidem quàm ſimillimum; additis tamen quibuſdam circum circa per ſeriem literis, noſtro conſilio neceſſario deſeruientibus. Nam cum pius Lector vtriuſque partis exemplar inſpexerit, ex tot capitibus vnum ſibi contemplandum deſumere quiuerit, vſurus pijs meditationibus, ad cuiuſcumque capitis finem collocatis; ſeu alijs, prout illi Diuinum numen ſuggeſſerit; illudque diligenter attendet, in capitibus appoſitis cuique còrporis D. N. parti, Lectorem edoceri, vt antedictis ducibus notis ad exemplaris illam partem, de qua in eodem capite habetur oratio, per ſemetipſum confugiat. Cumque totum percurrerit opus; rurſus ad librum ab initio perlegendum reuerti poterit; vt Stigmata Seruatoris intimis infixa præcordijs, perpetuò geſtet.

IGI-

Hoc opus indicium amoris ſummi Authoris in ſuos populos.

IGITVR accipite Dilectiſſimi, exiguos hoſce labores meos, paruum velut indicium maximi in vos amoris mei; qui cum maiora dare nequeam, vos omnes mirandum in modum obſecro, vt veſtris ad Deum precibus mei meminiſſe velitis, adeò, vt huiuſmodi plagæ, certiſſima diuinæ charitatis pignora, tum mihi in pectore ad prouentum, tùm vobis ad auxilium in cordibus inſculptæ permaneant.

ALPHON-

Digitized by Google

ALPHONSI PALEOTI
ARCHIEPISCOPI II. BONONIENSIS.
SACRAE SINDONIS EXPLICATIO.

CHRISTVM *Dominum, de cruce depoſitum, Sindone inuolutum: in qua ſuam ipſius formam proprio impreſſiſſe ſanguine prius, quàm pretioſis oblitus vnguentis, manuſque colligata, & ſudarium ſupra faciem impoſitum fuiſſet. Cap. Primum.*

QVVM, 1. ſimus explicaturi ſacram Sindonem, qua CHRISTVS Dominus, vbi occubuiſſet, inuolutus eſt; 2. & in qua minutiores etiam plagas ſuomet cruore reliquit inſcriptas; 3. mirum fortaſſe cuipiam videbitur, nos rem nimis obſcuram explicandam ſumpſiſſe: quum ad hãc vſque diem, quod ſciamus, ſacratiſsimæ illius plagæ, in eadem inſculptæ, à nemine declaratę fuerint. 4. Cui ſanè admirationi cupienti occurrere mihi, id in primis eſt fatẽdum, me ſatis ſuperque nouiſſe, quàm difficilem prouinciam ſumpſerim; nec tantum meæ tenuitati confidere, vt onus ſpontè ſuſceptum examuſsim abſoluere me poſſe ſperem. 5. Illud autem vnum ſpecto, vt fidelium mentes ad contemplandam Seruatoris IESV CHRISTI paſsionem exſuſcitem; 6. atque vt hoc paruo velut initio, nutuque, quempiam pręſtãtioris gratię participem, & perſpicaciore ingenio donatum, vſque adeo inuitẽ, vt hanc Sindonis explicationem ad abſolutum finem perducat. Quod quidẽ à me ſummo deſiderio efflagitatur. Nec illud ſpei remoueri à me poteſt, quòd viderim, id ad hæc vſque tempora in tenebris delituiſſe, nec ab vllo prius explicatum fuiſſe; 7. quando ſuæ DEVS Eccleſię diuina prouidentia multa quotidie patefaciat, quæ præteritis temporibus illam latere voluit. Quod innuere Seruator voluit illis verbis; *Adhuc habeo multa vobis dicere: ſed non poteſtis portare modo.* Quod etiam ab D. Gregorio explicatum fuit, quum dixit: *Secundum incrementa tẽporum creuit ſcientia ſpiritualium patrum.* 8. Hinc eſt, quòd ſacrę litterę ſanctam Eccleſiam cum Luna comparare ſtuduerunt; quæ clarior in dies a *Luce Solis* efficitur. Quæ diuina ſane oracula, D. Ioanne Chryſoſtomo teſte, noluit DEVS aut Noemi, aut

Sindonẽ minutiores etiam plagas CHRISTI præ ſe ferre.

Authoris conſilium

Deum multa ex tempore reuelare.

Ioan. cap. 16.

Hom. 16. in Ezech.

Eccleſia Lunæ cõparata.

Digitized by Google

Abrahami,ſe l Moyſis ętate cōſcribi. 9. poſt exactos à Műdi creatione bis mille trecētos ,& ſeptuaginta annos. Nam, quum per figurarum notas ad ea tempora locutus eſſet,hoc illi tandem placuit,vt de ſcripto populos erudiret.Sic enim inquit: *Non Noe tempore,& Abraham,ſed Moyſis liber hic traditus eſt; & ſic poſt duo millia, trecentos, & ſeptuaginta annos à creatione mundi ;quia non per literas, ſed per res hominum* D E V S *naturam docere volebat.* Quin potius & ipſa diuina oracula,ſenſa quoque,ac myſteria , ſuapte natura humano intellectui ignota , in dies magis aperiuntur, prout diuinę maieſtati adriſerit .Hinc eſt,quod à D.Bonauentura tanquam inuolucris obducta nuncupatur ; & decem illis demonſtrata rebus dicitur . quæ Cherubinorum ſub alis intecta degebant; quum ait, *Sacra ſcriptura eſt velata; quod ſignificant illa decem, quæ velata ſunt ſub alis Cherubin.* 10. Sic pleraque de Seruatoris noſtri Paſsione myſteria ab Sanctis Euangeliſtis ſilentio prætermittuntur: quemadmodum Simon de Caſsia teſtatur. *Inter cætera* , inquit, *Euangelica ſcripta, quæ admiratione animum meum pulſant, hoc potiſsimum eſt, quòd tantum, & tanti hominis crucifixionis myſterium duntaxat ,omni ſerie prætermiſſa, edicitur factum; ſed non abſque occulto myſterio ! ita modus ab omnibus Euangeliſtis extitit intermiſſus.* 11. Non abſimili quoque modo multa Sanctorum corpora , diutius abſcondita , diuino conſilio, ſtatis temporibus in lucem prodire videmus. 12. Atque,vt hoc futurű credam, vel ob id inducor ; quòd Abbatem Ioachimum audiam dicentem: Sufficere nobis Sudarium inſpicere,quod Seruatoris ſupra faciem impoſitű fuit: at illud explicare non licere,niſi ea fortaſſe die, quam D E V S ipſe conſtituit . Hæc autem illius verba ſunt : *Satis eſt nobis videre Sudarium , quod fuit ſuper caput* I E S V: *explicare nobis illud non licet vſque forte ad illum diem, in quo Dominus explicandum conſtituit.* Quod huic ſacro linteo fortaſsis attribui poſſet ; quòd vulgo apud Allobroges ſacri appellatione ſudarij nuncupatur: nec ſolum ſupra Domini caput complicatum fuit ; ſed etiam ipſo totum corpus illud ſacratiſsimum iacuit inuolutum. Hæc autem de noſtro conſilio dicta ſufficiant.

Homil. 9. ad populum Antiochen. tit. de ſuperſt.

In Pſal. 146.

Pleraq; de C H R I S T I Paſsione myſteria ab Euangeliſtis ſilētio prætermiſſa.

De Paſſ. Dom. lib. 13.c.105.

Pſalter. lib. 1 diſt. 8.in fine.

13 Atqui ,vt inde ſumamus initium, de quo mihi differendum propoſui;diligenter illud eſt obſeruandum, Pulchrè inter Euangeliſtas conuenire; quòd, quű Seruator noſter nudus in Crucem ſublatus eſſet;poſt ipſius obitum Ioſephus ab Arimathia,diſcipulus eiuſdem occultus ,à Pilato corpus impetraſſet;ac ob maiorem illiuſmet decorem,& reuerentiam, vt obtectum efferretur, linteű mercatus eſſet, quo ſtatim de cruce depoſitű inuoluit. Hoc D. Matthæus animaduertit c. 27. *Accepto*,inquit, *corpore, inuoluit illud Sindone.* Tum D.Lucas c.23. *& depoſitum inuoluit Sindone.* D.quoq; Marcus c.15. *Ioſeph autē mercatus eſt Sindonem; & deponens eū inuoluit in Sindone.* Quum igitur Sancti Euāgeliſtæ affirmarint, I E S V M C H R I S T V M ,de cruce depoſitum,Sindone inuolutum exſtitiſſe, de quo etiam & Vincentius Hiſtoricus; & Iuuencus Poëta,pertractant; Planè colligitur,quòd, licet ipſum Myrrha , & Aloe, & alijs pretioſis vnguentis delibutum condierint. 14 Vt Hebræorum conſuetudinem, apud Ægyptios etiam, & Syrios antiquiſſimam , ſeruarent , quam antiquitus obſeruatam, ex ſacra Geneſi manifeſtè deprehenditur, quum Ioſephus mortuum parentem Iacobum humaturus , ſeruis præcepit, vt illius cadauer aromatibus,& vnguentis delinirent: *Præcepit*, inquit, *ſeruis ſuis medicis , vt aromatibus condirent patrem.* Eandem quoque conſuetudinem D. Gregorius teſtatur; *Corpora mortuorum*, ait, *myrrha condiri ſolent, ne putreſcant*. Et præter ipſum, alij item nonnulli,vt Alexander ab Alexandro, & Ioannes Rauiſius,hoc idem confirmant. 15. Quamuis, inquam, ſacratiſsimű corpus illud vnguentis oblitum adeò fuerit, & ipſi colligatæ manus,pedeſque fuerint; & ſudarium capiti impoſitum ; hæc tamen omnia haud impedire potuerunt facta iam in Sin-

Ioſephum Sindonē fuiſſe mercatum.

Mos condiendi cadauera vetuſtiſſimus.

Spec. hiſt. lib. 7. c. 48.

Euangel. hiſt. lib. 4.

Cap. 50.

L b 3. Genial. dier. c. 2.

Sup. Cāt. c. 1.

Offic. de vario in humandi ritu.

in Sindone totius corporis veſtigia, vbi de Cruce depoſitum; & inuolutum Sindone, ad ſepulchrum dilatum exſtitit: quo tempore eadem faciei, corporis, & plagarum impreſſa fuit illa forma, quæ in Sindone manifeſta apparet; D. Auguſtino teſtante, quòd, quamuis Ioſephus ſacrum corpus illud Sindone inuoluiſſet; non tamen ob id intelligere prohibemur, quin noua quoque lintea à Nicodemo ſuperinducta fuerint, vti Sudarium, quod ſuper caput imponebant, & faſcię, quibus totum corpus conſtringebant. Quocirca, licet vnica Sindon exſtiterit; veriſsimè tamen dici poteſt, illum linteis deligatum fuiſſe; quòd Latini lintea vocent, quæcunque lino ſunt intertexta. Hæc autem propria D. Doctoris verba *Licet Ioſeph inuoluerit in Sindone, propterea non prohibetur intelligere, quòd & alia lintea poſtea addita fuerint à Nicodemo, videlicet Sudarium, quod capiti adhibebatur, & inſitæ, quibus totum corpus alligatum eſt. Vnde, etſi vna Sindon ibi fuit, veriſsimè dici potuit; Ligauerunt eum linteis. lintea quippe generaliter dicuntur, quæ lino texuntur.* Idem Hugo Cardinalis habet: Et Cornelius Ianſenius hiſce verbis clarè demonſtrat. *Ioſeph depoſuit de Cruce Dominum; deinde depoſitum inuoluit Sindone munda: tum illum ſic inuolutum poſuit in monumento: & poſtea Nicodemus vncto corpore Domini, linteis illud ligans, poſuit ſic ligatum, & vnctum in ſepulchrum.* Hæc autem ſacra Sindon in præſentiarum apud Auguſtam Taurinorum viſitur; magna ſanè cum deuotione, ac pietate, nec non ſplendore, qualem Sereniſsimum Allobrogum Ducem cumprimis decet, adſeruata. 16. Quare merito quidem credamus, fas eſt, CHRISTVM Dominum, & præteritis annis, & futuris quoque temporibus ad honorem ſuæ Sindonis vrbem illam tum ſeruaſſe, tum ſeruaturum fore. Non enim id ſacroſanctæ picturæ illiuſmodi generis eſt, cuiuſmodi Ialyzi imaginem à Protogene in Rhodiorum mœnibus depictam, exſtitiſſe legimus; ob quam Demetrius Rex ab illius vrbis incendio ſe continuit; quemadmodum Plutarchus refert: *Demetrius obſidens Rhodum precibus Rhodiorum pepercit imagini Ialyzi à Protogene mira arte depictæ*, & Plinius. *Rhodum non incendit Rex Demetrius, expugnator cognominatus, ne tabulam Protogenis cremaret, à parte ea muri locatam.*

De conſenſu Euangeliſt. lib. 3 cap. 23.

In Io. cap. 19.

Concord. Euangel. c. 144.

Sindonẽ Auguſtæ Taurinorum magna cum reuerentia ſeruari.

in Demet.

Lib. 11. c. 38.

17 Cæterum, vt ad finem huiuſce capitis, pia cum aliqua. 18 ac fructuoſa meditatione deueniamus, illud excogitari poteſt, quòd, cum in Iſaia legamus Angelos interrogaſſe Dominum; *Quare rubrum eſt veſtimentum tuum*; & in Apocalypſi; *Et veſtitus erat veſte adſperſa ſanguine*; & inſuper Zachariam prophetico ſpiritu vidiſſe per noctem hominem aſcendentem in equum rubrum; ideoque dixiſſe; *Vidi per noctem, & ecce vir aſcendens ſuper equum rufum*. Quæ quidem omnia ad humanitatem Seruatoris, ſanguine conſperſam, referuntur; veluti Patres omnes vnito conſenſu interpretantur. Nos certe, vnde Angeli in cœlo mirabantur, inde nedum in admirationem, ſed etiam in deuotionem rapi, conſentaneum fuerit; quòd Seruator hanc ſanguinis adſperſionem iſti ſacrę Sindoni communicatam voluerit; quæ illius eſt indumentum rubrum, illius proprio cruore delibutum: & in eiuſmodi erumpere verba. O CHRISTE Seruator, Quare rubrum tuum iſtud indumentum? 19 Mox cum beatiſsima Virgine conſociantes obtutum, dolorum eiuſdem 20. conſortes ſimus, quos quidem nullos in partu perpeſſa fuit; vt D. Damaſcenus ait: ſed in illius paſsione duriſsimos experta eſt, ipſum denuo parturiẽs, laceratis materna miſeratione viſceribus. Sic enim inquit ille: *Dolores partus, quos effugit pariens; illos tempore paſsionis ſuſtinuit, ex materna compaſſione viſcerum, reparturiens lacerum.* Quamobrem de eadem cum Hieremia merito dici poterat: *Anguſtiæ, & dolores tenuerunt eam, quaſi parturientem.*

Cap. 63.

Cap. 19.

Cap. 1.

Vaticinia de CHRISTI humanitate ſanguine conſperſa.

De fid. orthod. lib. 4. c. 15.

Cap. 49.

Dolores MARIAE Virgin. in Paſſione CHRISTI.

FRATRIS DANIELIS MALLONII IN SACROSANCTAM SINDONEM ELVCIDATIONES.

In Caput Primum.

1. Cor. 2. Prou. 8. Baruc. 3.

SApientiam loquimur in myſterio abſcõditam, hæc eſt autem ſapientia cunctis opibus precioſiſſimis melior, quę non eſt viſa in Theman, nec audita in terra Chanaam; vt nihil ſciamus niſi Iesvm Christvm, & hunc pro nobis crucifixum. Sapientia enim in myſterio abſcondita eſt: Christvs Iesvs pro nobis crucifixus, nouo quodam, atque ſublimi ſacroſanctæ Sindonis myſterio obuolutus, & abſconditus: myſterium enim, & illud quidem maximum, Chriſtifera Sindon fuit. Si enim myſterium altum quoddam diuinumque arcanum eſt, cur in ſacroſancta Sindone myſterium non agnoſcemus ampliſsimum: quippe, quæ occulta quædam maximéque recondita ſacratiſsimę Paſsionis Chriſti arcana, veluti ſacro ſignaculo clauſa, contineat. Sacra autẽ Sindon myſteriũ fuit abſconditum: nam ferè vſque ad annos Chriſti 1458. ita abſcondita, ita recondita fuit; vt aut nulla eius notitia haberi videretur, aut ſaltem intra paucos homines, diuina ſic diſponente clemẽtia, contineretur. Tandem autem quæ diuinæ pietatis eſt prouidentia, non ſolum cælitus eſt reuelata, ſed plurimis, iiſdemque ampliſsimis eſt condecorata miraculis; Quorum virtute factum eſt, vt ſanctiſſima Sindon, quæ Redemptionis noſtræ pretium, Chriſtique paſsionis veſtigia conſeruabat, maximo in pretio, ſummaque in veneratione apud Sereniſsimos Pientiſsimoſque Sabaudiæ gentis Principes haberetur; quippe, qui eam nõ ſolum argentea capſa religioſè condiderunt, ſed etiam, quę illorum Principum eſt erga res ſacras pietas, magnificentiſsimam capellam, quę poſtea ſummorum Pont. conceſsione ſancta eſt appellata, conſtruxerunt; in qua Chriſtiferam Sindonem argentea capſa recõditam collocarunt. Verùm, etſi ſancta Sindon Camberij plurimis, iiſdẽque celeberrimis miraculis coruſcaret, adhuc tamen myſteriũ abſconditum videbatur. Quapropter Deus, qui iuxta ordinatiſsimam temporum diſpoſitionem cuncta ordinat, fulgentiſsimam lucernam noluit amplius ſub modio deliteſcere; ſed in eminentiſsimo Eccleſiæ candelabro collocatam ſplendeſcere: Ideò Illuſtriſsimi ac Reuerendiſsimi D. D. Alphonſi Palęoti Bononiæ Archiepiſc. II. cor accẽdit, vt abſconditum myſterium patefaceret, qui diuinis monitis obediens, ſacroſanctæ Sindonis occulta myſteria inſigni ac pręclaro volumine, atque ad feruentiſsimos pietatis igniculos excitãdos, fideliumque corda cæleſti charitatis lumine inflammãda accommodatiſsimo, non minus doctè quam piè declarauit. At verò quoniam in veteri lege ſtatuerat Deus *Leuitici 19.* vt qui meteret, remanentes ſpicas non colligeret, neque in vinea racemos, & grana decidentia colligeret; ſed pauperibus, ac peregrinis carpẽda dimitteret,

Christus eſt ſapiẽtia in myſterio abſcondita.

Sacra Sindon eſt myſteriũ abſconditum.

Sacra Sindon diu incognita fuit.

Sacra Sindon apud Sereniſſimos Sabaudiæ Duces in maxima veneratione habetur.

Auctoris gia intentio.

Antiſtes Dei legem ſeruat.

ideò

Digitized by Google

Ideò huius præcepti memor oculatus Antiſtes, in operis ſui tractatione, minutiora quædam, veluti tenuiores ſpicas, atque racemos, data opera, prætermiſit. Ego verò, veluti altera pauperrima Ruth, ſpicas colligere conatus ſum, vt cum exultatione manipulos meos in ſanctuarium inferrẽ, quos ex vberrima paſsionis meſſe ſpicatim collegiſſem. Racemos coadunaui, atq; vtinam pretioſo S. Crucis torculari calcandos; vt vinũ ſalutis effluat, aut certè muſtum illud diuini amoris, quod nouas lagunculas diſrumpit. Neque verò me ab inſtituto meo illud deterrere debuit, quod neque pergrande, neque perpolitum, neque numeris omnibus abſolutũ opus conſcribere potuerim. Nam neque viduã illam reiecit, quin potius laudauit Chriſtus, quę in templi gazophylacium, duo tantum minuta cõtulerat. In celeberrimo quoque illo templo, quod Hieroſolymis eximia magnificentia conſtructum fulgebat auguſtius, ingentem aquatilium vaſorum copiam adeſſe voluit Deus; quorum alia quidẽ maiora, alia minora eſſent: vt, D. Gregorio teſte, qui ſapiẽtiæ aquam ex magno vaſe propinare non poſſet, eam propinaret ex paruo.

Autor ſpicas colligit.

Vaſa templi, quid myſticè ſignificent.

1. *Quum ſimus explicaturi.* Dum egregium ſacri Paſtoris facinus mente contemplor, qui zelo Charitatis exæſtuãs, vt diuini amoris veſtigia ouium ſuarum animis vehementius imprimeret, coram Bononienſi populo ſacroſanctum Euangelicę Sindonis velum expandit, atque ex eo Chriſti corporis pulchritudinẽ, lineamenta, cõſtitutionem, flagellationes, liuores, vulnera, cicatrices, ac reliqua Chriſti Paſsionis myſteria ſingulatim explicat, in eam rapior cogitationem, vt mihi alterum L. Hoſtilium Mancinum videar intueri. Is enim cum primus omnium Carthaginem irrupiſſet, vrbis eius, ac prouinciæ ſitum, atque expugnationis ſummam in tabulis pinxit, quas etiam in foro collocauit. Ipſe verò aſsiſtens populo, ſingula enarrãdo exponebat, eaque comitate effecit, vt proximis Comitijs conſul crearetur. Plin. lib. 35. c. 4. In Lucio Mancino comitatem; in præſule noſtro charitatẽ admiror.

A Egregia comparatio.

L. Hoſtilius victoriæ ſuæ rationem ex pictis tabulis explicat.

2. *Et in qua minutiores.* Chriſtum Dominum noſtrum poſt mortem in Sindone munda inuolutum fuiſſe, atque ſic inuolutum in ſepulchro conditum, Sac. Euangeliſtæ tradiderunt. Matth. cap. 27. Luc. 23. Marc. c. 15. & etiam Ioan. cap. 19. dicens: *Acceperunt ergo corpus* IESV, *& ligauerunt illud linteis cum aromatibus, ſicuti mos eſt Iudæis ſepelire.* At Chriſtum Dominum ſacrã Sindonem ſuo ſanguine ſignaſſe, & cicatricum ſuarum etiam minimarum ſtigmata impreſsiſſe, nec ſacri Euangeliſtæ tradiderunt, neque ita aperte ex noui teſtamenti libris colligi poteſt. Hoc tamen Xiſtus IV. Pontif. Max. in tract. quem de Chriſti ſanguine conſcripſit, & Iulius II. Pont. Max. in Bulla approbationis ſacræ Sindonis, & Horarum Canonicarum, quæ celebrantur in ſancta Capella Auguſtę Taurinorum, in qua ſancta Sindon maxima cum veneratione aſſeruatur, atteſtantur. Quod autem etiam minutiſsimæ plagæ in ſancta Sindone ſint impreſſæ, patet ex diligenti dictæ Sindonis inſpectione. Cum autem ſacratiſsimæ Chriſti plagæ proprio Chriſti ſanguine in Sindone dicuntur impreſſæ, addendum puto, quod non ſolum, & ſacratiſsimæ plagæ, & flagella ſanguine cernuntur impreſſa; ſed etiam reliquę Chriſti corporis partes, quæ ſanguine aſperſæ non ſunt, propriam tamen in Sindone ſui effigiem reliquerunt. Quare S. Sindon, & ſanguine, & toto etiam Chriſti corpore impreſſa fuit. Hoc apertiſsimè ex S. Sindonis inſpectione dignoſcitur, in qua præter ſanguineas tincturas, alia tamen tinctura cõſpicitur, quę ſanguineas maculas non redolet, eaque à carne Chriſti facta eſt, quod etiam ex figura ea colligitur, quę hic poſita eſt.


Chriſtus è Cruce depoſitus Sindone eſt inuolutus.

Chriſti Paſsionis ſtigmata ſacræ Sindoni impreſſa.

Non ſolum Chriſti vulnera, ſed totius etiam corporis Chriſti figura ſacræ Sindoni adhæſit.

 Sed

Digitized by Google


TORCVLAR CALCAVI
G
H
H
I
I
M
M
K
N
N
N
N
O
O

SINDONIS EFFIGIES.



Digitized by Google

Cauſæ afferuntur cur Chriſtus ſacram Sindonē paſſionis ſuæ notis ſignare voluerit.

Sed cur Chriſtus corporis ſui effigiem, in qua vulnera, cicatrices, flagellationes, ac præcipua paſsionis ſuę veſtigia cernerentur, tam mirabili artificio pinxit in Sindone? Fortè quia Imperatores victoriarum ſuarum trophea accuratè pingi, & publicè in foro exponi curarint? Ita Meſſala Princeps, prælij ſui ſummam quo Carthaginenſes, Hieronemque deuicerat in Sicilia, propoſuit in latere Curiæ Hoſtiliæ. Lucius Scipio tabulam victorię ſuæ Aſiaticæ in Capitolio collocauit. Ita Lucius Hoſtilius non ſolum victorię ſuę labores pingit, ſed etiam populo aſsiſtens declarat. Chriſtus igitur tanquam ſtrenuus Imperator, victoriæ ſuæ trophea pingi, publicèque extolli, atque explicari voluit. Sed cur ſanguine ſui certaminis diſcrimina pingi voluit? Celebris picturarũ accreſcit fama, ſi optimis ſint pictæ coloribus: ideò pictores minio, cinnabari chriſocolla, ſandice, ſandraca, Indico purpureo, ſexcentiſque eiuſdem generis coloribus vtũtur, ſed Chriſtus ſanguine ſuo pingit. Accreuit Appelli laus, quod cum Alexandriam appuliſſet, ludibrioq; ab eius vrbis pictoribus eſſet exceptus, vt etiam ad maius ipſius dedecus, eum ad Regis cõuiuium Planus fictè inuitarit, vt ad Regis conuiuium ſi accederet, graui cum temeritatis dedecore, quaſi non inuitatus accederet, repelleretur. Exitum haud ſperato ſimilem res habuit: irruit ad Regis menſam Appelles. Hominis audaciam miratur Rex, vt inde abſcedat, imperat: temeritatis notam modeſtè purgat Apelles, ſe enim inuitatum acceſsiſſe reſpondit. A quo ſit inuitatus Rex ſciſcitatur. Tunc Appelles Carbone ex igne arrepto, ſtatim eius à quo inuitatus fuerat, imaginem tanto artificio expreſsit; vt miratus Rex maximo eum in honore ſemper habuerit, qui adeò præclaram effigiem carbone finxerat. Sed ecce plus quam Appelles Chriſtus, qui celeberrimam, nulloque ſæculo interituram imaginem, non carbone, ſed ſanguine pinxit.

Cur Chriſtus corporis ſui imaginē ſanguine pinxerit.

Appellis excellentia.

Chriſtus excellentior eſt pictor Apelle.

Verum altius noſtra ſeſe extollat oratio, vt ardentiora Chriſti erga nos pietatis myſteria contempletur, eiuſque immenſi in nos amoris penetralia perſcrutetur. Chriſtus enim Eccleſiam, quam ſua paſsione ſibi deſponſarat, ita ardenter amabat, vt ab ea diſcedere vix poſſet: in eius enim corde duo pugnabant amores; alter in patrem, qui eum ad ſuperna cæli palatia conuolare cogebat; alter in ſponſam Eccleſiam, quam orphanam relinquere dolebat. Amor quidem validior in patrẽ erat: ſed amor in ſponſam feſtiuior, ac delicatior. Cum igitur à nobis compelleretur abſcedere, adeò eius in nos amor excreuit, vt cum dilexiſſet ſuos in finem, dilexerit eos, nouique amoris immenſi ſigna edere compulerit ingenioſus amor, quid noui tãdem excogitauit? En mirabilem acuti amoris artem. Eam enim ſui receſſus rationem excogitauit, vt à nobis recedens, non recederet, nobiſcumque manens ſuperna regna conſcenderet. Viuus nobiſcum degere voluit, ſed inuiſibilis in Euchariſtiæ Sacramento. Neque hoc contentus, mortuus nobiſcum degere voluit viſibilis, ſed non debuit exanime corpus nobiſcum degere; cum mortis legibus illud ſubiacere non deceat: ideò exanimis corporis veſtigia ſacroſancta impreſsit in Sindone, & paſsionis ſuæ indicium, & immenſæ ſuæ erga nos charitatis perpetuum monimentum.

Duo amores in Chriſti corde pugnabant.

Mirabile ingenioſi amoris artificiũ.

In Euchariſtia Chriſtus inuiſibiliter viuus, in Sindone mortuus viſibiliter iacet.

3. *Mirum fortaſſe cuipiam videbitur.* Vetus circumfertur adagium. Altiora te ne quæſieris. Ideò etiam ſanctos viros arduis in rebus extimuiſſe cognoſcimus: nam Ieremias dicebat: A, A, A, Domine Deus, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. Aaron, quòd pollutus eſſet labijs, viribus ſuis maiora tentare timebat. Iona[illegible]re maluit, quam ſupra vires opus [illegible]iri. Mirari igitur quis iure optimo potuiſſe videbitur,

Sacra Sindon Chriſti erga nos charitatem commendat.

Sancti viri in arduis pertimeſcunt.

debitur, quod pius paſtor difficile opus, obſcuraque Sindonis myſteria explicare tentarit. Licet enim nobilitate atque excellentia ſacra Sindon maximè illuſtris ſit, cognitu tamen, atque explicatu difficilis, & obſcura eſt. Multa enim Paſsionis Chriſti myſteria in Sac. Sindone adumbrantur, quæ eo ipſo obſcura ſunt, quod vt plurimum ignota ſunt, nec ab antiquioribus explicata. Quare quòd in re qualibet noua ſolet accidere; vt innumerabilibus difficultatibus obſita ſit, illud etiam in explicatione myſteriorum quæ in Sac. Sindone deteguntur accidit, adeò vt illud dicere auctor poſſet, quod Euſebius Cæſarienſis in ſuæ Eccleſiaſticæ hiſtoriæ præfatione dicebat: Viribus noſtris maiora tentamus, vt quæ ſunt geſta narremus, & rudem, ac nulli ferè noſtrorum ingreſſam viam huiuſcemodi itineris primi audeamus incedere. Et licet Deum ducem futurum, Dominiq; Saluatoris noſtri certus ſim nobis ſuffragia affutura, hominum tamen nulla quibus poſsimus inniti conſpicimus præceſsiſſe veſtigia.

Myſteria ignota in ſacra Sindone continentur.

Verum obijceret aliquis. Si hæc adeò obſcura ſunt, cur ergo ea explicare auctor aggreſſus eſt? Sed huic interrogationi reſpondere quis poſſet. Quia in arduis rebus clarior eluceſcit virtus, atque in rebus obſcurioribus explicandis ingenij acies enitet excellentior. Verum in ijs optimè quadraret hæc ratio, qui ad ingenij oſtentationem, vel ad inanis glorię captandam auram, difficillima aggrediuntur, à qua tamen intentione longiſsimè piétiſsimi paſtoris abfuit moderatio. Verior ergo reddatur ratio, eaque ſit, ne gregis ſibi diuina diſpenſatione commiſsi animabus, paſtoralis curę ſollicitudo deeſſet. Pietas ergo, atque in gregem ſuum charitas paſtoris optimi mentem excitauit, vt viribus ſuis maiora tentaret. Quod ſi eum ab inſtituto, aut rei difficultas, aut virium imbecillitas retardabat, vicit tamen (vt D. Hier. ad Euſtochium in regulæ ſuę prelatione verbis vtar) Vicit duellum hoc charitas, quæ ipſum quoque inuincibilem vicit, vt immortalis, pro nobis moreretur.

In arduis eluceſcit virtus.

Charitate impellitur auctor vt S. Sindonis myſteria explicet.

Incomparabilis charitatis vis.

4. *Cui ſanè admirationi.* Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, vt qui ſe exaltat humilietur, qui ſe humiliat exaltetur. Si viribus tuis fidas, nihil facis, ſi in Deo ſpem ponas, opus perficis. Audaciores, nimiumque in ſeipſis fidentes Chriſtianos, tormentis pro Chriſto ſubeundis obieciſſe ſe nouimus, quod autem nimium ſibi fiderent, iuſto Dei iudicio defeciſſe, & cruciatibus ſuccubuiſſe, ingentemque luctum Eccleſiæ Dei reliquiſſe. Eos verò qui ſpem ſuam omnem in Deum collocarũt, cruciatibus ſuperiores, portoribuſque fortiores, inſignem de hoſtibus Chriſti ſua morte triumphum reportaſſe. Auctor eſt Euſebius Cæſarienſ. lib. 5. cap. 1. *Sufficientia noſtra ex Deo eſt.* Ecce igitur quale opus conſcripſit, qui de ſeipſo humiliter ſentiens, omnem in Deo ſpem poſuit?

Pſeudomartyres ſibi fidentes in tormẽtis deficiunt.

Martyres in ſolo Deo fidẽtes triumphum reportant.

5. *Illud autem vnum ſpecto.* Pia intentio: Memoria enim Paſsionis Chriſti in Eccleſia ſummoperè neceſſaria eſt, vt habeant fideles in cuius inuocatione ſaluentur, ne dicatur, cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem ſuper terram?

Pia Paſtoris intentio, vt Chriſti Paſsionis memoriam conſeruet.

Ideò Chriſtus Dominus ad paſsionis ſuæ memoriá in nobis conſeruandam, nobiliſsimum inſtituit Euchariſtiæ Sacramentum. Nos enim ad flagrantem in Deum amorem impellimur, cum eximiam Dei erga nos charitatem, nobis in Chriſti paſsione teſtatam contemplamur, dicente Apoſtolo Rom. 5. *In hoc commendat Deus Charitatem ſuam in nobis, &c.* Quare D. Auguſtinus lib. de diligendo Deo cap. 6. dicebat: *Nunquam Dei erga nos charitatem ita agnoſcerem, niſi eam in tantis periculis expertus eſſem. Mortuus eſt pro me innocens, nihil quod in me amaret inueniens.* Quos igitur amoris igniculos

Quid Chriſtus ad Paſsionis ſuæ memoriã in nobis conſeruandam, fecerit.

Quid efficacius Dei erga nos charitatem commendet.

Digitized by Google

de cordis noſtri duritie proferet Chriſti Paſsionis contemplatio? O quam bene dici illud Salomonis poterit. *Nunquid poterit aliquis abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt non comburantur veſtimenta eius, aut ambulare ſuper prunas, vt non comburantur plantæ eius.*

Primis rerum inuentoribus gratiæ habendæ ſunt magnæ.

6. *Atque vt hoc paruo initio.* Magnas ijs habendas eſſe gratias dixit Ariſtoteles 2. Met. tex. 2. qui in vnaquaque re primi fuerint auctores, etiam ſi ſuperficietenus aliquid dixerint, conferunt enim aliquid etiam illi, habitum namque noſtrum exercent, & ſunt cauſæ, vt perfectiora addamus: nam facilè eſt inuentis addere.

Primos rerum inuentores ſacris literis commendari, cur voluerit Spiritus ſanctus. Quantum Antiſtitis pietati debeamus

Hanc reor eſſe cauſam cur Spiritus ſanctus, eos, qui bonarum artium primi inuentores fuerunt, in ſacris literis deſcribi voluerit, ſicuti plurimos in Geneſeos volumine legimus rerum primos inuentores, vt eorum nomina æternæ memoriæ conſecrarentur. Magnæ igitur gratiæ tanti Antiſtitis pietati ſunt habendæ, qui primus Sanctæ Sindonis explicationem aggreſſus, non ſolum amplam alijs præbuit anſam, vt exactius Sanctæ Sindonis myſteria explicarent; verumetiam ad id præſtandum hortatus eſt, qua quidem cohortatione ego in primis adductus, in eiuſdem Antiſtitis piam explicationem commentaria edere decreui, quibus plurima, quæ breuibus ab auctore tacta ſunt, enucleatius explicentur.

Deus ſecundum varias temporum ſucceſſiones ſua doctrina Eccleſiam vberius informat.

7. *Quando ſua Deus Eccleſia.* Veriſsima eſt hæc propoſitio, ac diligentiſsimè perpendenda, quam auctor ampliſſimorum Patrum teſtimonijs D. Gregorij, D. Io. Chryſoſt. ac D. Bonauenturæ, comprobat. Eam verò nos longiore indagine veriſsimam eſſe oſtendere poſſumus. Deus enim, qui populum ſuum triplicis legis obſeruatione ligauit, nõ tamen omnes leges vno eodemque tempore, ſed temporũ ſucceſſione perfectioris legis obſeruantias intimauit, nouiſsimàque tradidit, quæ omnium eſſet perfectiſsima. Iam verò cum ſcriptam legem populo ſuo, aut mediante Moyſe præſcriberet, aut Eſdra mediante reſtitueret, noluit tamen omnia omnibus manifeſtare; ſed ſapientioribus reconditam magis doctrinam earum rerum tradidit conſeruandam, quæ ſuis loco, & tempore reuelandæ eſſent: fidem ijs quæ diximus quartus Eſdræ liber c. 4. facit, qui etſi canonicus liber non ſit, magnæ tamẽ auctoritatis eſt in Eccleſia, ideò cum Canonibus circumfertur, quem maximè commendat B. Ambroſ. & quo in eccleſiaſticis officijs vtitur Eccleſia. Ibi ergo dicit Deus. Reuelans reuelatus ſum Moyſi in monte Synai, & enarraui ei mirabilia multa, & oſtendi ei temporum ſecreta, & finem, & præcepi ei, dicens: Hæc in palam facies, & hæc abſcondes. Et cum Eſdræ legem traderet reparandam, iuſsit plura conſcribi volumina, præcepitque ei, dicens: Priora quæ ſcripſiſti volumina, palam pone, legant ea digni, & indigni, nouiſsimos autem ſeptuaginta libros conſeruabis, vt tradas eos ſapientibus de populo tuo, in ijs enim eſt vena intellectus, & ſapientiæ fons, & ſcientiæ flumen. Amplius autẽ populo ſuo Chriſtus varia Sacramenta conceſsit, ſed nobiliſsima in noua lege, quam in fine temporum explicauit. Et cùm Eccleſiam ſuam varijs Prophetarum, & Patriarcharum per varia temporum incrementa miſsionibus nobilitaret, Filium tandem ſuum, non cum Prophetis, ac Patriarchis, ſed poſt lõgam eorum feriem miſit, adeò vt Apoſtolus dixit Hebr. 1. *Multifariè multiſque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouiſsimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, &c.* Animaduertit tandem Athanaſ. in Diſput. contra Arium, Deũ in veteri teſtamento maximè vt vnum in eſſentia eſſe manifeſtatum; at in nouo teſtamento perſonarum Trinitatẽ maximè eſſe declaratam, & poſt Chriſti Natiuitatem, ſecundam Trinitatis perſonam agnitam eſſe; at à die Pentecoſtes,

Deus nouiſſimè tradit quod perfectius eſt.

Cur Deus omnia omnibus reuelari noluerit.

Liber 4. Eſdræ licet Canonicus non ſit, eſt tamen magnæ auctoritatis in Eccleſia.

Sapientioribus vberior creditur ſapientia.

Nobiliſſima ſacramenta in in fine temporum explicata.

Deus nouiſſimis temporibus filium ſuum miſit in mũdum.

Trinitatis myſterium qualiter manifeſtatũ.

coſtes, & deinceps maximè cognitam fuiſſe tertiam Trinitatis perſonā, quæ eſt Spiritus ſanctus. Doctè igitur ab auctore illud probatum eſt. Deum ſecundum varia temporum incrementa, myſteriorum ſuorum magnificentiam ſolitum explicare.

Luna myſticè a. V. animam iuſti, ex Eccleſia ſignificat.

8. *Hinc eſt, quod Sacræ literæ Sanctam Eccleſiam cum Luna comparare ſtuduerunt.* Cantic. 6. *Pulchra vt Luna*, quem locum etſi Rupertus Abbas explicet de B. Virgine, S. Gregor. de anima iuſti, tamen Tertullian. lib. de Reſurrectione, Ambroſ. lib. de inſtitutione virginum, Hieron in cap. 66. Eſaiæ, Origenes Homil. 4. in Cantica, Gloſſa ordinar. & Carthuſ. de Eccleſia explicant, & benè: Vt enim Luna nocturno tempore totum illuſtrat orbem, ita Eccleſia, dũ ſumus in noctis huius vitę caligine, & cæcutientes peregrinamur à Domino, vniuerſum Orbem ſua fide illuſtrat. Quare benè Rutilius Benzonius lib. 1. de fuga, diſput. 1. q. 2. dicit Eccleſiam adeò fuiſſe dilatatam, vt omnia loca occuparit, nec amplius poſsit excreſcere quoad loca; quod etiã ante ipſum ſancti Patres comprobarunt, vt Irenæus lib. 1. in Hæreſes Valent. c. 3. S. Cyprian. lib. de vniuerſitate Eccleſię. Tertull. lib. cont. Iudęos c. 3. Athanaſ. lib. de Humanit. Verbi. Aug. epiſt. 78. & 80. Chryſoſt. & Hieron. in c. 24. Matth. Theodoretus lib. de Legibus. Leo Sermo. de SS. Petro & Paulo. Quæ veritas ſatis ex eo apertè elucet, quod de Apoſtolis prædixit Dauid, dicens Pſal. 18. *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.*

Eccleſiæ ad lunam comparatio.

Supputatio annorum multiplex.

9. *Poſt exactos à mundi creatione.* Magnæ concertationi campus panderetur, ſi de mundi ætatibus, deque varijs annorum ſupputationibus multiplices nobis congerendæ, ac diſcutiendæ eſſent ſententiæ, de quibus illud veriſsimè hac in re dici poſſet, quod Illuſtriſsimus Card. Baronius, præclarum noſtri temporis hiſtoriarũ, & ſapientiæ ſpeculum, in ſuis ad Martyrologium adnotationibus exarauit: Quot capita, tot ſententiæ.

Nam ab initio mundi vſque ad tempora aduentus Chriſti Rabbi Naaſon ſupputat 3707. Rabbi Abraam 3754. Hæbreorum chronica 3760. Hieronym. & Beda 3952. Picus Mirandul. 3958. Ioan. Lucidus 3960. Abbas Vſpergenſis 3962. Theophylus 3974. Carol. Brouil. 3989. Ioſephus Mathatiæ 4103. Odiatin Aſtronomus 4320. Caſsiodorus 4697. Origen. in Matth. 4839. Epiphan. Salam. Epiſc. 5029. Paulus Oroſius 5049. Philo Iudęus 5195. Iſid. Hiſpal. 5196. Euſeb. Cæſarienſ. 5199. Ioan. Nauclerus 5201. Albumaſar Aſtronomus 5328. Auguſtin. 5353. Suidas. 5600. Lactantius. 5080. Philaſtrius Brixien. Epiſ. 5801. Alphonſus Rex Hiſpa. 5984. Genebrard. 4089. Chriſtianus Adricomius 3960. At Euſeb. Cæſarienſ. cuius ſupputationem Septuaginta interpretum ſupputationi inhærentē plurimi facit Eccleſia, numerat annos 5199. Dum enim ad Hebraicę veritatis ſcopũ Doctores conuertuntur, maximè inter ſeſe diſſentiunt, & exploratam ſeptuaginta interpretũ ſupputationē (quam ſemper Eccleſia plurimi fecit) deſerunt, ſecundum quam non poſt duo millia trecentos, & ſeptuaginta annos à creatione mundi, à Noe ſcriptam legem nouimus, ſed poſt tria millia ſexcentos nonaginta annos. Verum pientiſsimo noſtro auctori, qui in id ſolum deſudabat, vt gregis ſui animos ad interna deſerti penetralia introduceret, vbi vera, ſalutis paſcua inuenirent, ſugerentque mel de petra, oleumque de ſaxo duriſsimo, nihil de annorũ ſupputatione cordi fuit, qui Chryſoſtomi ſententiã adduxit, non vt mũdi ætates nos doceret, ſed vt ſecundum varia temporum incrementa, feliciora etiam incrementa Eccleſiæ accidiſſe doceret; Quare quæ de annorũ numero leguntur, ea, vt Chryſoſtomi, non

Variæ temporum ſupputationes.

Lex Moyſi data eſt poſt 3690. annos ab orbe condito.

Digitized by Google

mi, non vt auctoris placita teneantur.

10. *Sic pleratus de Seruatoris noſtri paſſione.* Hoc Euangelicam Hiſtoriam legentibus fit maximè manifeſtum, nam alius quidem Euangeliſta ſcribit tantum, *Pilatus verò* IESVM *flagellis cæſum tradidit vt crucifigeretur*, ita Matthæus. Alij verò, vt Marcus, & Lucas dixerunt tantum, *Et crucifixerunt eum.* Quod ſine dubio non abſque grandi quodam myſterio factum eſſe credendum eſt. Docet enim S. Cyrill. Alex. lib. 4. in Ioan. c. 18. nihil in Scripturis temerè eſſe dictum, & in c. 14. Leuitici dicitur, nihil abſque profunda ratione eſſe factum. Verum, quænam ſint hęc myſteria à nobis hoc loco referandum eſt Et Simon quidem de Caſsia, citatus in textu, occultum eſſe docuit, qui tamen alibi hoc eſſe aſsignauit, quod ea quæ Euangeliſtæ non tradiderunt Eccleſia pia credulitate ſuppleuit. Secundam alij addunt, dicentes Euangeliſtas in deſcribenda Chriſti crucifixione, adeò vel doloribus affectos, vel ſubortis lachrymis perfuſos, vt exactius crucifixionis myſteria explicare non potuerint.

Euangeliſtæ Chriſti Paſſionis myſteria ſtrictiſſimè deſcripſerunt, & cur.

In ſcripturis nihil abſque profunda ratione ſcriptum eſt.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertiam addit Cæſar Calderarius, in libello quem inſcribit Trophæū Crucis; quia Euāgeliſtę nouerant ſe Chriſti dolores non poſſe commodè explicare, ſilentioque exactius explicari Chriſti paſsiones poſſe, quam Oratione crediderunt, Exemplo Timantis pictoris, qui cum Iphygeniam Agamemnonis filiam mortuā pinxiſſet, ac circum eam plurimos eius necem dolentes, ac maxime lugentes, cum deinde Patrem omnium maximé dolētem pingere ſtatuiſſet, cerneretque ſe Patris dolorem penicillo nō poſſe exprimere, Patrem velo obtexit, Patris dolores intenſiſsimos magis ad viuum exprimi ratus, Patrem velando, quam lugentē pingendo: ita & Euangeliſtę.

Tertia ratio. Euangeliſtę multa ſilentio perſtrinxerunt, quod eorum amplitudinē exprimere non valebant.

In Iphygeniæ morte qualis luctus.

Quartam addit Ioan. Lanſpergius in elucidatione Paſsionis Chriſti, dicens: Vide quam breuiter Domini crucifixionem Euangeliſtæ narrauerunt: ſed cur putas modum non explicari facti ab Euangeliſtis? Credo equidem, vt deuotis occaſionem meditandi tribuerent, & vt pro deuotione ſua vnicuique ſic, vel ſic daretur occaſio meditandi: in alijs enim huiuſmodi, quæ in Scriptura non explicantur, neque Scripturæ inueniuntur contrariæ, nihil certi definitum eſt ab Eccleſia, licet abſque periculo vnicuique ſentire, aut meditari, prout ad maiorem. vel compaſsionem, vel deuotionem ſe poteſt excitare.

Quarta ratio.

Euangeliſtę crucifixionis modum nō deſcripſerunt, vt pijs daretur occaſio meditandi.

Optima ratio contemplandi Paſsionem Chriſti.

11. *Non abſimili quoque modo.* Admirabilis Dei prouidentia in Sanctorum ſuorum magnalijs referandis. Quamuis in vniuerſo orbe quem condidit gubernando, adeò cunctis patēs, atque explorata D. O. M. prouidentia conſpiciatur, ſingulari tamen ratione in Eccleſia gubernanda, ſacrorumque arcanorum monumentis reſerandis, Dei admirabilis eſt prouidentia. Ingens ſeſe nobis offert ad plurima declaranda campus, ſed immenſum diſputationis campum præſcriptæ nobis breuitatis anguſtia excipere non poteſt. Ideò ſatis nobis hoc loco futurum cenſeo, ſi tria, aut quatuor accommodatiſsima exempla afferam, quibus inſignis Dei prouidentia in ſacroſanctis reliquijs, ſecundum præfinita à Patre luminum tempora reuelandis eluceſcat. Atque in primis de omnium nobiliſsime reliquiæ inuentione, ſcilicet de ſacroſancti, ac ſalutiferi Dominicæ Crucis ligni inuentione agamus. Cū enim perſecutionis rabies adeò Eccleſiā diuexaret, vt Chriſti nomen nō ſine graui vltione enunciaretur. Crucis ſalutiferę lignum terrę viſceribus conditum, occludi voluit Deus. Si enim tunc inuētum eſſet, perſecutorum rabie combuſtum, aut in fruſta non abſque lethalis piaculi iniuria conciſum fuiſſet. At reſtituta Eccleſię pace. Helenæ Cōſtantini Matris cor accendit, vt conquirendæ Crucis ſtudio

Admirāda eſt Dei prouidentia, præcipue in Eccleſia gubernanda.

Inuentio S. Crucis conuenienti tēpore præfinita, & quo, & cur.

Digitized by Google

Lignum S. Crucis 300 annis ſub terra delituit.

ſtudio Hieroſolymam peteret, atque maximis ornata miraculis Crucis gloria rutilat, quæ trecentis circiter annis ſub terra delituerat. Quid porrò de ſacræ lanceæ qua Chriſti latus apertum fuerat inuentione dicam? Cum enim

Inuentio Lanceæ qua Chriſti latus trãsfixum fuit.

Sacræ lanceæ miracula.

annis 1065. Antiochiæ in Eccleſia ſancti Andreę delituiſſet, Chriſtianuſque populus barbarorum copijs premeretur, eodem indicante, ac reuelante D. Andrea Apoſtolo, dominica Lãcea inuenta eſt, cuius incredibili virtute barbarorum exercitus prodigioſè profligatus eſt, vt tradunt Guilielmus Tyrius lib. 6. de bello ſacro, & Paulus Æmilius lib. 4. de geſtis Francorũ, Auctor Supplementi Chronicorũ ſub eundem annum. In hiſtorijs clariſsimę Vrbis Mantuę legimus, quod cum temporibus Henrici II. Imper. terra maximis concuſsionibus quateretur, anno eiuſdem Imperij 3. S. Andreas Adelberto Bonifacij Comitis Mantuę ab eleemoſinis, pio, probatoque viro apparens, locum indicauit vbi pretioſus Chriſti ſanguis, qui è Chriſti latere effluxerat, à B. Longino pixide exceptus conditus fuerat, dicens, terram tot motionibus concuti, quia Dominici ſanguinis quo mundus redemptus eſt, Theſaurum diutius occluſum, & ignotum continere non patitur. Sed vt de ſanctorum inuentionibus aliqua dicamus: Quis admirabilem Dei prouidẽtiam in ſeptem dormientibus non admiretur, quos 300. ferè annis prædormire Deus voluit, eo tempore expergiſcendos, quo futuræ omnium reſurrectioni, fidei, quæ in controuerſiam reuocabatur, teſtimonium eſſent exhibituri. Denique vt finem faciam, admirabile diuinæ prouidentiæ factum hic ſubſcribam, quod me Romæ ſub felicibus Greg. XIII. Pont. Max tẽporibus degente, ingenti cum admiratione accidit. Cum enim eiuſdẽ Pont. iuſſu in Romani Martyrologij reformatione de glorioſiſsimo Felice II. Papa ingens controuerſia exagitaretur: eſſet ne è Sanctorum albo expungendus, an in eorum catalogum inſerendus, iam iamque proximum videretur, vt Papæ viuentis ea tempeſtate, qua ipſe Pontificatum geſſerat, Liberij Papę memoriam tanquam pſeudo-Papæ è ſanctorum numero excideret. Ecce pridie eius diei quam eiuſdem S. Felicis feſtum ageretur, quoſdam adducit qui caſu ibi, vbi eius corpus conditum erat, fodientes, loculũ eius marmoreum effodiunt; ipſeq; veluti cauſam acturus in publicum cedulam prodit, cuius inſcriptio ſanctitatis eius fidem faceret, litemque omnem, ac cõtrouerſiam dirimeret. Lege quę hac de re docte, & piè Illuſtriſſ. Baronius Card. anno Chriſti 357. num. 48. & ſequentibus literis conſignauit.

Precioſus Chriſti ſanguis ſub Henrico II. Mantuæ inuentus.

Longinus Chriſti ſanguinē Mantuam defert.

Septem dormientes ad reſurrectionis fidem probandam viui conſeruantur.

Sancti Felicis Papæ inuentio mirabilis Dei prouidẽtiam commendat.

S. Felix Papa qualiter cauſam ſuæ ſanctitatis defendit.

12. *Atque hoc vt futurum credam.* Hoc loco tria ſunt explicanda. Primò, Quid intelligatur per Sudarium, quod poſitum erat ſuper caput Iesv. Secundò, Quis fuerit hic Abbas Ioachimus. Tertiò, Quid ſit Sudarium, & quot ſint Sudaria.

Quid ſit Sudarium poſitum ſuper caput Iesv.

Quod ad primum attinet. Quidam legentes Sudarium poſitum ſuper caput Iesv, putant illud eſſe ad inſtar ſudarioli, quod nos ad emungendas nares admouemus, quod ſuperpoſitum capiti, caput, & faciem tantum Chriſti velaret. Verùm iſti toto, vt dicitur cœlo errant. Sciant igitur per Sudarium quod fuit poſitum ſuper caput Iesv, ſacroſanctam Sindonem, cuius magnalia explicanda pientiſsimus Bononienſis Antiſtes ſuſcepit, eſſe intelligendam, ſicuti apertè ex Beda colligitur lib. de loc. ſanctis. c. 5, qui dũ miracula plurima ſacerrimi huius Sudarij, quę ſua ętate accidiſſe ſcribit, enumerat, docet Sudarium quod poſitum fuit ſuper caput Iesv, habuiſſe longitudinis pedes octo. Licet autẽ hoc Sudarium totũ Chriſti corpus obtegeret, dicebatur tamen poſitum ſuper caput Iesv; quia Chriſti corpori ſubſtratũ, vt pedes vnam Sudarij extremitatem attinge-

Sudarium poſitum ſuper caput Iesv eſt ſacra Sindon.

S. Sindon eſt Sudarium ſuper caput Iesv poſitum dicatur.

FRATRIS DANIELIS MALLONII IN SACROSANCTAM SINDONEM ELVCIDATIONES.

IN CAPVT PRIMVM.

1. Cor. 2. Prou. 8. Baruc. 3.

SAPIENTIAM loquimur in myſterio abſcõditam, hæc eſt autem ſapientia cunctis opbus precioſiſſimis melior, quę non eſt viſa in Theman, nec audita in terra Chanaam; vt nihil ſciamus niſi IESVM CHRISTVM, & hunc pro nobis crucifixum. Sapientia enim in myſterio abſcondita eſt: CHRISTVS IESVS pro nobis crucifixus, nouo quodam, atque ſublimi ſacroſanctæ Sindonis myſterio obuolutus, & abſconditus: myſterium enim, & illud quidem maximum, Chriſtifera Sindon fuit. Si enim myſterium altum quoddam diuinumque arcanum eſt, cur in ſacroſancta Sindone myſterium non agnoſcemus ampliſsimum: quippe, quæ occulta quædam maximèque recondita ſacratiſsimę Paſsionis Chriſti arcana, veluti ſacro ſignaculo clauſa, contineat. Sacra autẽ Sindon myſteriũ fuit abſconditum: nam ferè vſque ad annos Chriſti 1458. ita abſcondita, ita recondita fuit; vt aut nulla eius notitia haberi videretur, aut ſaltem intra paucos homines, diuina ſic diſponente clemẽtia, contineretur. Tandem autem quæ diuinæ pietatis eſt prouidentia, non ſolum cælitus eſt reuelata, ſed plurimis, iiſdemque ampliſsimis eſt condecorata miraculis; Quorum virtute factum eſt, vt ſanctiſſima Sindon, quæ Redemptionis noſtræ pretium, Chriſtique paſsionis veſtigia conſeruabat, maximo in pretio, ſummaque in veneratione apud Sereniſsimos Pientiſsimoſque Sabaudiæ gentis Principes haberetur; quippe, qui eam nõ ſolum argentea capſa religioſe condiderunt, ſed etiam, quę illorum Principum eſt erga res ſacras pietas, magnificentiſsimam capellam, quę poſtea ſummorum Pont. conceſsione ſancta eſt appellata, conſtruxerunt; in qua Chriſtiferam Sindonem argentea capſa recõditam collocarunt. Verùm, etſi ſancta Sindon Camberij plurimis, iiſdẽque celeberrimis miraculis coruſcaret, adhuc tamen myſteriũ abſconditum videbatur. Quapropter Deus, qui iuxta ordinatiſsimam temporum diſpoſitionem cuncta ordinat, fulgentiſsimam lucernam noluit amplius ſub modio deliteſcere; ſed in eminentiſsimo Eccleſiæ candelabro collocatam ſplendeſcere: Ideò Illuſtriſsimi ac Reuerendiſsimi D. D. Alphonſi Paleoti Bononiæ Archiepiſc. II. cor accedit, vt abſconditum myſterium patefaceret, qui diuinis monitis obediens, ſacroſanctæ Sindonis occulta myſteria inſigni ac prçclaro volumine, atque ad feruentiſsimos pietatis igniculos excitãdos, fideliumque corda cæleſti charitatis lumine inflammãda accommodatiſsimo, non minus doctè quàm piè declarauit. At verò quoniam in veteri lege ſtatuerat Deus *Leuitici 19.* vt qui meteret, remanentes ſpicas non colligeret, neque in vinea racemos, & grana decidentia colligeret; ſed pauperibus, ac peregrinis carpẽda dimitteret,

ideò

Chriſtus eſt ſapiẽtia in myſterio abſcondita.

Sacra Sindon eſt myſteriũ abſconditum.

Sacra Sindon diu incognita fuit.

Sacra Sindon apud Sereniſſimos Sabaudiæ Duces in maxima veneratione habetur.

Auctoris pia intentio.

Antiſtes Dei legem ſeruat.

Ideò huius præcepti memor oculatus Antiſtes, in operis ſui tractatione, minutiora quædam, veluti tenuiores ſpicas, atque racemos, data opera, prætermiſit. Ego verò, veluti altera pauperrima Ruth, ſpicas colligere conatus ſum, vt cum exultatione manipulos meos in ſanctuarium inferrẽ, quos ex vberrima paſsionis meſſe ſpicatim collegiſſem. Racemos coadunaui, atq; vtinam pretioſo S. Crucis torculari calcandos; vt vinũ ſalutis effluat, aut certè muſtum illud diuini amoris, quod nouas laguncul as diſrumpit. Neque verò me ab inſtituto meo illud deterrere debuit, quod neque pergrande, neque perpolitum, neque numeris omnibus abſolutũ opus conſcribere potuerim. Nam neque viduã illam reiecit, quin potius laudauit Chriſtus, quę in templi gazophylacium, duo tantum minuta cõtulerat. In celeberrimo quoque illo templo, quod Hieroſolymis eximia magnificentia conſtructum fulgebat auguſtius, ingentem aquatilium vaſorum copiam adeſſe voluit Deus; quorum alia quidẽ maiora, alia minora eſſent: vt, D. Gregorio teſte, qui ſapiẽtiæ aquam ex magno vaſe propinare non poſſet, eam propinaret ex paruo.

Auctor ſpicas colligit.

Vaſa templi, quid myſticè ſignificent.

1. *Quum ſimus explicaturi.* Dum egregium ſacri Paſtoris facinus mente contemplor, qui zelo Charitatis exæſtuãs, vt diuini amoris veſtigia ouium ſuarum animis vehementius imprimeret, coram Bononienſi populo ſacroſanctum Euangelicę Sindonis velum expandit, atque ex eo Chriſti corporis pulchritudinẽ, lineamenta, cõſtitutionem, flagellationes, liuores, vulnera, cicatrices, ac reliqua Chriſti Paſsionis myſteria ſingulatim explicat, in eam rapior cogitationem, vt mihi alterum L. Hoſtilium Mancinum videar intueri. Is enim cum primus omnium Carthaginem irrupiſſet, vrbis eius, ac prouinciæ ſitum, atque expugnationis ſummam in tabulis pinxit, quas etiam in foro collocauit. Ipſe verò aſsiſtens populo, ſingula enarrãdo exponebat, eaque comitate effecit, vt proximis Comitijs conſul crearetur. Plin. lib. 35. c. 4. In Lucio Mancino comitatem; in præſule noſtro charitatẽ admiror.

Egregia comparatio.

L. Hoſtilius victoriæ ſuę rationem ex pictis tabulis explicat.

2. *Et in qua minutiores.* Chriſtum Dominum noſtrum poſt mortem in Sindone munda inuolutum fuiſſe, atque ſic inuolutum in ſepulchro conditum, Sac. Euangeliſtæ tradiderunt. Matth. cap. 27. Luc. 23. Marc. c. 15. & etiam Ioan. cap. 19. dicens: *Acceperunt ergo corpus* IESV, *& ligauerunt illud linteis cum aromatibus, ſicuti mos eſt Iudæis ſepelire.* At Chriſtum Dominum ſacrã Sindonem ſuo ſanguine ſignaſſe, & cicatricum ſuarum etiam minimarum ſtigmata impreſsiſſe, nec ſacri Euangeliſtæ tradiderunt, neque ita aperte ex noui teſtamenti libris colligi poteſt. Hoc tamen Xiſtus IV. Pontif. Max. in tract. quem de Chriſti ſanguine conſcripſit, & Iulius II. Pont. Max. in Bulla approbationis ſacræ Sindonis, & Horarum Canonicarum, quæ celebrantur in ſancta Capella Auguſtę Taurinorum, in qua ſancta Sindon maxima cum veneratione aſſeruatur, atteſtantur. Quod autem etiam minutiſsimæ plagæ in ſancta Sindone ſint impreſſæ, patet ex diligenti dictæ Sindonis inſpectione. Cum autem ſacratiſsimæ Chriſti plagæ proprio Chriſti ſanguine in Sindone dicuntur impreſſæ, addendum puto, quod non ſolum, & ſacratiſsimæ plagæ, & flagella ſanguine cernuntur impreſſa; ſed etiam reliquę Chriſti corporis partes, quæ ſanguine aſperſæ non ſunt, propriam tamen in Sindone ſui effigiem reliquerunt. Quare S. Sindon, & ſanguine, & toto etiam Chriſti corpore impreſſa fuit. Hoc apertiſsimè ex S. Sindonis inſpectione dignoſcitur, in qua præter ſanguineas tincturas, alia tamen tinctura cõſpicitur, quę ſanguineas maculas non redolet, eaque à carne Chriſti facta eſt, quod etiam ex figura ea colligitur, quę hic poſita eſt.

Chriſtus è Cruce depoſitus Sindone eſt inuolutus.

Chriſti Paſsionis ſtigmata ſacrę Sindoni impreſſa.

Non ſolum Chriſti vulnera, ſed totius etiam corporis Chriſti figura ſacrę Sindoni adhæſit.

Digitized by Google

TORCVLAR CALCAVI.



Digitized by Google

SINDONIS EFFIGIES.



Cauſæ afferuntur cur Chriſtus ſacram Sindonē paſſionis ſuæ noris ſignare voluerit.

Sed cur Chriſtus corporis ſui effigiem, in qua vulnera, cicatrices, flagellationes, ac præcipua paſsionis ſuę veſtigia cernerentur, tam mirabili artificio pinxit in Sindone? Fortè quia Imperatores victoriarum ſuarum trophea accuratè pingi, & publicè in foro exponi curarint? Ita Meſſala Princeps, prælij ſui ſummam quo Carthaginenſes, Hieronemque deuicerat in Sicilia, propoſuit in latere Curiæ Hoſtiliæ. Lucius Scipio tabulam victorię ſuæ Aſiaticæ in Capitolio collocauit. Ita Lucius Hoſtilius non ſolum victorię ſuę labores pingit, ſed etiam populo aſsiſtens declarat. Chriſtus igitur tanquam ſtrenuus Imperator, victoriæ ſuæ trophea pingi, publicèque extolli, atque explicari voluit. Sed cur ſanguine ſui certaminis diſcrimina pingi voluit? Celebris picturarū accreſcit fama, ſi optimis ſint pictæ coloribus: ideò pictores minio, cinnabari chriſocolla, ſandice, ſandraca, Indico purpureo, ſexcentiſque eiuſdem generis coloribus vtūtur, ſed Chriſtus ſanguine ſuo pingit. Accreuit Appelli laus, quod cum Alexandriam appuliſſet, ludibrioq; ab eius vrbis pictoribus eſſet exceptus, vt etiam ad maius ipſius dedecus, eum ad Regis cōuiuium Planus fictè inuitarit, vt ad Regis conuiuium ſi accederet, graui cum temeritatis dedecore, quaſi non inuitatus accederet, repelleretur. Exitum haud ſperato ſimilem res habuit: irruit ad Regis menſam Appelles. Hominis audaciam miratur Rex, vt inde abſcedat, imperat: temeritatis notam modeſtè purgat Apelles, ſe enim inuitatum acceſsiſſe reſpondit. A quo ſit inuitatus Rex ſciſcitatur. Tunc Appelles Carbone ex igne arrepto, ſtatim eius à quo inuitatus fuerat, imaginem tanto artificio expreſsit; vt miratus Rex maximo eum in honore ſemper habuerit, qui adeò præclaram effigiem carbone finxerat. Sed ecce plus quam Appelles Chriſtus, qui celeberrimam, nulloque ſæculo interituram imaginem, non carbone, ſed ſanguine pinxit.

Cur Chriſtus corporis ſui imaginē ſanguine pinxerit.

Appellis excellentia.

Chriſtus excellentior eſt pictor Apelle.

Verum altius noſtra ſeſe extollat oratio, vt ardentiora Chriſti erga nos pietatis myſteria contempletur, eiuſque immenſi in nos amoris penetralia perſcrutetur. Chriſtus enim Eccleſiam, quam ſua paſsione ſibi deſponſarat, ita ardenter amabat, vt ab ea diſcedere vix poſſet: in eius enim corde duo pugnabant amores; alter in patrem, qui eum ad ſuperna cæli palatia conuolare cogebat; alter in ſponſam Eccleſiam, quam orphanam relinquere dolebat. Amor quidem validior in patrē erat: ſed amor in ſponſam feſtiuior, ac delicatior. Cum igitur à nobis compelleretur abſcedere, adeò eius in nos amor excreuit, vt cum dilexiſſet ſuos in finem, dilexerit eos, nouique amoris immenſi ſigna edere compulerit ingenioſus amor, quid noui tādem excogitauit? En mirabilem acuti amoris artem. Eam enim ſui receſſus rationem excogitauit, vt à nobis recedens, non recederet, nobiſcumque manens ſuperna regna conſcenderet. Viuus nobiſcum degere voluit, ſed inuiſibilis in Euchariſtiæ Sacramento. Neque hoc contentus, mortuus nobiſcum degere voluit viſibilis, ſed non debuit exanime corpus nobiſcum degere; cum mortis legibus illud ſubiacere non deceat: ideò exanimis corporis veſtigia ſacroſancta impreſsit in Sindone, & paſsionis ſuæ indicium, & immenſæ ſuæ erga nos charitatis perpetuum monimentum.

Duo amores in Chriſti corde pugnabant.

Mirabile ingenioſi amoris artificiū.

In Euchariſtia Chriſtus inuiſibiliter viuus, in Sindone mortuus viſibiliter iacet.

3. *Mirum fortaſſe cuipiam videbitur.* Vetus circumfertur adagium. Altiora te ne quæſieris. Ideò etiam ſanctos viros arduis in rebus extimuiſſe cognoſcimus: nam Ieremias dicebat: A, A, A, Domine Deus, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. Aaron, quòd pollutus eſſet labijs, viribus ſuis maiora tentare timebat. Ionas [illegible]ere maluit, quam ſupra vires opus [illegible]ri. Mirari igitur quis iure optimo potuiſſe videbitur,

Sacra Sindon Chriſti erga nos charitatem commendat.

Sancti viri in arduis pertimeſcunt.

Digitized by Google

debitur, quod pius paſtor difficile opus, obſcuraque Sindonis myſteria explicare tentarit. Licet enim nobilitate atque excellentia ſacra Sindon maximè illuſtris ſit, cognitu tamen, atque explicatu difficilis, & obſcura eſt. Multa enim Paſsionis Chriſti myſteria in Sac. Sindone adumbrantur, quæ eo ipſo obſcura ſunt, quod vt plurimum ignota ſunt, nec ab antiquioribus explicata. Quare quòd in re qualibet noua ſolet accidere; vt innumerabilibus difficultatibus obſita ſit, illud etiam in explicatione myſteriorum quæ in Sac. Sindone deteguntur accidit, adeò vt illud dicere auctor poſſet, quod Euſebius Cæſarienſis in ſuæ Eccleſiaſticæ hiſtoriæ præfatione dicebat: Viribus noſtris maiora tentamus, vt quæ ſunt geſta narremus, & rudem, ac nulli ferè noſtrorum ingreſſam viam huiuſcemodi itineris primi audeamus incedere. Et licet Deum ducem futurum, Dominiq; Saluatoris noſtri certus ſim nobis ſuffragia affutura, hominum tamen nulla quibus poſsimus inniti conſpicimus præceſsiſſe veſtigia.

Myſteria ignota in ſacra Sindone continentur.

Verum obijceret aliquis. Si hæc adeò obſcura ſunt, cur ergo ea explicare auctor aggreſſus eſt? Sed huic interrogationi reſpondere quis poſſet. Quia in arduis rebus clarior eluceſcit virtus, atque in rebus obſcurioribus explicandis ingenij acies enitet excellentior. Verum in ijs optimè quadraret hæc ratio, qui ad ingenij oſtentationem, vel ad inanis glorię captandam auram, difficillima aggrediuntur, à qua tamen intentione longiſsimè piẽtiſsimi paſtoris abfuit moderatio. Verior ergo reddatur ratio, eaque ſit, ne gregis ſibi diuina diſpenſatione commiſsi animabus, paſtoralis curę ſollicitudo deeſſet. Pietas ergo, atque in gregem ſuum charitas paſtoris optimi mentem excitauit, vt viribus ſuis maiora tentaret. Quod ſi eum ab inſtituto, aut rei difficultas, aut virium imbecillitas retardabat, vicit tamen (vt D. Hier. ad Euſtochium in regulæ ſuę prelatione verbis vtar) Vicit duellum hoc charitas, quæ ipſum quoque inuincibilem vicit, vt immortalis, pro nobis moreretur.

In arduis eluceſcit virtus.

Charitate impellitur auctor vt S. Sindonis myſteria explicet.

Incomparabilis charitatis vis.

4. *Cui ſanè admirationi.* Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, vt qui ſe exaltat humilietur, qui ſe humiliat exaltetur. Si viribus tuis fidas, nihil facis, ſi in Deo ſpem ponas, opus perficis. Audaciores, nimiumque in ſeipſis fidentes Chriſtianos, tormentis pro Chriſto ſubeundis obiecisse ſe nouimus, quod autem nimium ſibi fiderent, iuſto Dei iudicio defeciſſe, & cruciatibus ſuccubuiſſe, ingentemque luctum Eccleſiæ Dei reliquiſſe. Eos verò qui ſpem ſuam omnem in Deum collocarũt, cruciatibus ſuperiores, portoribuſque fortiores, inſignem de hoſtibus Chriſti ſua morte triumphum reportaſſe. Auctor eſt Euſebius Cæſarienſ. lib. 5. cap. 1. *Sufficientia noſtra ex Deo eſt.* Ecce igitur quale opus conſcripſit, qui de ſeipſo humiliter ſentiens, omnem in Deo ſpem poſuit?

Pſeudomartyres ſibi fidentes in tormẽtis deficiunt.

Martyres in ſolo Deo fidẽtes triumphum reportant.

5. *Illud autem vnum ſpecto.* Pia intentio: Memoria enim Paſsionis Chriſti in Eccleſia ſummoperè neceſſaria eſt, vt habeant fideles in cuius inuocatione ſaluentur, ne dicatur, cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem ſuper terram?

Pia Paſtoris intentio, vt Chriſti Paſsionis memoriam conſeruet.

Ideò Chriſtus Dominus ad paſsionis ſuæ memoriã in nobis conſeruandam, nobiliſsimum inſtituit Euchariſtiæ Sacramentum. Nos enim ad flagrantem in Deum amorem impellimur, cum eximiam Dei erga nos charitatem, nobis in Chriſti paſsione teſtatam contemplamur, dicente Apoſtolo Rom. 5. *In hoc commendat Deus Charitatem ſuam in nobis, &c.* Quare D. Auguſtinus lib. de diligendo Deo cap. 6. dicebat: *Nunquam Dei erga nos charitatem ita agnoſcerem, niſi eam in tantis periculis expertus eſſem. Mortuus eſt pro me innocens, nihil quod in me amaret inueniens.* Quos igitur amoris igniculos

Quid Chriſtus ad Paſsionis ſuæ memoriã in nobis conſeruandam, fecerit.

Quid efficacius Dei erga nos charitatem commendet.

Digitized by Google

de cordis noſtri duritie proferet Chriſti Paſsionis contemplatio? O quam bene dici illud Salomonis poterit. *Nunquid poterit aliquis abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt non comburantur veſtimenta eius, aut ambulare ſuper prunas, vt non comburantur plantæ eius.*

Primis rerum inuentoribus gratiæ habendæ ſunt magnæ.

6. *Atque vt hoc paruo initio.* Magnas ijs habendas eſſe gratias dixit Ariſtoteles 2. Met. tex. 2. qui in vnaquaque re primi fuerint auctores, etiam ſi ſuperficietenus aliquid dixerint, conferunt enim aliquid etiam illi, habitum namque noſtrum exercent, & ſunt cauſæ, vt perfectiora addamus: nam facilè eſt inuentis addere.

Primos rerum inuentores ſacris literis commendari, cur voluerit Spiritus ſanctus. Quantum Antiſtitis pietati debeamus.

Hanc reor eſſe cauſam cur Spiritus ſanctus, eos, qui bonarum artium primi inuentores fuerunt, in ſacris literis deſcribi voluerit, ſicuti plurimos in Geneſeos volumine legimus rerum primos inuentores, vt eorum nomina æternę memorię conſecrarentur. Magnæ igitur gratiæ tanti Antiſtitis pietati ſunt habendæ, qui primus Sanctę Sindonis explicationem aggreſſus, non ſolum amplam alijs præbuit anſam, vt exactius Sanctę Sindonis myſteria explicarent; verumetiam ad id præſtandum hortatus eſt, qua quidem cohortatione ego in primis adductus, in eiuſdem Antiſtitis piam explicationem commentaria edere decreui, quibus plurima, quæ breuibus ab auctore tacta ſunt, enucleatius explicentur.

Deus ſecundum varias temporum ſucceſſiones ſua doctrina Eccleſiam vberius informat.

7. *Quando ſua Deus Eccleſia.* Veriſsima eſt hæc propoſitio, ac diligentiſsimè perpendenda, quam auctor ampliſſimorum Patrum teſtimonijs D. Gregorij, D. Io. Chryſoſt. ac D. Bonauenturæ, comprobat. Eam verò nos longiore indagine veriſsimam eſſe oſtendere poſſumus. Deus enim, qui populum ſuum triplicis legis obſeruatione ligauit, nō tamen omnes leges vno eodemque tempore, ſed temporū ſucceſſione perfectioris legis obſeruantias intimauit, nouiſsimaque tradidit, quę omnium eſſet perfectiſsima. Iam verò cum ſcriptam legem populo ſuo, aut mediante Moyſe præſcriberet, aut Eſdra mediante reſtitueret, noluit tamen omnia omnibus manifeſtare; ſed ſapientioribus reconditam magis doctrinam earum rerum tradidit conſeruandam, quæ ſuis loco, & tempore reuelandæ eſſent: fidem ijs quæ diximus quartus Eſdræ liber c. 4. facit, qui etſi canonicus liber non ſit, magnę tamē auctoritatis eſt in Eccleſia, ideò cum Canonibus circumfertur, quem maximè commendat B. Ambroſ. & quo in eccleſiaſticis officijs vtitur Eccleſia. Ibi ergo dicit Deus. Reuelans reuelatus ſum Moyſi in monte Synai, & enarraui ei mirabilia multa, & oſtendi ei temporum ſecreta, & finem, & præcepi ei, dicens: Hæc in palam facies, & hæc abſcondes. Et cum Eſdræ legem traderet reparandam, iuſsit plura conſcribi volumina, præcepitque ei, dicens: Priora quæ ſcripſiſti volumina, palam pone, legant ea digni, & indigni, nouiſsimos autem ſeptuaginta libros conſeruabis, vt tradas eos ſapiētibus de populo tuo, in ijs enim eſt vena intellectus, & ſapientiæ fons, & ſcientiæ flumen. Amplius autē populo ſuo Chriſtus varia Sacramenta conceſſit, ſed nobiliſsima in noua lege, quam in fine temporum explicauit. Et cùm Eccleſiam ſuam varijs Prophetarum, & Patriarcharum per varia temporum incrementa miſsionibus nobilitaret, Filium tandem ſuum, non cum Prophetis, ac Patriarchis, ſed poſt lōgam eorum ſeriem miſit, adeò vt Apoſtolus dixit Hebr. 1. *Multifariè multiſque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouiſsimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, &c.* Animaduertit tandem Athanaſ. in Diſput. contra Arium, Deū in veteri teſtamento maximè vt vnum in eſſentia eſſe manifeſtatum; at in nouo teſtamento perſonarum Trinitatē maximè eſſe declaratam, & poſt Chriſti Natiuitatem, ſecundam Trinitatis perſonam agnitam eſſe; at à die Pentecoſtes,

Deus nouiſsimè tradit quod perfectius eſt.

Cur Deus omnia omnibus reuelari noluerit.

Liber 4. Eſdræ licet Canonicus non ſit, eſt tamen magnæ auctoritatis in Eccleſia.

Sapientioribus vberior creditur ſapientia.

Nobiliſsima ſacramenta in fine temporum explicata.

Deus nouiſsimis temporibus filium ſuum miſit in mūdum.

Trinitatis myſterium qualiter manifeſtatū.

coſtes, & deinceps maximè cognitam fuiſſe tertiam Trinitatis perſonā. quæ eſt Spiritus ſanctus. Doctè igitur ab auctore illud probatum eſt. Deum ſecundum varia temporum incrementa, myſteriorum ſuorum magnificentiam ſolitum explicare.

Luna myſticè 3. V. animam iuſti, ex Eccleſia ſignificat.

8. *Hinc eſt, quod Sacræ literæ Sanctam Eccleſiam cum Luna comparare ſtuduerunt.* Cantic. 6. *Pulchra vt Luna*, quem locum etſi Rupertus Abbas explicet de B. Virgine, S. Gregor. de anima iuſti, tamen Tertullian. lib. de Reſurrectione, Ambroſ. lib. de inſtitutione virginum, Hieron in cap. 66. Eſaiæ, Origenes Homil. 4. in Cantica, Gloſſa ordinar. & Carthuſ. de Eccleſia explicant, & benè: Vt enim Luna nocturno tempore totum illuſtrat orbem, ita Eccleſia, dū ſumus in noctis huius vitę caligine, & cæcutientes peregrinamur à Domino, vniuerſum Orbem ſua fide illuſtrat. Quare benè Rutilius Benzonius lib. 1. de fuga, diſput. 1. q. 2. dicit Eccleſiam adeò fuiſſe dilatatam, vt omnia loca occuparit, nec amplius poſsit excreſcere quoad loca; quod etiā ante ipſum ſancti Patres comprobarunt, vt Irenæus lib. 1. in Hæreſes Valent. c. 3. S. Cyprian. lib. de vniuerſitate Eccleſię. Tertull. lib. cont. Iudęos c. 3. Athanaſ. lib. de Humanit. Verbi. Aug. epiſt. 78. & 80. Chryſoſt. & Hieron. in c. 24. Matth. Theodoretus lib. de Legibus. Leo Sermo. de SS. Petro & Paulo. Quæ veritas ſatis ex eo apertè elucet, quod de Apoſtolis prædixit Dauid, dicens Pſal. 18. *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.*

Eccleſiæ ad lunam comparatio.

Supputatio annorum multiplex.

9. *Poſt exactos à mundi creatione.* Magnæ concertationi campus panderetur, ſi de mundi ætatibus, deque varijs annorum ſupputationibus multiplices nobis congerendæ, ac diſcutiendæ eſſent ſententiæ, de quibus illud veriſsimè hac in re dici poſſet, quod Illuſtriſsimus Card. Baronius, præclarum noſtri temporis hiſtoriarū, & ſapientiæ ſpeculum, in ſuis ad Martyrologium adnotationibus exarauit: Quot capita, tot ſententiæ.

Nam ab initio mundi vſque ad tempora aduentus Chriſti Rabbi Naaſon ſupputat 3707. Rabbi Abraam 3754. Hæbreorum chronica 3760. Hieronym. & Beda 3952. Picus Mirandul. 3958. Ioan. Lucidus 3960. Abbas Vſpergenſis 3962. Theophylus 3974. Carol. Brouil. 3959. Ioſephus Mathatiæ 4103. Odiatin Aſtronomus 4320. Caſsiodorus 4697. Origen. in Matth. 4839. Epiphan. Salam. Epiſc. 5029. Paulus Oroſius 5049. Philo Iudęus 5195. Iſid. Hiſpal. 5196. Euſeb. Cæſarienſ. 5199. Ioan. Nauclerus 5201. Albumaſar Aſtronomus 5328. Auguſtin. 5353. Suidas. 5600. Lactantius. 5080. Philaſtrius Brixien. Epiſ. 5801. Alphonſus Rex Hiſpa. 5984. Genebrard. 4089. Chriſtianus Adricomius 3960. At Euſeb. Cæſarienſ. cuius ſupputationem Septuaginta interpretum ſupputationi inhærentē plurimi facit Eccleſia, numerat annos 5199. Dum enim ad Hebraicę veritatis ſcopū Doctores conuertuntur, maximè inter ſeſe diſſentiunt, & exploratam ſeptuaginta interpretū ſupputationē (quam ſemper Eccleſia plurimi fecit) deſerunt, ſecundum quam non poſt duo millia trecentos, & ſeptuaginta annos à creatione mundi, à Noe ſcriptam legem nouimus, ſed poſt tria millia ſexcentos nonaginta annos. Verum pientiſsimo noſtro auctori, qui in id ſolum deſudabat, vt gregis ſui animos ad interna deſerti penetralia introduceret, vbi vera ſalutis paſcua inuenirent, ſugerentque mel de petra, oleumque de ſaxo duriſsimo, nihil de annorū ſupputatione cordi fuit, qui Chryſoſtomi ſententiā adduxit, non vt mūdi ætates nos doceret, ſed vt ſecundum varia temporum incrementa, feliciora etiam incrementa Eccleſiæ accidiſſe doceret; Quare quæ de annorū numero leguntur, ea, vt Chryſoſtomi, non

Variæ temporum ſupputationes.

Lex Moyſi data eſt poſt 3690. annos ab orbe condito.

mi, non vt auctoris placita teneantur.

10. *Sic pleraque de Seruatoris noſtri paſſione.* Hoc Euangelicam Hiſtoriam legentibus fit maximè manifeſtum, nam alius quidem Euangeliſta ſcribit tantum, *Pilatus verò* IESVM *flagellis cæſum tradidit vt crucifigeretur*, ita Matthæus. Alij verò, vt Marcus, & Lucas dixerunt tantum, *Et crucifixerunt eum.* Quod ſine dubio non abſque grandi quodam myſterio factum eſſe credendum eſt. Docet enim S. Cyrill. Alex. lib. 4. in Ioan. c. 18. nihil in Scripturis temerè eſſe dictum, & in c. 14. Leuitici dicitur, nihil abſque profunda ratione eſſe factum. Verum, quænam ſint hęc myſteria à nobis hoc loco referandum eſt. Et Simon quidem de Caſsia, citatus in textu, occultum eſſe docuit, qui tamen alibi hoc eſſe aſsignauit, quod ea quæ Euangeliſtæ non tradiderunt Eccleſia pia credulitate ſuppleuit. Secundam alij addunt, dicentes Euangeliſtas in deſcribenda Chriſti crucifixione, adeò vel doloribus affectos, vel ſubortis lachrymis perfuſos, vt exactius crucifixionis myſteria explicare non potuerint.

Euangeliſtæ Chriſti Paſſionis myſteria ſtrictiſsimè deſcripſerunt, & cur.

In ſcripturis nihil abſque profunda ratione ſcriptum eſt.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertiam addit Cæſar Calderarius, in libello quem inſcribit Trophæũ Crucis; quia Euãgeliſtę nouerant ſe Chriſti dolores non poſſe commodè explicare, ſilentioque exactius explicari Chriſti paſsiones poſſe, quam Oratione crediderunt, Exemplo Timantis pictoris, qui cum Iphygeniam Agamemnonis filiam mortuã pinxiſſet, ac circum eam plurimos eius necem dolentes, ac maxime lugentes, cum deinde Patrem omnium maximè dolẽtem pingere ſtatuiſſet, cerneretque ſe Patris dolorem penicillo nõ poſſe exprimere, Patrem velo obtexit, Patris dolores intenſiſsimos magis ad viuum exprimi ratus, Patrem velando, quam lugentẽ pingendo: ita & Euangeliſtę.

Tertia ratio.

Euangeliſtę multa ſilentio perſtrinxerunt, quod eorum amplitudinẽ exprimere non valebant.

In Iphygeniæ morte qualis luctus.

Quartam addit Ioan. Lanſpergius in elucidatione Paſsionis Chriſti, dicens: Vide quam breuiter Domini crucifixionem Euangeliſtæ narrauerunt: ſed cur putas modum non explicari facti ab Euangeliſtis? Credo equidem, vt deuotis occaſionem meditandi tribuerent, & vt pro deuotione ſua vnicuique ſic, vel ſic daretur occaſio meditandi: in alijs enim huiuſmodi, quæ in Scriptura non explicantur, neque Scripturæ inueniuntur contrariæ, nihil certi definitum eſt ab Eccleſia, licet abſque periculo vnicuique ſentire, aut meditari, prout ad maiorem, vel compaſsionem, vel deuotionem ſe poteſt excitare.

Quarta ratio.

Euangeliſtæ crucifixionis modum nõ deſcripſerunt, vt pijs daretur occaſio meditandi.

Optima ratio contemplandi Paſſionem Chriſti.

11. *Non abſimili quoque modo.* Admirabilis Dei prouidentia in Sanctorum ſuorum magnalijs referandis. Quamuis in vniuerſo orbe quem condidit gubernando, adeò cunctis patẽs, atque explorata D. O. M. prouidentia conſpiciatur, ſingulari tamen ratione in Eccleſia gubernanda, ſacrorumque arcanorum monumentis referandis, Dei admirabilis eſt prouidentia. Ingens ſeſe nobis offert ad plurima declaranda campus, ſed immenſum diſputationis campum præſcriptæ nobis breuitatis anguſtia excipere non poteſt. Ideò ſatis nobis hoc loco futurum cenſeo, ſi tria, aut quatuor accommodatiſsima exempla afferam, quibus inſignis Dei prouidentia in ſacroſanctis reliquijs, ſecundum præfinita à Patre luminum tempora reuelandis eluceſcat. Atque in primis de omnium nobiliſsime reliquiæ inuentione, ſcilicet de ſacroſancti, ac ſalutiferi Dominicæ Crucis ligni inuentione agamus. Cũ enim perſecutionis rabies adeò Eccleſiã diuexaret, vt Chriſti nomen nõ ſine graui vltione enunciaretur, Crucis ſalutiferę lignum terrę viſceribus conditum, occludi voluit Deus. Si enim tunc inuẽtum eſſet, perſecutorum rabie combuſtum, aut in fruſta non abſque lethalis piaculi iniuria conciſum fuiſſet. At reſtituta Eccleſię pace, Helenæ Cõſtantini Matris cor accendit, vt conquirendæ Crucis

Admiranda eſt Dei prouidentia, præcipue in Eccleſia gubernanda.

Inuentio S. Crucis conuenienti tẽpore præfinita, & quo, & cur.

ſtudio

Lignum S. Crucis 300 annis ſub terra delituit.

ſtudio Hieroſolymam peteret, atque maximis ornata miraculis Crucis gloria rutilat, quæ trecentis circiter annis ſub terra delituerat. Quid porrò de ſacræ lanceæ qua Chriſti latus apertum fuerat inuentione dicam? Cum enim annis 1065. Antiochiæ in Eccleſia ſancti Andreę delituiſſet, Chriſtianuſque populus barbarorum copijs premeretur, eodem indicante, ac reuelantè D. Andrea Apoſtolo, dominica Lácea inuenta eſt, cuius incredibili virtute barbarorum exercitus prodigioſè profligatus eſt, vt tradunt Guilielmus Tyrius lib. 6. de bello ſacro, & Paulus Æmilius lib. 4. de geſtis Francorũ, Auctor Supplementi Chronicorũ ſub eundem annum. In hiſtorijs clariſsimę Vrbis Mantuę legimus, quod cum temporibus Henrici II. Imper. terra maximis concuſsionibus quateretur, anno eiuſdem Imperij 3. S. Andreas Adelberto Bonifacij Comitis Mantuę ab eleemoſinis, pio, probatoque viro apparens, locum indicauit vbi pretioſus Chriſti ſanguis, qui è Chriſti latere effluxerat, à B. Longino pixide exceptus conditus fuerat, dicens, terram tot motionibus concuti, quia Dominici ſanguinis quo mundus redemptus eſt, Theſaurum diutius occluſum, & ignotum continere non patitur. Sed vt de ſanctorum inuentionibus aliqua dicamus: Quis admirabilem Dei prouidẽtiam in ſeptem dormientibus non admiretur, quos 300. ferè annis prædormire Deus voluit, eo tempore expergiſcendos, quo futuræ omnium reſurrectioni, fidei, quæ in controuerſiam reuocabatur, teſtimonium eſſent exhibituri. Denique vt finem faciam, admirabile diuinæ prouidentiæ factum hic ſubſcribam, quod me Romæ ſub felicibus Greg. XIII. Pont. Max tẽporibus degente, ingenti cum admiratione accidit. Cum enim eiuſdẽ Pont. iuſſu in Romani Martyrologij reformatione de glorioſiſsimo Felice II. Papa ingens controuerſia exagitaretur: eſſet ne è Sanctorum albo expungendus, an in eorum catalogum inſerendus, iam iamque proximum videretur, vt Papæ viuentis ea tempeſtate, qua ipſe Pontificatum geſſerat, Liberij Papę memoriam tanquam pſeudo-Papæ è ſanctorum numero excideret. Ecce pridie eius diei quam eiuſdem S. Felicis feſtum ageretur, quoſdam adducit qui caſu ibi, vbi eius corpus conditum erat, fodientes, loculũ eius marmoreum effodiunt; ipſeq; veluti cauſam acturus in publicum cedulam prodit, cuius inſcriptio ſanctitatis eius fidem faceret, litemque omnem, ac cõtrouerſiam dirimeret. Lege quę hac de re doctè, & piè Illuſtriſſ. Baronius Card. anno Chriſti 357. num. 48. & ſequentibus literis conſignauit.

Inuentio Lanceæ qua Chriſti latus trãsfixum fuit.

Sacrę lanceæ miracula.

Precioſus Chriſti ſanguis ſub Henrico II. Mantuæ inuentus.

Longinus Chriſti ſanguinẽ Mantuam defert.

Septem dormientes ad reſurrectionis fidem probandam viui conſeruantur.

Sancti Felicis Papæ inuentio mirabilẽ Dei prouidẽtiam commendat.

S. Felix Papa qualiter cauſam ſuæ ſanctitatis defenderit.

12. *Atque hoc vt futurum credam.* Hoc loco tria ſunt explicanda. Primò, Quid intelligatur per Sudarium, quod poſitum erat ſuper caput IESV. Secundò, Quis fuerit hic Abbas Ioachimus. Tertiò, Quid ſit Sudarium, & quot ſint Sudaria.

Quid ſit Sudarium poſitum ſuper caput IESV.

Quod ad primum attinet. Quidam legentes Sudarium poſitum ſuper caput IESV, putant illud eſſe ad inſtar ſudarioli, quod nos ad emungendas nares admouemus, quod ſuperpoſitum capiti, caput, & faciem tantum Chriſti velaret. Verùm iſti toto, vt dicitur cœlo errant. Sciant igitur per Sudarium quod fuit poſitum ſuper caput IESV, ſacroſanctam Sindonem, cuius magnalia explicanda pientiſsimus Bononienſis Antiſtes ſuſcepit, eſſe intelligendam, ſicuti apertè ex Beda colligitur lib. de loc. ſanctis. c. 5, qui dũ miracula plurima ſacerrimi huius Sudarij, quę ſua ętate accidiſſe ſcribit, enumerat, docet Sudarium quod poſitum fuit ſuper caput IESV, habuiſſe longitudinis pedes octo. Licet autẽ hoc Sudarium totũ Chriſti corpus obtegeret, dicebatur tamen poſitum ſuper caput IESV; quia Chriſti corpori ſubſtratũ, vt pedes vnam Sudarij extremitatem attinge-

Sudarium poſitum ſuper caput IESV eſt ſacra Sindon.

S. Sindon cur Sudarium ſuper caput IESV poſitum dicatur.

Digitized by Google

attingerent; ſuper caput reuolutum totum caput ambiens, reliquo corpori ſuperexpandebatur,

Quo ad ſecundum. Quia hoc loco citatur Abbas Ioachimus, tanquam alicuius auctoritatis vir, videndum eſt quis fuerit. De hoc auctore ita ſcribit Xiſtus Senenſ. lib. 4. Biblioth. ſanctæ. Ioachim Abbas Florenſis Cenobij, ordinis ſancti Benedicti, ex Calabria oriundus, vir in Diuinis Scripturis ſtudioſus, & exercitatus, & ſuo tempore veriſsimus Propheta creditus, ſcripſit ad Fratrem Rainerium de Pontio in totum Eſaiam Prophetam, ſtylo rudi & obſcuro, commentariorum librum vnum: in quibus multa de ſeptem temporibus Eccleſiæ, & de oneribus ſexti temporis, quaſi futurorum præſcius, diſſeruit, multas immiſcens prophetias, ac vaticinia de futuris temporibus. quę an impleta, vel adhuc implenda ſint, alii viderint. Scripſit, &c. Claruit ſub Hérico Imp. VI. anno Domini 1200. Matthęus Palmerius in additionibus ad Chronicam Euſebij, Ioachimum virum prophetico ſpiritu plenum appellat. De hoc eodem eruditè ſic ſcribit Laonicus Chalcondylas lib. 6. de rebus Turcicis. De Pontificibus quidem Ioachim Abbas vir vaticinandi peritus, inter doctos Italiæ cônumeratus, prędixit multa, quomodo ſinguli ad Pontificatum eſſent peruenturi, & in eo victuri. Et quemadmodum vaticinatus eſt, ita euenit. Etiam alia miraculo digna de hoc viro commemorantur. Nam cum eſſet idiota, nec vel modicum eruditionis haberet, Ianitor in quodam Italiæ Monaſterio Nazaræorum, ſiue Monachorum fuit: & quondam in hortum egreſſo, apparuit vir forma pulcherrimus, qui aſsiſtens ad Ioachim, manuque amphoram tenens inquit: Ioachim cape, bibe vinum hoc, eſt enim optimum. Qui dicto audiens, bibit ad ſatietatem vſque, amphoráque reddidit inquiens ſe ſatis bibiſſe. Cui vir reſpôdit. O Ioachim ſi totum hauſiſſes vinum, nulla te ſcientia fugiſſet. Deinde in colloquium ac diſputationē veniês cum viris ea tempeſtate doctiſſimis, planè diuinus quātum ad ſcientiam attinet, apparuit. Hinc factus Abbas, etiam de Pontificatus dignitate magna quædam vaticinatus eſt futura, quę omnia tandem euentus confirmauit. Nam quæcûque prædixit, eueniſſe conſtat, licet vbique miracula eius per Italiam obuia ſint. Hæc ille. Plane mirabilia ſunt, quę de tanto viro in ipſius vita prodidit Gabriel Barrius. adeo, vt & ante Ioachimi natiuitatem naſcituri excellentiam iuuenis quidam lineis veſtibus candidis indutus matri præmôſtrarit, dicens: Concepiſti filium quem ante ſeptennium baptizabis, vt viuere poſsit. Cum verò natus eſſet, pater eum videre ſibi videbatur ſuper altare canentem: Puer natus eſt nobis, alleluia, & filius datus eſt nobis, alleluia. Tantęque auctoritatis eius doctrinæ famā percrebuit, vt Lucius III. Vrbanus III. ac Clem. III. Pontt. Max. eum rogauerint, immo etiam præceperint, vt in Apocalyſeos librum conſcriberet explicationes.

Abbas Ioachimus Propheta creditus.

Abbas Ioachimus doctiſsimus.

Ioachimus bibens ſapientiam haurit.

Mira Ioachimi laus.

Roman. Pont. Ioachimum rogant vt in Apocalypſim comm. ſcribat.

Côſtat igitur tanti viri auctoritatem maximæ eſſe commendationis, vt meritò auctor, eius teſtimonio permotus, dicere potuerit: In eo ſe confidere magis, quod Abbas Ioachim hoc vaticinatus quodammodo fuerit in libro, qui ſub Rom. Eccleſiæ correctione fuerit. Et hæc de ſecundo.

Quod attinet ad tertium, explicandum primum eſt à nobis quid ſit ſudarium, & quam multa legantur Chriſti ſudaria. Sudarium, vt vox ipſa innuit, à ſudore dictum eſt, & ſudarium pannus eſt ad ſudorem extergēdum. Quatenus tamen in hoc libro Chriſti Sudaria nominantur, ſunt linei panni in quibus Chriſti Saluatoris noſtri effigies impreſſa conſpicitur. Quomodo autem, & cur Chriſti imago ſudario adhæſerit, Chriſtus ipſe apud S. Brigittam lib. 4. cap. 81. explicat dicens: *De ſudario meo ſcias,*

Quot Chriſti ſudaria. Sudarium quid ſit.

Sacra ſudaria quomodo & cur à Chriſto ſignata.

ſcias, quod ſicut ſudor ſanguinis mei de corpore meo fluxit imminente paſsione mea, quando rogaui Patrem; ſic iſte ſudor exiuit de facie mea propter qualitatem rogantis me, ad conſolationem futurorum. Plurima autem Chriſti ſudaria legimus, ſcilicet ſudarium tranſmiſſum à Chriſto Domino Abagaro Edeſſenorum Regi. Sudariũ Veronicæ: Sudarium tertiũ, quod fuit ſuper Chriſti caput in monumento poſitum, quod eſt ipſa S. Sindon. De omnibus iſtis ſudarijs Chriſti, aliqua prælibare animus eſt.

Sudarium Edeſſanum.

De ſudario Edeſſeno meminit auctor noſter in cap. 3. docens, quod cum Abagarus Edeſſenorum Rex deſiderio videndi Domini pictorem miſiſſet, qui Chriſti effigiem penicillis exciperet; pictor verò fulgoribus, qui è Chriſti facie egrediebantur, hallucinatus, Chriſti effigiem non poſſet excipere, Chriſtus, quæ eius in Abagarum Regẽ voluntatis propenſio fuit, arreptum linteum faciei ſuę admouit, eique ſuam effigiem impreſsit, atque Abagaro Regi tranſmiſit. Huius hiſtoriæ veritatem cõfirmat Nicephorus lib. 2. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 7. & lib. 17. cap. 16. Damaſc. lib. 4. Orthodoxæ fidei, cap. 17. Euagrius lib. 4. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 27. S. Tho. 3. d. 9. q. 1. art. 2. q. 2. ad 3.

Chriſti mirabilis comitas.

Sudarium Edeſſanũ in Conc. Niceno commendatum.

De eodem fit mẽtio in ſecunda Synodo Nicęna act. 5. vbi referuntur verba Leonis Imper. Edeſſam petiui, & venerãdam imaginem non factam hominum manu adorari, & venerer à populo vidi. In eadem Synodo refert teſtimonium Stephani Papæ, & Adriani Papæ, Iuo Carnoten. 4. p. ſui decreti cap. 103. In tom. 3. Conc. extat opuſc. Adriani Papæ de imaginibus, vbi de eodem Sudario fit mentio, de quo alij graues auctores plurima tradiderunt. Pereſius Aiala lib. de traditionibus, parte 3. cap. de Antiquitate imaginum. Conradus Brunus lib. de Imaginibus cap. 13. Conradus Klingius lib. de locis communibus cap. 70. Frãciſcus Suarez, 3. p. diſput. 54. Cõſtantinus Porphyrus Genneta in peculiari comm. hac de re. Paulus Griſaldus in lib. Deciſionum fidei Catholicæ verſic. Imago. Hoc ſudarium Genuæ aſſeruari aiunt in Eccleſia ſancti Bartholomęi. Hanc tamen inuenio primo Conſtantinopolim deportatam 16. Auguſti. Ita habetur in Menologio Græcorum, & apud Zonaram tom. 3. annalium in Romano Lecapeto.

Sudarium Edeſſanũ. Genuæ aſſeruatum.

Sudarium Veronicæ.

De ſudario Veronicæ hæc traduntur. Ferunt Chriſtum dum Crucem ad Caluariæ mõtem, vt ibi crucifigeretur, ferret, Linteum ad faciem abſtergendam à Sancta quadam fæmina, nomine Veronica, accepiſſe, eique ad faciem admoto, ſuam effigiem immobiliter impreſsiſſe, Chriſtianus Adricomius in theatro terræ ſanctæ; in deſcriptione Vrbis Hieruſalem num. 44. dicit: *Domus Veronicæ angularis fuit, vbi Veronica lineum capitis ſui peplum dedit Chriſto, quo faciem ſuam tergeret, cui Dominus faciei ſuæ imaginem perfectè impreſsit, eique in amoris ſui pignus reddidit. quod in hodiernum vſque diem Chriſti facie inſignitum Romæ in Sancti Petri Baſilica in Vaticano monte per Conſtãtinum magnum extructa, grandi honore aſſeruatur, ac ſtatis diebus populo oſtenditur.* Ita & Breidembachius 14. Iul. Salignatus tom. 8. cap. 7. Paſ. d. 210. Ita referunt Conradus Brunus lib. de Imaginibus cap. 13. Conradus Klinghius lib. de locis communibus, cap. 70. Paulus Griſald. in deciſ. fidei Cathol. verſ. Imago. Io. Eckius de paſsione Chriſti act. 5. conſid. 1. Ioan. Turrecrem. c. venerabilem, de conſ. d. 3. Franciſcus Suarez diſput. 54. in 3. p. D. Tho. Med. 3. p. q. 25. art. 3. Rutilius Benzonius lib. 1. de fuga, diſpu. 1. q. 2. fol. 59. Quod ſæpius ſe Romę contrectaſſe docet; Viguerius in Inſtitutionibus Theologicis num. 66. qui etiam hoc ſudario ſanatũ fuiſſe Tiberium referũt. Immò diuinos Chriſto honores ab ipſo fuiſſe decretos, à Suetonio traditum referunt. Hoc tamen Senatum ægrè tuliſſe, quod ipſo inconſulto quis in Deorum numerum eſſet

Veronicæ compaſſio quale pręmium reportarit.

Veronicæ domus vbi, & qualis.

Veronicæ Sudarium in Vaticana ſeruatur.

Veronicæ Sudario ſanatur Tiberius Cæſ.

Digitized by Google

à Chriſtus à Tyberio in Deos referri noluit, & cur.

eſſet relatus. Verum ego aliam ob cauſam à Tiberio diuinos decretos honores lego, ſcilicet propter præclara atque admirabilia, quæ de Chriſto ad Tiberium ſcripſerat Pontius Pilatus, ita lego apud Euſeb. Cæſarien. lib. 2. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 2. Conueniunt autem omnes ſupra adducti ſcriptores ſudariũ illud eſſe, quod hodie ſumma cum veneratione in Vaticana Eccleſia, & ſeruatur, & colitur, quod etiam tradit Alphonſus Paleotus infra cap. 3. & hęc de 2. ſudario.

Sudarium quod fuit ſuper caput Chriſti.

De tertio Sudario, conſtat in ſepulchro præter lineam Sindonem aliud quoque fuiſſe Sudarium poſitum ſupra caput Chriſti, hoc apertè euincunt ea, quæ leguntur Io. 20. *Vidit linteamina poſita, & Sudarium quod fuerat ſuper caput eius, non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum.* Fuiſſe enim Iudæorum conſuetudinem (ſecundum quam Chriſtus ſepultus eſt) vt præter reliquas vittas, aut inſtitas, aut lintea, etiam Sudarium ponerent ſuper faciem eius qui tumulabatur, colligitur ex cap. 11. Ioan. vbi de Lazaro ſuſcitato legimus. *Statim prodijt, qui fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus inſtitis, & facies illius Sudario erat velata.* Hoc tertium Sudarium eſt ſancta Sindon Chriſti effigie ſignata, vt ſupra oſtenſum eſt. De hoc tertio Sudario intelligitur dictum Ioachimi, dum dicit, ſatis ſit nobis videre Sudarium, quod fuit ſuper caput Ieſu. Explicare autem illud nobis non licet, niſi fortè, &c. manifeſtè alludit ad id quod legitur fol. 20. *Petrus vidit linteamina poſita, & Sudarium quod fuit ſuper caput eius, non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum.* S. Chryſoſt. Hom. 8 id conſiderans, quaſi plicatum Sudarium indicauit ijs verbis: *Si qui corpus abstuliſſent, illa reliquiſſent, neque ſi furati eſſent Sudarium inuoluere, & ponere in vnum locum curaſſent, ſed vt erat corpus abſtuliſſent.* Nicephorus Calixtus lib. 1. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 23. dicit: *Sindonis verò ac linteaminum, ipſiuſque adeò ſi placet in capite Sudarij rurſum qualia? Hæc enim mirrha, & aloe, & item viuifico corpori illi compacta, & quaſi vnum corpus vnguentorum vi, atque efficacia facta, nequaquam corpus furtim auferri permiſere iuxta Iudæorum inſanam dementiam. Quomodo enim fures corpus ſic denudantes detraxiſſent, cum ſepulchralia lintea intacta, & decenter perinde atque ei circumdata fuerãt, ſuo quæque loco reperta fuerint. Et Sudarium non temerè ſed in vno capitis ſcilicet loco ritè circumuolutum iacuerit.* Lege etiam cap. 33. & S. Gregor. hom. 22. in Euangelia, notat, quod non ſolum in vnum locum, ſed etiam cernitur inuolutum. *Linteum autem,* inquit, *quod cernitur inuolutum, eius, nec principium, nec finis reperitur.* Per Sudarium igitur quod fuit ſuper caput IESV, myſticè Diuinitatis intelligit Sacramenta, quæ non ita de facili explicantur à nobis. Ideò meritò de hoc Sudario dixit Ioachimus: *Satis eſt nobis videre Sudarium quod fuit ſuper caput* IESV, *illud autem explicare nobis non licet, niſi fortè in illum diem in quo conſtituit Dominus.*

Iudæi qualiter ſepelirentur.

Sudarium plicatum, & inuolutum.

Linteamina in ſepulchro relicta arguunt Chriſti corpus furto non eſſe ſublatum.

Sudarium inuolutum quid ſignificet.

Auctoris Opus quã aptè Sindonis explicatio fuerit inſcriptum.

Interim tamen ex dictis collige, quã conſultò, & aptè Opus illud à ſapientiſsimo Antiſtite explicatio Lintei ſit inſcriptum. Licet enim alio titulo, quod ſciolas aures demulceret, magis poſſet inſigniri; nulla tamen aptior ſcriptio potuit inueniri. Quæ enim aut plicata aut inuoluta ſunt, propriè explicari dicuntur.

Chriſtus è Cruce depoſitus in altum elata cruce manente.

13, *Atque vt inde ſumamus exordium.* Hoc loco altius quoddam myſterium innuitur, alibi fuſius explicandum. Bene dicitur *De Cruce depoſitum*, ita enim habet Lucas, *Depoſitum inuoluit Sindone.* Oſtenditur quod Crux è ſuo loco euulſa non fuerit, neque ſupra terram extenſa, vt commodius claui è Cruce, ac membris Chriſti extraherentur, ſed quod erecta Cruce, ipſaque in altum permanente, è Cruce extractus fuerit Chriſtus. Si enim humi hæſiſſet Crux, non propriè diceretur de-

Digitized by Google

tur depoſitus; ſed clauis reuulſis diceretur à cruce ſublatus. Depono enim verbum ſignificat, quaſi deorſum pono. Textus Græcus apud Lucam cap. 33. ſic habet. Καὶ καθέλων αὐτὸ, id eſt, & demoliens ſiue deſtruens, quæ verba de ædificijs dicuntur, quando deijciuntur.

Omnes Euangeliſtæ Chriſtum teſtantur Sindone inuolutũ, & cur.

Nemo verò ocioſè, & abſque graui cauſa collectas ex quatuor Euangeliſtis de ſacra Sindone, qua Chriſtus obuolutus eſt, ſententias putet. Fuit enim hæc veritas aptiſsimis Euangeliſtarum teſtimonijs confirmanda, vt oblatrantium hæreticorum ora præcludi, & impia eorum dogmata confundi poſſent: nam vt teſtatur Philbertus Pingonius opuſculo de Sindone Euangelica, Ioannes Caluinus Hæreſiarcha, eiuſque ſequaces, ſacroſanctam Sindonem, quæ Camberiaci ſeruabatur, venenatis morſibus lacerare auſi ſunt, dicentes: *Chriſti corpus faſcijs reuinctum quidem, ſed Sindone inuolutum non eſſe*, cum Ioannes cap. 19. dicat: *Chriſtum linteis ligatum cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire.*

Heretici ſacram Sindonẽ impugnant.

Mos Iudæorum ſepeliendi qualis.

Mos autem Iudæorum eſt iſte, ſicut idem Ioan. cap. 11. teſtatur in Lazaro, vt faſcijs corpus ligaretur, & Sudarium capiti ſuperponeretur. Ita enim de Lazaro legimus: *Statim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus manus, & pedes inſtitis*, id eſt faſcijs ſepulchralibus. Fit etiam mẽtio de Sudario poſito ſuper caput eius, non igitur Sindon fuit adhibita, ſubdunt: ſi inſtitis Chriſti corpus primo obſtrictum, ſi facies Sudario prius obuelata, qui igitur fieri potuit, vt Chriſti imago Sindoni adhæreret? An enim per inſtitas in Sindonem tranſmiſſa? at prius inſtitis adhæſiſſet. An ita Sindonem ſignauit, vt ſepulchrales vittas non ſignarit? at hoc nouum oſtentum eſſet, quod effigies diſtans velum pinxerit, adiacentes verò corpori faſcias non pinxerit. Addatur & illud, quod vnguentis oblitum, ac vndique mirrha & aloe pollinctum erat, igitur, mirrhæ, & aloes notæ vbi ſunt? O cæcam ſtultitiam, ô ſtultam perfidiam, argumentorum fallacijs abigere Sindonem ſatagunt, quam omnes vno ore Euangeliſtæ confeſſi ſunt. Matth. 27. *Ioſeph inuoluit corpus Sindone munda.* Marcus cap. 15. *Ioſeph mercatus Sindonem, & deponens eum inuoluit Sindone.* Lucas 23. *Depoſitum inuoluit Sindone.* Ioannes cap. 20. *Vidit linteamina poſita, &c.* Ecce Sindonem, quid clarius? At effigiem Chriſti non legimus. Quæris modum, miraculum hoc fuit ab eo factum, apud quem non eſt impoſsibile omne verbum: qui ita, & antequam faſcijs ſepulchralibus obſtringeretur, & etiam poſtquam fuit obſtrictus, Sindonem cum faſcijs ſignare potuit, & ita Sindonem ſignare, vt vittas non ſignaret. Cogita quid dicat Hugo de ſancto Victore, lib. 2. de Sacramentis, parte 4. cap. 11. Cogita facientem, & deſinet eſſe mirabile quicquid erit, & ſi mirabile eſſe non deſierit, tamen impoſsibile non erit. Nam ſi factor omnipotens cogitatur, non erit impoſsibile quicquid erit.

Argumẽta hæreticorum.

Hæreticorum perfidia refutatur.

Mirabilia de Dei poteſtate ſententia.

Quis fuerit Ioſeph qui Chriſtum è cruce depoſuit.

Quoniam autem tanti viri Ioſeph ſæpius mentio facta fuit, illud à nobis exigit ratio, vt quid de eo ab alijs proditum fuit, aperiamus; ne tanti viri notitia tenebris obuoluatur. Atque ex Euangelio quidem eius nobilitas nobis conſtat, erat enim Decurio. Adricomius vbi infrà, Senatorem appellat. Cuius nobilitas ex nobiliſsimo ſepulchro, quod ſibi nouum conſtruxerat ex lapide dignoſci poteſt; hac enim de cauſa Ioan. Chryſoſtom. Homilia 75. in Ioannem, fatetur Ioſeph fuiſſe nobiliſsimum ab Arimathia Ciuitate, quæ alio nomine Ramatah, ſiue Ramathaim, & Ramath dicta eſt, eratque Ciuitas ſeparata Leuitis, ſita in Sophim monte Ephraim, vt pluribus teſtatur Chriſtianus Adricomius in

Ioſeph erat Decurio, & Senator nobiliſſimus.

Arimathia Leuitarum vrbs.

Arimathiæ vrbis prærogatiue.

Theatro Terræ Sanctæ, in Tribu Ephraim num. 79. In qua Ciuitate vnctus fuit Saul, primus Iſraelitici populi Rex, & ſepultus Samuel Propheta Domini.

Ioſephi ab Arimathia inſignis Pietas.

Cuius Pietas ex eo elucet, quod Chriſtum è cruce depoſitum Sindone munda obuolutum, ſepulturæ proprijs manibus cum Nicodemo ac MARIA Matre IESV tradidit.

Eiuſdem heroica Magnanimitas.

Cuius Magnanimitas ex eo claret, quod cognita à Centurione Chriſti morte, audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus IESV.

Ioſeph cur audacter dicatur ad Pilatum acceſſiſſe, & petijſſe corpus IESV.

Cur audacter? An quia cum nullus de Chriſto propter metum Iudæorum loqui auderet, ipſe ſe Chriſti diſcipulũ indicauit? An quia gentilibus mos erat, vt crucifixorum corpora in Cruce putreſcerent? Iuſtus Lipſius lib. 2. de Cruce, cap. 15. Licet autem Iudæis alia lex eſſet, Pilatus tamen gentilis erat, ideò audacia opus fuit. Verus igitur Leuita, qui viſo vulnerato non præterijt, ſed ſepeliendum curauit.

Donum, quo Pilatus corpus IESV donauit Ioſeph, donorum omnium maximum ac magnificentiſſimũ fuit.

Gulielmus Pipinus ex Ludolphi doctrina, docet, quod Ioſeph quinque annis ſeruierat Pilato, & pro tota mercede corpus IESV petijt. At quomodo ſeruitus hæc cum nobilitate ſupra teſtata cohæret? an vt Decurio nobili obſequio ſeruiuit, vt teſtari viſus eſt Petrus Comeſtor, in Hiſtoria Euangelica, cap. 180. dicens eum fuiſſe Decurionem ex ordine Curiæ.

An Ioſeph Pilato ſeruierit.

De hoc Ioſeph, auctor Supplementi Chronicarum in Annum Chriſti 33. dicit, quod ab Apoſtolis miſſus eſt ad prædicandum Iudæis Euangelium, vbi multas pro Chriſto perſecutiones tulit, ac inter cæteras, etiam venenum pro Chriſti fide bibere compulſus eſt; ſed nihil ex eo triſte tulit, ac tandem eximijs virtutibus ornatus, glorioſo fine quieuit.

Ioſeph pro Chriſti fide perſecutiones grauiſſimas ſuſtinet.

Ioſephi ſanctitas.

Eius dies feſtus in Romano Martyrologio celebratur 17. die menſis Martij. Huius laudes piè proſequitur Laurentius Iuſtinianus, lib. de triumphali agone, cap. 25.

Nicodemus quis fuerit.

Age verò, vt etiam Nicodemi laudes perſtringamus, vt qui Ioſeph in ſublimi pietatis officio, quo Chriſtum è Cruce depoſitum ſepulturæ locauit, comes fuit, ab eo laudibus non ſeparetur. Hic igitur Gamalielis nepos fuit, atque vt teſtatur auctor Supplementi Chronic. anno Chriſti 33. Phariſæorum ſectæ Princeps.

Nicodemus Princeps Phariſæorum.

Hic venit ad IESVM nocte, à Chriſtoque mitè edoctus, receſſit in lumine, qui in tenebris aduenerat. Hic poſt exhibitum Chriſti corpori pietatis officium, à Iudæis raptus, carcerique mancipatus, horribiles ab ipſis perſecutiones paſſus eſt, quas ipſe in Euangelio quod de Chriſti Paſſione conſcripſit, teſtatus eſt.

Nicodemus horribiles pro Chriſto perſecutiones patitur.

Quod quidem licet apocriphum ſit, tamen in eo in quo de ſeipſo loquitur fide aliqua dignum videri debet. Teſtatur Voragineus in eius inuentione, Nicodemum non ſolum è principatu deiectum, ſed bonis etiam ſpoliatum, verberibuſque, ad necem diſſectum.

Nicodemus poſt Chriſti reſurrectionem Paſſionis Chriſti memorialia ſeruat.

Hic poſt Chriſti reſurrectionem linteamina, & reliqua Paſſionis Chriſti inſtrumenta, ſumma cum diligentia collegit, atque ob ingenij magnitudinem, qua pollebat, Chriſti imaginem ex ligno, ad ſimilitudinem eius quam Chriſtus in linteamine impreſſerat dicitur efformaſſe; in cuius medio, Chriſti ſanguinem, aliaque memoranda Paſſionis Chriſti inſtrumenta collocaſſe dicitur, ſacramque Sindonem apud ſe ſeruaſſe.

Nicodemus Chriſti Seruatoris imaginem ſculpſit.

Huius egregij viri ſanctitatem, vt in ſancti Stephani inuentione teſtatur Iacobus à Voragine. Miro Gamaliel eius auus deſcripſit emblemate, cum Nicodemi corpus dixit eſſe veluti aureum caniſtrum, candidulis Roſis plenum.

Nicodemi Sanctitatis emblema.

Eius dies feſtus celebratur die 25. Martij; inuentio autem die 3. Auguſti. Quoniam autem Ioſeph, & Nicodemus, & cum ipſis MARIA Mater IESV, Chriſtum è cruce depoſuerint; operæ pretium me facturum puto, ſi modum quoque quo Chriſtum è cruce depoſuerunt, breuibus ex ijs, quæ

Chriſtus quomodo è Cruce depoſitus.

Sanctiſ-

Sanctiſsima Virgo B. Brigittæ reuelauit, aperiam; ita enim Beatiſsima Virgo lib. 2. Reuelationum, cap. 21. ait: *Hi duo, Nicodemus, & Ioſeph, qui filium meum deponebant de Cruce, tres applicabant ſcalas; vna protendebatur ad pedes; ſecunda ſubtus acellas, & ad brachia; tertia ad medietatem corporis: primus aſcendit, & tenebat eum per medium: ſecundus aſcendens per aliam ſcalam excuſſit primò vnum clauum de vno brachio, deinde applicata ſcala excuſſit clauum alterius manus. Qui quidem claui longè vltra ſtipitem Crucis protendebantur. Deſcendente igitur illo qui ſuſtentabat onus corporis paulatim, & modicè, prout poterat, ille alius aſcendit ſcalam qua tendebatur ad pedes, & excuſſit clauos de pedibus. Cumque appropinquaret ad terram, vnus eorum tenuit corpus per caput, alius per pedes, ego verò quæ mater eram, tenui eum per medium, & ſic nos tres portauimus eum ad quandam petram, quæ linteo mundo per me operta erat, in quo obuoluimus corpus, ſed non conſui linteum, ſciebam enim pro certo quod non putreſceret in tumulo.* Hæc B. V. Poſtquam verò Chriſti corpus Sindone munda fuit obuolutum, delatum fuit ad ſepulchrum quod à Monte Caluariæ diſtabat centum & octo pedibus, & collocatum in monumento nouo, quod ſibi Ioſeph exciderat, capite occidentem verſus diſpoſito, ita Adricomius in deſcriptione Hieruſalem num 239.

Claui quibus Chriſtus crucifixus eſt magni.

Maria, Ioſeph, & Nicodemus, Chriſtum è Cruce deponunt.

SS Virginis Mariæ fides.

Sepulchrū Chriſti quantum a Caluariæ monte diſtet.

14. *Vt Hæbreorum conſuetudinem.* Fuiſſe hanc Hæbreorum in ſepeliendis cadaueribus mortuorum conſuetudinem, Euangeliſta Ioannes teſtatur illis verbis, dicens cap. 19. *Venit Nicodemus ferens mixturam Mirrhæ, & Aloes ſicut mos eſt Iudæis ſepelire,* & hanc antiquiſsimam fuiſſe, patet ex cap. Geneſ. 50. Apud Ægyptios autem antiquiſsimam eſſe conſuetudinem aromatibus cadauera condiendi, præter citatos auctores teſtatur Plinius lib. 11. cap. 36. & Cælius Rodiginus libro 7. Variarum lectionum cap. 9. Cælius Calcagninus in ſuis Collectaneis antiquitatis. Lilius Giraldus de vario ſepeliendi ritu. Mira ſunt, quæ tradit Ioannes Bænius Aubanus lib. 1. quem inſcribit omnium gentium mores. cap. 5. ita enim ſcribit de Ægyptijs loquens: *Curatores verò Corporis, hos ſalitores appellant, honore digni extiſtimationeque habentur. Vtuntur enim Sacerdotibus, templaque pariter ingrediuntur. His penes Cadauer adſtantibus, vnus per ſciſſuram corporis interiora, præter renes, & cor extrahit, quæ ſingula alter vino Phæniceo ex rebus odoriferis lauat: deinde corpus totum primum ex Cedro, tum alijs pretioſis vnguentis vngunt dies amplius triginta. Mirrha deinde ac cinamomo, cæteriſque rebus liniunt, quæ non ſolum id ſeruare diutinè, ſed odoriferum reddere queunt. Curatum Cadauer cognatis tradunt defuncti; ita ſingulis eius partibus, etiam ſuperciliorum, palpebrarumque pilis integrè ſeruatis, vt omnis corporis ſpecies dormientis more integra perduret. Antequam ſepeliatur corpus, praedicitur à Cognatis tum iudicibus, tum defuncti amicis, ſepulturæ dies, aſſerentes illum mortuum paludem tranſiturum.* Et plurima alia ad hanc rem habet quæ breuitatis cauſa omitto. Alij tamen, tam multa de ratione humandi condiendique apud Ægyptios cadauera non tradiderunt, ſed tamen aſſerunt, eos per nares cerebrum extrahere ſolitos, tum exenterato ventre lapide Æthiopico, inteſtina extrahere ſolitos, & corpus aromatibus herbiſque odoriferis opplere, vnguentiſque cadauer totum oblinire ſolitos.

Mos Iudæorum in ſepeliendis cadaueribus.

AEgyptij mortuorum corpora aromatibus condiunt.

AEgyptiorum ſuperſtitio in cadaueribus condiendis.

AEgyptij qualiter è cadauere exerunt inteſtina.

AEgyptiorum ceremoniæ in cadaueribus curandis.

Apud Aſſyrios autem fuit adeò antiquus vſus, vt ex cadaueris condimento idololatriæ peſtem mundo inuexerit. Teſtatur auctor Supplementi Chronic. lib. 2. propè finem. Nembroth, de quo fit mentio Geneſ. cap. 11. cuius ſuperbia linguarum idiomatumque diuerſitatem mundo inuexit, eum fuiſſe, qui alio nomine Ninus eſt appellatus, qui Babilonis

Idololatria vnde originem traxerit.

Nembroth quis fuerit.

Digitized by Google

primus conditor fuit, (quod valdè probabile eſt, licet, vt res antiquiſſima non ita probetur apud omnes.) Hic igitur Ninus filium vnicum habuit, quem item Ninum appellauit. Is igitur Ninus iunior, adeò Patrem amauit, vt eo mortuo cadauer illius vnguentis delibutum, in quandam ſtatuam ſimilem omnino Patri incluſerit, apud quam ſæpius interdiu morabatur. Creuit huiuſce rei in populo rumor; cumque vellet quis à Nino Principe aliquid obtinere, accurrebat ad Patris Nini ſtatuam colendam. Cumque illi cultus accreuiſſet, diabolus ſuo aſtu ex illo cadauere reſponſa dare, docere, inſtituere, ac prædicere plura: populo cæpit; inde diuini honores homini attribui cœpti, Ninuſque Deus habitus, pluribuſque alijs nominibus appellari cœptus eſt. Bel, Baal, Beel, inde Belphegor, Beelzebub, Baalim, &c. Sed quorſum tam longa à nobis ſuſcepta eſt diſputatio? non ſanè hæc à nobis ocioſè, ſed ea de cauſa dicta ſunt, vt mortuorum corpora aromatibus condiendi, conſuetudinemque apud Iudæos, Ægyptios, Aſſyrioſque viguiſſe conſtet: lectorem tamen hac in re præmoneremus, ne ea ratione Iudæorum corpora Mirrha, atque Aloe condita putet, qua etiam Aſſyriorum, Ægyptiorumque corpora condiri conſueuerant. Hæc enim vt ſupra dixi, prius exenterari conſueuerant, inteſtiniſque, & alijs adipoſis partibus, quæ facilius computreſcunt, extractis, vnguentis oliniri, aromatibuſque condiri. At verò apud Iudæos corpora non exenterabantur, ſed vnguentis tantum vngebantur. Ideò cum Chriſti corpus aromatibus conditum ſit, ſicut mos erat Iudæis ſepelire; ſequitur quod Chriſti corpus integrum, non autem exenteratum poſt adhibitam aromatum vnctionem, ſepulturæ ſit demandatum. Quare ſacroſancta Sindon quæ Chriſti effigiem nobis exhibet, pectus, ventremque integrum, non autem exenteratum oſtendit, moremque à Iudæis in tumulandis cadaueribus, quem abſque vlla exenteratione fieri ſolitum, in Lazari ſuſcitatione cognoſcere poteramus, longè clarius ex ſacræ Sindonis inſpectione cognoſcimus.

Nini iunioris in patrem, licet mortuum, pietas.

Diaboli aſtus quomodo idololatriã mundo inuexit.

Bel, Baal, Beelphegor quis fuerit.

Iudæi mortuorum corpora non exenterabant. Chriſti corpus exenteratũ non eſt.

15. *Quamuis inquam ſacratiſſimum.* Maxima probabilitate coniectatur auctor effigiem Chriſti ſanctæ Sindoni tum primo impreſſam, cum de cruce depoſitus linteo fuit obuolutus; quod etiam ante ipſum docuerat Philbertus Pingonius, opuſculo de Sindone Euangelica, quod maximè ſit probabile: quia ſi diceremus poſt mirrha, aloe, reliquiſque mixtis aromatibus prius conditum, & delibutum corpus, poſt ligatos pedes, ac manus, hanc fuiſſe Sindoni impreſſam effigiem; vix explicaremus quomodo non prius inſtitis, ac Sudarijs, quam linteo effigies fuiſſet impreſſa, augereturque magis admiratio ſi naturam mirrhæ conſideraremus, quæ vt dicit Ioan. Chryſoſtom. Homil. 8. non minus quam pix corpori linteamina agglutinat. Idem ferè Nicephor. lib. 1. cap. 32. ita & Aloe lentorem habet maximum, & terram inurit maculam. Addatur, quod mixtura ea aromatum multa erat, quaſi librarum centum, vt ſcribit Ioannes Euangeliſta cap. 19. Probabiliter ergo loquentes; aromatum mixturam, ac faſciæ, inſtitæ, ac Sudaria, impreſſionem hanc imaginis impediſſent. Dixi probabiliter loquentes, nam cum hæc effigies miraculosè ſit impreſſa, ita potuiſſet Chriſtus etiam imprimere poſtquam vnguentis delibutus fuit, ſicut ante. Sed libet hoc loco B. V. ad Brigittam verba ſubnectere lib. 2. cap. 21. *Cum filius meus deponeretur de cruce, & appropinquaret ad terram, vnus eorum tenuit corpus per caput, alius per pedes. Ego verò*

Chriſti effigies quando ſacræ Sindoni impreſſa.

Mirrhæ effectus.

Aloe effectus.

Chriſtus Sindonẽ ſua imagine, & ante, & poſtquam vnguentis conditus fuit, ſignare potuit.

Chriſtus è cruce depoſitus ſuper petram Sindone opertã collocatur.

qua Ma-

Digitized by Google

quæ Mater eram, tenui eum per medium, & ſic nos tres portauimus eum ad quandam petram, quæ linteo mundo per me operta erat, in quo ebuoluimus corpus, ſed non conſui linteum; ſciebam enim pro certo, quod non in tumulo putreſceret. Ibi B. Virgo antequam Chriſti corpus Sindone obnuberetur, Chriſtum in ſinum ſuſcepit, Chriſtique os, oculoſq; clauſit, vulnera, vt potuit terſit, locus enim ille adhuc oſtenditur, à Crucis loco diſtans greſsibus tredecim, id eſt pedibus duobus ſupra triginta, vt teſtatur Adricomius in Theatro Terræ Sanctæ, in deſcriptione Hieruſalem, num. 255. & etiam B. V. apud Brigittam libro 1. cap. 10. & lib. 4. cap. 70. dicit ſe Chriſtum è Cruce depoſitum in ſinum ſuum excepiſſe, antequam Sindone obnuberetur Chriſtus, & hoc ipſum eidem D. Brigittæ reuelauit, vt habetur libro 7. Reuelationum, cap. 15. De eadem petra meminit B. Laurentius Iuſtinianus, lib. de triumphali agone, cap. 21.

Locus vbi B. V. Chriſtum ſinu ſuo excepit, quantum à Caluariæ monte, & quantum à ſepulchro diſtet.

16. *Quare meritò credamus fas eſt.* Illud vero etiam addatur, quod Euagrius ſcribit lib. 4. hiſtor. cap. 26. Procopius de bello Perſico, Zonaras tomo 3, Annalium, in Romano Lacapeto. Lege Couarr. lib. 4. variarum reſolutionum cap. 17. num. 11. & Nicephor. lib. 2. hiſtor. cap. 17. & libro 17. cap. 16. quod Edeſſena ciuitas, ab imagine Saluatoris, quam linteo impreſſam Abagaro miſerat Chriſtus, ſæpius ab incendio fuit liberata. Imò & Romæ Lateranenſis Tholus (tribunam appellant alij) in qua Saluatoris imago, quæ Romano populo apparuit, adhæſit, ſepties ab incendij exarſione, qua reliquum Eccleſiæ corpus conflagrauit, immunis ſeruata fuit.

Sudarium Edeſſanũ vrbem ab incendio liberat.

Imago Chriſti, Lateranẽſem Eccleſiam ab incendio liberat.

17. *Cæterum vt ad finem.* Hic præcipuus contemplationis noſtræ fructus eſt, vt pia contemplatione affectus noſtri, ac deſideria noſtra exardeſcant in Deum; ardens enim fit in nobis cor, dum Chriſtus nobis loquitur in via; ebullit in nobis ſpiritus, dum per contemplationem cordi noſtro Chriſti patientis ſubijciuntur incendia. Duæ inſunt in nobis præcipuæ animæ vires, intellectus, & voluntas, præcurrit intellectus, ſubſequitur voluntas, præcedit cognitio, ſubſequitur appetitus. Quam doctè S. Thomas animam noſtram aquæ, pietatis ardorem, calori comparabat. Vt enim calor ab aqua refugit, niſi eum ſuppoſiti ignis ardor foueat, ita ab anima facilè pietatis calor elabitur, niſi eam meditationis, atque orationis inflammet incendium. Cum verò orationi feruor contemplationis admiſcetur, tunc exiſtit *iubilus ille cordis, quo*, vt Bernardus ait Serm. in fer. 2. poſt Paſcha, *anima per cincinnum capitis eleuatur: felix hora, ſed breuis mora.* Dignum igitur paſtorali prouidentia, ac Pontificia pietate opus fuit, vt vniuſcuiuſque capitis tractationem pia clauderet meditatione, quæ ita B. V. dolores contemplaretur, vt ſuauiſsimum pietatis ebulliret incendium. Vt enim S. Laurentius Iuſtinianus Sermo. de exaltatione ſanctæ Crucis admonet: fit nonnunquam, vt in horum meditatione, ſancti ignis adeò inardeſcat flamma; quatenus euecti ſupra nos, reuelata facie, gloriam Domini ſpeculemur, & de claritate transformemur in claritatem.

Fructus contemplationis quis.

Chriſti patientis recordatio corda noſtra emollit.

Egregia comparatio.

Auctor cur tractationes ſingulas B. V. contemplationibus clauſerit.

18. *Illud excogitari poteſt.* En nouam ſed valdè auctam, valdè piam Sacrorum Scripturæ locorum explicationem. Quæ enim loca de veſte aſperſa ſanguine, & rubeo indumento à Sanctis Patribus de Chriſti humanitate intelliguntur, eadem nunc de Sacroſanctæ Sindonis amictu explicantur. Neque verò reprehendi hæc explicatio poterit, cum in officio Sacroſanctæ Sindonis, quod ex Apoſtolicæ Sedis conceſsione in Sacræ Sindonis Sacello Camberij recitatur, hæc

Veſtis aſperſa ſanguine quid ſignificet.

Explicationis myſticæ confirmatio.

B 3 eadem

eadem loca de Chriſto ſacra veſtito Sindone intelligantur; vt Chriſtus, & rubeo indumento circumdatus, & veſte aſperſa ſanguine indutus dicatur, cùm in monumento ſacroſancta Sindone inuolutus occubuit.

B. V. gaudet, ſi quis eius doloribus compatiatur.

Humanitatis lex.

19. *Mox cum Beatiſſima Virgine.* Gaudet ſacerrima Virgo, ſi pios inueniat qui doloribus ſuis compatiantur: dolet, ſi pios non inueniat, qui doloribus ſuis compatiantur. Hæc enim inter homines humanitatis lege firmatum eſt, vt amicus ſi in triſtitia poſitum amicum conſpiciat, cum eodem triſtetur, ſi lachrymantem videat, cum eodem collachrymetur: nam & Chriſtus cum Maria Magdalena lachrymante collachrymatus legitur. Ideò Beatiſsima Virgo grauiter cum glorioſa Brigitta conqueritur, quod adeò paucos qui ſibi compatiantur inueniat, ijs verbis; *Reſpicio ad omnes, qui in mundo ſunt, ſi fortè ſint aliqui, qui compatiantur mihi, & recogitent dolorem meum, & valdè paucos inuenio, qui cogitant tribulationem, & dolorem meum. Ideò filia, licet à multis oblita, & neglecta ſim, tu tamen non obliuiſcaris mei: vide dolorem meũ, & imitare quantum potes, conſidera dolores meos, & lachrymas, & dole, quod amici Dei pauci ſint.*

Dolendũ eſt, quod Chriſti & B. V. doloribus pauci cõ patiantur

Egregium miraculum.

Quare Siluanus Razzius lib. 1. miraculorum B. V. ſcribit, quendam fuiſſe Clericum, qui cum Beatam Virginem, filij ſui morte, maximo dolore confici contemplaretur, conabatur tamen eam, quantum poterat eius propoſitis, explicatiſque laudibus, conſolari. Quare dicebat: Gaude Maria, quia Dei Mater es. & immaculata. Gaude Maria, quia gaudium ab Angelo ſuſcepiſti. Gaude Maria, quia æterni luminis claritatem peperiſti mundo. Gaude Maria, quia Virgo, & Mater es. Gaude Maria, quia omnis creatura te collaudat. Hoc autem pietatis obſequio adeò B. V. oblectabatur, vt cum Clericus ille in vltimo mortis agone, grauiſsimis à dæmone, qui eius calcaneo inſidiabatur, moleſtijs premeretur; adeò vt ſibi, quaſi de ſua ſalute actum eſſet, deſperandum duceret clericus, lætiſsima tamen accurrerit Virgo Sanctiſsima, dicens: Cur mærore conficeris fili, qui mærorem à me conabaris excutere? Gaudium mihi nuntiaſti, & tu triſtaris? Gaudeas igitur & tu, lætuſque mecum veni, omnique diſcuſſo mœrore, eius animum ad immarceſsibilem felicitatis gloriam ſecum adduxit in cœlum. Quantum igitur nobis prodeſſet, ſi B. V. lachrymas, noſtris lachrymis proſequamur.

B. V. clericum in mortis agone ſolatur.

20 *Quos quidem nullos in partu.* Adeò graues, adeò acerbi fuerunt dolores, quos Beatiſſima Deipara in Chriſti paſſione ſuſtinuit; vt eorum acerbitatem contemplatus Anſelmus lib. de excellentia B. V. cap. 5. dixerit, omnes omnium Martyrum dolores leues fuiſſe, ſi conferantur eum dolore, quem B. V. in filij ſui paſsione ſuſtinuit. Horum immanitatem præuidens Simeon ſenex ille euangelicus, vaticinatus eſt, dicens: *Et tuam ipſius animam doloris gladius pertranſibit.* Quoniam autem dolores parturientium acerbiſsimi eſſe conſueuerunt; ideo meritò Patres dicunt Beatiſsimam Virginem dolores, quos in filij partu effugit, eoſdem in Chriſti Paſſione ſuſtinuiſſe. Laurent. Iuſtinian. ſerm. de Paſsione Domini, & libro de triumphali agone, cap. 21. Cyprianus Serm. de Natiuitate Chriſti. Athanaſius in deſcriptione Mariæ, & Ioſeph. Bernardus Serm. 2. in vigiliam Natiuitatis. Damaſcen. lib. 4. de fide orthodoxa, cap. 15. & Sermo Angelicus apud B. Brigittam lectione 2. feriæ 6. Qualiter autem hoc in Beatiſsima Virgine acciderit, diſcamus ab ipſa, dum glorioſam Brigittam alloquitur, lib. 2. Reuelationum cap. 27. dicens; *Qualem autem triſtitiam haberem tunc temporis, non eſt, qui valeat dicere. Eram enim ſicut mulier pariens*

B. V. dolores, omnes omnium martyrum dolores ſuperarunt.

B. V. dolores, quos in partu fugit, in filij morte ſuſtinuit.

B. V. dolor in morte filij fuit inenarrabilis.

Digitized by Google

pariens, cuius omnia membra poſt partum tremula ſunt, quæ licet præ dolore vix reſpirare poſsit, tamen gaudet interius; eo quod ſcit filium ſuum natum, in eandem miſeriam, de qua exiuit, numquam rediturum. Sic ego licet ex morte filij mei eram incomparabiliter triſtis, tamen quia ſciui filium meum non amplius moriturum, gaudebam in anima mea, & ſic cum triſtitia mea quædam lætitia miſcebatur. Ideò fuit Martyr, & plus quam Martyr, Bernardus Serm. in Signum magnum. Hieronymus in ſermone de Aſſumptione B. V. S. Ildephonſus Serm. 2. de B. V. S. Anſelmus lib. de excellentia B. V. cap. 5. Quare S. Ephrem. B. V. vocat *honorem, & decus martyrij.* B. Laurentius Iuſtinian. lib. de triumphali agone, cap. 18. & ſequentibus, & cap. 21. B. V. vocat lucidiſsimum paſsionis ſpeculum.

B. V. mortuo filio gaudium habuit de eius reſurrectione quam prænouerat.

B. V. fuit pluſquam martyr.

Iſte fuit doloris acutus ille gladius, qui ita B. V. animam pertranſiuit, vt meritò à D. Hieronymo ſerm. de Aſſumptione, & à D. Bernardo ſerm. in Signum magnum, dicatur Martyr; & plus quam Martyr, non enim in carne gladij ictum, ſed in anima excepit, tantumque in ea potuit dolor, vt meritò Angelus B. Brigittá alloquens in ſermone Angelico cap. 18. dicat, non paruum miraculum à Deo factum eſſe, quòd B. V. tot doloribus intrinſecus ſauciata ſpiritum non exhalarit, ſed, ex ſpeciali omnipotentis Dei dono, vitam retinuerit.

Quis gladius B. animam pertranſiuerit.

B. V dolores, omnes omnium martyrum dolores ſuperarunt.

B. V. dolores, quos in partu fugit, in filij morte ſentiuit.

B. V. dolor in morte filij fuit incomparabilis.

Digitized by Google

ALPHONSI PALEOTI
ARCHIEPISCOPI II. BONONIENSIS.

SACRAE SINDONIS EXPLICATIO.

Sacra Sindonis Hiſtoria, Miracula, Teſtimonia.
Caput Secundum.

HÆC, 1. autem Sacra Sindon illa eſt, quam D. D. Petrus, & Ioannes Euangeliſta viderunt in ſepulchro, quaque Seruatoris corpus inuolutum fuerat, cum Sudario, quod illius faciei impoſitum extitit, & cum faſcijs, quibus ipſum colligarant; quemadmodum ſancti Euangeliſtæ teſtantur: Lucas quidem, cum de D. Petro diceret: *Vidit linteamina ſola poſita, & abijt.* Ioannes autem, cum de ſe fateretur, ac de eodem D. Petro, *Vidit linteamina poſita, & Sudarium, quod fuerat ſuper caput eius.* 2. Quam ſanè Sacram Sindonem apud primarios Viros diuino timore perfuſos adſeruatã fuiſſe, credere fas eſt 3. Prolapſu verò temporum in Chriſtianorum Principum manus eſſe delatam. 4. Nimirum Gotifredi Bullionij, quum diù obſeſſam Hieroſolymorum Vrbem, vi tandem victis Saracenis, indeque eiectis, in ſuam poteſtatem redegit; ac deinceps in cæterorum Regum Hieruſalem Imperium conceſſiſſet. 5. vſque ad Ioannem poſtremum eius ſtirpis Regem, qui Sororem ſuam, cui Annæ nomen fuit, Ludouico Allobrogum Duci, nuptui collocauit. Sed Hieroſolymis à Turcis iterum captis, Margarita, quæ ab Ioanne Rege ducebat originem, hoſtium deuitato furore, Camberiacum, quod eſt Allobrogum nobile Oppidum, ad Annam eorundẽ Allobrogum Duciſſam, ſibi

Cap. 24.

Cap. 20.

Sindon in Principũ Chriſtianorum, ac Hieroſolymæ Regum poteſtatem redacta.

Sindon Camberiacum delata.

ſibi propinquitate coniunctam, confugit, & ſacram Sindonem ſecum detulit, ne ſi eandem Hieroſolymæ reliquiſſet, in impiorum hoſtium poteſtatem deueniret. 6. Hic autem Deus per eiuſmodi Sacram Sindonem miracula cœpit edere: nam cum fures quidam prædictæ Margaritæ multa ſurripuiſſent, inter quæ ſancta Sindon adnumerabatur, & hanc inter ſemet partiri conarentur; capti manibus, & debilitati ſunt. Et cum ex his vnus illam ablueret, quò candidior effecta, pluris veniret, & ſacroſanctam effigiem detergere niteretur, ipſa ſacro magis cruore perfuſa apparuit; nec vnquàm colorem deperdidit, quin potiùs fur idem cæcus euaſit. Vnde furto detecto, & portentis per Sindonem editis, ab ipſiſmet furibus peruulgatis, magnam inter Allobroges ſui deuotionem, ac reuerentiam excitauit. Quare Anna Duciſſa, ab propinqua Sindonem ſibi dono dari, enixè contendit: quæ licet inuita, illam prorſus relinquere coacta fuit, nouo tunc edito miraculo; nàm, dùm Camberiaco profectura foret, mulus clitellarius, qui theſaurum adeò inſignem ferebat, illinc egredi nuſquam voluit. Itaque Dei cognita voluntate, ſacram illic Sindonem reliquit, quæ à Duciſſa maxima cum deuotione recepta, in Sacello magnificentiſſimè extructo, dedicata fuit. Hanc autem Hiſtoriam Philbertus Pingonius fuſiùs proſecutus eſt; nulla tamen Sindonis eiuſdem explicatione facta, nec plagis Chriſti Seruatoris vllo pacto declaratis.

Sin… mira… | Sinc… An… Iob… D… don… ta, a… Sace… dica… | *Lib. … Sind. … Ena. … lita.*

7. De iſtiuſmodi verò ſacra Sindone, illud conſideratione dignum eſt; quod ſit linea, 8. cum lini materies craſſa ſatis appareat; velut in ipſometexemplari planè conſpicitur; 9. quod ad duodecim pedum menſuram in longitudinem, ad trium autem in latitudinem porrigitur: nam, cum linea ſit, & Seruatoris corpus ea fuerit inuolutum, 10 hinc factum, vt Syluester Pont. Max. inſtituerit, eccleſiaſtica conſuetudo obtinuerit, vt in re diuina facienda, illud veli, ſuper quo Euchariſtiæ Sacramentum collocatur, in lineo tantùm, non in ſericeo, nec in aureo, nec in alio quouis panno, quo malueris colore delibuto, conficiatur. Sic etiam Beda refert; cum ſe id ex Pontificum geſtis collegiſſe dicat. *Hinc in Eccleſia mos inualuit, vt Sacrificium Altaris non in ſerico, neque in panno tincto, ſed in lino terreno celebretur; ſicut corpus eſt Domini in Sindone munda ſepultum, iuxta quod in geſtis Pontificalibus à Papa Syluestro legimus eſſe ſtatutum.* Et cum Beda alij quoque idipſum confirmant.

In M… c. 1… | *In h… lib. … 15. Iſi. … lib. … 123. In h… c. 2…*

Cur Chriſtus in ſepulchro lineo panno voluerit inuolui.

11. Ad hoc linea fuit ſancta Sindon, vt indicaret, quod ceù linum à terra producitur, & ingenti cum labore ad candorem deducitur: ſic etiam Chriſti corpus è terra natum, hoc eſt ex ſacratiſſima Virgine procreatum, duriſſimo Paſſionis labore, ad immortalitatis candorem peruenit. Sic D. Remigij fuit opinio: nam inquit; *Sindon*

Digitized by Google

lineus pannus eſt: linum autem ex terra procreatur, & cum magno labore ad candorem perducitur. Deſignatur, quod corpus illius, quod ex terra, id eſt, ex Virgine ſumptum eſt, per laborem Paſſionis peruenit ad candorem immortalitatis. 12. Voluit tamen ipſe Seruator in ſepulchro, ſimplici lineo inuolui panno, & rudi in tumulo ſepeliri; vt diuitum ambitionem damnaret, qui, vel in ſepulchro, nec à diuitijs diuelli poſſint. Sic D. Hieronymus ait, ſubditque illum Sindone munda inuoluere Iesvm, qui pura mente ipſum ſuſcipiat. Hæc illius verba ſunt: *Ex ſimplici ſepultura Domini, ambitio diuitum condemnatur, qui ne in tumulis quidem poſſunt carere diuitijs: quamquam & hoc ſignificet, quod ille in Sindone munda inuoluit* Iesvm, *qui pura mente eum ſuſceperit.*

Sindonis miraculum.

13. Ergo cum per hanc Sacram Sindonem Deus multa ediderit miracula, ac præſertim per illud temporis, quando Sacello combuſto, & argentea capſula, in qua adſeruabatur, incendio abſumpta, Sindon illæſa permanſit, niſi quibuſdam in particulis, conſilio fortè diuino, vt quicquid mentes turbare potuiſſet, prorſus euaneſceret: nam cum Deus permiſiſſet, vt aliqua ex parte combureretur, innuere certè voluit, Sindonem ex materia, quæ ignem concipere valeret, interte tam fuiſſe cum Plinius aſſerat, quoddam lini genus adinueniri, ſiue Amiantum, ſiue Asbetinũ appellatum, & ab illo linum viuum vocatum, quod igne non modo non abſumatur, ſed potiùs detergatur, & ad candorem deducatur. At Sacram Sindonem ex hoc lini genere confectam non eſſe tunc apparuit, quando nonnihil ab igne paſſa eſt iniuriæ: ſed cum cæteris in partibus integra, ac prorsùs intacta ſeruata ſit, & in ea præſertim parte, in qua ſacra effigies apparet impreſſa; certiſſimum illud veriſſimi portenti fuit indicium. 14. Hinc factum, vt cum ante illud incendium varij Pont. Max. hanc Sacram Reliquiam ſummoperè excolendam decreuiſſent, vti Paulus II. qui in inſignem Collegiatam Eccleſiam erexit illam, in qua collocata fuerat: vti Sixtus IV. qui Pontificio ſuo quodam diplomate, Romæ 1480 dato, ſtatuit, eandem Sancti Sacelli titulo decorandam, illud autumando, in ipſa Sindone verum Chriſti ſanguinem adeſſe, ibique eiuſdem imaginem ad viuum impreſſam apparere, vti Iulius II. qui ſuo quoque Diplomate, Romæ anno 1506. dato, & huiuſce libri ſub initium relato, qui idem de Seruatoris ſanguine adfirmat; & eadem in Eccleſia Sacras Sindonis Horas recitari permittit. Tandem poſt incendium, Clemens VII. qui ſuis item plumbatis de more Codicillis hoc ipſum confirmauerit, quarum ſanè ſingularum adprobationum ipſemet Pingonius ad amuſſim meminit.

Hiſt. Natur. lib. 19. c. 1. Linum igne non abſumptum.

Sindon nonnulla ex parte combuſta.

Sindon à plurimis Pont. Max. adprobata.

Sanguinem verum, & verã Seruatoris effigiem in Sindone adeſſe.

Canonis ex Sindonis Horæ.

Hæc autem Sacroſancta Reliquia, tot firmata miraculis, & Pontificia cumprimis authoritate ſuffulta, quanti ſanè fieri debet?

15. Si

D Athanaſ. de Paſſione Domini c. 2.
Conc Nicæ. 13 4.
Breuiar. Roma. die 9. No. ab
Carol Sigon. de Regno Italiæ lib. 3. anno 723.

15. Si Seruatoris effigies à Nicodemo fabricata. quæ à Iudæis percuſſa, ſanguinem, & aquam emiſit. vti D. Athanaſius refert, & II. Nicæna Synodus, apud quam legitur; Ex imaginis latere exiuit ſanguis, & aqua; magnam apud omnes admirationem habet. 16. Itidem ſi Seruatoris imaginem, quæ apud Lateranenſem D, Ioan. Baſilicam Populo Romano apparuit, ſicut ex Romano Breuiario conſtat, & Anaſtaſius, ac inter iuniores Carolus Sigonius, recitant cuncti, veluti rem prorsùs admirabilem venerantur. 17. Hæc quidem Sacra Sindon, mirabilis adeò, vt ab omnibus ingenti veneratione excolatur, fas eſt; cum ab ipſomet Dei filio proprio fuerit impreſſa cruore, ad perennem ſuæ erga nos Diuinæ Charitatis memoriam, & in qua magnus plagarum numerus in illo corpore vndequaque perfoſſo, inflictarum, appareat. 18. Hinc tu piè Lector inter meditandum poteris ad memoriam reuocare Ioſephi ſanguineam veſtem, quæ Iacobi Patriarchæ pectori ingẽtem dolorem incuſſit; vnde exclamauit; fera peſſima deuorauit eum; & opertus cilicio eundem vberrimis lachrymis defleuit, adeò, vt per longum temporis ſpatium nulla prorſus conſolatio dolorem leniret. 19. Hinc, inquam, maiore pietatis affectu contemplaberis, quinam dolor Sacratiſſimæ Virginis Dominæ noſtræ animum occuparit; cum illius ob oculos, antequàm filius illius dilectiſſimus in ſepulchrum inferretur, huiuſmodi linteum, formam omnium miſerabilium illius plagarum in ſe vno continens, explicatum eſt; vt veriſſimè poterat exclamare; Fera peſſima Sinagogæ furentis, filium meum deuorauit. Hoc etiam modo partitis cum illa doloribus, interiore cum animi profectu, eiuſdem miſereri facilè per temetipſum valueris.

Seru ris e gies code fabri ſang nem quan fudit
Seru ris in Rom appar

Sindi Chri plaga ſiend

Comn ſio ad tiſſim. Virgi- neum

FRA-

Sindon nonnulla ex parte combuſta.

Canonis ex Sindonis Hora

FRATRIS DANIELIS MALLONII DE SACROSANCTÆ SINDONIS HISTORIA ELVCIDATIONES.

IN CAPVT SECVNDVM.

Veritas omnia vincit.

HÆC, 1. *autem Sacra Sindon illa eſt, quam &c.* Glorioſæ veritatis triũphus in eo magnificentior quotidie magis, ac magis extollitur, quod neque vlla tam clara, atque aperta veritas eſt, quæ ab ijs, qui in cathedra peſtilentiæ ſedent, venenatis morſibus non laceretur, neque tam impudens eſt mendacium, quod apud ipſos teſte careat. Quid in ſacris Euangeliorum libris tam exploratum eſt, quàm quod à Ioſeph empta Sindon fuerit, in qua Chriſtus è cruce depoſitus, ſit inuolutus. At hanc veritatem malignantium Synagoga euertere conabatur: ſed omnia vincit veritas. Cumque ea in re proficere ſe poſſe deſperarent, in eo ſaltem ſtylum venenatæ peſtis acuerunt, vt ſacroſanctam Sindonem, quæ Camberiaci in Sabaudia honorificè olim ſeruabatur, nunc verò in Auguſta Taurinorum Pedemontani tractus Metropoli cuſtoditur, negarent illam eſſe, de qua Euangeliſtæ locuti ſunt, ac Chriſtum ea inuolutum teſtati, præcipuè eo argumento ducti, quod & in Eccleſia Traiectenſi, in Germania inferiore linteum Saluatoris ſeruetur, & Biſuntini in Sequanis, & Tudertani in Luſitania Chriſti linteamina habere dicantur. Verum quicquid hac de re ſit, non deſunt nobis rationes, quibus & obiectis reſpondeamus, & Chriſtiferæ Sindonis Sabaudienſis veritatem tueamur. Nam quoad alia linteamina, quæ in alijs Eccleſijs aſſeruantur facilis reſponſio eſt, quod præter Sindonẽ, quam emerat Ioſeph ab Arimathia, alia etiam linteamina, vittæ, & inſtitæ fuerunt adhibitæ, de quibus Lucas c. 24. dicit: *Procumbens vidit linteamina ſola poſita.* & Ioan. cap. 19. *Ligauerunt illud linteis*, & cap. 20. *Vidit linteamina poſita, & Sudarium*, & ideò Diuus Auguſtinus lib. 3. de Conſenſu Euangeliſtarum cap. 23. dicit: *Licet Ioſeph Chriſtum inuoluerit Sindone, propterea non prohibetur intelligi, quod & alia lintea poſtea addita fuerint à Nicodemo, videlicet Sudarium, quod capiti adhibebatur, & inſtita, quibus totum corpus alligatum erat.* Teſtatur etiam B. V. ſe Chriſtum è cruce depoſitum in ſinũ ſuum excepiſſe, & eius vulnera ſuo linteo exterſiſſe. Ita lib. 4. reuelationum cap. 70. & lib. 5. c. 10. Et Chriſtus idipſum reuelauit Sanctæ Brigittæ lib. 7. c. 15. Eiuſmodi igitur lintea pretioſo Chriſti ſanguine conſperſa, in alijs Eccleſijs maxima cum pietate ſeruari, & vero ſimile, & æquum eſt: vt interim non taceam ex Camberiaco linteo, alia exemplaria eſſe excepta, quæ in magna exiſtimatione, vt par eſt ſeruantur, Chriſtus etiam diſcipulorum pedes lauans, linteo ſe præcinxit. Legantur, quæ hac de re ſcribunt Pingonius, lib. de Sindone Euangelica, & Ioannes Lanſpergius Cartuſianus, de Paſſione Domini. His igitur, quæ de alijs linteis dicuntur, ſic declaratis, facilè eius Sindonis, quæ Camberij quondam aſſeruabatur, in præſens autem Auguſtæ Taurinorum repoſita eſt, veritatem confirmare poſſumus, neque humano artificio opus eſt, vbi

Mendacium teſte non caret.

Hæretici Sanctam Sindonem impugnant

Argumẽta hæreticorum contra S. Sindonem.

Sacra linteamina multiplicia.

B. V. Chriſtum è Cruce depoſitum, in ſinum ſuum ſuſcepit.

Sabaudienſis Sindonis excellentia.

Digitized by Google

eſt, vbi veritas ipſa per ſe loquitur: fulgor enim qui è ſacratiſsima Chriſti effigie Sindone impreſſa cœlitus emicat, non humanum, ſed Diuinum redolet artificium, ac neſcio quid latentis energiæ fulget è linteo, quod aſpiciẽtes intimo quodam ſtupore replet, ac veluti gladius, quo Dauid Goliath occiderat, inuolutus Ephod, pertingit vſque ad diuiſionem animę, & ſpiritus, compagum quoque, ac medullarum, & aſpicientium pectora compunctionis iaculo pungens, ſoluit in lachrymas. Licet autem ex eodem prototypo, alia extracta ſint ſimulachra; pictor tamen fulgorem illum, qui diuinitus ſpiratè linteo, neque mente aſſequi, neque penicillo exprimere valuit, ſed rem diuinam, quendam radium in Sindone agnoſcere, & fateri coactus eſt. Accedat præterea, tum Xiſti IV. tum Iulij II. Pont. Max. auctoritas, quam Delphico Appollinis oraculo præponendam eſſe, nemo non videt, qui in Bullis de ſacroſancta Sindone editis ſacrum linteum, quod olim in Sabaudia aſſeruabatur, nunc in Pedemontio cuſtoditur, approbarunt illud eſſe, de quo Euangeliſtæ meminere, auctoritate Apoſtolica decreuerunt.

In Chriſtifera Sindone ars diuina conſpicitur.

Chriſtifera Sindon humano artificio pingi non poteſt.

Sacra Sindõ à Sum. Pont. approbatur.

2. *Quam ſanè ſacram Sindonem.* Benè dicitur hoc eſſe credibile, neque enim in omnibus Mathematicæ demõſtrationes deſiderandæ ſunt, hoc autem ita eſſe credibile, manifeſtè comprobant ea, quę Beda lib. de locis ſanctis. cap. 5. dicit, *Sudarium capitis Domini*, (per hoc autem Sudarium intelligi ſacram Sindonem patet: quia infrą dixit hoc Sudarium habere longitudinis pedes octo) *poſt reſurrectionem eius, mox Chriſtianiſsimus quidam Iudæus furatus, vſque ad obitum diuitijs ſibi affluentibus habuit, qui moriturus interrogat filios, quis Domini Sudarium, & quis cæteras eius diuitias velit accipere; maior theſauros rerum, minor elegit Sudarium: & mox illi decreſcunt opes vſque ad paupertatem; fratri autem cum fide creſcunt & opes, quod vſque ad quintam generationem fideles tenuerunt.* Confirmat hoc idem Athanaſius, in libello de Paſsione Imaginis Domini noſtri Iesv Christi, qualiter crucifixa eſt in Syria, in vrbe Beritho, cap. 4. Ibi enim Chriſtianus ille, cuius primo fuerat imago illa à Iudæis cruci affixa, interrogatus ab Antiſtite Metropolitano, quomodo Icona ad ſe deueniſſet, vel à quo tam mirabiliter poſita eſſet, reſpondit, *quod Nicodemus qui ad* Iesvm *nocte venerat, proprijs manibus eam compoſuiſſet, & moriens, Gamalieli tradidiſſet, Gamaliel autem doctoris gentium Pauli διδάσκαλος, cum diem ſibi cerneret adeſſe extremum, Iacobo eam reliquit, & Iacobus Simeoni, & Simeon Zacchæo, & ſic per ſucceſsiones temporum in Hieroſolyma perdurauit, vſque quo ſubuerſio illius vrbis patrata eſt quadrageſimo, & tertio anno poſt Aſcenſionem Domini Saluatoris ad cælos. Sed biennium antequam Titus, & Veſpaſianus eandem ſubuerterent vrbem, admoniti ſunt à Spiritu ſancto fideles, atque Diſcipuli Chriſti, vt relicta vrbe ad regnum ſe transferrent Agrippæ Regis, quia ipſe tunc Agrippa Romanis fœderatus erat. Qui egreſsi ab vrbe, omnia, quæ ad cultum noſtræ Religionis, vel fidei pertinere videbantur, ſecum auferentes, in has regiones tranſtulerunt ſe. Quo tempore etiam Icona, cum cæteris rebus Eccleſiaſticis deportata, vſque hodie in Syria permãſit, quam ego ipſe à parentibus ex hac luce migrantibus mihi traditam iure hereditario vſque nunc poſſedi.* Circa quod teſtimonium antequam vlterius noſtra progrediatur oratio, maxima cum cæleſtis erga pios viros prouidentiæ admiratione obſeruo illud, quod dicitur, *Biennium antequam Titus, & Veſpaſianus, &c.* maximè cum eo conuenire, quod ſcribit Euſebius Cæſarienſis lib. 3. hiſtor. Eccleſiaſticæ cap. 3. vbi ita habet: *Eccleſia verò, quæ in Hieroſolymis fuerat congregata, reſponſo à Deo accepto, emigrare iubetur, & tranſire ad oppidum quoddam Pellam nomine, trans Iordanem, quo ablatis ex*

Sacra Sindon apud pientiſſimos viros conſeruatur.

vrbe

vrbe ſanctis, ac iuſtis viris, vindictæ cæleſti fieret locus, tam de vrbe ſacrilega, quàm de populo impio per excidium patriæ, euerſionemque ſumendæ. Cui illud ego libens addo, non ſolum Sanctorum virorum ex ea vrbe euertenda præſidium; ſed ſingularem etiam Angelorum cuſtodiam, qua præ cæteris ea Ciuitas muniebatur, iuſto iudicio ab ea fuiſſe ſublatum. Nam Ioſephus lib. 2. de Bello Iudaico, cap. 12. inter alia excidij Hieroſolymitani portenta, refert Sacerdotes noctu ingreſſos in Templum Hieroſolymitanum, quendam motum, ac ſtrepitum ſenſiſſe, cum tamen nihil viderent; poſtea etiam ſubitam quandam vocem audiſſe, dicentem: *Migremus hinc*. Quem locum affert Hieronymus lib. 4. in Matth. cap. 27. & in Epiſtola ad Hedibiam quæſt. 8. & lib. 4. in cap. 62. Eſaiæ. Addunt nonnulli in Euangelio, quo vtuntur Nazarei, referri, quod circa idem tempus auditæ fuerunt Hieroſolymis voces Angelorum dicentium; *Relinquamus has ſedes*, cum tamen nihil viderent; idipſum legitur apud Euſebium Cæſarienſem, lib. 3. hiſtor. cap. 6. Ex hoc igitur facto, ac teſtimonio in eo potiſsimum, quod aſſeritur non ſolum Iconam, ſed etiam alia Chriſtianæ religionis monumenta ſuccedat eo ordine in piorum manibus perduraſſe, ſatis apertè commonſtratur, quam ſit iſtud credibile, quod Sacra Sindon in manibus piorum perdurauerit; immò expreſsè auctor Supplementi Chronicorum, lib. 8. dicit, quod Nicodemus Clauos, Lanceam, ac Linteamina, ac quæque Paſsionis inſtrumenta, quam diligentiſsimè ſeruauit, & ad exemplar imaginis Chriſti in linteaminibus ſepulchralibus relictæ, ipſe è ligno Chriſti imaginem ſculpſit, in cuius medio ampullam Chriſti ſanguine plenam, cum aliquibus Paſsionis Chriſti inſtrumentis incluſit. Hanc imaginem quidam eſſe volunt eam, quæ nunc Lucæ maxima confluentium frequentia colitur. Lege Auctorem Supplementi Chronicorum lib. 8. Vt autem ſciatur de qua Icona hic intelligatur, legendus eſt totus ille libellus Athanaſij, qui lectus fuit, & approbatus in Concilio Nicæno 2. Act. 4. Hæc enim eſt, quæ à Iudæis percuſſa, ſanguine manauit; & de hac imagine Chriſti, plurimi ijdem graues Auctores meminerunt. Quinimmò refert Auctor Supplementi Chronicorũ, lib. 10. anno poſt Chriſtum natum 780. in Syria ſacram quandam Chriſti Crucifixi imaginem à ſceleſto quodam Iudæo pugione confoſſam, quæ ſtatim ſanguine manauerit, de qua plura Cardinalis Baronius tom. 6. Annalium.

Singularis Angelorum tutela Hieruſalem ante eius excidium tollitur.

Terribilis ſententia.

S. Sindon ante Hieroſolymitanum excidium à Chriſtianis aſportatur.

Nicodemus Paſſionis Chriſti inſtrumẽta ſeruat.

Lucenſis imago Chriſti Crucifixi.

Imago Chriſti à Iudæis ferro trãſfixa, ſanguinem fundit.

Alia Chriſti imago à Iudæo pugione confoſſa, ſanguine fluit.

3. *Prolapſu verò temporum*. Benè dicit, prolapſu temporum: quia, (vt conſtat ex teſtimonio Athanaſij ſuprà allato) Chriſtiani ex vrbe Hieroſolymitana egreſsi ſunt anno poſt Chriſti Aſcenſionem quadrageſimo tertio, quibus ſi addantur anni triginta tres, quibus Chriſtus vixit, & poſt mortem in cœlum conſcendit, deprehendimus anno à Chriſti Natiuitate ſeptuageſimo ſexto ex Vrbe egreſſos. Gotifredus autem Bullionius Hieroſolymitanum Regnum obtinuit anno poſt Chriſtum natum milleſimo nonageſimo nono, vt infra oſtendam. Ab eo igitur tempore, vſque ad Gotifredum Bullionium interfluxerunt anni mille, & viginti tres.

Chriſtiani Hieroſolyma fugiũt anno Chriſti 76.

Gotifredus Bullionius Hieroſolymitanũ regnum obtinet anno 1099.

Verum hoc loco obijciet aliquis, Vbi igitur aſſeruata eſt ab eo egreſsionis tempore, vſque ad Gotifredum ſacroſancta hæc Sindon? Reſpondeo, in Syria per aliquod tempus vſque ad ſolutam Hieroſolymitanæ Vrbis obſidionem, excidiumque. Nam poſtea Chriſtianus populus Hieroſolymitanam vrbem, Dei, vt creditur iuſſu, reuertit: Euſebius namque Cæſarienſis lib. 3. Eccleſiaſt. hiſtor. cap. 25. refert teſtimonium Egeſippi, quod ſancti viri venerant Hieroſolymam ſic ſcriben-

S. Sindon vbi ſit cõſeruata.

Chriſtiani ſoluto excidio Hieroſolymam reuertuntur.

ſcribentis; Veniunt igitur & hi, & præſunt omni Eccleſiæ tanquã Martyres, & propinqui Domini, & reddita pace Eccleſiæ, permanſerunt vſque ad tempora Traiani Cæſaris, vſquequo conſobrinus Domini Symeō martyrio eſſet affectus. Vbi de reditu in Hieruſalem manifeſtè loquitur. Et in vrbe quidem Hieroſolymitana ſoluto excidio, & deinceps Chriſtianos habitaſſe, & eccleſiaſticarum hiſtoriarum monumenta, atque inter cætera egregium miraculum atteſtatur, quod ad fidelium ſolatium, & fidei noſtræ nitorem breuibus ſubijciendum duxi. Cum enim Iulianus Apoſtata, callidè Chriſti nomen inſequeretur, Iudæos inſtigare cæpit, vt dirutum templum inſtaurarent. Tunc autem Iudæi ſolito in Chriſtianos, qui Hieroſolymis erant, inſolentiores, plurima mala intentare, grauiora etiam minitari, cum templum inſtauraſſent. Qua de cauſa tunc maximè ſibi timere, trepidare, horreſcere Chriſtiani cæpere. Verum Chriſtianos confirmabat B. Cyrillus tunc Hieroſolymorum Epiſcopus, oſtendens ex vaticinio Danielis cap. 9. & Chriſti teſtimonio, Matth. cap. 23. nihil Iudæos poſſe proficere, Paſtoris ſanctiſsimi prædictionem, Iudaici furoris exitus comprobauit. Cum enim Iudæi ex vniuerſo orbe ad templi reparationem tanto ſtudio confluxiſſent, nullique parcentes ſumptui in opus incumberent, atque rudera argenteis cophinis, ac ſcaphis egererent. Ecce ibi cum noua fundamenta iacere ſtudent, ſubito terremotu foſſæ complanantur, prolapſæque porticus Iudæos opprimunt. E cauernis globus igneus exurgit, vltrò citroque percurrens, non ſolum lapides, atque æramenta combuſsit, ſed Iudæorum etiam petulantiam flammis vltricibus coercuit. Tandem ſplendida Crux effulgens è cœlo, Iudæorum veſtes tetra Crucis figura ſignauit, cuius ſigni, perterriti rebelles, ac Chriſti Seruatoris virtutem oſtentorum magnitudine coacti cognoſcentes, confuſi turpiter ab incæpto deſiſtunt. Præfata miracula Naz. Oratione 2. contra Iulianum. Niceph. lib. 10. hiſt. cap. 32. & 33. Socrates lib. 3. hiſt. cap. 17. Theodoretus lib. 3. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 17. Sozomenus lib. 5. hiſtor. cap. 21. Euſeb. Cæſarienſ. lib. 10. hiſt. cap. 37. quamuis liber ille ſit Ruffini Supplementum, hiſtor. Tripartita lib. 6. cap. 44 Chriſtianus Adricomius in Theatro Terræ ſanctæ de Hieruſalem, num. 75.

Miraculū inſigne.

Iudæorū in reparando Templo ſollicitudo.

Iudæorū in Chriſtianis petulantia.

Sacr. Scripturarum auctoritas.

In reparando tēplo Iudæi argenteis ſcaphis rudera egerunt. Ingentis ſtragis exemplar. Crux Iudæorum veſtes ſignat.

4. *Nimirum Gotifredi Bullonis.* Admonet me locus iſte, vt rem maximè quidem obſcuram, ſcitu verò periucundam aggrediens, paulò altius, non tamen ab ouo, quod aiunt, narrationis exordium ſumam. Quibuſque ſub Principibus Hieroſolymitana vrbs à tempore Paſsionis Chriſti Domini ad hæc vſque tempora, quam breuiſsimè fieri poterit, referam.

Inſignis igitur Vrbs Hieruſalem anno poſt Chriſtum natum ſeptuageſimo octauo, à Tito, & Veſpaſiano vi, atque ingenti Iudæorum ſtrage capitur, & in Rom. Imperij ditione vſque ad annum Chriſti ſexcenteſimum decimum quartum fuit. Tunc enim Coſdroa Perſarum Rege in Rom. Imperium irrumpente, Hieroſolyma occupatur. Eam verò biennio tantum retinet, nam Heraclius Imp. accepto diuinitus ſigno, Hieroſolymam cum Dominica Cruce recuperat, ac Sanctam Chriſti Crucem proprijs humeris ad Caluarium montem reportat; eorum tempore ingens illud miraculum patratum fuit, quod in Sanctæ Crucis exaltatione legitur. Igitur recuperatã à Romanis Hieruſalem, in Romanorum poteſtate perſeuerat vſque ad annos Chriſti 639. Tunc enim ſæua Turcarum peſtis erumpens, terram ſanctam occupat, Hemar Turcis imperante. Anno autem 1096. Petrus eremita, diuino inſtinctu excitatus, ac

manu

Petrus Eremita recuperationem Terrę ſanctæ molitur.

manu adiutus, plurima molitus, tandem Vrbanum II. monet, vt in Gallia de recuperanda Hieroſolymitana vrbe agens, concilium indicat, Principeſque catholicos ad Chriſtianæ ditionis recuperationem cohortatur. Quo Pont. agente, ingens Gallorum congregatur exercitus, cuius ſumma Gottifredo Bullionio credita eſt, qui Lotharingiæ Dux erat. In quo quidem exercitu inſigniter claruere Dux Normandorum, Comites Toloſę, B. Ægidij, Flandriæ, Bleſæ, Carnutenſium, Hugo Regis Gallorum frater, Balduinus Gottifredi frater. Ex Sicilia affuit Boemundus cum Tancredi cognato, ipſe etiam Petrus Eremita ingentem ſecum traxit exercitum. Iſti igitur egregij milites, Deo in primis monente, Solimannum Turcarum Principem ex Hieroſolymitano ſolo, & finibus vſque ad Edeſſanam vrbem, & vltra expulerunt, anno Domini milleſimo nonageſimo nono.

Principũ Chriſtianorum ardor in expeditione Terræ ſanctæ.

Turcæ Hieroſolymis pelluntur.

Gottifredus Hieroſolymorum Rex creatus.

Gottifredus autem vnanimi omnium conſenſu, militum humeris delatus, Hieroſolymorum rex proclamatur, auream tamen regni coronam, quæ optimo Principi religio erat, accipere noluit, dicens non debere ea in vrbe hominem auream geſtare coronam, in qua pro hominum ſalute, humani generis auctor geſtaſſet ſpineam. Cuius dictum eleganti Carmine Italicè exornauit Antonius Franciſcus Rainerius apud Paulum Foccium, in Eglogis virorum illuſtrium, ſic dicens.

Regiæ pietatis exemplũ.

Qual huom mortal al mondo è che ſi vanti
D'hauer formato più diuini detti?
Corona d'or portar qui non debb' io,
Oue di ſpine la porto il mio Dio.

Gottifredus moritur.

Creatus rex vnico tantum anno imperauit, ac moriens regni ſummam Balduino Fratri conceſsit.

Balduinus primus, ſecũdus rex Hieroſolymorũ.

Primus Balduinus, ſecundus Hieroſolymorum rex, regni initium ſumpſit anno milleſimo centeſimo: regnat autem 18. annis, cui ſuccedit alter Balduinus.

Balduinus ſecũdus, tertius rex Hieroſolymorũ.

Secundus Balduinus, tertius Hieroſolymorum rex creatur, anno milleſimo centeſimo decimo octauo: regnat autem annis tredecim, moritur autem anno ætatis ſuæ 23. Balduino ſuccedit Fulco Andegauenſis.

Fulco quartus rex Hieruſalem.

Fulco Andegauenſis, quartus Hieroſolymorum rex, regnandi initium facit anno milleſimo centeſimo trigeſimo primo: regnat annis vndecim, cui ſuccedit Balduinus filius.

Balduinus tertius, quintus rex Hieruſalem.

Tertius Balduinus, quintus Hieroſolymorum rex, regni gubernacula ſuſcipit anno milleſimo centeſimo quadrageſimo ſecundo, glorioſe imperat annis 15. ac regni fines amplificat. Quo auctore Templarij milites primò inſtituti ſunt, morienti Balduino Almericus frater ſuccedit.

Almericus, ſextus rex Hieruſalem.

Almericus, ſextus Hieroſolymorum rex creatur anno milleſimo centeſimo quinquageſimo ſeptimo, regnat annis duobus ſupra viginti, moritur anno 1179. cui ſuccedit Balduinus, eius nominis quartus, filius Balduini tertij.

Balduin. quartus, ſeptimus rex Hieruſalem.

Quartus Balduinus, ſeptimus Hieroſolymorum rex, creatus eſt anno 1179. regnat annis 5. Verum quia lepra infectus erat, caſtiſsimus vixit, ac ſine filijs mortuus eſt. Huic tamen duę fuerunt, ſorores Sybilla, & Iſabella. Iſabellam tradidit Horfrido Gallico, Sybillam autem natu maiorem Gulielmo Longaſpathę, Marchioni Montferratenſi, quæ ex ipſo genuit Balduinum 5. Mortuo Gulielmo Lõgaſpatha, Sybilla ſecundas nuptias contrahit cum Guidone Luſignano Principe. Moritur Balduinus Leproſus, & Balduinum V. nepotem ex ſorore Sybilla, ex Gulielmo Longaſpatha natu minimum, ad quem Regni ſumma ſpectabat, commendat Raymundo Principi Tripolitano. Raymundus igitur tanquam Balduini 5. tutor, ipſius nomine Hieroſolymitani regni habenas tenet anno 1184. At paulò poſt moritur Balduinus 5. cuius

Balduin. quintus.

Raymundus Prorex Hieruſalem.

Moritur Balduin. quintus.

morte

Digitized by Google

morte Hieroſolymitanum Regnum hæreditario iure ſpectabat ad Guidonem Luſignanum, qui ſecundas nuptias cum Sibilla contraxerat. Guido igitur regnum capit anno 1184. At Raimundus tutor Balduini mortem cælat, immò ipſum adhuc eſſe ſuperſtitem (vt regno potiatur) fingit, ac bellum contra Guidonem molitur: videns autem ad pellendum regno Guidonem ſibi vires non ſupereſſe, Saladinum Turcam Ægypti Regem in auxilium ſibi aſciſsit, præſtoque adeſt Saladinus viribus potens, atque anno 1187. Guidonem regno pellit, ipſumque ad deditionem Hieroſolymitani regni compellit, ijs pactis, & conditionibus, vt omnibus ex vrbe Hieroſolyma egredi liceret, & omnia, quæ humeris poſſent aſportare ſecum ferrent. Egreditur igitur miſera Chriſtianorum caterua, Heraclium Patriarcham, & Clerum, longo agmine, ſecuta cum lachrymis, ac lugubre ſpectaculum præbens: pars autem Antiochiam; pars Tirum; pars Alexandriam petit; plurima pars inde in Siciliam traiecit. Eo igitur anno 1187. amiſſa Hieruſalem, nunquam à Chriſtianis licet multa ſæpè molientibus, recuperari potuit. Hæc igitur omnia, qua explicata ſunt ratione, accidiſſe teſtantur Gulielmus Tyrius lib 9 hiſtoriarum, Raphael Volateranus lib. 2. Geographiæ, cap. de Cæleſyria, & Paleſtina, Euſebius in Chronicis, & Matthias Palmerius, in additione ad Chronicon Euſebij, atq; auctor Supplementi Chronicorum.

Guido Luſignanus vit rex Hieruſalem.
Raimundi perfidia.
Diſſidium Chriſtianorum, triumphus Turcarum.
Expugnatio Hieruſalem.
Lachrymabile ſpectaculum.

In hac igitur commigratione, qua ſingulis, quantum humeris ſuſtinere poterant, licuit aſportare, ſacroſanctam quoque Sindonem à pio Chriſtianorum agmine exportatam eſſe credere fas eſt.

S. Sindon ex vrbe Hieruſalem aſportatur.

5. *Vſque ad Ioannem poſtremum.* Hęc anno 1457. accidiſſe probatiſsima hiſtoriarum monumenta teſtantur. At à Turcis Hieroſolymam occupatam, pulſis Chriſtianis, conſtat circa annum 1187. quid igitur tanto temporum curriculo 270. annorum, de ſacra Sindone actum ſit, atque vbi aſſeruata fuerit, incertum videbitur.

Turca anno Domini 1187. Hieroſolymam occupat.

Vt ergo hiſtoriæ veritas conſtet, ſciendum eſt, quod cum anno 1187. Guido Luſignanus Hieroſolymitanis ſedibus pulſus eſſet, plurimos habuit ſuaſores, hortatoreſque, vt bellum contra Saladinum Hieroſolymæ vrbis inuaſorem inferret. In primis verò Richardum regem Angliæ. At Guido, aut quod parum ſibi virium ad bellum Saladino potentiſsimo indicendum, aut etiam animi minus adeſſet, cum Richardo Angliæ rege, qui Cyprum expugnarat, regni titulum commutat. Itaque Richardus Hieroſolymorum rex ſine regno vocatus, bellum Saladino indicit, ſed paulò poſt vincitur. Guido autē Cypri Rex appellatur, vterque autem paulò poſt moritur, tituluſque regni Hieroſolymitani ad Sibillam denuo reuertitur, quæ tertias nuptias cum Henrico Campaniæ Comite contraxit: quo mortuo, quartas nuptias cum Americo Guidonis Cypri regis Fratre contraxit; ſed paulò poſt è vita decedens, Cyprijs regibus Hieroſolymitani quoque Regni titulum reliquit. Deinde longa ſucceſsione ad Ioannem vltimum eius ſtirpis regem, res deuoluta eſt. Fuit hic Ioannes Iani, qui alio nomine dictus eſt Iole, regis filius, ſororemque habuit Annam, quæ anno Domini 1432. Ludouico Sabaudiæ Duci nupſit. Ludouicum Ducem Sabaudiæ vixiſſe anno 1453. teſtantur numiſmata ex auro, argento, ac ęre excuſſa, quorum iconas exhibet Pingonius. Ipſe autem ex Paleologorum familia vxore accepta Helena, Carolottam genuit vnicam, quæ nubens primo Ludouico Ludouici Sabaudiæ Ducis filio, deinde Federico 2. Imper. Hieroſolymitani regni titulum in ipſum tranſtulit, Qui deinde Neapolitano

Guido Luſigna[…] nus cu[…] Richard[…] regni ti[…] tulum c[…] mutat.
Guido Luſigna[…] nus Cyp[…] rex.
Ioanne[…] vltimus quis fu[…] rit.
S. Sind[…] anno D[…] mini 14[…] in Saba[…] diam d[…] fertur.
Titulus Hieroſo[…] lymitan[…] regni q[…] modo Neapol[…] tano re[…] gno ac[…] creueri[…]

Digitized by Google

litano regno potitus, Neapolitanis regibus hæreditario iure Hieroſolymitanum titulum reliquit. Cum autem circa annum 1450. à Soldano Orientis res acerrimè perturbarentur, nihilque tutum, aut armorum præſidio munitum Turcarum furori obſiſteret, Margherita nobilitate, ac pietate inſignis fœmina, Annæ Duciſſæ cognata, in Gallias (quietis obtinendæ cauſa) contendens, Camberium primò ad ſalutandam Annam cognatam appulit, atque inter reliquas precioſas ſupellectiles, maximè pretioſam Sindonem ſecum attulit. Quæ verò de hac regnorum commutatione dicta ſunt, ea à Raphaele Volaterr. prius lib. 9. ſuæ Geographiæ, ac Matthia Palmerio in additione ad Chronicon Euſeb. ex Supplemento Chronicorum tradita fuerunt, legendus eſt Philbertus Pingonius lib. de Sindone Euangelica, qui hæc eadem in tabulis in ſancta Capella poſitis contineri teſtatur.

S. Sindon quomodo Camberium delata.

Verum hoc loco illud non prætereundum cenſeo, quod etſi hæc multò certior, ac probabilior ſit declaratio, quomodo ad Allobrogum Duces tam inſignis theſaurus, certo Dei dono, tranſmiſſus ſit; aliter tamen ab alijs explicari res ſolet. Nam Franciſcus Adornius in opuſculo, quod Peregrinationem Cardinalis ſanctæ Praxedis inſcripſit, etſi ſententiam ſupra explicata approbet, aliam tamen ſubnectit, dicẽs. Nonnulli etiam Inſulam Rhodum à Turcis maxima multitudine circumſeptam vehementiſſimèque oppugnatam, Amadeum Allobrogum Comitem ſummis obſidionis periculis eripuiſſe, ac conſeruaſſe ferunt, ob eamque cauſam cum cruce alba, qua ille ſua ipſius inſignia exornauit, tum ſacro linteo à ſummo Equitum Hieroſolymitanorum Magiſtro, qui animum memorem, & gratum in benè merentem præſtare ſtuduit, donatum fuiſſe. Verum hæc neque probabiliter dicuntur; quomodo inſignem theſaurum; ac ſacroſanctum linteum ſummus Equeſtris Ordinis Hieroſolymitanorum Magiſter priuato Comiti ceſſerit, quod totius ordinis venerationi, atque protectioni futurum eſſet: neque etiam aptè probari poſſet; quomodo ſacroſanctum linteum Rhodum delatum fuerit, tum maximè, quod quæ de Margheritæ donatione tradita ſunt, ex donationis tabulis Camberij Actis 22. Martij 1452. deſumpta ſunt.

Diuerſæ aliorũ hiſtoriæ.

Hiſtoria S. Sindonis noua repellitur.

6. *Hic autem Deus ipſe per eiuſmodi ſacram Sindonem.* Miracula hæc ex veteri tabula Camberij in templo S. Sindonis affixa deſumpta ſunt; quibus addi poſſent ſexcenta alia à D. O. M. media S. Sindone patrata; quorum nonnulla refert Philbertus Pingonius, libello conſcripto de Sindone Euangelica.

Sacroſanctæ Sindonis miracula.

7. *De huiuſmodi ſacra Sindone.* Lineam eſſe ſacroſanctam Sindonem, Euangeliſtæ teſtantur, Ioan. 19. Sepelierunt eum linteis cum aromatibus &c. & cap. 20. Vidit linteamina poſita: lintea autem, & linteamina dicuntur, quæ lino texuntur. S. Auguſtinus lib. 3. de conſenſu Euangeliſtarum, cap. 23. In offic. S. Sindonis, quod in Capella ſancta recitatur per ſanctiſsimũ D. Iul. Papam II. approbato, ex Scripturis figuræ afferuntur, quibus Chriſti Domini corpus lineo velo obtectum ſignificaretur. In primis autem quod Samuel Ephod lineo indueretur, primo Reg. c. 2. quod vir apparens Danieli, Daniel cap. 10. lineis veſtibus amictus apparuerit, & renes eius accincti. Dauid Ephod lineo indutus coram arca 2. Reg. 6. Velamen poſitũ ſupra faciem Moſis, Exodi 34. Summus Pont. Sacrificium Deo oblaturus, linea veſte induebatur, Exodi 28. fortaſsis in ſtragulata veſte, quam fecit mulier fortis viro ſuo, Prouerb. 31. & rurſus, biſſus, & purpura indumentum eius: Item in pallio, quo iacentis in taberna-

S. Sindon in ea eſt.

Figuræ Chriſti S. Sindone amictu.

tabernaculo Noë nuditas tegitur, Geneſ. cap. 9. In linteo oſtenſo Petro de cœlo demiſſo, in quo animalia continebantur, Act. 10. Tunica talaris Ioſeph hædi ſanguine tincta, Geneſ. 37. hæc enim omnia in eodem S. Sindonis offic. tanquam ſacroſanctam Sindonem adumbrantia, deſcribuntur.

Chriſti humilitas ac paupertas.

8. *Cum lini materies craſſa.* Illud hoc loco, tanquam eximiæ Chriſti humilitatis, ac paupertatis argumentum ſubijciam, quod perilluſtris, ac Reuerendiſsimus D. D. Claudius Sozomenus Cyprius, Polæ vrbis in Hyſtria Epiſcopus mihi retulit. Romæ in Sacello Reliquiarum, quæ in nobiliſsima ſanctæ Mariæ Maioris æde aſſeruantur, inter reliquias precioſiſsimas, lineam etiam Chriſti Domini ſubuculam aſſeruari: qua B. V. puerum IESVM induebat, quæ ex lino groſſiore, & ſatis craſſo artificio à B. Virgine conſuta eſt. Cui quidem Antiſtiti, præter Epiſcopalem auctoritatem, facit illud, vt firmius credatur, quod ipſe Romæ Illuſtriſsimi, ac Reuerendiſsimi D. Hieronymi Cardinalis Ruſticucij S. D. Papæ Vicarij vices gerens, ſacras Reliquias in prædicta Æde ſanctæ Mariæ Maioris, ex alto ſuggeſto frequentiſsimo populo oſtendens, ſanctiſsimas eas Reliquias manibus contrectauit, & diligenter perſpexit.

Induſium pueri Ieſu Romæ ſeruatum.

S. Sindonis magnitudo.

9. *Quod ad duodecim pedum.* Chriſtiferam Sindonem pedes circiter duodecim longam, tres latam, & eo amplius, docet in opuſculo de Euangelica Sindone Pingonius. Lõgior, quàm latior Sindõ eſſe debuit, vt corpori ſubſterni, ac rurſus corpori eidẽ ſuperextendi poſſet. Notat Gulielmus Durantes, in Rationali diuinorum officiorum, lib. 4. rubrica, de pallis corporalibus, *In quibus Eccleſiis* (vt ipſius verbis vtar) *palla corporalis, quæ Calici ſubſternitur in longum altaris extenditur, quæ ideo quatuor in longum, & tres plicaturas habet in latum, quia* (*vt aiunt quidã*) *linteamen, quo Chriſti corpus obuolutum fuit, per illam figuram extenſam in longitudine ſepulchri inuẽtum eſt.* Hæc ille. Quod ſi Beda lib. de locis ſanctis, cap. 5. dixit, Sudarium eſſe pedum octo longitudinis, ille aut pedibus maioribus vſus eſt, aut ſaltem exactam ſacræ Sindonis menſuram non agnouit.

Corporale Calicis; S. Sindonẽ ſignificat. Qualis corporalium debeat eſſe figura.

Corporalia cur linea.

10. *Hinc factum eſt, vt Syluester Pontifex Max. inſtituerit.* Rationabilis planè conſtitutio, vt quemadmodum Chriſti corpus linea Sindone munda inuoluebatur; ita corporis Chriſti Sacrificium incruentum linea palla munda reponatur. Hoc autem non ſolum à S. Syluestro Papa, ſed etiam à S. Euſebio Papa, S. Syluestri prædeceſſore ſic fuiſſe cõſtitutum, conſtat ex cap. Conſulto, de conſecr. diſt. 1. Hoc etiam ipſum traditur in Concilio Romano ſub Syluestro, & in Pontificali digeſtum eſt. Teſtantur etiam hoc ipſum Iuo, parte ſecunda Decreti, cap. 134. Gregorius Presbyter in ſuo libro, quẽ Polycarpum, id eſt, multis fructibus copioſum inſcripſit, lib. 3. tit. 9. Anſelmus lib. 9. Decreti, cap. 2. Burchardus lib. 3. cap. 99. Panormit. lib. 1. c. 162. Gulielmus Durantes, 4. parte diuin. offic. rubrica, de pallis, qui etiam aſſerit, per Corporale ſuperextenſum altari, ſignificari Sindonem, qua Chriſtus fuit obuolutus, & per pallam plicatam, quæ ſupra Calicem ponitur, ſignificari Sudarium, quod fuit ſuper caput IESV. Petrus Comeſtor in hiſt. Euangelica, c. 180. & communiter Canoniſtæ, in d. cap. Conſulto.

Palla calici ſuperpoſita quid ſignificet.

Sacroſan. Euch. Sacramentum, cur lineæ pallæ ſuper ponatur.

11. *Ad hoc linea fuit ſancta Sindon.* Cauſam hanc Canoniſtæ communiter in dicto cap. aſſerunt. Ideò ſancti Euſebius, & Syluester Pontifices, celebrandum decreuerunt in lino terreno, ita Gloſſa in dicto cap. Conſulto, Ioan. à Turrecremata, Hoſtienſis, Panormit. ibidem, & Gulielmus Durantes, vbi ſupra, qui etiam addunt, quo linum tunſionibus, ac preſſuris peruenit ad candorem, vt corpus

Linea veſtis quomodo candidetur.

 Chriſti

Chriſti denotetur, per flagella, ac preſſuras perſecutionum ad candorē glorificationis deueniſſe.

Chriſtus pauperrima Sindone amictus, pompas damnat diuitum.

12. *Voluit tamen ipſe Seruator*. Hic duæ aliæ tanguntur cauſæ, cur Chriſtus in Sindone munda voluerit ſepeliri. Prima, vt diuitum damnaretur ambitio. Chryſoſtomus hom. 75. in Ioan. & Hieronymus in c. 27. Matth. Ideò S. Hieronymus in epiſtola de obitu Paulæ, dicebat: quod B. Paula hoc præcipuè exoptabat, vt ad tantum paupertatis gradum ſibi deuenire liceret, vt in domo ipſius linteum, quo mortua inuolueretur inueniri nō poſſet, ſed alieno pallio obuolueretur. S. etiam Hieronymus in vita ſancti Pauli primi eremitæ humilitatem eius ſepulturæ ita examplificat, vt diuitum ſuperbiam in ſepulchris maximè deteſtetur, quaſi diuitum cadauera computreſcere non poſsint, niſi auro circumdata. Altera, vt oſtenderet, mundo corde Chriſti corpus à nobis eſſe ſumendum. His addamus alias, ſitque tertia, vt paupertatem ſuam maximam nobis Chriſtus oſtenderet, qui dum viueret, domum non habuit, iuxta illud Matth. 8. *Vulpes foueas habent, volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet*; Ideò nec mortuus proprium habuit ſepulchrum, ſed alieno conditus ſepulchro, aliena etiam veſte voluit obuolui. Quarta, quia per Sindonem Chriſti Eccleſia figuratur, quæ non ſolum amica eſſe debet, ſed etiam munda, & candida, atque immediatè cum Chriſto, tanquam ſuo verò capite debet eſſe coniuncta. Hanc rationem innuit Gulielmus Durandus, vbi ſupra, ideò fuit ex lino terreno, veſtis enim quibus immediatè caro obtegitur, linea eſt, vt contractis ſordibus facilè ablui poſsit.

B. Paula Euangelicæ paupertatis quam fuerit amatrix.

Luxus veſtium in ſepulchris quam deteſtabilis ſit.

Chriſtus alieno ſepulchro conditus, aliena etiam veſte tegi voluit.

13. *Ergo cum per hanc ſanctam Sindonem Deus multa ediderit miracula*. Hic admiratione maxima commendandum miraculum deſcribitur, quo medijs cincta flammis Sindon ardet quodammodo, non tamen exuritur. Cuius quidem miraculi magnitudinem, & præſtantiam quoties mecum ipſe tacitus contemplor; toties myſtici illius Rubi memoria obrepit, qui Moyſi non ſine ſumma admiratione ardere videbatur, nec tamen abſumi, Exodi cap. 3. Circa hoc miraculum hæc declarabuntur, quo tempore, & quam graue acciderit incendium, tum, cur ſacra Sindon non exarſerit, indicabitur. Vt igitur tanti incendij fideliter explicetur atrocitas, deſcribentur hoc loco, quæ memoriæ prodidit de ſanctæ Capellæ exarſione, Pingonius: ita enim ſcribit in ſua Euangelica Sindone; *Sed dira bellorum præſagia anno 1532. demonſtrata ſunt, cum 6. Nonas Decembris, Barbaræ Virginis feſto die, nocte media vix illabente, illud ſacellum, in quo Sindon reponebatur, flammis incognitis exarſit. Accurrebant omnes, ſed omnium diligentiſſimus Philbertus, Lambertus Ducis à clauibus, & conſilijs, aſcito ſecum ferrario fabro, Gulielmo Puſſodo nomine, & Franciſcanis duobus, imperterrito animo per medios ignes gradiuntur, Cancellos ignitos aræ maximæ affixos, ſeraſque effringunt, Sindonem iam liquefacta capſa argentea extrahunt, & integram cadente circum flamma, reportant. Effuſis ignibus graſſabatur incendium, abſumebantur marmora, & columnæ, ſed potentiore piorum hominum fide, vique numinis ſuperata eſt ignis natura. Fugiebant flammæ, & qui putabantur arſuri, velut frigido rore perfundebantur, ſeque ipſos ſunt admirati, velut illis quondam Hebreis pueris contigiſſe credimus. Iſtud equidem palam omnes vidimus, (tunc enim aderam) & obſtupuimus. Nec multò poſt Sindon repreſentata eſt integerrima, præter quam (extra tamen Iconis partes) in complicatu exiguæ quædam combuſtionis notæ, veluti perpetuæ miraculi teſtes remanſerunt.* Hæc ille.

Atrox ſancti Sacelli incendium.

Diligentia in Sindone conſeruanda.

Argentea colliqueſcente arca, S. Sindon incluſa non comburitur.

Verùm diligenter percontanti cur in tàm graui incendio Sindon non cōflagrarit, video tres potiſsimum aſsignari

Tres cauſæ cur S. Sindon combuſta non fuerit.

gnari poſſe cauſas. Alteram quidem, quod exarſioni eius ignis verus non fuerit, ſed apparens tantùm, aut ficticius, qualem ignem fatuum vocat Ariſtoteles, vel qualem Seruij Tullij in incunabulis prouoluti Cæſariem leniter obuelaſſe memoriæ prodidit Titus Liuius Decade prima, libro item primo, aut qualem Aſcanij pueri comas lambentem Virgilius ſecundo Æneidos ſic deſcribit.

Flamma Tullij, & Iuli Cæſariem lābit.

Oritur mirabile monſtrum
Nāque manus inter, mæſtorūq; ora parentū,
Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iuli
Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli
Lambere flāma comas, & circū tēpora paſci;
Nos pauidi trepidare metu, crinēq; flagrantē
Excutere, & ſāctos reſtinguere fontibus ignes.

Fictum ignem, dæmoniſque inſidias agnoſcit S. Benedictus.

Eodem flammæ genere, maximam cænobij partem conflagrare opinabantur ſancti Benedicti eruditioni commiſsi monachi, cum eos metu maximo trepidare, ac ſollicitos aquas exhaurire, aquiſque flammas reſtinguere ſanctus conſpexit Benedictus, diabolique verſutia cognita, non tàm fallaces flammas ignibus extinguendas, quàm fallaciæ auctorem diabolum Crucis ſigno fugandum cognouit; fugato enim dæmone, ſtatim fictę exarſionis metus euanuit.

Solida arſione ſacrum ſacellū conflagrauit.

Verùm in atroci hac conflagratione non fictas, aut apparentes tantùm flammas; ſed ſolidas, realeſque (vt ita dicam) exarſiones, & ſolutum argentum, marmoraque in cineres redacta, reliqua etiam ſanctæ Capellæ monumenta combuſta, teſtata ſunt. Hæc igitur vera cauſa non fuit, alia ergo quærenda. Altera aſsignari poſſet, ſi quis diceret, quod peracutè proſpexit auctor, Sindonem ex re minimè exarſioni aptam eſſe confectam.

Sindon combuſtibilis fuit.

quale eſt linum illud, quod Plinio auctore viuum, ſiue asbeſtinum, & amiantum appellatur; eo enim lini genere contextas mappas ardentes in focis, illæſas tamen ſe proſpexiſſe teſtatus eſt Plinius lib. 19. cap. 4. Ioan. Baptiſta Porta lib. 2. Magiæ naturalis, c. 10. Dicitur autem amiantum linum ex amianto lapide, quo in fila reſoluto pannus texitur, cuius adminiculo paucis quibuſdam additis, docet Ioan. Baptiſta Porta eo loci, igne præſeruari quædam, ne lædantur ab igne. Hoc lini genere ſcribit Damaſus Papa in ſuo Pontificali de conſuet. Eccleſiæ Lateranenſ. annexum aureum agnum pondo lib. duodecim Lateranenſi Eccleſiæ à Conſtantino donatum, ſic dicens: *Ex ſtipa (alij ex ſtuppa) amianti annexum agnum ex auro puriſsimo fecit Conſtantinus, penſantem libras duodecim*, & Anaſtaſius Bibliothecarius relatus in tom. 1. Conc. in Syluestro varia pretioſiſsima de ſcribens munera à Conſtantino Magno donata Eccleſiæ Lateranenſi, inter cætera ſic ſcribit: *In medio fontis columna porphyretica, quæ portat phialam ex auro puriſsimo, penſantem libras quinquaginta, vbi ardent balſami libræ ducentæ annexum ex ſtipa amianti habens, &c.* de quibus lege Panuinium, & Baronium Cardinalem. Neque verò hoc omninò cenſuerim incredibile, ſi ea vera fuerint, quæ alibi idem Plinius teſtatus eſt: quamuis voraciſsimus videatur ignis, plurima tamen eſſe, quæ igne non abſumantur, qualia ſunt Adamas, aut Ætytes lapis, alio nomine Gagates dictus. Quin potius tantum abeſt, vt Calazias gemma grandineo colore, duritie tamen adamantina, igne abſumatur; vt ne igne quidem caleſcat. Fateor, & me linteamina quædam ardenti illita aqua, ita exardeſcentia conſpexiſſe, vt tamen non comburerentur, nec minima quaque in parte læderentur; immò hominis manus ardenti aqua perfuſas, abſque vllo ſenſu, aut dolore conflagrare, vim ipſam flammarum ardentis aquæ raritate encruante. Hac ergo ratione ſacram Sindonem, tanquam exarſioni minimè aptam, ab incendio fuiſſe ſeruatam, quis dixerit?

Mirabilis lini proprietas.

Linum aſbeſtinum quale, & ex quo inſectum.

Linum aſbeſtinum igne non læditur.

Adamas, Aetytes vel Gagates, igne non abſumuntur.

Ignis ex aqua ardenti vix lædit.

At falſæ reſponſionis commentum, partes ipſæ Sindonis flamma conſumptæ euincent.

S. Sindon miraculo ſeruata.

Vera ergo addatur cauſa, ac miraculum ſummum agnoſcatur, Deique poteſtas, ac magnificentia prædicetur; ea enim ratione Sindonem ſeruauit innoxiam, qua rubrum in flamma, tres pueros in fornace combuſtis funibus, ac vinculis. Si enim ingens paganorum multitudo eximiam Dei prouidentiam, pietatemque cognouit,

Velum S. Agathæ flammis non abſumitur.

cum ſanctæ Agathæ velum flammis iniectum, intactum tandem, innoxiũque receperunt: ita nos quoque in ſacroſancta ſeruata Sindone Dei magnificentiam agnoſcamus, ac pietatem commendemus, qui ſacro ſuo cruore ad Paſsionis ſuæ in nobis memoriam conſeruandam, ſanctam Sindonem obſignauit, atque ad ſuę in nobis charitatis oſtenſionem, in medijs ignibus eandem ſeruauit intactam. Quod ſi ad

S. Sindonem flammis nonnihil lædi cur Deus permiſerit.

miraculi veritatem comprobandam, Sindonem aliqua in parte ignibus tangi, aut lędi etiam paſſus eſt, ſacram tamen imaginem (quæ eius eximia in nos clementia fuit) nec lædi, nec tangi paſſus eſt. Iam verò in magno hoc miraculo, magnum agnoſcamus myſterium, quod Deus ſacrum hoc veſtimentum paſsionis ſuæ ſanguine ſignatum, aliqua in parte comburi paſſus eſt, vt Eſaiæ vaticinium impleretur, quo dicitur cap. 9. *Veſtimentum mixtum ſanguine, erit in combuſtionem, & cibus ignis; paruulus enim filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius.* Scribit etiam Beda lib. de locis ſanctis, cap. 5. Sudarium quod fuit

Eſaię noua explicatio.

S. Sindon Bedę temporibus in ignem iniecta Diuina virtute à flammis illæſa ſeruatur.

ſuper caput IESV, (ita enim ſanctam Sindonem nominat) ſua ætate à Mauuia Sarracenorum Rege in accenſam grandem pyram fuiſſe iniectum, nec tamen combuſtum, ſed veluti raptum in ſublime euolaſſe, & in ſummo aere diutiſsimè quaſi luſitans detentum, tandem cunctis inſpicientibus, leuiter in cuiuſdam chriſtiani ſinum deuolaſſe, & ideò totum populum chriſtianum ſumma veneratione illud ſalutaſſe, & oſculatum fuiſſe.

14. *Hinc factum eſt, vt varij Pontif. Max.* In re vera quidem, ac certa, ſed tamen quæ non ita facilem apud alios fidem inueniat, Apoſtolici culminis, tanquam infallibilis arbitri firmitatem exquirimus, ſacroſanctam Sindonem, diuina ſic diſponente prouidentia, incognitam, publicoque, ac ſollemni cultu caruiſſe comperimus, atque in immenſo ferè temporum, ac ſæculorum curriculo, in quo etiam conſtans, probataque veritas ſæpè conuellitur, quibuſdam probabilis dubitationis anſam potuiſſe præberi, fatemur; ſed ecce tibi, præſto adeſt Apoſtolicæ ſedis robur, certumque iudicium.

Apoſtolicæ Sedis auctoritas omnem fugat dubitationis anſam.

Quemadmodum autem ante excitatum atrox illud incendium neceſſaria erat ſummorum Pontificum auctoritas; ita maximè, poſtquam ſacrum Sacellum conflagrauit, pontificio præſidio, atque auctoritate opus fuit: ſtatim enim hæretici, (quibus ad virus ſuum, peſtemque vibrandam, vel leuis quædam occaſio magnum facit argumentum) concitato incendio, exclamare inceperunt, ſacram quoque Sindonem eſſe combuſtam, eiſque qui incendio ereptam dicerent ſubſannare, inſultare, atque obiectare, tantæ exarſioni Sindonem eripi non potuiſſe, ſed aliam innouatam, ac ſuppoſitam eſſe. Ideò Clem. VII. Pont. Max. rem Ludouico Gorreuodo Cardinali Sedis Apoſtolicæ Legato committit, qui, inquiſitione diligenti facta, eam ipſam Sindonem, quę antea fuerat obſignatis tabulis, affirmauit. Pont. verò Max. de Patrum ampliſsimi ordinis conſenſu, eam approbauit, atque indulta omnia, quæ piè, ſanctèque à ſuis prædeceſſoribus Pontificibus conceſſa erant, confirmauit.

Hæreticorum in S. Sindonē rabies.

S. Sindon a Summo Pont. approbatur.

15. *Si Seruatoris effigies à Nicodemo fabrica-*

Digitized by Google

fabricata. De hac imagine plura à nobis ſupra dicta ſunt. Illud autem hoc loco addendum puto, non carere probabilitate maxima, quod à ſancto viro Nicodemo, non vna tantum imago confecta fuerit, ſed plures: nam præter eam, de qua ſupra mentio à nobis facta eſt, refert auctor Supplementi Chronicorum, lib. 8. quod Nicodemus clauos, lanceam, linteamina, atque alia Paſsionis Chriſti inſtrumenta, diligentiſsimè ſeruauit. Et ad exemplar imaginis Chriſti à linteaminibus ſepulchralibus relicta, ipſe è ligno Chriſti imaginem ſculpſit, in cuius medio ampullam Chriſti ſanguine plenam incluſit, ac præuidens euerſionem Hieruſalem, ne imago hæc diriperetur, in Gallilæam deportauit. Inde quidam S. Epiſcopus eam in nauigio multis cum luminaribus, ſed ſine vllo cuſtode collocatam, diuinæ prouidentiæ commiſit, quæ nauis ad Lunenſem portum deuenit. Tum per Angelum admonitus Lunenſis Epiſcopus, imaginem ſuper curru magnifico impoſuit, locumque ſibi ipſa imago inuenit Lucę, vbi magnifico templo extructo, magna pietate colitur.

Nicodemus plures imagines Chriſti effinxit.

Imago Chriſti Crucifixi diuinæ prouidentiæ commiſſa naui ad portum Lunenſem appulit.

16. *Itidem ſi Seruatoris imaginem*. De hac imagine, memini me Romæ in tabulis Lateranenſis Eccleſiæ legere, eam eſſe, quæ nunc etiam in antiquiſſima tribuna magna Lateran. Eccleſiæ, inter Moſaici operis picturas mirificè emicat, cuius iconis patrocinio ſacra ea tribuna ſepties à crudeliter graſſante incendio præſeruata eſt.

Imago Saluatoris.

17. *Hæc quidem ſacra Sindon mirabilis adeo*. Nihil ad hæreticorum noſtri temporis in imagines debacchantium, vel petulantiam profligandam, vel ſtultitiam euertendam, vel audaciam comprimendam aptiùs, nihil efficacius eſſe poterit, quam picturarum à Chriſto Seruatore noſtro contra ipſos oſtentatio, atque maieſtas. Audent iſti dicere ſacrarum imaginum vſum, nec pium, nec catholicum eſſe; ideò neque imagines retinendas, neque vlla veneratione, niſi fortè politica afficiendas. Quod igitur Chriſtus pinxit non eſt pium, quod Chriſtus exemplo ſuo docuit, non eſt ſanctum. Duo igitur hoc loco breuiter ex Chriſti, & ſanctorum exemplis confirmemus, ſacrarum imaginum vſum pium, & catholicum eſſe, & iis debitum cultum, ac venerationem tribuendam.

S. Sindon hæreticorum audaciam deprimit.

Vſum igitur ſacrarum imaginum pium, catholicum, & laudabilem eſſe, Chriſti factum comprobat. Is enim, & viuus, & mortuus ante paſsionem, in paſsione, & poſt paſsionem imagines pinxit, viuens Sudarium Abagaro transmiſſum, & aliud Veronicæ relictum; mortuus Sudarium ſuper caput ſuum poſitum, ſacram ſcilicet Sindonem optima, atque indelebili pictura ſignauit. Ante Paſsionem Edeſſanum velum; in paſsione Veronicæ linteum; poſt paſsionem ſacram Sindonem pinxit. Neque ſolùm Chriſtus, & ante, & poſt paſsionem pinxit, ſed etiam imagines ſui marmoribus inſculpſit, fugiens in Ægyptum, ad Nili Fluuium Chriſtus infantulus marmori à B. V. ſuperpoſitus, donec madidę eius veſtes exſiccarentur, marmori corpuſculi ſui figuram inſculpſit, quæ ad hæc vſque tempora Ægyptum peragrantibus cernitur. In Nazaret, dum peſsimi Chriſti conciues eum ducunt, vt e ſupercilio collis præcipitem deijciant, ipſe tranſiens per medium illorum ibat, & exiguo in loco deliteſcens, ibidem corporis ſui figuram reliquit impreſſam: ita Burchardus prima parte, cap. 6. §. 8. & Magiſter Hiſt. Euangelicæ cap. 72. Cum verò ex Olíueti monte conſcendit in cœlum, lapidi, à quo diuulſus aſcendit, pedum ſuorum veſtigia inſculpta reliquit. Ita S. Paulinus Nolanus epiſtola 2. ad Seuerum, Burchardus vbi ſupra. Obuius verò fugienti Petro Româ factus, in loco, qui dicitur, Domine quò vadis, extra

Vſus ſacrarum imaginum pius. Chriſtus viuus, & mortuus imagines pinxit.

Chriſtus ſui imagines in lapidibus ſculpſit.

Chriſtus fugienti Petro obuius.

Digitized by Google

vrbe ſanctis, ac iuſtis viris, vindictæ cæleſti fieret locus, tam de vrbe ſacrilega, quàm de populo impio per excidium patriæ, euerſionemque ſumendæ. Cui illud ego libens addo, non ſolum Sanctorum virorum ex ea vrbe euertenda præſidium; ſed ſingularem etiam Angelorum cuſtodiam, qua præ cæteris ea Ciuitas muniebatur, iuſto iudicio ab ea fuiſſe ſublatum. Nam Ioſephus lib. 2. de Bello Iudaico, cap. 12. inter alia excidij Hieroſolymitani portenta, refert Sacerdotes noctu ingreſſos in Templum Hieroſolymitanum, quendam motum, ac ſtrepitum ſenſiſſe, cum tamen nihil viderent; poſtea etiam ſubitam quandam vocem audiſſe, dicentem: *Migremus hinc*. Quem locum affert Hieronymus lib. 4. in Matth. cap. 27. & in Epiſtola ad Hedibiam quæſt. 8. & lib. 4. in cap. 62. Eſaiæ, Addunt nonnulli in Euangelio, quo vtuntur Nazarei, referri, quod circa idem tempus auditæ fuerunt Hieroſolymis voces Angelorum dicentium; *Relinquamus has ſedes*, cum tamen nihil viderent; idipſum legitur apud Euſebium Cæſarienſem, lib. 3. hiſtor. cap. 6. Ex hoc igitur facto, ac teſtimonio in eo potiſsimum, quod aſſeritur non ſolum Iconam, ſed etiam alia Chriſtianæ religionis monumenta ſuccedat eo ordine in piorum manibus perduraſſe, ſatis apertè commonſtratur, quam ſit iſtud credibile, quod Sacra Sindon in manibus piorum perdurauerit; immò expreſsè auctor Supplementi Chronicorum, lib. 8. dicit, quod Nicodemus Clauos, Lanceam, ac Linteamina, ac quæque Paſsionis inſtrumenta, quam diligentiſsimè ſeruauit, & ad exemplar imaginis Chriſti in linteaminibus ſepulchralibus relicta, ipſe è ligno Chriſti imaginem ſculpſit, in cuius medio ampullam Chriſti ſanguine plenam, cum aliquibus Paſsionis Chriſti inſtrumentis incluſit. Hanc imaginem quidam eſſe volunt eam, quæ nunc Lucæ maxima confluentium frequentia colitur. Lege Auctorem Supplementi Chronicorum lib. 8. Vt autem ſciatur de qua Icona hic intelligatur, legendus eſt totus ille libellus Athanaſij, qui lectus fuit, & approbatus in Concilio Nicæno 2. Act. 4. Hæc enim eſt, quæ à Iudæis percuſſa, ſanguine manauit; & de hac imagine Chriſti, plurimi ijdem graues Auctores meminerunt. Quinimmò refert Auctor Supplementi Chronicorũ, lib. 10. anno poſt Chriſtum natum 780. in Syria ſacram quandam Chriſti Crucifixi imaginem à ſceleſto quodam Iudæo pugione confoſſam, quæ ſtatim ſanguine manauerit, de qua plura Cardinalis Baronius tom. 6. Annalium.

Singularis Angelorum tutela Hieruſalem ante eius excidium tollitur.

Terribilis ſententia.

S. Sindon ante Hieroſolymitanum excidium à Chriſtianis aſportatur.

Nicodemus Paſſionis Chriſti inſtrumẽta ſeruat.

Lucenſis imago Chriſti Crucifixi.

Imago Chriſti à Iudæis ferro tranſfixa, ſanguinem fundit.

Alia Chriſti imago à Iudæo pugione confoſſa, ſanguine fluit.

3. *Prolapſu verò temporum*. Benè dicit, prolapſu temporum: quia, (vt conſtat ex teſtimonio Athanaſij ſuprà allato) Chriſtiani ex vrbe Hieroſolymitana egreſsi ſunt anno poſt Chriſti Aſcenſionem quadrageſimo tertio, quibus ſi addantur anni triginta tres, quibus Chriſtus vixit, & poſt mortem in cœlum conſcendit, deprehendimus anno à Chriſti Natiuitate ſeptuageſimo ſexto ex Vrbe egreſſos. Gotifredus autem Bullionius Hieroſolymitanum Regnum obtinuit anno poſt Chriſtum natum milleſimo nonageſimo nono, vt infra oſtendam. Ab eo igitur tempore, vſque ad Gotifredum Bullionium interfluxerunt anni mille, & viginti tres.

Chriſtiani Hieroſolyma fugiũt anno Chriſti 76.

Gotifredus Bullionius Hieroſolymitanũ regnum obtinet anno 1099.

Verum hoc loco obijciet aliquis. Vbi igitur aſſeruata eſt ab eo egreſsionis tempore, vſque ad Gotifredum ſacroſancta hæc Sindon? Reſpondeo, in Syria per aliquod tempus vſque ad ſolutam Hieroſolymitanæ Vrbis obſidionem, excidiumque. Nam poſtea Chriſtianus populus Hieroſolymitanam vrbem, Dei, vt creditur iuſſu, reuertit: Euſebius namque Cæſarienſis lib. 3. Eccleſiaſt. hiſtor. cap. 25. refert teſtimonium Egeſippi, quod ſancti viri venerant Hieroſolymam ſic ſcriben-

S. Sindon vbi ſit cõſeruata.

Chriſtiani ſoluto excidio Hieroſolymam reuertuntur.

ſcribentis; Veniunt igitur & hi, & præſunt omni Eccleſiæ tanquã Martyres, & propinqui Domini, & reddita pace Eccleſiæ, permanſerunt vſque ad tempora Traiani Cæſaris, vſquequo conſobrinus Domini Symeō martyrio eſſet affectus. Vbi de reditu in Hieruſalem manifeſtè loquitur. Et in vrbe quidem Hieroſolymitana ſoluto excidio, & deinceps Chriſtianos habitaſſe, & eccleſiaſticarum hiſtoriarum monumenta, atque inter cætera egregium miraculum atteſtatur, quod ad fidelium ſolatium, & fidei noſtræ nitorem breuibus ſubijciendum duxi.

Miraculũ inſigne.

Cum enim Iulianus Apoſtata, callidè Chriſti nomen inſequeretur, Iudæos inſtigare cæpit, vt dirutum templum inſtaurarent. Tunc autem Iudæi ſolito in Chriſtianos, qui Hieroſolymis erant, inſolentiores, plurima mala intentare, grauiora etiam minitari, cum templum inſtauraſſent. Qua de cauſa tunc maximè ſibi timere, trepidare, horreſcere Chriſtiani cæpere. Verum Chriſtianos confirmabat B. Cyrillus tunc Hieroſolymorum Epiſcopus, oſtendens ex vaticinio Danielis cap. 9. & Chriſti teſtimonio, Matth. cap. 23. nihil Iudæos poſſe proficere, Paſtoris ſanctiſſimi prædictionem, Iudaici furoris exitus comprobauit. Cum enim Iudæi ex vniuerſo orbe ad templi reparationem tanto ſtudio confluxiſſent, nullique parcentes ſumptui in opus incumberent, atque rudera argenteis cophinis, ac ſcaphis egererent. Ecce ibi cum noua fundamenta iacere ſtudent, ſubito terremotu foſſæ complanantur, prolapſæque porticus Iudæos opprimunt. E cauernis globus igneus exurgit, vltrò citroque percurrens, non ſolum lapides, atque aeramenta combuſsit, ſed Iudæorum etiam petulantiam flammis vltricibus coercuit. Tandem ſplendida Crux effulgens è cœlo, Iudæorum veſtes tetra Crucis figura ſignauit, cuius ſigni, perterriti rebelles, ac Chriſti Seruatoris virtutem oſtentorum magnitudine coacti cognoſcentes, confuſi turpiter ab incæpto deſiſtunt. Præfata miracula Naz. Oratione 2. contra Iulianum. Niceph. lib. 10. hiſt. cap. 32. & 33. Socrates lib. 3. hiſt. cap. 17. Theodoretus lib. 3. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 17. Sozomenus lib. 5. hiſtor. cap. 21. Euſeb. Cæſarienſ. lib. 10. hiſt. cap. 37. quamuis liber ille ſit Ruffini Supplementum, hiſtor. Tripartita lib. 6. cap. 44 Chriſtianus Adricomius in Theatro Terræ ſanctæ de Hieruſalem, num. 75.

Iudæorũ in reparando Templo ſollicitudo.

Iudæorũ in Chriſtianis petulantia.

Sacr. Scripturarum auctoritas.

In reparando tēplo Iudæi argenteis ſcaphis rudera egerunt. Ingentis ſtragis exemplar. Crux Iudæorum veſtes ſignat.

4. *Nimirum Gotifredi Bullonis.* Admonet me locus iſte, vt rem maximè quidem obſcuram, ſcitu verò periucundam aggrediens, paulò altius, non tamen ab ouo, quod aiunt, narrationis exordium ſumam. Quibuſque ſub Principibus Hieroſolymitana vrbs à tempore Paſsionis Chriſti Domini ad hæc vſque tempora, quam breuiſsimè fieri poterit, referam.

Iudæorũ petulantia retunditur.

Inſignis igitur Vrbs Hieruſalem anno poſt Chriſtum natum ſeptuageſimo octauo, à Tito, & Veſpaſiano vi, atque ingenti Iudæorum ſtrage capitur, & in Rom. Imperij ditione vſque ad annum Chriſti ſexcenteſimum decimum quartum fuit. Tunc enim Coſdroa Perſarum Rege in Rom. Imperium irrumpente, Hieroſolyma occupatur. Eam verò biennio tantum retinet, nam Heraclius Imp. accepto diuinitus ſigno, Hieroſolymam cum Dominica Cruce recuperat, ac Sanctam Chriſti Crucem proprijs humeris ad Caluarium montem reportat; eorum tempore ingens illud miraculum patratum fuit, quod in Sanctæ Crucis exaltatione legitur. Igitur recuperatá à Romanis Hieruſalem, in Romanorum poteſtate perſeuerat vſque ad annos Chriſti 639. Tunc enim ſæua Turcarum peſtis erumpens, terram ſanctam occupat, Hemar Turcis imperante. Anno autem 1096. Petrus eremita, diuino inſtinctu excitatus, ac manu

Hieruſalem Romanorum dominio cedit.

Coſdroas loca ſancta occupat, ſed biennio tantum retinet. Heraclius Imp. terram ſanctam recuperat, & S. Crucis lignum in Caluariæ monte collocat. Turcæ anno 639. Terram ſanctam inuadunt.

Digitized by Google

Petrus Eremita recuperationem Terræ ſanctæ molitur.

manu adiutus, plurima molitus, tandem Vrbanum II. monet, vt in Gallia de recuperanda Hieroſolymitana vrbe agens, concilium indicat, Principeſque catholicos ad Chriſtianæ ditionis recuperationem cohortatur. Quo Pont. agente, ingens Gallorum congregatur exercitus, cuius ſumma Gottifredo Bullionio credita eſt, qui Lotharingiæ Dux erat. In quo quidem exercitu inſigniter claruere Dux Normandorum, Comites Toloſę, B. Ægidij, Flandriæ, Bleſæ, Carnutenſium, Hugo Regis Gallorum frater, Balduinus Gottifredi frater. Ex Sicilia affuit Boemundus cum Tancredi cognato, ipſe etiam Petrus Eremita ingentem ſecum traxit exercitum. Iſti igitur egregij milites, Deo in primis nionente, Solimannum Turcarum Principem ex Hieroſolymitano ſolo, & finibus vſque ad Edeſſanam vrbem, & vltra expulerunt, anno Domini milleſimo nonageſimo nono.

Principũ Chriſtianorum ardor in expeditione Terræ ſanctæ.

Turcæ Hieroſolymis pelluntur.

Gottifredus Hieroſolymorum Rex creatus.

Gottifredus autem vnanimi omnium conſenſu, militum humeris delatus, Hieroſolymorum rex proclamatur, auream tamen regni coronam, quæ optimo Principi religio erat, accipere noluit, dicens non debere ea in vrbe hominem auream geſtare coronam, in qua pro hominum ſalute, humani generis auctor geſtaſſet ſpineam. Cuius dictum eleganti Carmine Italicè exornauit Antonius Franciſcus Rainerius apud Paulum Foccium, in Eglogis virorum illuſtrium, ſic dicens.

Regiæ pietatis exemplũ.

Qual huom mortal al mondo è che ſi vanti
D'hauer formato più diuini detti?
Corona d'or portar qui non debb' io,
Oue di ſpine la porto il mio Dio.

Gottifredus moritur.

Creatus rex vnico tantum anno imperauit, ac moriens regni ſummam Balduino Fratri conceſsit.

Balduinus primus, ſecũdus rex Hieroſolymorũ.

Primus Balduinus, ſecundus Hieroſolymorum rex, regni initium ſumpſit anno milleſimo centeſimo: regnat autem 18. annis, cui ſuccedit alter Balduinus.

Balduinus ſecũdus, tertius rex Hieroſolymorũ.

Secundus Balduinus, tertius Hieroſolymorum rex creatur, anno milleſimo centeſimo decimo octauo: regnat autem annis tredecim, moritur autem anno ætatis ſuæ 23. Balduino ſuccedit Fulco Andezauenſis.

Fulco quartus rex Hieruſalem.

Fulco Andegauenſis, quartus Hieroſolymorum rex, regnandi initium facit anno milleſimo centeſimo trigeſimo primo: regnat annis vndecim, cui ſuccedit Balduinus filius.

Balduinus tertius, quintus rex Hieruſalem.

Tertius Balduinus, quintus Hieroſolymorum rex, regni gubernacula ſuſcipit anno milleſimo centeſimo quadrageſimo ſecundo, glorioſe imperat annis 15. ac regni fines amplificat. Quo auctore Templarij milites primò inſtituti ſunt, morienti Balduino Almericus frater ſuccedit.

Almericus, ſextus rex Hieruſalem.

Almericus, ſextus Hieroſolymorum rex creatur anno milleſimo centeſimo quinquageſimo ſeptimo, regnat annis duobus ſupra viginti, moritur anno 1179. cui ſuccedit Balduinus, eius nominis quartus, filius Balduini tertij.

Balduin. quartus, ſeptimus rex Hieruſalem.

Quartus Balduinus, ſeptimus Hieroſolymorum rex, creatus eſt anno 1179. regnat annis 5. Verum quia lepra infectus erat, caſtiſsimus vixit, ac ſine filijs mortuus eſt. Huic tamen duę fuerunt, ſorores Sybilla, & Iſabella. Iſabellam tradidit Horfrido Gallico, Sybillam autem natu maiorem Gulielmo Longaſpathę, Marchioni Montferratenſi, quæ ex ipſo genuit Balduinum 5. Mortuo Gulielmo Lõgaſpatha, Sybilla ſecundas nuptias contrahit cum Guidone Luſignano Principe. Moritur Balduinus Leproſus, & Balduinum V. nepotem ex ſorore Sybilla, ex Gulielmo Longaſpatha natu minimum, ad quem Regni ſumma ſpectabat, commendat Raymundo Principi Tripolitano. Raymundus igitur tanquam Balduini 5. tutor, ipſius nomine Hieroſolymitani regni habenas tenet anno 1184. At paulò poſt moritur Balduinus 5. cuius

Balduin. quintus.

Raymundus Prorex Hieruſalem.

Moritur Balduin. quintus.

morte

morte Hieroſolymitanum Regnum hæreditario iure ſpectabat ad Guidonem Luſignanum, qui ſecundas nuptias cum Sibilla contraxerat. Guido igitur regnum capit anno 1184.

Guido Luſignanus vlt rex Hieruſalem Raimundi perfidia.

At Raimundus tutor Balduini mortem cælat, immò ipſum adhuc eſſe ſuperſtitem (vt regno potiatur) fingit, ac bellum contra Guidonem molitur: videns autem ad pellendum regno Guidonem ſibi vires non ſupereſſe, Saladinum Turcam Ægypti Regem in auxilium ſibi aſciſsit, præſtoque adeſt Saladinus viribus potens, atque anno 1187. Guidonem regno pellit, ipſumque ad deditionem Hieroſolymitani regni compellit, ijs pactis, & conditionibus, vt omnibus ex vrbe Hieroſolyma egredi liceret, & omnia, quæ humeris poſſent aſportare ſecum ferrent.

Diſſidium Chriſtianorum, triumphus Turcarum.

Expugnatio Hieruſalem.

Egreditur igitur miſera Chriſtianorum caterua, Heraclium Patriarcham, & Clerum, longo agmine, ſecuta cum lachrymis, ac lugubre ſpectaculum præbens: pars autem Antiochiam; pars Tirum; pars Alexandriam petit; plurima pars inde in Siciliam traiecit. Eo igitur anno 1187. amiſſa Hieruſalem, nunquam à Chriſtianis licet multa ſæpè molientibus, recuperari potuit. Hæc igitur omnia, qua explicata ſunt ratione, accidiſſe teſtantur Gulielmus Tyrius lib 9 hiſtoriarum, Raphael Volateranus lib. 2. Geographiæ, cap. de Cæleſyria, & Paleſtina, Euſebius in Chronicis, & Matthias Palmerius, in additione ad Chronicon Euſebij, atq; auctor Supplementi Chronicorum.

Lachrymabile ſpectaculum.

In hac igitur commigratione, qua ſingulis, quantum humeris ſuſtinere poterant, licuit aſportare, ſacroſanctam quoque Sindonem à pio Chriſtianorum agmine exportatam eſſe credere fas eſt.

S. Sindon ex vrbe Hieruſalem aſportatur.

5. *Vſque ad Ioannem poſtremum.* Hęc anno 1457. accidiſſe probatiſsima hiſtoriarum monumenta teſtantur. At à Turcis Hieroſolymam occupatam, pulſis Chriſtianis, conſtat circa annum 1187. quid igitur tanto temporum curriculo 270. annorum, de ſacra Sindone actum ſit, atque vbi aſſeruata fuerit, incertum videbitur.

Turca anno Domini 1187. Hieroſolymam occupat.

Vt ergo hiſtoriæ veritas conſtet, ſciendum eſt, quod cum anno 1187. Guido Luſignanus Hieroſolymitanis ſedibus pulſus eſſet, plurimos habuit ſuaſores, hortatoreſque, vt bellum contra Saladinum Hieroſolymæ vrbis inuaſorem inferret. In primis verò Richardum regem Angliæ. At Guido, aut quod parum ſibi virium ad bellum Saladino potentiſsimo indicendum, aut etiam animi minus adeſſet, cum Richardo Angliæ rege, qui Cyprum expugnarat, regni titulum commutat. Itaque Richardus Hieroſolymorum rex ſine regno vocatus, bellum Saladino indicit, ſed paulò poſt vincitur.

Guido Luſignanus cum Richardo regni titulum cõmutat.

Guido autẽ Cypri Rex appellatur, vterque autem paulò poſt moritur, titulusque regni Hieroſolymitani ad Sibillam denuo reuertitur, quæ tertias nuptias cum Henrico Campaniæ Comite contraxit: quo mortuo, quartas nuptias cum Americo Guidonis Cypri regis Fratre contraxit; ſed paulò poſt è vita decedens, Cyprijs regibus Hieroſolymitani quoque Regni titulum reliquit. Deinde longa ſucceſsione ad Ioannem vltimum eius ſtirpis regem, res deuoluta eſt.

Guido Luſignanus Cypri rex.

Fuit hic Ioannes Iani, qui alio nomine dictus eſt Iole, regis filius, ſororemque habuit Annam, quæ anno Domini 1432. Ludouico Sabaudiæ Duci nupſit. Ludouicum Ducem Sabaudiæ vixiſſe anno 1453. teſtantur numiſmata ex auro, argento, ac ęre excuſſa, quorum iconas exhibet Pingonius. Ipſe autem ex Paleologorum familia vxore accepta Helena, Carolottam genuit vnicam, quæ nubens primo Ludouico Ludouici Sabaudiæ Ducis filio, deinde Federico 2. Imper. Hieroſolymitani regni titulum in ipſum tranſtulit. Qui deinde Neapolitano

Ioannes vltimus quis fuerit.

S. Sindon anno Domini 1453. in Sabaudiam defertur.

Titulus Hieroſolymitani regni quomodo Neapolitano regno accreuerit.

Digitized by Google

litano regno potitus, Neapolitanis regibus hæreditario iure Hieroſolymitanum titulum reliquit. Cum autem circa annum 1450. à Soldano Orientis res acerrimè perturbarentur, nihilque tutum, aut armorum præſidio munitum Turcarum furori obſiſteret, Margherita nobilitate, ac pietate inſignis fœmina, Annæ Duciſſæ cognata, in Gallias (quietis obtinendæ cauſa) contendens, Camberium primò ad ſalutandam Annam cognatam appulit, atque inter reliquas precioſas ſupellectiles, maximè pretioſam Sindonem ſecum attulit. Quæ verò de hac regnorum commutatione dicta ſunt, ea à Raphaele Volaterr. prius lib. 9. ſuæ Geographiæ, ac Matthia Palmerio in additione ad Chronicon Euſeb. ex Supplemento Chronicorum tradita fuerunt, legendus eſt Philbertus Pingonius lib. de Sindone Euangelica, qui hæc eadem in tabulis in ſancta Capella poſitis contineri teſtatur.

S. Sindon quomodo Camberium delata.

Diuerſæ aliorū hiſtoriæ.

Verum hoc loco illud non prætereundum cenſeo, quod etſi hæc multò certior, ac probabilior ſit declaratio, quomodo ad Allobrogum Duces tam inſignis theſaurus, certo Dei dono, tranſmiſſus ſit; aliter tamen ab alijs explicari res ſolet. Nam Franciſcus Adornius in opuſculo, quod Peregrinationem Cardinalis ſanctæ Praxedis inſcripſit, etſi ſententiam ſupra explicata approbet, aliam tamen ſubnectit, dicẽs. Nonnulli etiam Inſulam Rhodum à Turcis maxima multitudine circumſeptam vehementiſsimèque oppugnatam, Amadeum Allobrogum Comitem ſummis obſidionis periculis eripuiſſe, ac conſeruaſſe ferunt, ob eamque cauſam cum cruce alba, qua ille ſua ipſius inſignia exornauit, tum ſacro linteo à ſummo Equitum Hieroſolymitanorum Magiſtro, qui animum memorem, & gratum in benè merentem præſtare ſtuduit, donatum fuiſſe. Verum hæc neque probabiliter dicuntur; quomodo inſignem theſaurum; ac ſacroſanctum linteum ſummus Equeſtris Ordinis Hieroſolymitanorum Magiſter priuato Comiti ceſſerit, quod totius ordinis venerationi, atque protectioni futurum eſſet: neque etiam aptè probari poſſet; quomodo ſacroſanctum linteum Rhodum delatum fuerit, tum maximè, quod quæ de Margheritæ donatione tradita ſunt, ex donationis tabulis Camberij Actis 22. Martij 1452. deſumpta ſunt.

Hiſtoria S. Sindonis noua repellitur.

6. *Hic autem Deus ipſe per eiuſmodi ſacram Sindonem.* Miracula hæc ex veteri tabula Camberij in templo S. Sindonis affixa deſumpta ſunt; quibus addi poſſent ſexcenta alia à D. O. M. media S. Sindone patrata; quorum nonnulla refert Philbertus Pingonius, libello conſcripto de Sindone Euangelica.

Sacroſanctę Sindonis miracula.

7. *De huiuſmodi ſacra Sindone.* Lineam eſſe ſacroſanctam Sindonem, Euangeliſtæ teſtantur, Ioan. 19. Sepelierunt eum linteis cum aromatibus &c. & cap. 20. Vidit linteamina poſita: lintea autem, & linteamina dicuntur, quæ lino texuntur. S. Auguſtinus lib. 3. de conſenſu Euangeliſtarum, cap. 23. In offic. S. Sindonis, quod in Capella ſancta recitatur per ſanctiſsimũ D. Iul. Papam II. approbato, ex Scripturis figurę afferuntur, quibus Chriſti Domini corpus lineo velo obtectum ſignificaretur. In primis autem quod Samuel Ephod lineo indueretur, primo Reg. c. 2. quod vir apparens Danieli, Daniel cap. 10. lineis veſtibus amictus apparuerit, & renes eius accincti. Dauid Ephod lineo indutus coram arca 2. Reg. 6. Velamen poſitũ ſupra faciem Moſis, Exodi 34. Summus Pont. Sacrificium Deo oblaturus, linea veſte induebatur, Exodi 28. fortaſsis in ſtragulata veſte, quam fecit mulier fortis viro ſuo, Prouerb. 31. & rurſus, biſſus, & purpura indumentum eius: Item in pallio, quo iacentis in taberna-

S. Sindon in ea eſt.

Figurę Chriſti S. Sindone amicti.

Digitized by Google

tabernaculo Noë nuditas tegitur, Geneſ. cap. 9. In linteo oſtenſo Petro de cœlo demiſſo, in quo animalia continebantur, Act. 10. Tunica talaris Ioſeph hædi ſanguine tincta, Geneſ. 37. hęc enim omnia in eodem S. Sindonis offic. tanquam ſacroſanctam Sindonem adumbrantia, deſcribuntur.

Chriſti humilitas ac paupertas.

8. *Cum lini materies craſſa.* Illud hoc loco, tanquam eximiæ Chriſti humilitatis, ac paupertatis argumentum ſubijciam, quod perilluſtris, ac Reuerendiſsimus D. D. Claudius Sozomenus Cyprius, Polæ vrbis in Hyſtria Epiſcopus mihi retulit. Romæ in Sacello Reliquiarum, quæ in nobiliſsima ſanctæ Mariæ Maioris æde aſſeruantur, inter reliquias precioſiſsimas, lineam etiam Chriſti Domini ſubuculam aſſeruari: qua B. V. puerum IESVM induebat, quæ ex lino groſſiore, & ſatis craſſo artificio à B. Virgine conſuta eſt. Cui quidem Antiſtiti, præter Epiſcopalem auctoritatem, facit illud, vt firmius credatur, quod ipſe Romæ Illuſtriſsimi, ac Reuerendiſsimi D. Hieronymi Cardinalis Ruſticucij S. D. Papæ Vicarij vices gerens, ſacras Reliquias in prædicta Æde ſanctæ Mariæ Maioris, ex alto ſuggeſto frequentiſsimo populo oſtendens, ſanctiſsimas eas Reliquias manibus contrectauit, & diligenter perſpexit.

Induſium pueri Ieſv Romæ ſeruatum.

S. Sindonis magnitudo.

9. *Quod ad duodecim pedum.* Chriſtiferam Sindonem pedes circiter duodecim longam, tres latam, & eo amplius, docet in opuſculo de Euangelica Sindone Pingonius. Lõgior, quàm latior Sindõ eſſe debuit, vt corpori ſubſterni, ac rurſus corpori eidẽ ſuperextendi poſſet. Notat Gulielmus Durantes, in Rationali diuinorum officiorum, lib. 4. rubrica, de pallis corporalibus, *In quibus Eccleſiis* (vt ipſius verbis vtar) *palla corporalis, quæ Calici ſubſternitur in longum altaris extenditur, quæ ideo quatuor in longum, & tres plicaturas habet in latum, quia* (*vt aiunt quidã*) *linteamen, quo Chriſti corpus obuolutum fuit, per illam figuram extenſam in longitudine ſepulchri inuentum eſt.* Hęc ille. Quod ſi Beda lib. de locis ſanctis, cap. 5. dixit, Sudarium eſſe pedum octo longitudinis, ille aut pedibus maioribus vſus eſt, aut ſaltem exactam ſacrę Sindonis menſuram non agnouit.

Corporale Calicis; S. Sindonẽ ſignificat.

Qualis corporalium debeat eſſe figura.

Corporalia cur linea.

10. *Hinc factum eſt, vt Syluester Pontifex Max. inſtituerit.* Rationabilis planè conſtitutio, vt quemadmodum Chriſti corpus linea Sindone munda inuoluebatur; ita corporis Chriſti Sacrificium incruentum linea palla munda reponatur. Hoc autem non ſolum à S. Syluestro Papa, ſed etiam à S. Euſebio Papa, S. Sylueſtri prædeceſſore ſic fuiſſe cõſtitutum, conſtat ex cap. Conſulto, de conſecr. diſt. 1. Hoc etiam ipſum traditur in Concilio Romano ſub Syluestro, & in Pontificali digeſtum eſt. Teſtantur etiam hoc ipſum Iuo, parte ſecunda Decreti, cap. 134. Gregorius Presbyter in ſuo libro, quẽ Polycarpum, id eſt, multis fructibus copioſum inſcripſit, lib. 3. tit. 9. Anſelmus lib. 9. Decreti, cap. 2. Burchardus lib. 3. cap. 99. Panormit. lib. 1. c. 162. Gulielmus Durantes, 4. parte diuin. offic. rubrica, de pallis, qui etiam aſſerit, per Corporale ſuperextenſum altari, ſignificari Sindonem, qua Chriſtus fuit obuolutus, & per pallam plicatam, quæ ſupra Calicem ponitur, ſignificari Sudarium, quod fuit ſuper caput IESV. Petrus Comeſtor in hiſt. Euangelica, c. 180. & communiter Canoniſtæ, in d. cap. Conſulto.

Palla calici ſuperpoſita quid ſignificet.

Sacroſan. Euch. Sacramentum, cur lineæ pallæ ſuperponatur.

11. *Ad hoc linea fuit ſancta Sindon.* Cauſam hanc Canoniſtæ communiter in dicto cap. aſſerunt. Ideò ſancti Euſebius, & Sylueſter Pontifices, celebrandum decreuerunt in lino terreno, ita Gloſſa in dicto cap. Conſulto, Ioan. à Turrecremata, Hoſtienſis, Panormit. ibidem, & Gulielmus Durantes, vbi ſupra, qui etiam addunt, quo linum tunſionibus, ac preſſuris peruenit ad candorem, vt corpus

Linea veſtis quomodo candidetur.

Chriſti denotetur, per flagella, ac preſſuras perſecutionum ad candorē glorificationis deueniſſe.

Chriſtus pauperrima Sindone amictus, pompas damnat diuitum.

12. *Voluit tamen ipſe Seruator.* Hic duæ aliæ tanguntur cauſæ, cur Chriſtus in Sindone munda voluerit ſepeliri. Prima, vt diuitum damnaretur ambitio. Chryſoſtomus hom. 75. in Ioan. & Hieronymus in c. 27. Matth. Ideò S. Hieronymus in epiſtola de obitu Paulæ, dicebat: quod B. Paula hoc præcipuè exoptabat, vt ad tantum paupertatis gradum ſibi deuenire liceret, vt in domo ipſius linteum, quo mortua inuolueretur inueniri nō poſſet, ſed alieno pallio obuolueretur. S. etiam Hieronymus in vita ſancti Pauli primi eremitæ humilitatem eius ſepulturæ ita exampliſicat, vt diuitum ſuperbiam in ſepulchris maximè deteſtetur, quaſi diuitum cadauera computreſcere non poſſint, niſi auro circumdata. Altera, vt oſtenderet, mundo corde Chriſti corpus à nobis eſſe ſumendum. His addamus alias, ſitque tertia, vt paupertatem ſuam maximam nobis Chriſtus oſtenderet, qui dum viueret, domum non habuit, iuxta illud Matth. 8. *Vulpes foueas habent, volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet*; Ideò nec mortuus proprium habuit ſepulchrum, ſed alieno conditus ſepulchro, aliena etiam veſte voluit obuolui. Quarta, quia per Sindonem Chriſti Eccleſia figuratur, quæ non ſolum amica eſſe debet, ſed etiam munda, & candida, atque immediatè cum Chriſto, tanquam ſuo verò capite debet eſſe coniuncta. Hanc rationem innuit Gulielmus Durandus, vbi ſupra, ideò fuit ex lino terreno, veſtis enim quibus immediatè caro obtegitur, linea eſt, vt contractis ſordibus facilè ablui poſſit.

B. Paula Euangelicæ paupertatis quam fuerit amatrix.

Luxus veſtium in ſepulchris quam deteſtabilis ſit.

Chriſtus alieno ſepulchro conditus, aliena etiam veſte tegi voluit.

13. *Ergo cum per hanc ſanctam Sindonem Deus multa ediderit miracula.* Hic admiratione maxima commendandum miraculum deſcribitur, quo medijs cincta flammis Sindon ardet quodammodo, non tamen exuritur. Cuius quidem miraculi magnitudinem, & præſtantiam quoties mecum ipſe tacitus contemplor; toties myſtici illius Rubi memoria obrepit, qui Moyſi non ſine ſumma admiratione ardere videbatur, nec tamen abſumi, Exodi cap. 3. Circa hoc miraculum hæc declarabuntur, quo tempore, & quam graue acciderit incendium, tum, cur ſacra Sindon non exarſerit, indicabitur. Vt igitur tanti incendij fideliter explicetur atrocitas, deſcribentur hoc loco, quæ memoriæ prodidit de ſanctæ Capellæ exarſione, Pingonius: ita enim ſcribit in ſua Euangelica Sindone; *Sed dira bellorum præſagia anno* 1532. *demonſtrata ſunt, cum 6. Nonas Decembris, Barbaræ Virginis feſto die, nocte media vix illabente, illud ſacellum, in quo Sindon reponebatur, flammis incognitis exarſit. Accurrebant omnes, ſed omnium diligentiſsimus Philbertus, Lambertus Ducis à clauibus, & conſilijs, aſcito ſecum ferrario fabro, Gulielmo Puſſodo nomine, & Franciſcanis duobus, imperterrito animo per medios ignes gradiuntur, Cancellos ignitos aræ maximæ affixos, ſeraſque effringunt, Sindonem iam liquefacta capſa argentea extrahunt, & integram cedente circum flamma, reportant. Effuſis ignibus graſſabatur incendium, abſumebantur marmora, & columnæ, ſed potentiore piorum hominum fide, vique numinis ſuperata eſt ignis natura. Fugiebant flammæ, & qui putabantur arſuri, velut frigido rore perfundebantur, ſeque ipſos ſunt admirati, velut illis quondam Hebreis pueris contigiſſe credimus. Iſtud equidem palam omnes vidimus, (tunc enim aderam) & obſtupuimus. Nec multò poſt Sindon repreſentata eſt integerrima, præter quam (extra tamen Iconis partes) in complicatu exiguæ quædam combuſtionis notæ, veluti perpetuæ miraculi teſtes remanſerunt.* Hæc ille.

Atrox ſancti ſacelli incendium.

Diligentia in Sindone conſeruanda.

Argentea colliqueſcente arca, S. Sindon incluſa non comburitur.

Verùm diligenter percontanti cur in tàm graui incendio Sindon non cōflagrarit, video tres potiſsimum aſsignari

Tres cauſæ cur S. Sindon combuſta non fuerit.

Digitized by Google

gnari poſſe cauſas. Alteram quidem, quod exarſioni eius ignis verus non fuerit, ſed apparens tantùm, aut fictitius, qualem ignem fatuum vocat Ariſtoteles, vel qualem Seruij Tullij in incunabulis prouoluti Cæſariem leniter obuelaſſe memoriæ prodidit Titus Liuius Decade prima, libro item primo, aut qualem Aſcanij pueri comas lambentem Virgilius ſecundo Æneidos ſic deſcribit.

Flamma Tullij, & Iuli Cæſariem lambit.

Oritur mirabile monſtrum
Nãque manus inter, mœſtorũq; ora parentũ,
Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iuli
Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli
Lambere flãma comas, & circũ tẽpora paſci;
Nos pauidi trepidare metu, crinẽq; flagrantẽ
Excutere, & ſanctos reſtinguere fontibus ignes.

Eodem flammæ genere, maximam cænobij partem conflagrare opinabantur ſancti Benedicti eruditioni commiſsi monachi, cum eos metu maximo trepidare, ac ſollicitos aquas exhaurire, aquiſque flammas reſtinguere ſanctus conſpexit Benedictus, diabolique verſutia cognita, non tàm fallaces flammas ignibus extinguendas, quàm fallaciæ auctorem diabolum Crucis ſigno fugandum cognouit; fugato enim dæmone, ſtatim fictę exarſionis metus euanuit.

Fictum ignem, dæmoniſque inſidias agnoſcit S. Benedictus.

Verùm in atroci hac conflagratione non fictas, aut apparentes tantùm flammas; ſed ſolidas, realeſque (vt ita dicam) exarſiones, & ſolutum argentum, marmoraque in cineres redacta, reliqua etiam ſanctæ Capellæ monumenta combuſta, teſtata ſunt. Hæc igitur vera cauſa non fuit, alia ergo quærenda. Altera aſsignari poſſet, ſi quis diceret, quod peracutè proſpexit auctor, Sindonem ex re minimè exarſioni aptam eſſe confectam, quale eſt linum illud, quod Plinio auctore viuum, ſiue asbeſtinum, & amiantum appellatur; eo enim lini genere contextas mappas ardentes in focis, illæſas tamen ſe proſpexiſſe teſtatus eſt Plinius lib. 19. cap. 1. Ioan. Baptiſta Porta lib. 2. Magiæ naturalis, c. 10. Dicitur autem amiantum linum ex amianto lapide, quo in fila reſoluto pannus texitur, cuius adminiculo paucis quibuſdam additis, docet Ioan. Baptiſta Porta eo loci, igne præſeruari quædam, ne lædantur ab igne. Hoc lini genere ſcribit Damaſus Papa in ſuo Pontificali de conſuet. Eccleſiæ Lateranenſ. annexum aureum agnum pondo lib. duodecim Lateranenſi Eccleſiæ à Conſtantino donatum, ſic dicens: *Ex ſtipa (alij ex ſtuppa) amianti annexum agnum ex auro puriſsimo fecit Conſtantinus, penſantem libras duodecim*, & Anaſtaſius Bibliothecarius relatus in tom. 1. Conc. in Syluestro varia pretioſiſsima de ſcribens munera à Conſtantino Magno donata Eccleſiæ Lateranenſi, inter cætera ſic ſcribit: *In medio fontis columna porphyretica, quæ portat phialam ex auro puriſsimo, penſantem libras quinquaginta, vbi ardent balſami libra ducenta annexum ex ſtipa amianti habens, &c.* de quibus lege Panuinium, & Baronium Cardinalem. Neque verò hoc omninò cenſuerim incredibile, ſi ea vera fuerint, quæ alibi idem Plinius teſtatus eſt: quamuis voraciſsimus videatur ignis, plurima tamen eſſe, quæ igne non abſumantur, qualia ſunt Adamas, aut Ætytes lapis, alio nomine Gagates dictus. Quin potius tantum abeſt, vt Calazias gemma grandineo colore, duritie tamen adamantina, igne abſumatur; vt ne igne quidem caleſcat. Fateor, & me linteamina quædam ardenti illita aqua, ita exardeſcentia conſpexiſſe, vt tamen non comburerentur, nec minima quaque in parte læderentur; immò hominis manus ardenti aqua perfuſas, abſque vllo ſenſu, aut dolore conflagrare, vim ipſam flammarum ardentis aquæ raritate enervante. Hac ergo ratione ſacram Sindonem, tanquam exarſioni minimè aptam, ab incendio fuiſſe ſeruatam, quis dixerit?

Solida arſione ſacrum ſacellũ conflagrauit.

Sindon combuſtibilis fuit.

Mirabilis lini proprietas.

Linum aſbeſtinum quale, & ex quo [illegible]

Linum aſbeſtinum igne non læditur.

Adamas, Ætytes vel Gagates, igne non abſumuntur.

Ignis ex aqua ardenti vix lædit.

 At falſę

fabricata. De hac imagine plura à nobis ſupra dicta ſunt. Illud autem hoc loco addendum puto, non carere probabilitate maxima, quod à ſancto viro Nicodemo, non vna tantum imago confecta fuerit, ſed plures: nam præter eam, de qua ſupra mentio à nobis facta eſt, refert auctor Supplementi Chronicorum, lib. 8. quod Nicodemus clauos, lanceam, linteamina, atque alia Paſsionis Chriſti inſtrumenta, diligentiſsimè ſeruauit. Et ad exemplar imaginis Chriſti à linteaminibus ſepulchralibus relicta, ipſe è ligno Chriſti imaginem ſculpſit, in cuius medio ampullam Chriſti ſanguine plenam incluſit, ac præuidens euerſionem Hieruſalem, ne imago hæc diriperetur, in Gallilæam deportauit. Inde quidam S. Epiſcopus eam in nauigio multis cum luminaribus, ſed ſine vllo cuſtode collocatam, diuinæ prouidentiæ commiſit, quæ nauis ad Lunenſem portum deuenit. Tum per Angelum admonitus Lunenſis Epiſcopus, imaginem ſuper curru magnifico impoſuit, locumque ſibi ipſa imago inuenit Lucę, vbi magnifico templo extructo, magna pietate colitur.

Nicodemus plures imagines Chriſti effinxit.

Imago Chriſti Crucifixi diuinæ prouidentiæ commiſſa naui ad portum Lunenſem appulit.

16. *Itidem ſi Saluatoris imaginem*. De hac imagine, memini me Romæ in tabulis Lateranenſis Eccleſiæ legere, eam eſſe, quæ nunc etiam in antiquiſſima tribuna magna Lateran. Eccleſiæ, inter Moſaici operis picturas mirificè emicat, cuius iconis patrocinio ſacra ea tribuna ſepties à crudeliter graſſante incendio præſeruata eſt.

Imago Saluatoris.

17. *Hæc quidem ſacra Sindon mirabilis adeo*. Nihil ad hæreticorum noſtri temporis in imagines debacchantium, vel petulantiam profligandam, vel ſtultitiam euertendam, vel audaciam comprimendam aptiùs, nihil efficacius eſſe poterit, quam picturarum à Chriſto Seruatore noſtro contra ipſos oſtentatio, atque maieſtas. Audent iſti dicere ſacrarum imaginum vſum, nec pium, nec catholicum eſſe; ideò neque imagines retinendas, neque vlla veneratione, niſi fortè politica, afficiendas. Quod igitur Chriſtus pinxit non eſt pium, quod Chriſtus exemplo ſuo docuit, non eſt ſanctum. Duo igitur hoc loco breuiter ex Chriſti, & ſanctorum exemplis confirmemus, ſacrarum imaginum vſum pium, & catholicum eſſe, & ijs debitum cultum, ac venerationem tribuendam.

S. Sindon hæreticorum audaciam deprimit.

Vſum igitur ſacrarum imaginum pium, catholicum, & laudabilem eſſe, Chriſti factum comprobat. Is enim, & viuus, & mortuus ante paſsionem, in paſsione, & poſt paſsionem imagines pinxit, viuens Sudarium Abagaro tranſmiſſum, & aliud Veronicæ relictum; mortuus Sudarium ſuper caput ſuum poſitum, ſacram ſcilicet Sindonem optima, atque indelebili pictura ſignauit. Ante Paſsionem Edeſſanum velum; in paſsione Veronicæ linteum; poſt paſsionem ſacram Sindonem pinxit. Neque ſolùm Chriſtus, & ante, & poſt paſsionem pinxit, ſed etiam imagines ſui marmoribus inſculpſit, fugiens in Ægyptum, ad Nili Fluuium Chriſtus infantulus marmori à B. V. ſuperpoſitus, donec madidę eius veſtes exſiccarentur, marmori corpuſculi ſui figuram inſculpſit, quæ ad hæc vſque tempora Ægyptum peragrantibus cernitur. In Nazaret, dum peſsimi Chriſti conciues eum ducunt, vt e ſupercilio collis præcipitem deijciant, ipſe tranſiens per medium illorum ibat, & exiguo in loco deliteſcens, ibidem corporis ſui figuram reliquit impreſſam: ita Burchardus prima parte, cap. 6. §. 8. & Magiſter Hiſt. Euangelicæ cap. 72. Cum verò ex Olíueti monte conſcendit in cœlum, lapidi, à quo diuulſus aſcendit, pedum ſuorum veſtigia inſculpta reliquit. Ita S. Paulinus Nolanus epiſtola 2. ad Seuerum, Burchardus vbi ſupra. Obuius verò fugienti Petro Roma factus, in loco, qui dicitur, Domine quò vadis, extra portam

Vſus ſacrarum imaginum pius.

Chriſtus viuus, & mortuus imagines pinxit.

Chriſtus ſui imagines in lapidibus ſculpſit.

Chriſtus fugienti Petro obuius.

portam Capenam, aliàs ſancti Sebaſtiani, pedum ſuorum veſtigia marmori reliquit impreſſa, quæ huc vſque eccleſiam ſancti Sebaſtiani extra vrbis muros viſitantibus exponuntur. Nota eſt etiam hiſtoria de ſtatua Chriſto à Syrophæniſſa excitata. Teſtatur & Nicephorus lib. 15. hiſtor. cap. 14. à D. Luca Euangeliſta Beatiſsimæ Virginis Deiparæ imaginem exceptam, ipſa Beatiſsima Virgine pictori gratiam præbente. Nicodemus pientiſsimus, ac religioſiſsimus vir, Chriſti ligneum ſimulachrum ad ſimilitudinem eius imaginis, quam ſacræ Sindoni Chriſtus impreſſerat, efformauit, quod Deus miraculis exornauit. Sanctus Syluester Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli imagines apud ſe diligentiſsimè ſeruauit, quas etiam Conſtantino magno Imperatori oſtendit, in quibus ille, SS. Apoſtolos, qui ſibi apparuerant, agnouit; de quibus nos alibi plura dicturi ſumus. Atque hæc quidem ſacrarum imaginum vſum pium, ac laudabilem eſſe teſtantur. Quod verò ſacræ imagines debito cultu, ac veneratione affici debeant, ex eo facilè conſtabit, quod Abagarus Chriſti imaginem ſibi tranſmiſſam religiosè ſeruauit, Veronica ſacrum Sudarium, tanquam Chriſti beneuolentiæ egregium monumentum veneratur, cuius etiam virtute Tyberio Imperatori ſalutem attuliſſe dicitur, moriens verò, ſacrum illud Sudarium Clementi Pont. Romano reliquit; & ſuccedaneo tempore apud omnes Romanos Pontifices in maxima veneratione habitum fuit, Auctor Supplementi Chronicorum anno Chriſti 33. Methodius apud Marianum Scotum in chronico, anno Domini 30. Beda tomo 3. de locis ſanctis. cap. 2. & 5. Franciſcus Maurolicius opuſculo de Reliquiarum locis, Adricomius in deſcriptione Hieruſalem, Baron. Card. tomo 1. Annalium, Benzonius lib. 3. de anno Iubilæi, cap. 13. vbi Vaticani templi magnalia deſcribit. Nicodemus & poſteri, ſacroſanctam Sindonem religioſiſsimè ſeruarunt, Lucas, & poſteri Beatiſsimæ Virginis imagines, quas Deus poſtea clariſsimis miraculis exornauit, magna cum pietate ſeruarunt. Sanctus Syluester SS. Petri & Pauli pictas imagines debito cultu venerabatur. Pium hunc cultum Deus miraculis comprobauit. Atque vt dicendi finem faciam, breuem hanc imaginum laudationem heroico exemplo ſignabo, quod Paulus Diaconus lib. 18. refert: Cum enim Heraclius tunc temporis pietiſsimus Imperator, Romani Imperij, & Chriſtiani nominis calamitatem miſerrimam deploraret; eò quod Coſdroas Perſarum Rex totam Orientis partem, Hieruſalem quoque, ac loca ſacra occupaſſet, ſalutiferum Dominicæ Crucis lignum aſportaſſet, Chriſtianos cæde, atque ignibus vexatos occidiſſet, Chriſtianorum exercitus trucidaſſet, Chriſtianumque ſtatum in maximum diſcrimen adduxiſſet; ipſe verò Heraclius, neque quomodo exercitus idoneos colligeret, neque modum inueniret quo tot, tantiſque incommodis mederi poſſet, accepit in manibus Dei figuram virilem, quam manus non depinxerunt, ſed in εἰκῶνος verbum quod omnia firmat, atque componit, ſine pictura formam, velut ſine ſemine eduxit partum, & in hac fiſus, à Deo picta figura (hanc Edeſſanum Sudarium reor, Conſtantinopolim enim delatum erat) ad pugnam armatus incedit, hoſtes proſternit, Coſdroam in fugam conuertit, ſanctiſsimam Chriſti Crucem recuperat, Chriſtiani nominis ſtatum confirmat. Ecce quale ſubſidium è ſacra imagine hauſit Imperator Heraclius.

B. V. imagines à S. Luca pictæ.

S. Syluester SS. Apoſtolorũ imagines conſeruat.

Sacræ imagines colendæ.

Sudarium Veronicæ Tyberiũ à morbo curat.

SS. imaginum cultum Deus miraculis comprobauit.

Coſdroę in Chriſtianos crudelitas.

Heraclius Imp. Edeſſano Sudario fretus, bellum adoritur cōtra Coſdroam Perſarum regem.

18. *Hinc tu piè Lector.* Amarã Chriſti Domini Paſsionem mellifluus Bernardus contemplabatur, cum Ioſephi apertam de Chriſto figuram, non in vmbra, ſed in claritate proſpiciens ad cæleſtem

Ioſeph Patriarcha Chriſti typus fuit.

cæleſtem Patrem conuerſus, dixit, Serm. de Paſsione Domini; *Reſpice Domine Sancte Pater de ſanctuario tuo, & de excelſo cælorum habitaculo: cognoſce veram tunicam filij tui Ioſeph. Hæc fera peſſima deuorauit eum, & conculcauit in furore ſuo veſtimentum eius, omnem decorem eius reliquijs cruoris inquinauit. Et ecce quinque ſciſſuras lamentabiles in ea reliquit. Hoc eſt Domine veſtimentum, quod in manu Ægyptiæ meretricis innocens puer tuus dereliquit*. Hęc autem eſt valdè inſignis, ac delicata figura, qua in Ioſeph Chriſtum figuratum Patres agnoſcunt, vt Auguſt. lib. Quæſtionum in Iudicum. quæſt. 49. Beda in cap. 37. & 49. Geneſis, Hier. in Pſalm. 8. Tertull. lib. aduerſus Iudæos, Chryſoſt. hom. 61. in Geneſim, Ioſeph enim filius creſcens interpretatur: tantùm autem creuit, vt dictus ſit Saluator Ægypti: Chriſtus etiam creſcebat ętate, ſapientia, & gratia coram Deo, & hominibus; tantùm autem creuit, vt dictus ſit Saluator mundi. Ioſeph arguens fratres ſceleris eorum, odium contra ſe concitauit: Chriſtus peccata accuſans Iudæorum, eorum inuidiam ſubit. Ioſeph fratrum ſuorum ſaluti inuigilans, eos quærit; at fratres de eo occidendo deliberant; Chriſtus verò fratrum ſuorum ſalutem quærens, ab ipſis occiditur. Ioſeph in ciſternam immittitur, ſed viuus egreditur. Chriſtus in ſepulchrum immittitur, & viuus egreditur, Ioſeph 30. argenteis à Iuda fratre venditur: Chriſtus 30. argenteis à Iuda Iſchariothe ſimiliter venditur, Ioſeph innocentiam ſeruans dominatur Ægypto, Saluator factus Ægypti, Chriſtus innocentiam ſeruans, totius Orbis Dominus, ac Saluator proclamatur. Tandem Ioſeph tunica ſanguine aſperſa oſtenditur Patri: Sindone Chriſtum pia Mater inuoluit. Ita enim ipſamet teſtatur ſanctæ Brigittæ, lib. 2. Reuelationum cap. 21. dicens: Cum filius meus deponeretur de cruce; & appropinquaret ad terram, vnus tenuit corpus per caput, alius per pedes; ego verò, quæ Mater eram, tenui per medium, & ſic nos tres portauimus eum ad quandam petram, quæ linteo mundo per me cooperta erat, in quo obuoluimus corpus, ſed non conſui linteum, ſciebam enim pro certo, quod non in tumulo putreſceret.

Quinque ſciſſuris, quinque Chriſti vulnera declarantur.

Ioſeph geſta de Chriſto myſticè applicantur.

S. Sindon in veſte Ioſeph ſanguine tincta figuratur.

19. *Hinc inquam maiore pietati affectu.* Vtrùm quis poterit B. V. dolores excogitare, cum immenſi quodammodo fuerint, facta enim erat quaſi mare contritio eius, quæ eò lachrymabilior erat, quò ardentiùs Chriſtum diligebat. Ideò benè Chriſtum quodammodò à fera peſsima laceratum, ac deuoratum dicere poterat. Sed quomodo Chriſtus à fera peſsima laceratus, ac deuoratus fuerit, copiosè nos cap. 18. explicabimus.

B. V. de Chriſti reſurrectione fides.

Apoſtrophe ad B. V.

B. V. dolor in Chriſti morte immenſus fuit, omni maris comparatus.

ALPHONSI PALEOTI
ARCHIEPISCOPI II.
BONONIENSIS.

SACRAE SINDONIS
EXPLICATIO.

De pulchritudine, & menſura totius corporis Seruatoris, deque longitudine vulneris in latus inflicti, necnon plagæ lumborum.

Caput Tertium.

QVVM, 1. in præterito capite contemplati ſumus, quemadmodum ſacra Sindon formam corporis, & plagarum Domini noſtri inſculptam gerat; illud conſequitur, vt videamus, quonam modo ſtaturam corporis ipſius, & inſignium plagarum figuram Sindon eadem nobis ob oculos proponat. 2. Ergo ſcitu dignum ſit, Sindonem, (quemadmodum antea diximus) in duodecim pedum longitudinem, in trium autem latitudinem protendi. 3. Sed corporis figura in Sindone impreſſa, in anteriore parte, ad quinque pedum menſuram porrigitur; at in poſteriore, ad quattuor pedum, & vnciarum decem menſuram extenditur. Hoc verò inde contigit, quod cum corpus ſupinum collocaſſent, poſterior lintei pars caput, niſi in occipitio attingebat; illuc vſque, vbi formam præfert oblongam. Sed anterior pars non modo frontem tangebat, ſed etiam ad ſincipitij ferè medium extenſa fuerat, quouſque accommodata conſiſteret. Igitur ab anteriore parte conſiderationem incipientes, iuſtam Seruatoris ſtaturam, & cæterorum quoque membrorum ſtaturæ vndique reſpondentium conuenientiam, cogitatione comprehendimus.

4. Ex

Digitized by Google

4. Ex quo cum Dauide, & Salomone prædictam pulchritudinem argumentari facilè valemus; cum altero quidem, cum inquit, *Speciosus forma præ filijs hominum*; cum altero verò, cum ait, *Ecce tu pulcher es, dilecte mi*: quod aptè ſanè à D. Gregorio, de Chriſti puritate tùm in Diuina, tùm in humana natura explicari videmus, *Ideò pulcher*, inquit, *quia in diuinitate, & humanitate ſine macula reprehenſionis aſpicitur.* Attamen ita poteſt exponi, vt ipſum ob egregiam perſonæ ſtaturam, pulchritudinem peruenuſtam præ ſe tuliſſe dicamus; cum corporis magnitudo pulchritudinis magna pars exiſtere dignoſcatur, Ariſtotele teſtante, *Magnanimitas in magnitudine conſiſtit, perinde, ac pulchritudo in magno corpore: nam parui elegantes, & concinni, non autem pulchri dicuntur.*

Pſal. 44. *Cant. c. 4.* *In Cant.*

Corporis magnitudo pulchritudinis pars eſt.

Ethic. lib. 4. c. 3.

At deſcendentes ad inſignium plagarum contemplationem, per ſacram Sindonem explicatarum, de quarum magnitudine vulgò nulla cognitio habetur, cũ ex ſimulachro ſub operis initium deſcripto, ad diſtinctam eorundem cognitionẽ peruenire nequeamus, de illarum vnaquaque ſingularem per capita tractationem faciemus.

Plaga itaque in lumbis apparens, ſatis ampla perſpicitur eſſe, & multo liuore timens, ob ſæpiſsimè repetitos flagrorum ictus.

Plaga lumborum perampla.

Plaga lateris ad vnciæ, & ad quartam inſuper vnciæ menſuram in longitudinem extenditur, & ad dimidiam vnciæ partem in latitudinem porrigitur.

Menſura vulneris in latus illati.

Spinea corona ex acuminum in capite apparentium impreſſione, in duorum pedum longitudinem circumducitur, & ex his colligitur, ipſam à fronte ad verticem vſque, totum caput occupauiſſe, veluti D. Vincentius apertiſſimè teſtatur, *Et plectentes coronam de ſpinis marinis; &c.* Et ſubdit, *Et capiti eius impoſuerunt, &c.* addit præterea: *Erat ad modum pilei, ita, quod vndique caput tegeret, & tangeret.*

Spinea corona quouſque circumducta.

Sermone vnico diei Paraſceues.

Spinea corona in modum Pilei fabricata.

Ex figura ſacroſancti illius corporis adeò lacerati, nobis per Sindonem expoſita, indicatur inaudita Seruatoris erga nos clementia: 5. qui dum viueret, non ſolùm magnum afferebat ſolatium his, qui illum intuerentur, 6. ita, vt ſe beatus dicere potuiſſent, ſicut diſcipulus dicebat, *Beati oculi qui vident, quæ vos videtis.* Sed illud etiã cum primis exoptauit, vt ijs, quibus illius denegabatur aſpectus, aut eiuſdem conſpiciendi nulla dabatur occaſio, viuam ſuimet imaginem relinqueret; veluti Romanum Sudarium, quod ipſius faciem ad viuum exprimit, & ex quo agnoſcitur effigies à Nicephoro deſcripta. 7. *Fuit Dominus*, inquit, *noſter* Iesvs Christvs *viuido egregioque vultu, corporis ſtatura ad palmos prorsùs ſeptem, cæſariem habuit ſubflauam, ac non admodum denſam, leniter quodam modo ad Criſpos declinantem, ſupercilia nigra, non perinde inflexa, ex oculis ſubflaueſcentibus mirifica prominebat gratia, acres ij erant, & naſus longior, barba capillus flauus, nec ad-*

Luc. c. 10.

Cur Seruator voluit in Sindone ſuimet imaginem relinquere.

Eccleſ. hiſtor. lib. 1. c. 40.

Deſcriptio faciei Domini.

Digitized by Google

nec admodum demiſſus; capitis porrò capillos tulit prolixiores.

Domini effigies ab illo ad Abagarum Regem Edeſſam vſque miſſa.

Damaſc. lib. 4. de fid. orthodox. c. 17.

8. Hoc ipſum benigniſſimus Seruator in panno ſeruauit eo, quem regi Abagaro morem geſturus, ad faciem admouit, in eoque ſuam effigiem per ſemet impreſſit; cum pictor, ſplendorem inde exeuntem haud ſuſtinens, eiuſdem ſimulachrum ab rege tantoperè expetitum, pingere nequiuiſſet; cuiuſce ſimulachri plurimi authores mentionem faciunt, vti D. Ioannes Damaſcenus, Nicephorus, & Euagrius; ſed in ſecunda Nicæna Synodo hæc propria Leonis verba recitantur, Edeſſam petiui, & venerandam imaginem, non factam hominum manu, adorari, & venerari à populo vidi.

Niceph. hiſt. Eccl. lib. 4.

Euag. lib. 4. c. 27.

Synod. Nicena act. 4.

Anno Chriſti 31.

Nec tantùm prædicti authores, ſed etiam inter iuniores Illuſtriſſ. Cardinal. Baronius, fuſiſſimè hanc materiam perſequitur. 9. Nec ſolùm ex ipſius facie, dum ſingularis pulchritudinis ſpeciem ad amuſſim repræſentaret, viuidam ſui memoriam reliquit; cuiuſce ſpeciei ſponſa in canticis amore capta, *Dilectus* aiebat, *meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus*. Quòd ſpirituali ſanè cum interpretatione D. Gregorius explicans. *Ex eius*, ait, *pulchritudine ſuit candidus; quia immaculatus, & rubicundus; quia ſua paſſione aliena peccata portauit:* Sed etiam ſui totius corporis memoriam nobis reliquit; dum noſtri cauſſa deſpectus eſſet: atque vt Ezechielis vaticinium ſub aquarum nomine tulit, proprio cruore fœdatus eſſet: quam ſui demiſſam humilitatem adamauit, adeò, vt dici poſſit, illum in eadem enutritum planè fuiſſe, ſicuti per ſuam ipſius abiectionem diuinos ad honores ſublatus eſt. Sic autem Ezechiel ait: Aquæ nutrierunt illum, abyſſus exaltauit illum.

Cantic. c. 5.

Gregor. in Cant.

Ezechielis vaticinium. c. 31.

10. Cæterum, ſi vulgares picturæ humana arte delineatæ, cum pietatis, ac deuotionis ſpecimen præſeferunt, ad cæleſtium amorem excitare nos queunt, ſacra Synodo Tridentina teſtante, & Franciſco Petrarcha dicente:

Seſſ. 25. de venera. ſanct. & ſacra. imagin.

De remedio vtriuſque fortunæ lib. 1. c. 40.

Pictæ tabulæ delectatio, ſi conſilio regeremur, ad amorem cæleſtem erigere, & originis nos admonere deberent. Inſuper ad compunctionem inducere debent, vti D. Gregorius inquit, & cum ipſo Beda, ſub hac verborum forma; *Imaginum aſpectus multum compunctionis ſolet præſtare conuenientibus*. Si eiuſmodi effectus à picturis, per homines affabrè factis proficiſcuntur; ad quemnam amoris, ac deuotionis gradum excitari par fuerit, quiſquis hanc in effigiem obtutum defixerit, non arte figuratam humana, ſed ab omnium opifice, cum ſuimet corporis menſura, factam, & pretioſiſſimo ſuo ſanguine impreſſam? Quantamque occaſionem nanciſci debuerit, vt tanti Domini tam diuinæ pulchritudinis, & clementiæ tantæ inſigniti amore penitus exardeſcat, & excitetur, vt cum virtutibus conſocietur ei, qui ſibi ante oculos proponatur? cum Saluſtio teſte,

Regiſt. lib. 7. c. 53.

Maxi-

Digitized by Google

Maiorum imagines ſint, quædam velut incitamenta ad virtutem ijs, qui illas inſpiciant?

Hinc pius lector ad contemplandam Virginem Beatiſſimam ſeſe conuertat, & cum animo ſuo reputet, conſueuiſſe matres ex filiorum pulchritudine voluptatem capere, & ipſam in ſuo nato tantæ pulchritudinis, ac vndequaque ſibi conſentientis venuſtatis, omne decus admirari ſolitam; ex quo cum Sponſa dicere poterat; Dilectus meus candidus, & rubicundus, & oculi mei beati, qui intuentur ipſum. Econtra autem paſſionis tempore ad inæſtimabilem illius dolorem ingenti miſericordia commoueatur, cum D. Bernar- *Serm. de Lament. B. Virg.*
do cogitans, tot, ac tales plagas eiuſdem Deiparæ Virginis pectus
Iob cap. 30. transfuerberaſſe: vnde cum Iob exclamare valebat; *Verſa eſt in luctum cythara mea, & organum meum in vocem flentium:* nam hoc pacto nati cruciatus, & parentis dolores miſerando, amborum cauſa tam pia vulnera in corde influxa geſtabit.

FRATRIS DANIELIS MALLONII
DE CHRISTI CORPORE ELVCIDATIONES.

IN CAPVT TERTIVM.

Ordinata auctoris methodus. CVM, 1. in præterito capite egregia planè methodo, atque ad exactam ſcientiæ normam inſtituta, ſapientiſsimus Antiſtites vſus eſt, vt quod ad doctrinæ ordinem maximè accommodatum docuit Ariſtoteles, primo Phyſ. tex. 4. idipſum præſtaret, vt ab vniuerſalioribus ad minus vniuerſalia progrederetur. Ideò ſua intentione propoſita in cap. primo, quod de ſacroſancta Sindone eſſet agendum, eius hiſtoriam tetigit; in ſecundo eiuſdem materiam explicauit; nunc propius ad rem accedens, de eiuſdem forma, & figura diſputat: atque ex Chriſti impreſſa imagine corporis eiuſdem magnitudinem inueſtigaturus, ſacroſanctæ Sindonis quantitatem priùs aperit, dicens.

2. *Ergo ſcitu dignum eſt*. Hæc deſcriptio maximè cum ea conformis eſt, *S. Sindonis magnitudo.* quam in ſua Sindone Pingonius deſcripſit, dicens Sindonem hanc pedes circiter 12. longam, tres latam. & eò

amplius,

amplius. Beda tamen lib. de locis ſanctis, cap. 5. dixerat eſſe longam pedes octo, ſed pedum magnitudo non vbique eadem eſt.

Angelus arundine aurea templum metitur. Apoc. 20.

3. *Sed corporis figura in Sindone*. Quis magnum Antiſtitem ſacroſanctum Chriſti corpus ſecundum longitudinem, ac latitudinem in Sindone metientem videat, & non agnoſcat Angelum, aut arundine aurea Hieruſalem menſurantem, cuius latitudo tanta ſit, quanta, & longitudo; aut Angelum funiculo lineo templum menſurantem non intelligat? Qui alto quodam mentis conſilio dicat, fili hominis vide oculis tuis, & pone cor tuum in omnibus quæ oſtendam tibi. Ezechielis cap. 40. Dum autem veram Chriſti magnitudinem Antiſtes proponit, ac pedibus explicat, non vtitur pede mathematico, ſed pede, quo communiter Bononienſes vtūtur, qui duodecim vncijs conſtans, mathematicum pedem duabus vncijs, hoc eſt ſexta ſui parte ſuperat. Ex hac autem commenſuratione additis ijs, quæ infra deſcribētur, veram Chriſti magnitudinem inuenies. Plurimùm verò in eo decertatum eſſe video inter eos, qui rerum humanarum terminos paulò curioſius perſcrutati ſunt, quænam, aut quanta debeat eſſe humani corporis æqua proceritas, videoque ſex hominis ſtaturæ, vt plurimùm præfinitos pedes, vltra quos excreſcens homo, giganteus ſit appellandus, vergatque ad monſtrum. Quod autem ad paucitatem attinet, in ſtatu conſiſtentiæ, aut virilitatis ſaltem tres præfinitos viro pedes; fœminæ pauciores vncias video, quos ni attigerint, monſtro ſimiles habeantur, aut nani, punitiones, aut pigmei vocitandi. Quæ verò intra hos terminos fuerit cōtenta ſtatura, ea mediocris appellabitur, in quibus quidem humanæ figuræ præfinitionibus plurima ſanè, & maximo cum conſilio addubitata eſſe video. Nàm & primum parentem Adamum in gigantea mole

Angelus templum funiculo metitur.

Pes Bononienſis Geometrico pede maior.

Propria hominis ſtatura quæ.

Adamus gigãteę figurę fuit.

à ſapientiſsimo architecto Deo Optimo Maximo conditum, ſacræ nobis hiſtoriæ prodidere; nec tamen monſtrum Adamum auſus quis fuerit appellare: Dei enim perfecta ſunt opera, atque adeò in primordio mundi, antequam aquarum ea generalis illuuies toti mundo ruinam indiceret, giganteæ figuræ homines fuiſſe comperimus in ſacris literis, dicente Moyſe Geneſ. cap. 5. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis. Iſti ſunt potentes à ſæculo viri famoſi. Refert Chriſtianus Adricomius in theatro terræ ſanctæ, de Iuda num. 7. monſtrari lectum Adæ ſaxeum 30. pedum longitudinis. Plinius lib. 7. c. 16. dicit fuiſſe quendam nomine Gabbaram nouem pedum, & totidem vnciarum; alios autem vidiſſe quantitatis tantùm duorum cubitorum, idem ſanctus Auguſtinus lib. 15. de Ciuit. Dei, c. 9. dicit, in Vticenſi littore vidiſſe dentem moralem miræ magnitudinis, qui ſi in partes diuideretur faceret centum ex noſtris dentibus; Ludouicus Viues in Commentarijs eiuſdem capitis, dicit, ſe vidiſſe dentem ſancti Chriſtophori pugno maiorem: ex vngue leonem agnoſces, ex dente gigantis colliges vaſtitatem, vt incredibile non videatur, quod ex Plinio refert Ludouicus Viues vbi ſupra, in Creta terræ motu excuſſo monte, inuentum eſſe corpus cuiuſdam gigātis magnitudinis cubitorum ſex ſupra quadraginta: tunc igitur æquæ ſtaturæ fuiſſe homines eo maximè crediderim, quo erat natura perfectior, & vita longior, quæ deinde percrebreſcentibus in homine vitijs, & corporis mole, & vitæ duratione imminuta eſt, quam Homerus deplorauit, Plinius agnouit, ſanctus Auguſtinus libro 15. de Ciuitate Dei, cap. 9. doluit, & Ludouicus Viues ibidem fuſius probauit. Quarę hac de cauſa tantum aberit, vt monſtruoſa debeat gigantea proceritas appellari, vt humilior potius figura vergat ad

Gigantes ante diluuium.

Lectus Adæ 30 pedes longus.

Dens molaris miræ magnitudinis.

Dens ſancti Chriſtophori pugno maior.

Corpus gigãteum 46. cubitorum.

Creſcentibus in homine vitijs hominis vita decreuit.

Digitized by Google

Quibus pedibus hominum ſit menſuranda proceritas.

gat ad monſtrum. In eo etiam addubitatum meritò video, ecquinam pedes ſint, quibus humani corporis moles fuerit agnoſcenda: An pedes mathematici quattuor conſtantes palmis, an pedes noſtrates, an pedes, quibus communiter vtuntur artifices? Pedum enim diuerſitatem maximam communiter mathematici tradunt, quam colligunt Henricus Glareanus de aſſe, Ioan. Stofferinus de vſu Aſtrolabij, Clauius Bambergenſis in Sphæra. Itaque ſatis ambiguam humanæ molis video eſſe menſuram. Verum quicquid ea in re dicendum fuerit, alij viderint. Illud hoc loco prætereundum non eſt, hanc Chriſti Domini staturæ menſuram ex protenſa, expanſaque in rectum Sindone, aut in plano Sindone collocata eſſe depromptam, in qua ſic protenſa, tres ad minimum, fortaſſe etiam plures vnciæ, quibus rotundum caput cingitur, quæque ſacræ Sindoni capiti in gyrum aduolutæ impreſſæ ſunt, nunc autem in lõgum expanſæ ſuperexcreſcunt, quæ ideò facta commenſuratione ſunt deducendę, quibus ſubtractis ſi pars anterior poſteriori exæquetur corpori Chriſti Domini pedes quatuor cum dodrante præfiniuntur. Qua pręfinita figura, quę ab aliis de Chriſti corporis magnitudine dicta ſunt afferantur. In primis Nicephorus, lib. 1. hiſt. Eccleſiaſt. cap. 40. de Chriſto loquens, dicit corporis eius ſtaturam ad palmas prorſus ſeptem commenſurandam. Legimus etiam in epiſtola ſcripta à P. Lentulo in Iudęa Magiſtratum gerente, ad Senatum Romanum, cuius meminit ſanctus Antoninus in Chronico ex Eutropio, quę dicit. Homo ſtaturę quidem proceræ mediocriter. Fertur, & alia Epiſtola Pontij Pilati Præſidis in Iudæa ad Tiberium Cæſarem, habetur apud Egeſippum lib. de excidio Hieroſolymitano, & apud Franciſcum Samarinum 4. p. Sacerdotalis, fol. 8. *Apparuit*, inquit, *temporibus noſtris, & adhuc eſt, homo magnæ virtutis, ſi modo hominem appellare fas eſt, nominatus* IESVS CHRISTVS, *quem eius Diſcipuli vocant filium Dei, ſuſcitans mortuos, & ſanans languores, homo quidem præ cæteris mediocris, &c.* Romæ etiam in Baſilica Lateranẽſi, in magna veneratione habetur lapidea quædam tabula, quam quatuor marmoreæ columnæ ſuſtentant; ſub cuius medio è pauimento ſurgit lapis quidam marmoreus, inter quem, & marmoreæ menſæ infimam ſuperficiem, vera apparere dicitur Chriſti Domini corporis magnitudo, quæ Chriſti Domini altitudinem mediocrem oſtendit, ſatis tamen magnam, quæ verè ad quatuor pedes, & dodrantem excreſcat. Beatiſsima Virgo glorioſæ Brigittæ lib. 4. Reuelationum cap. 70. Chriſti magnitudinem indicans dicit: *Erat inter medios moderni temporis magnus.* Hac Chriſti Domini habita magnitudine, facilè eſſet ad ſingularium partium, aut membrorum corporis Chriſti Domini exactam notitiam deuenire. In corpore enim optimè efformato exactiſsimæ inſunt ſingularium partium Symmetriæ, ac ſtatutæ quantitatis commenſurationes, Cælius Calcagninus lib. diſputationum, Cic. de off. cap. 26. docuit pulchritudinem eſſe reſponſum partium corporis, aptè inter ſe cohęrentium; ijs alij addunt colorem, venuſtatem, & bene, quales ſatis accuratè proſequitur Vitruuius libro 3. cap. 1. qui ex hominis figura architectonicam conſtruendarum ædium commenſurationem docet eſſe deſumptam. Petrus Meſſias p. 2. variarum lectionum, cap. 17. Pererius in Danielem, nonnulla Plinius lib. 7. cap. 18. & Daniel Barbarus in ſua Perſpectiua.

Magnitudo corporis Christi quanta.

Chriſtus ſtaturæ mediocriter proceræ.

Chriſtus inter medios homines moderni temporis magnus fuit.

Proportio membrorum humani corporis.

Ex hominis ſtatura architectonicæ Symmetriæ petendæ.

4. *Ex quo cum Dauide, & Salomone.* Chriſtum Dominum elegantiſsimæ fuiſſe figuræ, ratio ipſa ſuadet; talem enim decebat eum eſſe hominem, qui cęterorum hominum, immò, & Angelo-

Chriſtus elegantiſſimæ figuræ, & cur.

Angelorum caput eſſet; talem decebat eum eſſe, qui ab excellentiſsimo opifice ſancto Spiritu eſſet efformatus; talem decebat eum eſſe, qui rex eſſet gloriæ, in quem deſiderant Angeli proſpicere, qui sereniſsimo ſuo vultu gloriam accidentalem beatis accreſcat. Sed & Scripturæ ſacræ Christi pulchritudinem prædicant, vt loca ab auctore relata teſtantur, & præter illa Cant. 2. *Vox tua dulcis, & facies tua decora*. Hoc ipſum teſtantur ſancti Patres, Adrianus Papa, & habetur in tomo 3. Concil. pagina 203. explicans illud Cant. 1. *Oſtende mihi faciem tuam, &c.* dicit: *Viſio ſacrarum imaginum ſpecioſam formam Domini Saluatoris noſtri* IESV CHRISTI *manifeſtat*. B. Laurentius Iuſtinianus Serm. de Aſcenſione Domini hanc elegantiſsimè ſic deſcribit. *Aſcendente Chriſto egrediebantur interdum Angeli, & delectabiliter intuebantur humanitatis illius elegantiam, præclaram formam, radiantem faciem, imperiale decus, & honorabilem ſtatum*. Hanc etiam Chriſti Domini excellentiſsimam pulchritudinem, acutè deſcripſit ſancta illa Chriſti Virgo Martyr, ac ſponſa Agnes, dicens: *Cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur*. Sed & illud clarè patebit, cum Chriſti Domini effigiem infra ex probatis auctoribus deſcribemus.

Ex viſione humanitatis Chriſti, beatis felicitas accreſcit.

Angeli Chriſti pulchritudinem admirantur.

5. *Qui dum viueret non ſolùm magnum afferebat ſolatium*. Inſita ineſt hæc ſingulis hominibus à natura propenſio, cum eximiam quandam pulchritudinis excellentiam nacta fuerint, mirum in modum afficiantur. In primis verò ſenſus viſus, qui, vt benè dixit Ariſtoteles primo Metaphyſ. cap. 1. *plurimas rerum differentias detegit*, congenita quadam curioſitate rapitur, atque in ipſa inſtitutione animum quodammodo recreat, ac paſcit, iuxta illud Æneidos primo.

Viſus maximè curioſus in homine.

Animum pictura paſcit inani.

Hinc fit, *vt non ſolum quicquam agere volentes, ſed etiam nihil acturi videre concupiſcamus*. Ariſtoteles 1. Metaph. cap. 1. Chriſtus igitur, qui *Specioſus erat forma præ filijs hominum*, quid mirum, ſi intuentes mellifluа quadam oblectatione perfunderet: nam, & in cæleſti patria ſuæ faciei ſerenitate lætitiam beatis augebit. Hanc Chriſti Domini in ſui proſpectu faciei ſerenitatem, lepidè B. Hieronymus, lib. 1. in Matth. cap. 9. deſcripſit, *Certè fulgor ipſe, & Maieſtas Diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana facie relucebat, ex primo ad ſe videntes trahere poterat aſpectu: ſi enim in Magnete lapide, & Succinis hæc eſſe vis dicitur, vt annulos, & ſtipulam, & feſtucas ſibi copulent, multo maiorem in Chriſti facie ad alliciendum vim explicat*. & lib. 3. in Matth. cap. 21. *Igneum quid, atque ſydereum radiabat ex oculis Chriſti*. Ideò Alphonſus Toſtatus quæſt. 42. in cap. 9. Matth. dicit, quod quando Chriſtus vocauit Matthæum, vt legitur Matth. 9. In Chriſti facie fuit quidam fulgor allicitiuus, replens Matthæum omni ſpirituali dulcedine, & appetitu ſequendi ipſum. Hoc ipſum confirmat Gloſſa in cap. 9 Matth. & communiter expoſitores. Ideò Beatiſsima Virgo D. Brigittę lib. 6. cap. 1. ſic reuelauit dicens: *Filius meus tanta pulchritudine præditus erat, vt quicunque eum inſpiceret, conſolaretur à dolore cordis quem habebat. Ideò & multi Iudæi dicebant ad inuicem: eamus ad videndum filium Mariæ, vt conſolari poſsimus* & lib. eodem, cap. 58. rurſus repetit: *Chriſti viſus & locutio ſic mirabilis, & acceptabilis erat, vt multi tribulati dicerent: eamus ad filium Mariæ, à quo conſolari poſſumus*. B. V. interdum ſupra Chriſtum lucem quandam mirabilem videbat, & cantus Angelorum audiebat, ita ipſa refert ibidem. Lege etiam quę habentur lib. 4. Reuelationum cap. 70. Quod ſi interdùm ſancti viri quoſdam in probatorum hominum faciebus radios ſe vidiſſe teſtati ſunt, ſicut de B. Ignatio Loiola Sac. ac vener. Societatis IESV fundatore dicebat B. Philippus Nerius,

Chriſtus eos à quibus videbatur mira oblectatione recreabat.

Maieſtas Diuinitatis in Chriſti facie radiabat.

Fulgor Chriſti faciem exornabat.

Chriſti viſus, & locutio mellifluа.

In bonorum facie radius cæleſtis effulget.

vt in eius vita refert Gallonius, quantam tandem Chriſti claritatem fuiſſe putandum eſt, cum & ſpecioſus forma præ filijs hominum eſſet, & etiam Sanctus Sanctorum, & Rex ſempiternæ gloriæ.

Beatitudo in Dei viſione conſiſtit.

6. *Ita vt ſe beatos dicere potuiſſent.* Qui Chriſti Domini faciem ſecundum quod Deus eſt potuerit intueri, is tandem plenè, perfectèque beatus eſt. Hanc enim Moyſes videre geſtiebat, cui dictum fuit Exodi 33. *Faciem meam videre non poteris: non enim videbit me homo, & viuet.* Qui autem Chriſti Domini faciem ſecundum quod homo eſt, viderit, is non plenè, perfectèque beatus, ſed initiatiuè tantum, aut inchoatiuè, vt dicitur. De qua viſione illud fortaſſe intelligitur, Exodi 33. *Oſtendam tibi omne bonum, poſteriora mea videbis*; id eſt filium Dei in humanitate. Ita enim ſancti Patres idipſum interpretantur, vt Origenes homil. 12. in Exodum, & 4. in Pſalmos, Tertullianus libro 4. contra Marcionem, cap. 22. & lib. contra Praxeam, capite 14. Auguſtinus lib. 2. de Trinitate, capite 10. & epiſt. 12. Irenæus lib. 4. contra hæreſes, capite 37. Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 10. Ego verò in Scripturis ſacris non eos tantum beatos lego, qui Chriſti faciem viderint, ſed & Ventrem, qui eum genuit, & Vbera quæ eum lactauerunt, Lucæ cap. 23. *Quinimò, & qui audiunt verbum eius; ipſe enim verba æternæ vitæ habet.* Ioan. cap. 6. Ideò & *qui fecerit voluntatem eius, eius Frater, & Soror, & Mater erit*

Humanitas Chriſti eſt poſterior pars.

Chriſti pulchritudo deſcribitur.

7. *Fuit Dominus noſter* IESVS CHRISTVS. Vt integra habeantur Chriſti Domini (quod ad corporis conſtitutionem attinet) delineamenta, ea quoque addenda iudico, quæ eo loci ſcribit idem Nicephorus, ſic dicens; *Capiti capillos tulit prolixiores: Nouacula enim in caput eius non aſcendit, neque manus aliqua hominis, præterquam Matris in tenera dumtaxat eius ætate. Collum fuit ſenſim decliuè, ita vt non arduo, & extenſo nimirùm corporis ſtatu eſſet. Porrò tritici referens colorem, Non rotundam, aut acutam habuit faciem, ſed qualis Matris eius erat, paullulum deorſum verſus vergentem, ac medicè rubicundam, grauitatem, atque prudentiam cum lenitate coniunctam, placabilitatemque iracundiæ expertem præſeferentem. Perſimilis denique per omnia fuit diuinæ, & immaculatæ ſuæ Genitrici.* Circa quam quidem deſcriptionem, illud omninò cenſeo notandum, quod cum de Chriſti oculis Nicephorus legeret ὑόφαλμοι, Ioannes Langus tranſtulit, acres, cum debuiſſet vertere pulchri oculi erant. Alij Chriſti oculos dicunt eſſe χαροπὲς, id eſt, fuluos, ſed nigredinis aliquid habentes, lege Scholia Nicephori lib. 1. cap. 40.

Capilli.

Manus.

Collum.

Capillorum color.

Facies.

Chriſtus per omnia ſimilis matri.

Alia Chriſti pulchritudinis deſcriptio.

Porrò cum ex veterum monumentis variè deſcriptam Chriſti habeamus effigiem, licuit hoc loco ea quoque ſubijcere, quæ alij de Chriſti corporis conſtitutione ſcripſerunt. Lentulus Romanus, Iudaici populi Præſes, ſic Chriſti explicauit effigiem; *Homo quidem ſtatura procera mediocriter, & ſpectabilis, vultum habens venerabilem, quem intuentes poſſunt diligere, & formidare. Capillos habens coloris nucis auellanæ præmaturæ, & planos ferè vſque ad aures, ab auribus verò cincinnos, criſpos, aliquantulum ceruleos, & fulgentiores ab oculis ventilantes, diſcrimen habens in medio capitis iuxta morem Nazaræorum, frontem planam, & ſereniſsimam cum facie ſine ruga, & macula aliqua, quam rubor moderatus venuſtat. Naſi, & oris nulla prorſus eſt reprehenſio, Barbam habens copioſam, & intenſam capillis concolorem, non longam, ſed in medio biſurcatam. Aſpectum habet ſimplicem, & maturum, oculis glaucis, varijs, & claris exiſtentibus. In increpatione terribilis, in admonitione blandus, & amabilis, hilaris, ſeruata grauitate. Qui tamen nunquam viſus eſt ridere, flere autem ſæpius. Sic in ſtatura cor-*

Nazaræorum comæ.

Chriſtus qualem barbam tulerit.

Chriſtus nunquam ridere viſus eſt, cũ ſæpius fleuerit.

Digitized by Google

peris propagatus, rectas habens manus, & brachia, & omnia viſu delectabilia; in colloquio grauis, rarus, & modeſtus, ſpecioſus inter filios hominum.

Ab hac deſcriptione non admodum abſimilis eſt illa Pontij Pilati impij Præſidis ad Tiberium Auguſtum, quę legitur apud Ægeſippum de Excidio Hieroſolymitano. Nicephorus Monachus in vita Leonis Imper. dicit; *Aiunt quidam hiſtoricorum, quod criſpo, & raris capillis ſchema in Saluatore magis vernaculum ſit.* Valdè acuta, atque accurata eſt Beatiſsimæ Matris, quæ hęc omnium optimè ſcire potuit apud B. Brigittam, lib. 4. c. 70. deſcriptio:

B V Chriſti pulchritudinem ſic deſcribit.

Qualis, inquit, *erat filius meus in mundo cognoſce. Ipſe tam pulcher facie erat, quod quod nullus videbat eum facie, qui non conſolaretur aſpectu eius, etiam ſi praecordialiter dolorem haberet. Iuſti verò ſpirituali conſolatione conſolabantur, ſed & mali à triſtitia ſeculi tanto tempore quo eum videbant, reuelabantur: Vnde, & dolentes dicere conſueuerunt, eamus, & filium Mariæ videamus, & ſaltem tanto tempore releuemur; anno igitur vigeſimo ætatis ſuæ in magnitudine, & fortitudine virili perfectus erat. Inter medios moderni temporis magnus, non carnoſus, ſed neruis, & oſſibus corpulentus. Capilli eius, ſupercilia, & barba, croce è brunea erant, longitudo barbæ palmo per tranſuerſum manus. Frons verò non prominens, vel merſa, ſed recta, Naſus equalis, non paruus, nec nimis magnus. Oculi verò eius tàm puri erant, quod etiam inimici eius delectabantur aſpicere; labia non ſpiſſa, ſed clarè rubentia. Mentum non erat prominens, nec nimis longum, ſed pulchro moderamine venuſtum. Maxillæ carnibus modeſtè plena. Color eius erat candidus claro rubeo permixtus. Statura eius recta, & in toto corpore ſuo nulla macula erat, ſicut & illi teſtabantur, qui eum totaliter viderunt nudum, & ad columnam ligatum flagellabant, nunquā ſuper eum vermis venit, non perplexitas, aut immunditia in capillis.*

Et boni, & mali ſolatium ex Chriſti viſione capiebant.

Circa quam quidem Dominicæ ſtaturæ explicationem, plurima nobis ſunt accuratè perpendenda. Verùm quoniam eam deſcribens Nicephorus, docuit, Chriſtum per omnia ſimilem fuiſſe Sanctiſsimæ, & immaculatæ ſuæ Genetrici, ideò opere pretium me facturum exiſtimaui, ſi exactiſsimam B. V. deſcriptionem, quod ad corporis figuram attinet, breuibus ſubijciam: ita enim fiet, vt non ſolùm communi fidelium deſiderio ſatisfiat, qui maximè ea noſcere geſtiunt, quæ ad Chriſti Domini ac Sanctiſsimæ Deiparæ vitam attinent, ſed etiam ſimul egregiæ corporis vtriuſque conſtitutiones, ac commendabiles ſymmetriæ, & explicabuntur, & ſuis laudibus afficientur. Sic itaque ex Epiphanio Nicephorus lib. 1. cap. 23. ſcribit, *Mores, forma, & ſtatura eius modus talis, vt inquit Epiphanius, fuit. Erat in rebus omnibus honeſta, & grauis; pauca admodum, eaque neceſſaria loquens, ad audiendum facilis, & per quam affabilis, honorem ſuum, ac venerationem omnibus exhibens, ſtatura mediocri; quamuis ſint, qui eam aliquantulum mediocrem longitudinem exceſsiſſe dicant. Decenti dicendi libertate aduerſus homines vſa eſt, ſine riſu, ſine perturbatione, & ſine iracundia maximè. Colore fuit triticum referente, capillo flauo, oculis acribus, ſubflauas, & tanquam oleæ colore pupillas in eis habens. Supercilia ei erant inflexa, & decenter nigra; naſus longior; labia florida, & verborum ſuauitate plena; facies non rotunda, & acuta, ſed aliquanto longior; manus ſimul, & digiti longiores. Erat denique faſtus omnis expers, ſimplex, minimèque vultum fingens, nec niſi honeſtè ſpectabilis, nihil molliciei ſecum trahens, ſed humilitatem præcellentem colens. veſtimentis, quæ ipſa geſtauit coloris natiui contenta fuit. Id quod etiam nunc ſancti capitis eius velamen oſtendit. Et, vt paucis dicam, in rebus eius omnibus multa diuinitus inerat gratia. Aetas autem eius &c.* Hæc ille. In quibus quidem ſingularium partium deſcriptionibus quędam nobis, nō quaſi id ex profeſſo agentibus, ſed cōcitato, vt aiunt,

Beatiſſimæ Deiparæ deſcriptio.

Mirabilis perfectio.

Veſtimēta B.V qualia.

Digitized by Google

vt aiunt, pede percurrentibus obiter tangenda ſunt.

Atque adeò in primis egregia Chriſti facies deſcribatur, in ea enim tanta elegantia ſita eſt, vt inter reliqua animantia, vni homini facies fuerit à natura conceſſa. Plinius lib. 2. cap. 36. & Ariſtoteles lib. 1. de hiſtoria animalium, cap. 8. Cicero 1. de Legibus, vt ei vni facies tribueretur, cui vni inter reliqua rectam figuram admirabatur. Cic. 2. de natura Deorum, qua de cauſa Silius Italicus Poëta, quod ſoluta oratione à Cicerone dictum fuerat, ſic verſibus exarauit.

Facies vni homini à natura tributa eſt.

Recta corporis figura vni homini conceditur.

Nonne vides hominum, vt celſos ad æthera vultus
Suſtulerit Deus, ac ſublimia finxerit ora,
Cum pecudes, volucrumque genus, formaſque ferarum,
Segnem, atque obſcœnam paſſim ſtrauiſſet in aluum.

In facie ſenſus hominis eluceſcũt.

Eſt autem hominis facies, in qua maximè vigent ſenſus, hanc definiens Ariſtoteles primo de hiſtoria, cap. 8. dicit, faciem partem eam nominamus in homine, quæ caluæ ſubiecta eſt. Et lib. 3. de partibus animalium, cap. 1. *In ſolo homine faciem* πρόσωπον dicit à re ipſa vocari, quod vnus animalium homo erectus, ſolus proſpicit anteuerſus, vocemque anteuerſus mittit, notauit hoc ipſum Cic. lib. 1. de Legibus, dicens; Vultus vim Græci norunt, nomen omnino non habent. Hæc animi index eſt, laudabilior eſt autem, quæ non acuta, non rotunda, non valdè parua, non maxima, non rugoſa, ſed medius habitus horum erit conueniens. Ita Ariſtoteles in Phyſiognomicis, cap. 9. Hominis facies cunctis animantibus formidabilis eſt, in qua magnificentiæ, ac magnanimitatis humanæ inter cætera viuentia decor indutus eſt, hac maximè, qui ſimus agnoſcimur, ita Ariſtoteles, ſect. 36. Problemat. quæſt. 1.

Vis humanæ faciei nomine explicari nõ poteſt.

In fronte & oculis vis magna

In fronte autem, & oculis inſignis quædam vis ad animi indicandos affectus à natura ingenita eſt; Et nos quidem, etſi à Phiſiognomica iudiciaria omninò abſtinendum cenſuerimus, quippe quæ fallax, inconſtans, ac ſuperſtitioſa ſit, tamen de frontis, & oculorum præſtantia ea tantùm ex cauſa quædam dicemus, vt Chriſti Domini elegantia commonſtretur. Frontem appellat Ariſtoteles eam faciei partem, quæ inter ſynciput, & oculos interijcitur, primo de hiſtoria animalium, cap. 8. Hæc Vitruuio tertiam faciei partem obtinet. In hac iuxta Plin. lib. 2. cap. 36. triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ, ſeueritatis indicia ſunt, aptaque ad oblectandos amicos ſerenitas, aut ad terrendos hoſtes aſperitas. In hac prudentiæ quoddam veſtigium, & acris iudicij nota dignoſcitur. Res in prouerbium tranſijt, Frontem Domini plus prodeſſe, quam occipitium. Laudabilior frons, quæ non parua, non valdè magna, non rotunda, non nimis plana, non rugoſa, non contracta, non elata, non triſtis, non defixa, ſed quæ moderatè in vtramque partem protenſa animi magnanimitatem, ſerenitatemque oſtentet.

Frons paſſionũ index.

In oculis mira à natura gratia inſita eſt. Oculi Varroni, quaſi occluſi, quod ciliorum quaſi tegminibus eos Deus occulit. Oculum ſumptuoſiſſimum naturę opificium prędicat Plato. Plin. lib. 2. cap. 36. partem corporis pretioſiſſimam appellat. Galenus autem diuinum membrum, ſolarem animalis particulam appellabat, & meritò; quibus tutandis natura præter membranas carneas, oculum externè velantes, præter ciliorum, palpebrarumque cuſtodiam, pupillæ nobiliſſimæ oculorum parti, in qua viſio potiſſimũ exercetur, tunicas plures obuoluit ad natã, ſeu coniunctiuam corneam, vueam, araneam, ſcliroticam, ſecundinam, retinam. Humores fouendæ pupillę circumpoſuit albugineum, criſtallinum, vitreum, neruoſque opticos ad puri-

Oculorum gratia.

Oculorum laudes.

In oculis conſeruandis accurata naturæ ſolertia.

ficatos ſpiritus deferendos applicuit, atque hæc omnia ſolido oſsi conſeruit. Admirabilem hanc naturæ ſolertiam in oculis tutandis admiratus Dauid, Deum rogauit dicens; *Cuſtodi me, vt pupillam oculi.* Hac cuſtodia nihil accuratius excogitari poteſt. In oculis quandam ad loquendum vim ineſſe teſtatus eſt Cic. 1. de Legibus. *Oculi*, inquit, *nimis acuti, quemadmodum animo affecti ſumus loquuntur.* Hanc autem mirabilem ad loquendum, indicandumque vim, ope potiſsimum ſuperciliorum habent. Ideò Plinius lib. 11. cap. 36. *In ſuperciliis partem animi ineſſe*, dicebat, *Hæc enim negamus, an annuimus, maximè indicant faſtus, ſuperbia, alicubi conceptaculum, ſed hic ſedem habent; in corde naſcitur, hic ſubit, hic pendet.* Hæc Plinius. Confirmant hæc eadem, quæ de Phariſaico ſupercilio in prouerbijs referuntur. In oculis igitur Chriſti Domini ſumma ad commouẽdum vis fuit, vt in ipſis aperta pacati, concitatique animi ſigna conſpicerentur. Vix abſque ſumma admiratione contemplor, quæ de concitatis Chriſti oculis Hieron ſcripſit, lib. 3. Comm. in cap. 21. Matth. cum ementes, vendentesque è templo eijceret, *Igneum enim quid*, inquit, *atque ſydereum ex eius oculis radiabat perterrefaciens gentes.* Quod maximè approbat Toſtatus quæſtione 42. in cap. 9. Matth. Addit Gabriel Barlhet, ſerm. in diem Paraſceues, fulgorem eum intrinſecus conuertiſſe homines. Hæc enim cauſa fuit, cur in immenſa ea ſtrage, quam contra ementium, vendentiumque exercitum Chriſtus edebat, nullus obſiſteret. Et radios quidem veluti igneos, vel luminis iubar ex quorumdam oculis emicaſſe lego. Nam & Tyberio Cæſari clariores præ cæteris noctu emicuiſſe, vt expergefactus noctu, abſque alio medio lumine, quod & cati, ſeu feles faciunt, contueretur. Plin. lib. 11. cap. 36. In quibuſdam Romanis militibus id ipſum legi. *Augusto adeò nitescebant oculi, vt ſi intenſius aliquem eſſet intuitus, cogeretur is, ceu ſplendoris nimietate caligaret, vultum ſubmittere:* ita refert Cæl. Rhodigin. lib. 15. lectionum antiquarum c. 2. Quamquam Plinio alia videatur cauſa, qua ſcilicet oculos ſuos acutè inſpici ægrè ferebat Auguſtus. Ideò refert Iuſtinus in vita Auguſti, quod miles quidam, cum ab Auguſto oculos auertiſſet, interrogatus ab eo, cur id feciſſet, reſpondit, *quia fulmen oculorum tuorum ferre non poſſum.* At ita emicaſſe oculos, vt etiam in aperta luce, apertos radios ſenſim emitterent, qui ita gentes afficerent, numquam memini me legiſſe. Hoc igitur peculiariter in Chriſto mirabile contemplemur, ad quod explicandum longior hæc digreſsio ſuſcepta à nobis eſt, vt quædam de Chriſti corporis conſtitutione dicerentur.

Cuſtodia à Deo qualis petenda.

Oculorũ Chriſti mirabilis proprietas.

Oculi Chriſti quales cũ è templo vendentes ementesque eiecit.

Oculi Tyberij Cæſaris noctu fulgebant.

Oculi Auguſti Cæſaris ſplendeſcentes.

Fulmen oculorum.

Porrò glaucos, aut cæſios Chriſti oculos, cum lego, longam eam diſſenſionem omnino video eſſe ſublatam, quiſnam dignitate primas obtineat, oculus, nigerne, an cæſius? Nam alijs nigros oculos collaudantibus, cæſios vel ex eo conſtat eſſe præferendos, quod Chriſtus Dominus pulchritudinis auctor, pulcherrimos etiam oculos ſine dubio voluit, qui ſpecioſus præ filijs hominum eſſe voluit, cæſios autem elegit. Antiquitus etiam nigros oculos non ita collaudatos video, dicente in Poetica arte Lyrico,

Hunc ego me ſi quid componere curem,
Non magis eſſe velim, quàm prauò viuere naſo
Spectandum nigris oculis, nigroque capillo.

Oculi quinam præſtantiores ſint.

Cum igitur tanta, taliſque in Chriſti oculis ad commouendos, flectendoſque animos inſederit vis, contemplandum pio lectori propono, efficacem eum Chriſti oculorum ictum, quo Petrum poſt triplicem negationem intuitus eſt, dicente Luca cap. 23. Et conuerſus Dominus reſpexit Petrum, quo intuitu conſternatus animus Petri, in amaras lachrymas effuſus eſt.

Chriſtus quibus oculis Petrum reſpexerit.

Infinita

Digitized by Google

Infinita planè hoc loco dici poſſent à nobis in reliquis explicandis, quæ de Chriſti, ac B. V. figurationibus tradita ſunt, quæ breuitati conſulens miſſa facio.

Dilectus meus candidus, & rubicundus.

Egregia ſanè excellentiæ commendatio. Qui enim fieri poſsit, vt ſimul candeat quid, & rubeſcat. At ſecundum varias inquies partes candeſcit, & rubeſcit. Fatebor hoc ego quidem, ita tamen, vt altiore etiam ſenſu expliçetur oratio, candidus enim, & rubicundus Chriſtus eſt. Candidus in diuinitate, rubicundus in humanitate. Candidus in natiuitate; rubicundus in morte; Candidus in imperio; rubicundus in ſupplicio. Candidus internè; rubicundus externè. Candidus in carne glorioſa; rubicundus in plagis. Ideò mirabantur Angeli dum Chriſtus aſcenderet, & interrogantes quærebant, *Quis eſt iſte, qui venit de Edom, &c.* Eo verò reſpondente; *Ego, qui loquor iuſtitiam, propugnator ſum ad ſaluandum.* Subiungunt, *Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum.*

Chriſtus quomodo candidus, & rubicũdus.

Angeli mirantur, cum Chriſtum candidum, & rubicundũ videat.

8. *Hoc ipſum benigniſſimus Seruator.* Quid hoc loco mirer magis vix ſcio, anceps hæreo, Chriſti ne comitatem in pictorem, an bonam pictoris ſortem: grandi enim Chriſti effigiem excipiendi ab Abagaro Rege tranſmiſſus ardebat pictor deſiderio; at magnificam Chriſti formam penicillus excipere non poterat: ars fruſtrabatur, tabulam abſtergebat pictam, mutabat penicillum, nil tamen efficere poterat. Diuinus enim ſplendor ſe fingi non patiebatur, nec maieſtatis radius coloribus exprimi poterat, inſtabat tamen operi pictor anxius, ſed, vt Æneidos 6. dicitur,

Mirabilis Chriſti comitas.

Chriſti effigies penicillo exprimi non poteſt.

Bis conatus erat caſus effingere in auro,
Bis patriæ cecidere manus.

Deſperat labore victus pictor. At hoc videns Chriſtus, quæ illi innata benignitas fuit, linteum poſcit, faciei admouet, figuram imprimit, ac pictori reddit, ſcilicet, vt facto ſuo auream Veſpaſiani Imperatoris ſententiam comprobaret. *Non decet à facie Principis quemquam triſtem abire.* O felicem, fortunatumque pictorem. Quis canis picturam arte pariter, ac caſu depictam miretur. Cum enim Ialiſus anhelantis canis figuram miro artificio expreſsiſſet, ſpumam tamen anhelantis exprimere non valuiſſet, iratus, ſpongiam impegit tabulæ, mirabile dictu, quam arte non poterat, caſu ſpumam pinxit. Plinius lib. 35. cap. 10 Quis equi ſpumam ſpongia coloribus imbuta, operi impacta, fortuna formatam miretur? Vincit Chriſti ars Ialiſi caſum. De mirabili hoc Sudario plura nos in cap. 1. conſcripſimus.

Chriſtus linteo ſui effigiem imprimit.

Non decet à facie principis quemquã triſtem abire

Pictor canis, & equi ſpumã quam arte non poterat, caſu pinxit.

Chriſtus pictorum omnium excellentiſſimus.

9. *Nec ſolum ex ipſius facie.* Duplex picturæ genus; alterum, quod calamo deſcribitur; alterum, quod penicillo exprimitur: illud multò illuſtrius; nam apud ſapientiores tantum in vſu eſt: iſtud obſcurius, quo maximè indocti erudiuntur: vtrumque tamen valdè elegans, valdèque commendabile eſt. Nec mirum cuiquam videatur, ſi quæ calamo ſcribuntur, pingi dicantur: neque enim minùs oratione, quàm penicillo res exprimuntur, immò & magis, nam animi ſenſa oratione, ſcriptiſque panduntur, quæ penicillis exprimi haudquaquã poſſunt. Vtroque autem picturæ genere Chriſtus Dominus tùm in ſua pulchritudine ſpecioſus, tùm in ſuis opprobrijs deturpatus, exprimi voluit. Et pulchritudo quidem Chriſti duplex eſt; altera, qua Deus; altera, qua homo eſt, vtraque nobis picta eſt. Amplius autem Chriſti qua Deus eſt pulchritudo, bifariam exprimi poteſt; aut ſi in ſua maieſtate, atque potentia; aut ſi in maxima miſeratione, ac clementia deſcribatur. Tandem pulchritudo Chriſti, qua homo eſt, duplex eſt; altera quidem in glorioſo; altera in mortali corpore eſt; vtraque in ſacris lit-

Picturæ duplex genus.

Non minus oratione quã penicillo res exprimuntur.

Chriſtus duplici picturæ genere pingi voluit.

Pulchritudo Chriſti ſecundum quod homo eſt.

hanc imaginum pictarum inſpectionem, omnes, qui contemplantur, ad prototyporum memoriam, & recordationem, & deſiderium veniant. S. Ioan. Chryſoſt. in oratione, Quod vnus ſit legiſlator, *Fuſilem*, inquit, *imaginem ex cera plenam, multa pietate feci. & amaui.* S. Gregorius Nyſſenus de Deitate Patris, & Filij dicit, *Vidi ſæpius inſcriptionis imaginem, & ſine lachrymis tranſire non potui, cum tam efficaciter pictura ob oculos poneret hiſtoriam. Et rurſus loquens de hiſtoria Abrahæ filium immolantis dicit; Vidi non infrequenter paſſionis imaginem, neque ſine lachrymis huiuſcemodi figuram tranſii*, quæ teſtimonia citata ſunt in 2. Sinodo Nicæna. Actio. 2. 3. & 4.

Picturæ lachrymas excitans.

Damaſc. lib. 4. de fide Orthodoxa, cap. 17. dicit. *Sæpè vſu venit vt Domini Paſſionem animo minimè verſantes conſpecta Chriſti crucifixi imagine in ſalutiferæ paſſionis memoriam redeamus, &c.*

S. Auguſtin. lib. de Viſitatione infirmorum. 2. cap. 3. dicit: *Sunt quædam ſigna pigritantis etiam fidei aliquando excitatoria, & quaſi quandam compunctionem penetralibus ſuis figentia, quæ & Chriſtianitatis religio vult obſeruari.* S. Hieronymus in vita S. Hilarionis, egregium affert miraculum factum à B. Hilarione, *Tres Cruces in arena contra fremitum maris pingente, ac mare comprimente.*

Picturæ fidem excitant & compunctionem.

Iam verò Lectoris pius ſeſe in Deũ attollat affectus, vt mirabile Chriſti ſalutis noſtræ amore languentis artificium contempletur: Chriſtus enim, vt benè Dionyſius Areopagita dixit: *amatoriè nos proſequitur, hoc autem callidum eſt amantis artificium, vt varias induat formas, figuraſque multiplices, vt facilius amatam ad ſui amorem alliciat, acutus enim amor formas multiplices effingit, & oſtendit,*

Chriſtus amatoriè nos proſequitur.

Varias nam fingere pergit
Mille mihi formas ingenioſus amor.

Ita Chriſtus, vt Sponſam Eccleſiam ad ſe immenſa vi ſui amoris alliciat, multiplices ſui illi exhibet formas, in deitate magnificam, in humanitate pauperrimam, in natiuitate lugentem, in transfiguratione fulgentem, in paſſione lugubrem, in reſurrectione iocundam.

Chriſtus Eccleſiam ad ſui amorem alliciat multiplices ei formas exhibet.

11. *Hinc pius lector.* Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Munitiſsima autem ciuitas Dei eſt Virgo Maria, de qua mira, atque glorioſa in Scripturis ſanctis dicta ſunt. Cum autem plurima, atque propemodum infinita de ſacerrima Virgine dicta ſint, nihil tamen, quantum capio, quantum ſapio dictum eſt, quod magis exactè vitam, quam innocens Deipara in hoc mundo vixit, exprimeret, quam quod plãtatio Roſæ dicta ſit; nam quod ſtella matutina, Aurora conſurgens, Luna, Cedrus, Platanus, Hortus concluſus, Fons ſignatus, Puteus aquarũ viuentium, Porta orientalis, & alia eiuſmodi de ipſa prædicentur, explicant illa quidem, aut eius virginitatis decus, aut eius gratiæ, ac pulchritudinis excellentiam. At verò plantatio Roſæ totum curſum vitæ, dum hanc vitam nobiſcum Virgo traduxit, indicat: nam Ambroſius lib. de Virginitate, in Roſa delicias Virginitatis agnoſcit, Plantatio Roſæ eſt integerrimæ Deiparæ vita; Roſa enim humilis eſt plãta, B. V. eſt ſpeculum humilitatis, *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*, cur hoc de ſeipſa dicit, niſi quia, vt ipſa indicauit glorioſæ Brigittæ lib. 1. Reuelationum, cap. 10. *Cum intelligeret B. V. quod Chriſtus debebat naſci ex Virgine, rogabat Deum, vt ſuo tempore naſceretur, quia ipſa cupiebat eſſe ancilla Matris Chriſti. Hanc autem humilitatem ancillæ Deus reſpexit.* Plantatio Roſæ exiguas radices figit in terra, B. V. nihil terrenum expetebat, lib. 1. Reuelationũ c. 10. & lib. 6. c. 58. & 59. Sed quod ad propoſitum nobis ſcopum attinet; Roſa inter ſpinas naſcitur, hiſpidiſque aculeis Roſæ haſtilia recrudeſcũt, & quo magis creſcit plantula, eò denſiores, eò duriores ſpinę concreſcunt, multoque

Apoſtrophe ad B. V.

B. V. eſt munitiſſima ciuitas.

B. V. eſt plantatio Roſæ.

Emblemata plurima B. V. excellentiam prædicantia.

Roſa delicias Virginitatis oſtendit.

Quanta fuerit B. V humilitas.

B. V. cupiebat eſſe ancilla matris Chriſti.

Digitized by Google

Quid Roſa, quid Spinæ.

plures ſpinæ, quàm Roſæ cernuntur. O Roſæ, ô Spinæ. Roſæ gratiarum, Spinæ tribulationum. Benedicta Maria ſanctificatur; en Roſam. Benedicta Virgo Patre orbatur; en Spinam. Beatiſsima Virgo in templo offertur; en Roſam. B. Virgo ieiunijs, ac vigilijs ſe affligit, en Spinas: Ab Angelo ſalutatur; en Roſam. Sed turbari videt Ioſeph; en Spinam. Chriſtum Virgo parit; en Roſam. Sed reclinat in præſepe, quia non erat ei locus in diuerſorio; en Spinam. Magos Chriſtum adorantes cernit, en Roſam. Sed fugit in Ægyptum; en Spinas. Chriſtum videt miracula facientem; en Roſas; ſed eundem amarulentis odijs exceptum dolet; en Spinas. Tandemque quò creſcit Roſa in Chriſti paſsione, ac morte, eò magis multiplicantur, ac recrudeſcunt ſpinæ. Sed miror Roſæ conſtantiam. Licet enim Spinæ conſtantes, & acutiores, & valentiores ſint, Roſa tamen conſiſtit immobilis, cœlique, ac cæleſtis floris influxu nutritur, ac ſuſtentatur. Contemplabatur cæleſtis Deipara filij pulchritudinem, & immenſa oblectatione perfundebatur. Contemplabatur filium tàm dirè tractandum, & immenſo dolore conficiebatur. O Roſas, ô Spinas. Sed ipſam audiamus quid de ſe dicat, lib. I. Reuelationum. cap. 10. *Cum conſpicerem, & conſiderarem pulchritudinem filij mei, anima mea quaſi rorem ſtillabat præ gaudio, ſciens me indignam ad talem filium; quando verò conſiderabam loca clauorum in manibus, & pedibus, quos ſecundum Prophetas crucifigendos audiui, tunc oculi mei replebantur lachrymis, & cor meum quaſi ſcindebatur præ triſtitia.* Similia habet lib. 6. cap. 58. Ex quibus apparet quomodo *in luctum verteretur cythara, & organa in vocem flentium.*

Spinis Roſæ miſcentur.

B. V. gaudium, & triſtitia dum Chriſtum aſpiceret.

12. *Nam hoc pacto.* Incredibilis virtus amoris, vt in amato viuat amans, eademque, qua is, qui diligitur, paſſione afficitur, is, qui diligit, afficiatur. Diligebat Chriſtum Maria, ideò ijſdem cum Chriſto doloribus afficiebatur. Quare Lanſpergius Homil. 54. de paſsione, animaduertit Matrem eũ in ſe dolorem paſſam, quem Chriſtus ex lateris vulnere paſſus eſſet, ſi vixiſſet; *Diuiſit enim Chriſtus cum Matre ſua huius vulneris iniuriam, vt ipſe quidem perſecutionem, & vulnus exciperet, ſed tamen dolorem non ſentiret. Mater verò huius vulneris in ſe pœnam, & dolorem reciperet.* Tu igitur piè Lector enitere, vt Chriſti dolores, Matriſque mœrores contempleris attentius, vt vtriuſque particeps fias, & doloris Chriſti, & mœroris Mariæ.

Amans in re amata vt viuat.

Chriſtus cum matre dolores ſuæ paſſionis diuiſit.

ALPHON-

Digitized by Google

ALPHONSI PALEOTI ARCHIEPISCOPI II. BONONIENSIS.

SACRAE SINDONIS EXPLICATIO.

De Crucis ſupplicio, quibuſque conſtitutum erat. Chriſti Crucifixio figuris vt adumbrata, & vaticinijs prænunciata, atque ex illius Crucifixione in ſignum glorioſum euaſerit.

Caput Quartum.

POSTQVAM è plagis Domini ſacratiſſimis, quas explicandas ſumpſimus, pars vna in illius corpore, dum cruci affigeretur, & vbi in ligno ſuſpenſus eſt: altera verò pars dum flagris cæderetur, & ſpinis coronaretur, inflicta fuit, antequàm cruci clauis eſſet affixus; non inutilis conſideratio prorſus extiterit, ſi paululùm in patibuli contemplatione immorabimur. 1. Itaque ſciendum, crucis ſupplicium apud Romanos à 2. Tarquinio Superbo, poſtremo Romanorum Rege excogitatum fuiſſe; vti Benauidius refert, qui hoc etiam obſeruauit, Crucem ex infelicibus arborum ſtipitibus fabricari ſolitam. 3. Arbores autem infelices ex Plinij, & Macrobij ſententia dicebantur, quæ nullum ferebant fructum. 4. Idque ad maiorem eorum, qui Crucis ſupplicio afficiebantur, ignominiam factum; cum Crux non ſolùm infame ſupplicium reputaretur, ſed etiam præter cætera ſuppliciorum genera ſummo dedecore notata; & quod in Sapientia legimus, *Morte turpiſſima condemnemus eum*; de Cruce per Hæbreos Seruatori procuranda ſolet exponi; quando Chriſtum Cruci affigendum in Concilio ſta-

Plagæ Saluatoris ante crucifixionē, interque illum cruci affigendum, & poſtquā cruci confixus eſt.

Tarquinius Superbus primus apud Romanos, crucis vſus eſt ſupplicio.

Quænam arbores infelices appellatæ.

Benauid. lib. 2. c. 4.

Plin. lib. 16. c. 27.

Macrob. lib. 3. Saturnal.

D. Ioan. Chryſ. in epiſt. ad Philipp. ſerm. 7. Cap. 8. & 4. Polim. Herod. li bro 5. Pro De-iot. & Rabir. Perduel-reo. Ioſue c. 8

D. Tho. in epiſt. ad Philipp. Lactant. diuin. inſt. lib. 4. de vera Sap. c. 16. Senec. epiſt. 9. Luc. in Dial. Petron. A bit. Caliſt. de pœnis. Firm. lib. 6. Paul. Sit. lib. 8. c. 23.

lio ſtatuerunt, ſic D. D. Ioannes Chryſoſtomus, Thomas, & Lactantius interpretantur. 5. Hoc mortis genere viliſſima necabantur mancipia, quæ ob flagitioſa ſcelera mulctari conſueuerant. Ita Cornelius Tacitus, Benauidius, Liuius, Herodianus, & Syluius referunt. Publicis ad hoc latronibus, ac inſignibus parabatur Pyratis, vti apud Senecam, & Lucanum, & alios quoſdam legimus. Quin etiam graſſatores, & falſi teſtes crucifigebantur, ex Firmici & aliorum ſententia. 6. Sed hoc ſupplicij genus apud Hæbreos non adeò fuerat vſitatum; ſed nonnullis tantummodo ſceleſtioribus conſtitutum erat; vti IoſueRegem Hai, vbi illius vrbem ſuo ſubiecisset imperio, crucifigendum iuſſit: ſic enim Sacra teſtatur Hiſtoria, *Regem quoque eius ſuſpendit in patibulo.* Quod autem huiuſmodi patibulum Crux cenſeri debeat, ex verbis, quæ ſubduntur planè conſpicitur. *Depoſuerunt cadauer eius de Cruce*; & Deus imperarat, vt hoc necati ſupplicio eodem die in ſepulchrum inferrentur: Sic in Deuteronomio legitur, *Quando peccauerit homo, quod morte plectendum eſt, & adiudicatus morti appenſus fuerit patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno; ſed eadem die ſepelietur*, ſic apud Ioſue ſeruatum conſtat, *Suſpendit*, inquit, *Regem in patibulo vſque ad Veſperam, & Solis occaſum.*

Deut. c. 21.

Quibus apud Hæbreo. crux conſtitu-ta.

De ſpecia lib. legib.

Cæterum, duobus præſertim ſcelerum generibus Crux conſtituta fuerat, vni quidem magnarum ſeditionum, homicidiorum, ac furtorum, teſte Philone: alteri verò cum quis obedientiam ſuo Principi denegando regnum affectaſſet Horum alterum ab iniquiſſimis Iudæis Seruatori crimini datum fuit: dum teſtabantur, ſe reperiſſe illum gentes ſubuertentem, & Imperatori tributa pendi prohibentem, denique ſemetipſum regem prædicantem. Hoc autem D. Lucas ita refert, *Cæperunt autem illum accuſare, dicentes; Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dari Cæſari, & dicentem, ſe Chriſtum regem eſſe.*

D. Luc. c. 23. Deut. c. 21. Ad Gala. c. 3. Ad Phil. 2.

7. *Attamen qui hoc modo Cruci adfigebantur, Dei maledictionem ſubibant: quod in Deuter. legitur; Maledictus homo, qui pendet in ligno*: & à D. Paulo refertur. Eam ob cauſam Seruator noſter, qui, vt omnem cumulatiſſimè benedictionem nobis impertiret, omnem etiam in ſe vno maledictionem tranſtulit; *Factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis*; quemadmodum varijs demonſtratum figuris antea fuerat, & oraculis apertiſſimè prænuntiatum: hinc illud eſt, quod Eccleſia canit, *Regnauit à ligno* DEVS.

Lib. adu. Iudæos c. 10. & lib. 3. cōt. Mar. cap. 19.

8. At de huiuſmodi ligno ab Hieremia dictum; *Mittamus lignum in panem eius*, id eſt Crucem in panem, qui corpus exiſtit illius, quique verus vitæ panis: ſicuti Tertullianus interpretatur; *Mittamus*, inquit, *lignum, id eſt, Crucem in panem, id eſt, corpus eius, quod eſt panis vitæ.*

Quæ

Quæ ſanè interpretatio, cum D. D. Hieronymi, Cypriani, Iſidori, & aliorum interpretatione planè cõuenit. Id autem cum Grammaticis exponi commodè poſſet per figuram, à Græcis Hypallegen dictam, quæ verba conuertendo transfert: quod ſi exponatur ita, id certè demonſtrat, Mittamus lignum in panem, id eſt Mittamus panem, qui corpus exiſtit ipſius, in lignum.

9. Cæterùm quod in ligno Crucis, Seruator mortem debuiſſet obire, præter tot figuras, & tot apertiſſima teſtimonia, hoc etiam vates ille Habacuch prænuntiaſſe viſus eſt, cum ait; *Cornua in manibus eius, ibi abſcondita eſt fortitudo eius.* Quod vnum ad crucis myſterium, iam pridem per vatem præuiſum, D. D. Hieron. Auguſtinus, & Cyprianus referunt. Atqui Crucis eiuſmodi ſignum in figura, & nota Thau, ex communi Patrum ſententia, præcipuè verò S.S. Hieronymi, Iſidori, ac Tertulliani interpretatione multis antepræteritis ſeculorum curriculis, expreſſum exſtitit. Nec id immeritò; 11. quandoquidem apud Ægyptios Crucis Hieroglificum, Thau quam ſimillimum, vitam deſignabat: è contra verò, apud Græcos T. nota, mortem denuntiabat, quemadmodum ſacrarum ſcriptores hiſtoriarum Ruffinus, Socrates, & Zozomenus, & inter alios plurimos Cœliús Rhodiginus manifeſtè teſtantur, aliud addentes, 12. quod dum quoddam templum demolirentur, in ipſius muris nonnullæ Crucis ad inuenta ſigna fuere, ex Hieroglifica nota, interpretantium peritia, futuram vitam indicantia. Eapropter in Deuteronomio illud ſcriptum fuit, cum Deus Sinagogam adloqueretur, 13. *Erit vita tua pendens ante te:* quod quidem de Seruatoris Cruce prædictum fuiſſe, Patres interpretantur, vti D. D. Auguſtinus, Cyprianus, Leo Pontifex, Irenæus, Lactantius, ac Tertullianus, qui inter alios ad hunc modum, *legit, Erit vita tua pendens ante oculos tuos.* 14. Tunc etiam hæc ipſa Crux figuris expreſſa fuit, cum Moyſes Ioſephum benedictione donans, ait, *Et cornua Rhinocerotis cornua illius*; quod de Cruce tum Iuſtinus, tum Tertullianus, explicare conſueuerunt; 15. Igitur hoc lignum quod infame ſupplicium, & cruciatus ſeruis conſtitutum erat, & latronibus tanquàm dedecus deputabatur, & graſſatoribus ignominiam longè turpiorem importabat, falſarijs quin etiam ſceleris inurebat notam, homicidas pœna afficiebat, mortem ſeditioſis, & regnum affectantibus afferebat, cum læſæ maieſtatis infamia; denique, cui Deus maledictionem intulerat, adeò per Chriſti perſonam nobilitatum fuit, vt in vitæ lignum, & benedictionis naturam verteretur: 16. In Regum Diadema prorſus euaderet: demum in Chriſtiani populi vexillum conſtitueretur.

17. Hinc eſt quod à Sapiente benedictum vocitatur lignum: Benedictum

D. Iſid. de Paſſ. Domini. *Ruff. in expoſit. Sym.* *Iuſt. dial. cũ Triph.*

D. Hiero. in Hiere. *D. Cypr. cont. Iudaeos.* *Lib. 2. teſt. 15. & 20.*

Habac. c. 3. *D. Hiero. in Habac.* *D. Aug. de ciuit. Dei, li. 18. c. 32.* *D. Cypr. cont. Iud. lib. 2. teſt. 21.*

Crucis figura. *D. Hiero. in Ezech. c. 9.* *D. Iſid. de vit. Gẽt.* *Tertull. cõt. Mar. lib. 3. c. 22.*

Crux apud AEgyptios vitæ ſignum.

Ruff. lib. 2. c. 29. *Socr. li. 5. c. 17.* *Sozom. lib. 7. c. 15.* *Cal. Lect. antiq. lib. 10. c. 8.*

Deut. c. 28.

D. Aug. li. 16. cõt. Fauſt. c. 5. & 12. & 23. *D. Cypr. adu. Iud. lib. 2. cap. 29.* *Leo Papa de Paſſ. Domini, ſerm. 8.* *Iren. li. 5. c. 18.* *Lactãt. de vera Sap. li. 4. c. 18.*

Tertull. cont. Iud. c. 11. *Iuſt. dial. cũ Triph.* *Tertull. cont. Iud. c. 10.*

Crux per Chriſto nobilitata.

Sap. c. 14. nedictum inquit, *Lignum per quod fit iuſtitia.* Hinc ab Conſtantino Magno cognomento, cum ſecum ipſe reputaret vitam nobis huiuſmodi per lignum diuinitus importatam fuiſſe, lata lege cautum fuit, ne cuiquam deinceps ad ſupplicium conſtitueretur; quin & eandem ſibi in teſſeram, & in militare inſigne ſumpſit. Eius ob virtutem victoriam de Maxentio reportauit; vti Zonaras, & Euſebius in hiſtorijs referunt; illud præterea ſubtexentes, ipſum militibus imperaſſe, vt hanc Crucis notam in armis impreſſam, triumphalem veluti teſſeram, ſecum perpetuo geſtarent, ſpe concepta, ſe quouis in bello, de hoſtibus, Crucis ſub auſpicio, glorioſè triumphaturum.

Crucis ſupplicium ab Magno Conſtantino interdictũ.

Zonar. in Conſtantino 3.

Euſeb. de vita conſ. lib 4. cap. 21.

Conuerſio ad beatiſſimam Virg.

18. Hinc religioſæ mentis, ac deuotæ contemplationi lector addictus, inter meditandum, ſacratiſſimam Virginem contempletur, ſecum ipſe cogitans, 19. quod ſicuti nato Crux prænunciata fuit per illud, *Erit vita tua pendens ante te*, ſic eidem etiam vt dolores, quibus transfixa eſt, prædicti planè fuerunt, cum natum in Cruce pendentem, qui ſibi vnde viueret, tribuebat, ſuos ante oculos morientem conſpexit, ita namque illa met verba piè ſanè explicari poſſe videntur. Ex quo pijſſima Parens corde crucifixo cum Hieremia

Thr. c. 1. exclamare valebat, *Ego plorans, & oculus meus deducens aquas, quia longè factus eſt a me conſolator.* Etenim dum lignum in panem filij mitteretur, quem pretioſiſſimum ipſius corpus paulo ante interpretatum fuiſſe diximus, Matris anima transfixa, pectuſque tranſuerberatum eſt. 20. Hoc illam pacto meditari quiſque poterit, vt Anſelmus ſanctus ait, veluti cunctorum Martyrem martyrum, inſpicientem diuiniſſimum natum turpiſſima morte multatum; pientiſſimum impijſſimam ad necem, cunctarum quidem atrociſſimam; iuſtiſſimum denique ad iniquiſſimam deductum; ſpectantem delicatiſſima membra crudeliſſimo clauis infixa patibulo. Hinc etiam quieuerit, dum obtutum in illam, cunctarum ſanè miſerrimam defixerit, interna cum lacrymarum profluentia, dolores eiuſdem miſeratus, exclamarit; Quiſnam te ô ſanctiſſima noſtrum Regina, infeliciſſimam ad hanc ſortem adegit? Et interius in corde Virginem ita ſibi reſpondentem ſentiat; Iſtis ſic confoſſa vulneribus ſum ab illis, qui filium meum ardentiſſimo amore complecti debuerant, cum ipſe tantoperè dilexiſſet eos, vt ipſoſmet æterno Patri reconciliaturus, & à maledictione ad benedictionem traducturus, totam in ſeſe maledicti pœnam tranſtulerit.

FRA-

Digitized by Google

FRATRIS DANIELIS MALLONII DE CRVCE ELVCIDATIONES.

IN CAPVT QVARTVM.

ITAQVE, I. *ſciendum eſt, Crucis ſupplicium apud Romanos.* Si de Crucis ſupplicio ante cõſummata per Crucem ſalutis noſtræ myſteria ſapientiſsimo Antiſtiti eſſet diſſerendum, vrgerent profectò ipſum rhetorum præcepta à Quintiliano, lib. 4. cap. 1. tradita, vt ea inſinuatione ad Crucis ſupplicium explicandum vteretur, quæ Crucis turpitudinem, ſupplicij illius horrorem, mortis illius fœditatem, patibuli illius ignominiam exaggerare poſſet; nihil enim Crucis ſupplicio turpius, nihil execrabilius erat. At verò quoniam de Crucis ſupplicio poſt conſummata per Crucem ſalutis noſtræ myſteria, agit Antiſtes; tantum abeſt, vt inſinuatione ea vtatur, quæ Crucis horrorem exaggerare valeat, vt potius in ipſa cruce, qua nil excellentius, nil pretioſus eſt, glorietur, gloriaque eius ſit, quod Chriſtum prædicet Crucifixum, gloriamque crucis amplificet; dum à ſufficienti partium enumeratione vniuerſa Chriſti vulnera, aut ante crucem, aut in cruce dum viueret, aut poſtquam mortuus fuit, Chriſto docet eſſe inflicta, quæ neceſſariò illud quoque exigunt, vt de Crucis ſupplicio ſit agendum. Benè autem dicitur apud romanos; nam apud alias nationes fuit vſus antiquior, vt infra auctor oſtendit à Ioſue Regem Hai, cruce eſſe necatũ. Quare Cælius Rhodigin. lib. 10. Antiquarum lectionũ. c. 7. dicit, *Morem verberandi, atque ſupremum de ſontibus ſumendi ſupplicium, à Græcis ad Romanos manaſſe, deque hac re certiſsimos extare auctores.* Ideò inter Romanos Syllam primum fuiſſe, qui Romanum morte multarit, cum prius noxij, aut lata fuga, aut etiam ad metalla, aut Latumias damnarentur. Tarquinius igitur qui ὀρθογομαστικῶς ſuperbus eſt appellatus, Crucis ſupplicio primus inter romanos ſontes affecit. Huic tamẽ veritati Franciſcus Syluius in commentario in Ciceronis orationẽ pro Caio Rabyrio explicans illud; I lictor, &c. non acquieſcit, dicens, putaſſe quoſdam formam eam à Tarquinio ſuperbo primum euulgatam, cum tamen in Marci Horatij Trigemini cauſa Tullo Hoſtilio rege, conſtitutam doceat Titus Liuius, lib. 1. Quamquam ibi Syluius non tam de crucis ſupplicio, quàm de infelici eo carmine loquatur. Titus autem Liuius non dicit adhibitum crucis fuiſſe ſupplicium: ſed vt ſub furca moreretur, fuiſſe ſancitum, ibique ſubdit Liuius; iamque acceſſerat lictor, inijciebatque laqueum. Et licet eam diram ſententiam ibi legamus eſſe prolatam, tamen neque arborem illam Crucem fuiſſe legimus, ſed furcam, atque tandem M. Horatium Trigeminum, tanquam ſalutis romanæ acerrimum propugnatorem, ſupplicio legimus precibus patris Horatij fuiſſe ſubreptum, eiuſque ſalutem publicè proclamatam. Fuiſſe igitur impium eum Tarquinium, qui primus Crucis ſupplicio inter romanos noxios

Inſinuatio vbi adhibenda.

Diſputatio de Cruce honorifica eſt.

Vulnera Chriſtus ſuſtinuit ante, & poſt mortem.

Sylla primus Romanos capite damnauit.

Tarquinius Superbus apud Romanos crucis ſupplicio ſontes necauit.

Horatius trigeminus libertatis Romanæ propugnator.

Tarquinius ſupplicia romanis innouat.

Digitized by Google

noxios affecerit, ſic conſtitutum eſto; à quo etiam Eutropio teſte excogitata vincula, taureas fuſtes, compedes latumias, ac metalla, cognoſcimus. Lege Cæl. lib. 10. Antiq. lect. c. 5.

2. *A Tarquinio Superbo.* Quomodo Tarquinius vltimus Rex fuerit Romanorum, quomodo Regno pulſus à M. Bruto, & qua de cauſa, quomodo eius domus diruta, ac ſupellectilia in Tiberim proiecta, & in parte ſubſtiterint, vbi modo Romæ eſt Baſilica inſignis, & corpus S. Bartol. lege Titum Liuium Decade prima, libro primo.

Infelix carmen quidnam diceba-tur.

3. *Crucem ex infelicibus ſtipitibus.* Hoc vniuerſa Doctorum multitudo teſtatur, colligiturque apertè ex infelici eo carmine primo à patre M. Horatij prolato, quod deinde in exemplum, formamque capitalis ſententiæ tranſijt apud romanos, & frequentiſsimè eo ſuperbus ille Tarquinius vtebatur, vt Franciſcus Syluius teſtatur, I lictor, colliga manus, caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito. Ex Arbore autem infelici Crux dicebatur, non ſolum μετοριμικῶς, ab effectu, quod ſic affixos redderet infelices; ſed quod ex eo arborum genere fabricabatur, quæ verè infelices dicerentur. Arbores autem infelices dicebantur, quæ neque ſererentur, neque fructum ferrent vnquam. Dicebantur etiam infelices arbores, quæ in inferorum Deorum tutela eſſent, quales ſunt, quæ baccas nigras, nigroſque fructus ferunt. Ex hac tamen lege, Quercum, Æſculum, Ilicem, Sapinum, Fagum, Corilum, Sorbum, Ficum albam, Prunum, Cornum eximo: has enim felices arbores dici, auctor eſt Veranius in opere de verbis Pontificalibus, Platanum tamen, & Sambucum inter infelices lego, nam ex Platano pependiſſe Marſiam, & in Sambuca furca etiam canes eſſe ſuſpenſos, teſtatus eſt Plinius. Lege hac de re Cælium Rhodiginum lib. 10. lectionum antiquarum, cap. 7.

Crux ex arbore infelici.

Arbores infelices quæ.

Platanus inter infelices arbores connumeratur.

Franciſcum Syluium in Cic. orationem pro Rabyrio.

4. *Itaque ad maiorem eorum ignominiam.* Hoc ſcilicet ad ſummam infamię notam crucifixis tantum deeſſe videbatur, vt etiam in infelici ligno appenderentur.

Verum altiùs noſtra attollatur oratio, ac contemplatio, vt cum regem gloriæ ad delicta noſtra luẽda ad ſummam vſque miſeriam redactum eſſe cognoſcimus, eum etiam in infelici cruce, ex infelici arbore confecta, morictem ſumma pietate veneremur, qui pro Adæ peccato occaſione feliciſsimæ arboris, quæ pomum habuit pulchrum aſpectu, & ad veſcendum ſuaue, perpetrato, patiebatur.

Crux Chriſti an ex arbore infelici confecta.

Verùm admonet me locus iſte, vt cõtrouerſiam curioſam, illamque quidem, ideò maximè ſuauem, ſed non omninò infructuoſam, ſi veritatem aſſequi liceret, excitem, ex quo ligni genere Chriſti Crux fabricata fuerit.

Ex quo ligni genere fabricata Chriſti crux fuerit.

QVÆSTIO.

Ex quo ligno Crux Chriſti fabricata fuerit.

Gulielmus Durantes, ſexta parte Rationalis diuinor. offic. rubrica de die Paraſceues, ex quatuor lignorum ſpeciebus conſtare refert Chriſti Crucem, aſſertque quoddam quaſi celebre δίστιχον, ad hoc explicandum, ſic dicens, nota verſus de Cruce.

Pes Cedrus eſt, truncus Cypreſſus, Oliua ſupremum,
Palmaque tranſuerſum, Chriſti ſunt in Cruce lignum.

Crux Chriſti ex quadruplici ligno Cedro, Cypreſſo, Oliua, Palma.

Hæc eadem lignorũ genera in Chriſti cruce contemplatur B. Auguſtinus. Hæc ferè proſequitur Franciſcus Samarinus 3. parte Sacerdotalis Theſauri, tit. de diebus maioris hebdomadę; idẽ docuit Albertus Magnus lib. 4. compendij Theologicę Verit. cap. 21. Immò etiam Bernardus tract. de Paſſione Domini, cap. vlt. Ludolphus de vita

vita Chriſti, Antonius Gliſſandus, quæſt. 643. in Paſsionem ſecundum Matthæū, Iacobus Voragineus ſerm. 3. in Dom. 3. poſt octauam Epiphaniæ, qui etiam quatuor hæc lignorum myſteria explicat. In ijs enim quatuor lignis dicit denotari quatuor Crucis virtutes. Primò, quia fugat malas cogitationes, quæ per Cedrum denotantur, cuius odor ſerpentes fugat. Secundò, quia in tribulatione conſtantiā præbet, & ſignificatur per Cypreſſum, quę nullius venti turbine comam amittit. Tertiò, quia de hoſte triumphat, ſignificatur per palmam, qua victores coronabantur. Quartò, quia penitentiæ amaritudinem temperat, ſignificatur per Oliuam, cuius liquor dolores vulnerum reddit tolerabiliores. Hæc eſt cauſa, cur nos in ijs quatuor caſibus, Crucis ſigno nos muniamus; vel cum cogitatio turpis ſe ingerit; vel cum aliquod periculum ſubitò emergit; vel cum aliquod phantaſma diabolicum ſenſibus noſtris ſe obijcit, vel cum aliquis dolus nos arripit, vel timor inuadit. At Beda in collectaneis & floribus, dicit crucem ex Cedro, Pino, Buxo, & Cypreſſo factam eſſe. Chryſoſt. orat. de veneratione Crucis. Anaſtaſius Synaita, & Ioannes Cantacuzenus, aſſertione contra Mahumetem, dicunt crucem eſſe ex Cypreſſo, Pino, & Cedro. Verum hæc ſine dubio myſticè dicta ſunt accipienda: neque enim crux ex tam multis ſectionibus connexa, ad corpus grauiſsimum ſuſtinendum fuiſſet idonea, mixtaque fuiſſent ligna felicia infelicibus, immò ligna maximè pretioſa, qualia ſunt Cedrus, Oliua, Cypreſſus, Palma.

Cedrus in Cruce quid ſignificet. Cypreſſus in Cruce quid ſignificet. Palma in Cruce quid ſignificet. Oliua in Cruce quid ſignificet. In quibus caſibus ſigno Crucis nos muniamus. Reijcitur ſententia de quadruplici ligno crucis.

De crucis ligno lego apud veteres Gottifredum Viterbienſ. in chronico, cap. 14. ſatis egregiè compoſitam fabellam, apocrypham illam quidem, ſed ad demulcēdas aures perbellè accommodam. Poſt diluuij tempora Sethum inſignem illum Noë filium, quem alij Orontem nominarunt, inuento Adæ protoplaſti ſepulchro, ad Paradiſum terreſtrem contendiſſe, ad cuius valuas Cherub illum verſatilem gladium igneum manu vibrantem inueniſſe, ab eoque oleum, quod miſericordiæ dicitur, petijſſe, vt eo ſuper Adę tumulum effuſo, protoplaſti ſcelus expiaret. Mox ad ipſum cum Cherub reuertiſſet, pro oleo baccas tres illi è Paradiſo detuliſſe, dixiſſeque Setho, vt baccas illas ſuper Adæ tumulum complantaret. Cherub iuſſa Sethus peregit, baccisque plantatis, haud ita multo poſt, ecce tria virgulta ſuccreſcunt, quę paulo poſt ſimul congreſſa in vnicum tantum ſtipitem coeunt, ex quo maxima arbor temporū ſucceſsione progignitur. Cum verò celeberrimum illud templum Hieroſolymis conſtruendi tempus aduenisset, variaque Hieroſolymam ligna comportarentur, Deo ſic volente, illud quoque lignum Hieroſolymas vehitur, vt Hieroſolymitani templi conſtructioni deſeruiret. Sed ecce tibi nouum, inauditumque miraculum, arbor enim hæc nulli vnquam templo conſtruendo vſui eſſe potuit, nam interdum longior, interdum breuior videbatur, ſi breuiore egiiſſent, lōgior excreſcebat, ſi quid verò ex ipſa ſecaretur, iuſto breuis nimis vſu reijciebatur. Repudiatur ergo portentoſum lignum, nec templi ædificio deſeruit. Eo tamen vtebatur Salomon in priuato ſuo palatio extruendo, qua hortus verſus ædificium protendebatur.

Alia ſententia de ligno crucis. Adæ corpus poſt diluuium inuētum. Oleum miſericordiæ. Arbor crucis ex triplici virgulto. Inauditum oſtētum.

At Regina Sabba, quæ ab vltimis terræ finibus venit ad audiendam Sapientiam Salomonis, lignum cum intuita eſſet, exhorruit, portenti enim quid in ligno nouerat, nec tamen Salomoni coram quid vidiſſet, indicare auſa eſt. At notato ligno, vbi diſceſsiſſet, rem per litteras aperit; vidiſſe ſe in ſui palatij ædificio lignum, in quo innocens eſſet occidendus. Vnde totius Hæbraici regni ruina ſubſequeretur, quale verò ſit illud lignum notis aperit.

Lignum terrificum.

Digitized by Google

aperit. Recognita Salomon, lignum illud ex ædificio tolli, ac ſubtus terram ſepeliri mandat, vt ibi computreſcens, malo omini non ſubſeruiat. Fiunt omnia prout Rex Salomon imperat, ibique ſubtus terram conditur, vbi poſtea famoſa ea piſcina, quæ πϱοβατικὴ dicitur, excauatur, non tamen ſtatim lignum detegitur, ſed aduentante Chriſti Paſsionis tempore, lignum illud paulatim detectum, vti aquas tangere potuit, vim ei admirabilem contulit, qua ſanaretur quicunque poſt Angeli motionem eo immerſus primus fuiſſet: tuncque excauatum, omninò aquis etiam ſupernatat, ita tamen, vt nulli vſui deſeruire poſſet, quare extractum e piſcina lignum ad templi externos parietes apponitur. Cum verò Chriſto Crux paranda eſſet, infelix illud lignum, inquiunt, accipiatur, quod cuilibet bono operi fiundo ineptum eſt. Quare, ex ipſo crux Chriſti fabricatur. Alij tamen antequam Crucis figuram acciperet, prius, aut ſuper piſcinam eandem, alij ſuper torrentem Cedron ſuperextenſum, pontis officium diù peregiſſe autumant. ita Mag. Hiſt. Scholaſticæ in 3. Reg. cap. 26. Chartuſ. in cap. 5. Ioannis. Rem ego vniuerſam ſimul cum Ioanne Gretſero lib. 1. de Cruce, cap 4. apocrypham arbitror, neque ita certum eſſe ex quonam ligni genere confecta ſit Crux. Alij è quercu cõſtructam Chriſti crucem aſſerunt; approbat Lipſius 3. de Cruce. cap. 13. fauet Ciacconus lib. de ſignis ſanctiſſimæ Crucis, cap. 30. quod Crucis Dominicæ fruſtula roboris ligni ſpecimen præſeferre videantur. Sillius Creta, lib. 1. quem poſtquam diro ſuſpenſum robore vidit. Et infra. Erectum ſuffixum robore mæſtis oſtentabat ouans populis. Idem ferè Sedulius lib. 3. operis paſchalis. Vtcunque igitur res ſit, incertam rem omnem puto, neque ita ſcitu neceſſariam. Illud tamen ſubdo, lignum illud ſanctiſsimæ crucis Chriſti, quod in pluribus Eccleſijs oſtenditur ſubfuluum, nigricans tamen apparere, quale illud eſt quod Mantuæ in Auguſtiſsimo D. Barbaræ ſacello aurea Cruce tectum, gemmiſque magnificentiſsimè exornatum prout, & rei dignitas, & Sereniſsimorum Gonzagorũ Ducum pietas, ac ſplendor exigit, commonſtratur. Tale quoque illud apparet, quod Bononiæ apud ſancti Stephani Ædes cõmonſtratur. Ferunt & verum Chriſti Crucis lignum ſic cognoſci, & probari, quod & aquæ iniectum non ſupernatet, ſed ſtatim ſubmergatur: in ignem verò coniectum prunis ipſis quaſi ignitum candeat magis, nec ab ſumatur. Et lignum quidem quod aquis iniectum mergatur ſtatim, multiplex eſt, vt de Ebeno dicitur, & de Robore & alijs. Immò Plinius, lib. 29 cap. 3. docet lignum gallinæ ouo perfuſum non ardere.

Lignum crucis vbi probatica piſcina.

Probatica piſcina vnde vim ſanandi hauſerit.

Apochryphæ ſententiæ de Chriſti cruce reijciuntur.

Lignum S. Crucis fuluum, nigricãs.

Sereniſſimi Mantuæ Duces quãta veneratione lignum S. Crucis proſequãtur.

Lignum S. Crucis Bononiæ apud S. Stephani ædes ſeruatum.

5. *Hoc mortis genere viliſſima necabantur mancipia.* Crux antiquus apud Romanos ſeruorum ſupplicium erat; illud autem gentis genus infame erat. Et quidem ſeruos ad Crucem ſolus Dominus priuata auctoritate damnabat: ſed quia ex leui interdum cauſa, ita à Dominis necabantur, edicto publico cauit Hadrianus Imperator, vt ſi quis ſeruus quicquam morte dignum admiſiſſet, per deputatos Iudices condemnaretur, non per Dominos: ita Ælius Spartianus refert in vita Hadriani, & Franciſcus Syluius in commentario in orationem Cic. pro C. Rebyrio. Hac de cauſa Alexander Magnus cum Tyrios expugnaſſet, eos omnes crucibus affixit, quia ſerui erant Dominis ſuis rebelles. Ita, & Scytæ è prelijs reuertentes ſeruorum ſuorum petulantiam Cruce coercendam decreuerunt. Lactant. Firmianus, lib. Diuinarum inſtitutionum dicit: Chriſtus eo genere mortis afficiendus fuit, quo humiles, & infimi ſolent, ne quis eſſet omninò, qui eum imitari non poſſet.

Crux olim ſeruorũ ſupplicium.

Hadrianus Imp. dominorum in ſeruos crudelitatem ſæuitiamque edicto publico coercet.

Alex. Magnus Tyrios in crucem bello deuictos agit.

Chriſtus mortem crucis cur elegerit.

Digitized by Google

poſſet. S. Ioan. Chryſoſtomus, hom. 7. in epiſt. ad Philipp. dicit, *Propterea Iudæi dedita opera, iſta morte Crucis interimere Chriſtum voluerũt, vt probroſum quoque efficerent, vt & ſi nemo propterea, ab ipſo abſtineret, quod occiſus eſſet abſtineret; tum vel ideò quod hoc mortis genere occiſus eſſet;* & ibid. mortem Crucis appellat *maledictam mortem, & plenam dedecore.*

Iudæorum aſtus peſſimus.

Fuit enim adeò probroſa, atque ignominioſa Crux, vt cum ex eo, quod Tarquinius Superbus iuſſerat Cloacas fieri, multi ſe ſpontè necarent, ne cloacas excauarent. Tarquinius, vt eorum ἀποςίχν comprimeret, iuſsit eorum cadauera in crucem tolli; tantumque apud eos ignominioſæ crucis terror potuit, vt quos innatum cuilibet vitæ deſiderium à morte ſibi conſciſcenda non retardabat, crucis horror compeſcuerit: ita Caſsius Emina apud Seruium, & Iulium Scaligerum in Faſtis. Idem habet Theodoretus ſerm. 10. de prouidentia. Seruis verò facinoroſis, aut etiam fugitiuis, qui Crucis ſupplicium commeruerant, interdum mortem condonabant Domini: at in ſignum ignominiæ crucis, ſignũ in veſtibus pingebant, vel inſerebant, dicebanturque cruciferi, ſiue crucigeri, ſiue etiam cruciarij ſerui; ita Franciſcus Syluius in commentario in Cicer. orationem pro Deotaro, & Cælius Rhodiginus, lib. 10. lectio. antiquarum, cap. 5. & 6.

Cruciferi qui dicebantur olim.

Porrò ſerui, qui in crucem agebantur, non clauis, ſed funibus cruci aſtringebantur, quod benè auctores, vbi ſupra, monuerunt. Addit Syluius, ſeruis etiam ſi in crucem tollerentur funibus alligati, eis tamen laqueo guttur non frangebatur, nec ſuffocabantur, aut ſtrangulabantur; erat enim, inquit, illud mortis genus damnatum penes Romanos, qui tunc animam in pectore emori rebantur. Ideò in libris, inquit, Pontificalibus ſcriptum reliquit Veranius, cautum fuiſſe, vt qui laqueo vitam finijſſet, inſepultus abijceretur. Ego verò huic rei acquieſcerem, niſi apud Titum Liuium decade prima, lib. 1. in cauſa Horatij Tergemini hæc verba legiſſem: *Cumque ſub furca eſſet Horatius, iamque collo laqueum iniecisſet, &c.* Tale autem mortis genus non video quid aliud eſſe poſſit, quam ſtrangulatio.

Serui non clauis, ſed funibus cruci adſtringebantur.

Romani laqueo guttur nõ frangebant, & cur; & an verum hoc ſit.

Suſpenſio necatus proijciebatur.

6. *Sed hoc ſupplicij genus apud Hebreos.* Hieronymus ab Oleaſtro in cap. 21. Deuter. duo tantum, inquit, mortis genera fuiſſe apud Hæbreos, ſcilicet Lapidationem, & Suſpenſionem, & à Lege, vt plurimum inflictam videri Lapidationem, & à Iudice Suſpenſionem; ſubdit poſtea; addunt Hæbrei, adhuc alia duo genera, ſcilicet Strangulationem, & Iugulationem, ſed meo iudicio ea ex ſcriptura nõ habent. Verum hac in re deceptum arbitror Oleaſtrum: nam Strangulationem, & Iugulationem colligimus ex Scripturis; & quidem quod ad Strangulationem attinet, patet Heſter cap. 5. vbi Aman parat excelſam trabem cubitorum quinquaginta, vt in ipſo ſuſpendatur Mardochæus; ſed ipſe Aman in eadem trabe ſuſpenſus eſt, vt ibid. legitur c. 7. In eo igitur dum dicitur trabs, ſtrangulationi noſcitur deſeruire, nos crucifixioni. Legimus etiam Iudam peſsimum illum Iſcariothem Domini proditorem laqueo vitã finijſſe. Neque verò memini me legere, Iudam iſtum inter Iudęos primum laqueo collum fregiſſe, ſed & Gen. 40. credo ſuſpendium per ſtrangulationem intelligi, cum ibi dicitur de Piſtore Pharaonis. *Auferet caput tuum à te, & ſuſpendet te in Cruce,* & infra, *Alterum ſuſpendit in patibulo.* Nec me mouet quod ibidem dicitur, *ſuſpendet in Cruce;* nam Crux ſumitur ſæpè etiam pro furca, vt optimè notat Lipſius lib. 1. de Cruce. Tum etiam quia Hæbraice pro cruce legitur *gal getz*, id eſt, *in lignum, vel ſuper lignum* Iugulationẽ autem lego, primo Reg. 22 vbi iuſſu Saul iugulatur Achimelech, & 2. Reg. 1.

Duo mortis genera apud Iudæos.

Strangulatio ex ſcripturis colligitur.

Crux pro furca.

 Irrue

Irrue in eum, & interfice. Ita Deus iuſſit Geneſ. cap. 9. *Qui fuderit ſanguinem humanum, fundetur ſanguis illius*. Ad 5. quintum ſupplicij genus atrociſsimum, ſcilicet combuſtionem viui, dicente Domino Leuitici 20. *Qui ſupra uxorem filiam, duxerit matrem eius, viuus ardebit cum eis*.

Combuſtio viuorum.

Porrò interpretationem quandam lego Hæbreorum, ſine dubio abſonam in cap. 21. Deut. ibi, *Suſpendes in patibulo*. Dicunt enim Iudæi, id ſolum dici de blaſphemis, & idolatris, & hos dicunt primum lapidandos, & deinde in cruce ſuſpendendos; non alia de cauſa, quàm vt impium eorum facinus populo patefieret. Itaque viuum nullum crucifigi, nec tale aliquod Dei extare præceptum. Quibus ſi objiciatur; Cur ergo Chriſtum viuum crucifixiſtis? Reſpondent, ſe non crucifixiſſe, immò dixiſſe; nobis non licet interficere quemquam; verum id à Romanis perpetratum eſſe: nam alioqui Iudæi prius illum lapidaſſent, deinde in Crucem egiſſent. Verum hæc illorum ſunt deliramenta: nam Ioſue 8. dicitur, *Regem quoque eius ſuſpendit* (viuentem vtique) *in patibulo*, & ſubdit, *depoſuerunt cadauer eius de Cruce*. Ideò Toſtatus in c. 8. Ioſue quæſt. 14. inter alias cauſas cur Rex Hierico non legitur ſuſpenſus à Ioſue hanc reddit, quia fortè viuens haberi non potuit, ſed inter alios vulgari morte occiſus interijt. 2. Reg. 21, Gabaonitæ ſeptem viros ex domo Saul crucifixerunt. Quod ſi quis objiceret cap. 10. Ioſue, vbi de quinque Regibus dicitur, quòd Ioſue interfecit eos, atque ſuſpendit ſuper quinque ſtipites; vbi prius occiſi, mox ſuſpenſi videntur. Reſponderem cum Toſtato, q. 93. in cap. 10. Ioſue. Non eſt ſenſus, quod Ioſue prius occidiſſet, & poſtea ſuſpendiſſet, fruſtra enim tunc ſuſpenſio eſſet, quia ſuſpenſio eſt ad mortem, ſed ponunt iſta omnia ad ſignificandum idem, ſicut ſæpè Scriptura facit: ita hic occiſio, & percuſsio ſuſpenſionem ſignificat. Accedit, quod Deut. 21. præcepit Deus dicens, *Si peccauerit quis, quod morte plectendum ſit, ſuſpendes in patibulo*; vbi non dicitur lapidabis prius, & poſtea ſuſpendes.

Iudæi ex dauctaa in cruce ſuſpendebant.

Ioſue Regem Hai viuum in crucem ſuſtulit.

Etiam viui apud Iudæos in crucem agebantur.

7. *Qui hoc modo cruci adfigebantur*. Locus hic valdè obſcurus eſt, & controuerſus, in cuius elucidationem plurima à Doctoribus ſcripta ſunt, vt apud D. Hieronymum videre eſt, lib. 2. commentario. in epiſtolam ad Galat. in cap. 3. quæ tamen ſententia varia ratione ab alijs explicata eſt; nam Septuaginta verterunt, *Maledictus à Deo omnis, qui pendet in ligno*. Aquila, *Maledictio Dei eſt, qui ſuſpenſus eſt*. Symmachus, *Propter blaſphemiam Dei ſuſpenſus eſt*. Theodotion, *quia maledictio Dei eſt ſuſpenſus*. Alij aliter interpretantur. Hunc autem locum ſic citat Apoſtolus, Galat. 3. *Maledictus omnis qui pendet in ligno*. Et Chryſoſt. homil. 7. in epiſtolam ad Philippenſes, mortem Crucis appellat, *Mortem maledictam, & plenam dedecore, quia maledictus omnis qui pendet in ligno*. Theodoretus ſerm. 10. de prouidentia, dicit, *Iudæos voluiſſe Chriſtum crucifigi, morte ſcilicet maledicta, & in medio latronum, vt Chriſtus ab omnibus, tanquam peccator reijceretur*. Idem docet etiam Chryſoſt. homil. 7. in epiſt. ad Philippenſes; in quo quidem loco miratur maximè S. Hieronymus, quia S. Paulus non ponit eam particulam, *A Deo*, vt dicatur, *maledictus à Deo*: ideò putat eam additam ab Hæbreis ad iniuriam Chriſtianorum: ideò ſubdit Hieronymus, *Audaci pede ad hoc procedo certamen, vt ad libros prouocem. Nullo loco ſcriptum à Deo quenquam eſſe maledictum, & vbicunque maledictio ponitur, nunquam Dei nomen adiunctum*. Tamen etſi hoc legeretur, monet in Chriſti iniuriam non cedere: hoc autem ex duplici cauſa: altera, quia maledictus dicitur, qui propter admiſſum ſcelus, pẽdet in ligno: Chriſtus autem nullum admiſit facinus.

An à Deo maledictus dicatur, qui pendet in ligno.

Peſſimum Iudæorum conſilium.

Nullo loco ſcriptũ eſt à Deo quẽquam maledictum, authoritate D. Hieronymi.

Altera,

Digitized by Google

Chriſtus licet crucifixus nô tamen à Deo maledictus eſt.

Altera, quia dicitur, *factus pro nobis maledictus*, ſed non natus maledictus.

Moyſes culpandus non eſt.

Porrò Fauſtus Manichæus, locum iſtum legens, Moyſen culpabat, quòd Chriſto maledixiſſet. Ideò S. Auguſt. lib. 14. contra Fauſtum Manichæum, cap. *1*. ſic contra ipſum ad hominem, vt dicitur diſputat. *Iſtos pios homines*, inquit, *interrogo, cur iraſcantur Moyſi, quandoquidem maledictum eius non peruenerit ad Chriſtum. Si enim Chriſtus pependit in ligno clauis, vtique affixus eſt. Vnde etiam ipſas cicatrices, poſt reſurrectionem, diſcipulo minus credulo, demonſtrauit.*

Acuta Auguſtini argumentatio.

Quod ſi ita eſt, vtique vulnerabile, atque mortale corpus habuit. Quod iſti nolunt fateri. Si ergo & illa vulnera, & illæ cicatrices falſæ erant, falſum eſt quod pependit in ligno.

Verum hoc audire fidelium aures expaueſcunt, quod Chriſtus à Deo dicatur maledictus, quem inter cæteros dilectum eſſe conſtat. Hac apparenti obiectione permoti quidam, dicebant hoc vaticinium de Chriſto nô eſſe intelligendum.

Verùm ea in re inficias ire nullus poterit quod locus hic de Chriſto non intelligatur: quandoquidem cum de Chriſto explicauit Apoſtolus, Galat.

Quomodo maledictio crucifixorum in Chriſti ignominiam non vergat.

3. Quomodo autem de Chriſto, ſine Chriſti iniuria, queat intelligi, optimè B. Auguſt. lib. 14. contra Fauſtum, optimis exemplis manifeſtat, quod ſcilicet, vt manus hominis dicitur non ſolum manus, ſed etiam ſcriptio, vel ſcriptum à manu; & lingua hominis dicitur, non lingua ſola, organum ſcilicet ad voces efformandas, ſed etiam ipſa locutio: ita maledictum dicitur, non ſolum peccatum, ſed etiam mors, & pœna à peccato cauſata.

Chriſtus quomodo dicatur maledictus.

Quia ergo Chriſtus in peccatorum noſtrorum pœnam mortuus eſt, ideò, *μετωνυμικῶς*, & ipſe maledictum dicitur eſſe factus.

Similem autem huic locum inuenio apud Apoſtolum 2. Corint. 5. vbi dicit, *Chriſtum pro nobis factum peccatum.* Quo quidē dicto nihil videri poſſet abſonum magis, iis, qui ſacrarū Scripturarū intelligentiam aſſecuti eſſent, quā vt Chriſtus, qui eſt ipſa bonitas, iuſtitia, & ſanctificatio, peccatum dicatur.

Chriſtus quomodo dicatur peccatum.

Verum Chriſtus peccatum dicitur, quia in ſacris Literis peccatum dicitur, non ſolùm diuinæ legis tranſgreſſio, ſed etiam victima, quæ pro peccatis offertur, iuxta illud Oſeæ 4. *Peccata populi mei comedent ſacerdotes*, id eſt, comedent victimas pro peccatis oblatas.

Peccatum quid ſignificet in Scripturis ſanctis.

Chriſtus peccatum dicitur, quia eſt hoſtia pro peccato.

Quia ergo Chriſtus oblatus eſt pro peccatis, non ſolùm noſtris, ſed etiam totius mundi, ideò Apoſtolus vbi ſupra dixit: *Eum, qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.*

8. *At de huiuſmodi ligno ab Hieremia dictum.* Eſt adeò inſignis hic locus, vt nullus ferè inter Patres reperiatur, qui de Chriſti paſſione diſputet, qui locum ipſum non explicet. Huius autem loci explicatio multiplex eſt. Illa inſignior, quam ex Tertulliano, Hieronymo, Cypriano, Iſidoro, Iuſtino, Lactantio, & Ruffino, approbauit antiſtes. vt per figuram hipallagen intelligatur, *Mittamus lignum in panem*, id eſt Chriſtum, qui eſt panis vitę in lignum Crucis.

Quid ſit lignum in panem mittere.

Verùm ad vberiorem huius auctoritatis intelligentiam, aliæ ſunt explicationes addendæ. Sanctus Vincentius in ſerm. de Exaltatione Crucis, per panem, panem vſitatum intelligit, & per lignum, venenatum lignum, quale eſt Elleborum album, Opium, aliaque id generis venenata ligna, vt ſcilicet toxicatū panem Chriſto porrigerent, & tantam Iudæorum dicit fuiſſe nequitiam, vt Chriſtum veneno necare decreuerint.

Iudæi Chriſtum veneno necare tentabāt.

Fauent huic expoſitioni ſingula verba Hieremiæ, cap. 11. *Cogitauerunt ſuper me conſilia, dicentes: Venite mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium.* Quam explicationem valdè approbat Ioann. Lanſpergius, Carthuſianus de Paſsione Domini, Cardi-

Digitized by Google

nalis Carenſis, per lignum, crucem intelligit, & per panem, doctrinam Chriſti; vt ſenſus ſit: Venite, doctrinæ eius mittamus offendiculum in ligno crucis. Aliam quoque ſubijcit, Mittamus lignum crucis ſuper Chriſtum, & illum cruci affigamus, & famam eius per turpiſsimam crucis mortem extinguamus.

9. *Ceterùm quod in ligno Crucis Seruator mortem*. Cornua in manibus eius præter auctores citatos, in eodem ſenſu locum illum explicant D. Hieronymus, & Remigius in eum locum. S. Cyprian. ſerm. de Paſsione Domini. Euſeb. Cæſar. lib. 6. demonſtrationis euangel. cap. 15. Hugo Cardinalis in eundem locum, & in c. 11. Hieremiæ, vt cornua in manibus, id eſt manus in cornibus intelligantur, per hypallagen, iuxta illud Virgilianum, *Pulſauit buccena buccas*.

Cornua in manibus quæ.

10. *Atqui Crucis huiuſmodi ſignum in figura, & nota Tau*. Famoſa doctrina, ad cuius ſingularem illuſtrationem noſtra feſtinat oratio. De Hæbraicis literis omnibus, ſint ne eædem, quæ antiquitus, cum primum earum vſus, aut à Deo hominibus infuſus, aut ab alio quouis homine inuentus fuit, inter grauiſsimos, claſsicoſque auctores addubitatum video. D. quidem Hieron. in prologo galeato, docet, characteres eoſdem non eſſe, quibus modo in ſancta lingua vtimur, & quibus antiquitus Patres vtebantur: Quod etiã apud Marcum Marinum in præfatione, in initio ſuæ Arcæ, & Bellarmin. Card. in præfat. in ſuas Hæbraicas inſtitutiones, & Galatinum, & Eugubinum, Io. Picum Mirandulanum, Xiſtum Senenſem, alioſque grauiſsimos auctores addubitaſſe video. Et præcipuè de litera Tau, memoriæ prodidit S. Hieron. in Ezech. cap. 9. Literam hanc Tau, apud Hæbreos antiquitus crucis imaginem expreſsiſſe. Et Crux quidem ſi latius ſumeretur, quatenus de eo patibuli genere, quod modo furcam nominamus, dicitur, quam etiam Π, Pi magnum apud Græcos exprimit, non admodum magna variatio eſſet, Hæbreis enim Tau ita ſcribitur ת, vix enim à Pi magno Græcorum Π, differt, niſi quod ſiniſtrum pedem paulatim flectit ad læuam. Cæterum, horrendum Furcæ ſignum exprimit. Verum ſi (quod magis mihi arridet) accipiatur Crux pro verò Crucis ſigno, multò maior ſine dubio immutatio fieret, vix enim vlla apparet inter Tau, & crucem ſimilitudo, vt hic videre eſt, ת, †. Niſi diceremus ita immutari potuiſſe, vt Tau ita ſcriberetur ת, ac deinde ſiniſter pes fuerit infernè protractus ita, aut ſi malimus ita explicare, vt dicamus Tau ſic ſcriptum vt poſtea dextero pede infernè appenſo, integrum Tau ת componeretur. Auctor eſt etiam Cælius Rhodiginus lib. 6. antiquarum lectionum Tau gallicum pro cruce accipi.

Hæbreorum literæ, an innouatæ.

Tau apud Hæbreos crucis figuram præferebat.

Tau gallicum pro cruce.

Fuit autem Crux in Tau figurata, Exodi 12. quando iuſsit Deus, vt occiſi agni ſanguine poſtes tingerentur, vbi primogeniti ſeruabantur. Ad quod alludens S. Gregor. in officio ſabbathi ſancti dicit, *Hic enim verus eſt agnus, cuius ſanguine poſtes fidelium conſecrantur*. Tunc enim ſignum Tau figurabatur, quod ideò ſalutis ſignum fuit appellatum. Quare Rupertus lib. 2. in Exodum, dicit, *Sanguinem Chriſti in ſuperliminaribus ponimus, cum Crucem paſsionis illius in fronte portamus*. Et Ezechiel 9. dicitur, *Tranſi per mediam ciuitatem, & ſigna Tau ſuper frontibus eorum*. Et rurſus, *Percutite omnem ſuper quem non videritis ſignum Tau*. Vbi Sanctus Hieronymus dicit, illud ſignum Tau, fuiſſe ſignum crucis, vt maximè veriſimile ſit idipſum eſſe ſignum, de quo dicitur Apocal. 7. *Quoadusque ſignemus ſeruos Dei in frontibus eorum*. Signo S. Crucis, vt exponit Andreas Arethas, & ex ipſo Remigius in collectaneis in Apocalypſim: quod ſatis approbat Abbas Ioachimus, & Riberius,

Crux in Tau figurata.

Blaſius

Blaſius Viegas, & Cæl. Pannonius in eum locum.

Tau non ſolum apud ſacros ſed & apud profanos auctores crucem ſignificabat.

Porrò ad pleniorem loci huius intelligentiam, libet hoc loco addere literam T, non ſolum apud ſacros auctores Crucis omen ſignificaſſe, verùm etiam apud profanos auctores; ſcribit enim hac ratione de Tau, Lucianus. in actione habita die 13. Octobris, inter Σ. & T. Plorant, inquit, homines, atque ſuæ fortunæ vices deflent, ipſumque Cadmum execrantur, quod Tau in literarum genus induxerit;

Cadmus literarum inuentor.

aiunt enim tyrannos eius literæ corpus ſecutos, atque figuram imitatos, poſtea ſimili figura, ligna fabricaſſe, in quibus homines ſuſpendant, atque ex hoc, huic perniciosæ fabricæ peſsimum nomen aduenisse. Ideò ipſum Tau pœnam in ſua illa figura ſuſtinet, propterea quod Crux ab eo fabricata eſt, & ab eo nomen illi homines impoſuere.

Tau nomen à cruce.

Plurima etiam ad hanc rem congerit Cælius Calcagninus in commentarijs, in id Luciani de iudicio literarum, quæ prætermittenda duxi. Crucis figuras plurimas declarat Damaſcenus, lib. 4. de fide Orthodoxa, cap. 12. dicens, *Enimuero lignum illud vitæ, quod à Deo in paradiſo conſitum eſt, præclarè Crucis figuram geſsit. Quoniam enim morti per lignum aditus patuerat, conſentaneum erat, vt per lignum quoque vita, & reſurrectio donaretur. Quin Iacob tum adorato virgæ faſtigio, cancellatiſque manibus, filijs Ioſeph benè precaretur, Crucis ſignum apertiſsimè delineauit; atque idem etiam indicarunt, & Virga Moſaica, in Crucis figuram efformata, ac mare feriens, atque Iſraeli ſalutem afferens, ac contra Pharaonem aquis mergens, & manus in Crucis formam extenſa, atque Amalechitas in fugam vertentes, & aqua amara ligno edulcata, & rupes fracta, laticeſque fundens, & Virga Aaroni Sacerdotij dignitatem ſanciens. & actus in ligno de ſerpente velut mortuo, & extincto triumphus (ligno nimirum ijs ſalutem afferente, qui mortuum hoſtem cernunt, hoc eſt Chriſtum in carne, peccati prorſus ignara, Cruci affixum eſſe credunt,) & magnus ille Moyſes illud inclamans: videbitis vitam veſtram in ligno pendentem ob oculos veſtros. At denique Eſaias, Tota die expandi manus meas ad populum contumacē, & contradicentem.* Hæc ille.

Crucis figuræ.

Iacob crucis ſignū qualiter figurauerit.

Figuræ crucis plurimæ.

Agnus Paſchalis duplici ligno, recto, & tranſuerſo aſſabatur, & cur.

Adde agnum Paſchalem duobus lignis recto, & tranſuerſo aſſari ſolitum, vt dicit Iuſtin. dialogo cum Triphone, & apologetico 2. Noë nudum iacentem in tabernaculo; botrum ligno delatum, ſerpentem exaltatum in deſerto, lignum ab Eliſeo miſſum in aquas, vt ſanaretur ſterilitas aquæ, virga Ionathæ, baculus Dauidis, quo armatus contra Goliath proceſsit, baculus Iacob in quo tranſiuit Iordanē, clauis Dauid, & ſexcentæ aliæ Crucis figuræ in Scriptura leguntur.

Obeliſci Romæ excitati.

11. *Quandoquidem apud Ægyptios crucis hieroglificum, &c.* Romæ in obeliſcis Ægyptiacis, quorum nonnulli Xiſti V. Pont. Max. magnanimitate, ac prouidētia reſtituti ſunt, ſigna Crucis plurima hac ratione inſculpta, alia



hac ratione cernuntur, vt Crucis effigies circulo cincta fulgeat auguſtius, clarumque nobis ſignum exiſtat, in maxima apud ipſos veneratione extitiſſe. Apud Ægyptios autem, Crucem, vitam venturam ſignificaſſe, inſignes auctores literis prodidere, vt præter citatos ab auctore, videre eſt apud Benauid. libro ſecundo Polimathiæ, cap. quarto, Petrum Meſsiam, lib. 1. variarum lectionum, Bartholomæum Caſſanæum, qui etiam tradit Crucem in maxima veneratione apud Arabes fuiſſe; imò, & apud Mathematicos, eſt enim prima figurarum, quæ ex ſecunda linea conſtat, quamuis alij, vt quadratam crucem, aut altera parte longiorem rectè putant ita triangulari poſteriorem opinentur, & rectè, verè enim inter figuras prima eſt triangularis, vt in Mathematicis apertè traditur, vide Euclidem in primo elemētorum libro, & expoſitores,

Crux Ægyptijs ſignum væturæ ſalutis.

Crux Arabibus veneranda.

præcipuè Clauium Bambergenſem.

12. *Quod dum templum quoddam demoliretur.* Templum illud, fuiſſe Serapidis templum Suidas tradidit, & Caſſanæus prima parte Gloriæ mundi. Socrates lib. 5. cap. 17. relatus in hiſtoria tripartita, lib. 9. cap. 29. Euſeb. Cæſarienſ. lib. 11. hiſt. Eccl. cap. 29. quamuis hic liber, licet cum Euſebio colligetur, & vndecimus Euſebij dicatur, ſit tamen à Ruffino conſcriptus. Tradit autem Socrates vbi ſupra, in lapidibus ſculptas fuiſſe crucis imagines, quæ inter Ιερογλίφικα Ιεράτικα connumerabantur. Addit Lipſius in notis ad lib. 3. cap. 13. in occidua India cruces repertas eſſe plurifariam in templis, ac ſepulchris, ſic prouidente Deo, vt illis dominaturæ Crucis præeſſet omen, & ſignum. Lege, quæ hac in re nunc ſcripſit Alphonſus Ciacconus, & Aloyſius Frois, in epiſtola ed Claudium Aquauiuam, ſub die 15. Martij, 1597. cap. 15. in fine, cum martyrium Iaponēſium cruce abſumptorum deſcripſiſſet, ſubdit, nunc autem homines iſti crucium prognoſticon agnouerunt, quæ mirabiliter inuentæ ſunt apud Iaponenſes, altera quidem Obamæ, anno 1589. altera verò anno 1592.

Crux ſacrum Ierogliph.

Cruces apud Indos repertæ.

Crucis prognoſticon qualiter figuratū.

13. *Erit vita tua pendens ante oculos tuos, &c.* Hunc locum de Chriſto in cruce pendente ob oculos Iudæorum intelligendum, apertè illud cōprobat Eſai. 65. *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, ſed contradicentem mihi*, quod de Chriſto ad ſe Sinagogam aduocante, explicat Apoſtolus ad Rom. 10. Hunc etiam locum Patres in eodem ſenſu interpretati ſunt, & præter Cyprianum, Tertull. Leonem, Irenæum, & Lactantium in lib. à ſapientiſsimo Antiſtite citatos, addo Damaſcen. lib. 4. de fide orthodoxa, cap. 12. & alia quæ in huius explicationem doctè adducuntur à Benedicto Pererio in Danielem.

Vita pendens ante oculos quæ eſſet.

14. *Tunc etiam hæc ipſa Crux figuris expreſſa fuit.* Inſignis eſt hæc auctoritas, ſed perobſcura, ideò à nobis illuſtranda. Duo autem ſunt, quæ huiuſce obſcuritatis tenebras offundunt. Primùm, quid Rhinocerotis nomine intelligatur. Secundùm, quid per cornua debeat intelligi. De Rhinocerote igitur agamus primum. Rhinocerotem igitur plurimi volunt eſſe Vnicornem, qui Italicè dicitur Alicorno. Videtur & Græca vox conſentire, ita enim Græcè legitur κέρατα μονοκέρωτος κέρατα αὐτοῦ, id eſt cornua Vnicornis, cornua ipſius, μονόκερος autem eſt vnico cornu armatum animal. Eadem vox etiam legitur Numerorum 23. ὡς δόξα μονοκέρωτος αὐτοῦ, id eſt, tanquam gloria rinocerotis ipſius. vbi nos legimus, Fortitudo eius ſicut Rhinocerotis, Hæbraicè autem dicitur, *reem*. Quę vox incertæ eſt ſignificationis, vt docet Marcus Marinus in ſua Arca Noë, & ipſe vertit Alicorno. Ita etiam vertit Oleaſter num. 23. & Deut. 33. & Pagninus.

Rhinoceros quid ſit.

An idem quod vnicornis.

Conſtat autem ex hiſtorijs naturalibus, Rhinocerotem ab Vnicornio eſſe diſtinctum animal.

Rhinoceros non idē quod Vnicornis.

Et quidem Vnicornis accipi poteſt genericè, quatenus de omni animali vnico cornu prædito, dici poteſt: ſunt enim hęc permulta tum aquatilia, tum terreſtria, imò & volatilia. In celeberrimo ſapientiſsimi, immò noſtræ ætatis ea in re Coryphæi Vlyſsis Aldrouandi Muſæo, vidiſſe me recolo duo cornua nigra, nonnihil recurua, ſed rotunda, alterum longitudinis habebat pedem, & dodrantem, alterum verò ſeſquipedale erat, vtrumque autem è fronte animalis vnicè prominebat; atque hac ratione omnia hæc animantia vnicornia dici commodè poſſunt. Boues etiam vnicornes aſſerit Plinius lib. 8. cap. 21. Ita etiam Rhinoceros vnicornis poterit appellari.

Plurima animantia vnicornuta.

At Vnicornis propriè acceptus, animal quadrupes, quale deſcripſit Plinius lib. 8. cap. 21. ſic dicens, *Aſperrimam*

Boues vnicornes.

Vnicornis quale animal.

rimam autem feram. Monocerotem, reliquo corpore Equo ſimilem, capite Ceruo, pedibus Elephanto, cauda Apro, mugitu graui, vno cornu nigro, media fronte cubitorum duorũ eminente. Hanc feram viuam negant capi. Verum in eo, quod cornu eius nigrũ, & longitudine cubitorum duorum dicit; fateor, in ſupradicto florentiſsimo Aldrouandi Muſæo, Iconem cornu vnicornis fuluum vidiſſe, longitudine cubitorum ferè trium; & in theſauris, & precioſioribus rebus Sereniſsimi Senatus Veneti, duo Vnicornis cornua, tamquam incomparabilis pretij aſſeruantur, quæ colorem cinereum redolent, aliquibus in partibus etiam luteum, longitudinis fere cubiti, cum dimidio.

Vnicornis cornua vbi ſeruẽtur.

Imò in ſelectis mirabilibus rebus, quæ apud Sereniſsimum D. Vincentium Mantuæ, & Montisferrati Ducem aſſeruantur, cornu adeſt inſigne Vnicornis, coloris cinerei ſubalbi, longitudine cubitorum ferè quatuor: ſed illud mirabile, quod in ſuperiori ſuperficie, quaſi terebelli figuram referat, duo contorta ſimul cornua diceres, quæ tamen coniuncta ſimul adhæſiſſent. Hoc autem cornu, ſolertiſſimus naturalium arcanorum perſcrutator Vliſſes Aldrouandus, piſcis vnicornis, cornu eſſe dicebat. Atque hæc de Vnicornio, Nunc de Rhinocerote agamus.

Vnicornis cornu miræ magnitudinis apud Sereniſſimum Mantuæ Ducem.

Rhinoceros piſcis.

Rhinoceros animal aliud volatile, aliud quadrupes eſt. Volatilis Rhinocerotis caput egregium illud quidem exhibuit nobis, nouus ille noſtræ tempeſtatis Ariſtoteles, Vliſſes Aldrouandus, lib. 12. Ornitologiæ cap. 20. ſic ſcribens: *Heſichius, & Varinus in Æthiopia quadrupedem etiam auem reperiri dicunt, quæ Rhinocerotes appellatur. Viſam hanc autem in aere referunt, ac in ipſo volatu, cum Turcas Chriſtiani, celeberrima illa nauali acie ſuperabant, occiſam. Caput ſi relationibus illorum virorum, aliorumque fide digniſsimorum ſtandum eſt: notanda erat, ac inſolentis magnitudinis, duorum ſcilicet propemodum dodrantum, cirrhis ornatum nigris, altis, deorſum ſpectantibus. Roſtrum quatuor propemodum dodrantes longum, recuruum, non tamen rapacium more, ſed inſtar arcus cuiuſpiam. Inferior pars tota ex luteo albicat, ſupina verſus caput colore miniaceo, reliquum ex luteo, vt in inferiori parte albicat. Supina pars intus tantum veluti ſerrata eſt, ſicut in pica Breſilica. Cornu è fronte enaſcitur, & ſupina roſtri parti adhæret, magna equidem molis, vt quod propè frontem palmum vnum latum ſit, Rhinocerotis cornu non diſsimile, ſed in fine recuruum. Color ſupera, & infra parte miniaceus, in media luteus. Huius autem auis cornu linea quadam nigra, quaſi in bina cornua diuidere videtur.*

Rhinoceros auis qualis & quando viſa.

Rhinoceros auis miræ magnitudinis. Eius deſcriptio

Rhinoceros autem quadrupes, poſt Elephantem, animalium maximum auſim appellare, de quo ſic Plinius ſcribit lib. 8. cap. 20. *Rhinoceros vnius in nare cornu, qualis ſæpè viſus, cornu ad ſaxa limato præparat ſe pugnæ. In dimicatione cum Elephanto aluum maximè petens, quàm ſcit eſſe molliorem, longitudo ei par, crura multò breuiora, color buxeus.* Hæc ille.

Rhinoceros poſt elephantem maximus.

Verum quia in deſcribendo hoc animali maximè deficit Plinius, ideò hæc addenda putauimus, quod capite oblongo ſit, auribus latioribus, inferne Elephantorum inſtar pendentibus, crura integra habet, ac veluti ſquamis ferrugineis obducta, ventrem vtrimque quaſi duæ peltæ oſſeæ, inſtar tegminis ſuperioris teſtitudinis armant, duæ item, ſed minores, coxas contegunt, coloris buxei. Cauda ſuilli ſimilis deorſum fuluеſcit, reliqua bubulini coloris. Illud autem mirum, quod in dorſo vbi humeris collum nectitur, paruum quoddam cornu turgeſcit. Cornu autem, quod è naribus attollitur coloris ſubfului, nigrioris tamen: eius craſsities, & latitudo quincuncem continet, longitudo cubitum ferè, & ſextantem, nonnihil recurſum ſupernè tendens. Rhinocerotem ex India ad Sereniſsimum Emanuelem Luſi-

Rhinocerotis deſcriptio ex Plinio.

Cornu ex humeris ſurgit.

[Rhinoceros ex India in Aphricam, & mox ad Italiam inuectus.]

taniæ Regem aduectum, & inde ad Leonem X. Pont. Max. tranſmiſſum teſtatur Oleaſter in cap. 23. Numerorum. Huius autem animalis ſic à natura ad pugnam armati fortitudo maximoperè in Scripturis commendatur. Num. 23. Dei fortitudo Rhinoceroti comparatur, dum dicitur, *Quaſi fortitudo Rhinocerotis eſt ei.* Atque hæc de prima voce huius ſententiæ. Nunc quid per cornua intelligendum ſit aperiamus.

[Rhinocerotis fortitudo maxima.]

[Cornu imperium ſignificat.]

Cornua in ſacris literis, non ſolùm pro cornibus proprie dictis accipiuntur, ſed ſæpè pro Regnis, aut Imperijs, aut Potentatibus, quod manifeſtè patet Daniel. 7. & 8. Apoc. 5. 12. & 13. ita Num. 23. pro Imperij gloria, aut eleuatione accipitur. Ideo pro eo, quod nos legimus, *Fortitudo eius vt Rhinocerotis*; Græca editio habet *Δόξα*, id eſt, gloria, hæbraica autem editio legit *betobaphit*, id eſt, vt eleuationes, vt rectè probat Oleaſter, ibid. Sæpe tamen etiam potentiam ſignificat, nam in cornibus animantium truculentia maximè viget, Ideò vt animalium robur tum in dextro, tum in ſiniſtro cornu maximè viget; ita ducta metaphora, dicitur, exercitus cornu dextrum, tum ſiniſtrum habere, quippe in quo maximè eius robur appareat. Benè igitur Iacob Ioſeph filio bona precaturus, cornua eius, dixit eſſe Rhinocerotis cornua. Quæ de Chriſto intellecta, ſingularem eius excellentiam declarant. Ita igitur hoc teſtimonium *Cornua Rhinocerotis, Cornua illius*, de Chriſto in Cruce extenſo explicant Tertullian. lib. 3. contra Marcionem poſt medium, citans hunc locum Deuter. 33. & dicens, Non vtique Rhinoceros deſtinabatur Vnicornis, ſed Chriſtus in illo figurabatur. Taurus ob vtramque diſpoſitionem, alijs ferus, vt Iudex, alijs manſuetus, vt Saluator, cuius cornua eſſent Crucis extima.

[Cornu potentiã ſignificat.]

[Cornua Rhinocerotis Chriſti brachia myſticè ſignificãt.]

15. *Igitur hoc lignum quod infame ſupplicium, &c.* Crux, lignum vitæ, rectè dicitur figurata in arbore media Paradiſi; ideò ad Crucem conuerſi oramus, dicentes, *O Crux aue ſpes vnica.* De quo ligno vitæ plurima diſſeruimus infra. c. 18. Egregiè S. Hieronymus ad Letam ſcribens ſic ait, *Regum purpuras, & ardentes Diadematum gemmas, patibuli Saluatoris pictura condecorat.* Cernimus ætate noſtra, chriſtianorum Principum coronas Crucis honore inſignitas; at illud maius, quod etiam apud antiquos Imperatores, catholicos tamen, crucis in coronæ apice effigiem admiramur. Heraclius Imperator, vt antiqua numiſmata teſtantur, ſplendidum diadema crucis ſigno illuſtrat. Vide apud Lipſium fol. 92. Fortè hoc voluit Aug. tract. in Pſalm. cum dicit, *Iam in fronte Regum Crux illa fixa eſt, cui inimici inſultauerant.* Noto enim illud, *fixa eſt*, quia ſcilicet coronis Regijs infigitur. Chryſoſt. in demonſtratione aduerſus Gentilꝫs, quod Chriſtus ſit Deus, dicit, *Veruntamen hoc maled:ctum, hoc abomin.ibile, hoc extremi ſupplicij ſimbolum Crux, diadematibus, & coronis clarius factum eſt, neque enim ſic regia corona ornatur caput, vt Cruce, quæ omni cultu dignior, & quam omnes prius abhorrebant, eius figuram tantopere quærunt.*

[Crux ſignum vitę.]

[Crux diadematum ornamentum.]

[Heraclius diadema cruce condecorat.]

[Crucis gloria mirabilis.]

Porrò huic doctrinæ additio fiat locuples, agnoſcamuſque Crucem, non ſolùm Imperatorum diademata exornaſſe, ſed manus ſacraſſe, veſtes illuſtraſſe, frontem obſignaſſe. Crucem manu geſtantem Heraclium, triumphali curru vectum, oſtendit æreus nummus apud Lipſium ſupra. Conſtantinum etiam auream crucem manu geſtaſſe, tradit Euſeb. lib. 9. c. 9.

[Crux manus ſacrat veſtes illuſtrat, vexilla ſanctificat.]

In fronte Regum S. Auguſtinus in Pſal. 54 *Iam Crux illa in fronte Regum fixa eſt, cui inimici inſultauerunt*, hoc illud confirmat egregium facinus Tyberij Secundi Imper. qui vt maxima pietate affectus erat in pauperes, adeò vt Sophia Auguſta cum increparet,

[Tyberij II. egregium pietatis facinus.]

quod

quod Rempub. redegiſſet in paupertatem, ipſe verò dicebat: Confido in Domino, quia non deerit pecunia fiſco noſtro, tantùm vt pauperes eleemoſinas accipiant, & captiui redimantur. Is igitur; cum quadam die deambularet per palatium, vidit in pauimento domus tabulam marmoream, in qua erat Crux Domini ſculpta, & ait, cruce Domini noſtri frontem noſtram, & pectora communire debemus, & ecce eam ſub pedibus calcamus. Et hoc dicto iuſsit eam tabulam auferri, defoſſaque tabula, atque erecta, inueniunt ſubter & aliam, hoc ſignum habentem, qui & ipſam iuſsit auferri; qua amota, inueniunt & tertiam, iuſſuque eius, & cum hæc fuiſſet ablata, inueniunt magnum theſaurum, habentem ſupra mille auri centena. Hoc facinus refert Anaſtaſius Bibliothecarius, & ex ipſo Paulus Diaconus, lib. 7. in Tyberio Secundo. Quàm prudenter B. Petrus Damianus ſerm. de Inuentione Crucis, Crucem vocauit, *communem theſaurum totius orbis*. Admonet autem me locus iſte, vt qua ratione crucis ſigno frons, pectuſque communiri debeat, explicem; neque enim ea in re conuenire video. Monet enim Gulielmus Durantes, in rationali diuinor. offic. Bartholom. Caſſanæus, prima parte Cat. Gloriæ mundi, Hugo Victor. in ſuo apparatu. Turrecrem. in c. eccleſiaſticarū, diſtinct. 11. tres modos efficiendæ Crucis, extitiſſe.

Crux non pingenda, ne pedibus proteratur.

Ingens theſaurus Crucis ſigno repertus.

Theſaurus communis eſt ſancta Crux.

Quidam enim, vt ipſe ait, ſignant ſe à fronte ad dextram, inde ad ſiniſtrā; propter tres perſonas Trinitatis, quas in ipſa ſignatione crucis nominant: atque ita illi formam crucis in quadam triangulari forma conficiunt, ſignumque Tau, ſed inuerſum magis, quam crucis exprimunt.

Modi efformandę crucis.

Signum crucis triangulare.

Alij verò in figura quadrangulari ſignant, & muniunt ſe ſigno Crucis, à fronte deorſum facientes ſignum Crucis: deinde tranſeunt in dextrum, & de dextra in ſiniſtram, terminando ibi ſignum Crucis. Cuius myſteria hæc ſunt. In deſcenſu, ſignificant deſcenſum Filij Dei in terram. Tum ad dextram tranſeunt, inde ad ſiniſtram, ad deſignandum quod æterna, quæ per dextram deſignantur, temporalibus, quæ per ſiniſtram intelliguntur, ſint anteponenda. Ita Rutheni, & Moſchi Crucem, non ad dextram, more noſtro, ſed ad ſiniſtram finiunt, ad hanc, à dextra progreſsi, & Innocent. 3. libro ſecundo, de Miſſa, cap. 45. dicit, ſignum Crucis tribus digitis exprimendum eſt, ita vt à ſuperiori deſcendat in inferius, & à dextra tranſeat ad ſiniſtram; ſubdit, quidam tamen ſignum Crucis à ſiniſtra producunt in dextram.

Signum crucis quadrangulare.

Myſteria ſigni crucis.

Alij ſignantes ſe ſigno Crucis, incipiunt à fronte quę Patrem ſignificat; dum deſcendunt ad vterum, ſignificāt Incarnationem Chriſti; tum à ſiniſtra, in dextram, veram crucis formam exprimunt, ad denotādum, quod Spiritus ſanctus ex Patre, Filioq; procedit.

Signum Crucis qualiter formandum.

His addo ego quartū, quem in quibuſdam ſenioribus obſeruaui, vt ex hac obſeruatione, cognouerim fuiſſe hunc modum antiquitus vſitatum. A fronte deſcendunt, manuque dextra dextram partem tangunt, tum ſiniſtram, inde ventrem, erectamque manum exoſculantur, crucíſque figura formatur. Anteponendus omnibus iſtis modis, obſignando ſe ſigno crucis, tertius modus, quo Catholica Rom. Eccleſia vtitur, ampliſsimaque in eo myſteria clauduntur, quem etiam præ cæteris commendant, Archidiac. Geminian. Cardinalis Alex. & Turrecrem. in d. c. Eccleſiaſticarum, Bartholom. Caſſanæus in catalogo Gloriæ mundi, parte prima, conſideratione 10. Nicolaus Mongeorgius, in lib. de enucleando Moſaico codice, Catechiſmus Romanus, & S. Vincentius ſerm. 2. de S. Trinitate, qui huius ſigni myſteria explicat. Monet autē Iacobus de Voragine,

Crucis efformandę quis modus optimus.

gine, ſerm. 3. in Dom. 3. poſt octauam Epiphaniæ; quod in quatuor caſibus

In quibus caſibus crucis ſigno nos communiamus.

nos ſigno crucis communire debemus; vel, cum cogitatio turpis ſe ingerit; vel, cum aliquod periculum ſubito emergit; vel, cum aliquod phantaſma diabolicum ſenſibus noſtris ſe objicit; vel, cum aliquis dolus nos arripit; vel, timor inuadit.

Percontanti autem vnde hoc originem traxerit, ſeu quis morem hunc induxerit, vt fidelium frontes Crucis ſigno munirentur; reſpondebit Tertullian. lib. de corona militis, cap. 3.

Signum Crucis Apoſtolica traditio inuenit.

Hanc eſſe Apoſtolicam traditionem, ſic dicens, *Ad omnem progreſſum, ad omnem aditum, & exitum, ad veſtitum, & calceatum, ad lauacra, ad menſas, ad limina, ad cubilia, ad ſedilia, quæcumque nos conuerſatio exercet, frontem Crucis ſignaculo terimus. Harum, & aliarum eiuſmodi diſciplinarum, ſi legem expoſtules Scripturarum, nullam inuenies, traditio tibi pretendetur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fides obſeruatrix. Rationem traditioni, conſuetudini, fidei patrocinaturam, aut ipſe perſpicies, aut ab aliquo, qui perſpexerit, diſces.*

Eandem veritatem docent Chryſoſtomus homil. 55. in Matth. & homil. 36. ad populum Antiochenum. S. Melchiades Papa, & Martyr epiſtola ad omnes Epiſcopos Hiſpaniæ. Auguſt. in pſalm. 141. & concione 3. in pſalm. 30. & Tracta. 118. in Ioan. & ſerm. 15. in feſtum Exaltationis ſanctæ Crucis, Origenes homil. 8. in diuerſa loca euang. Hieronym. in cap. 9. Ezechiel. & in vita S. Hilarionis. Cyrillus Hieroſolymitanus catecheſi 4. & 13. Porrò vtilitates propemodum infinitas ſacroſancti huius ſigni colligit S. Ephrem, lib. de vera pœnitentia, cap. 3. cuius auctoritatem vere auream, hoc loco. cenſui ſubijciendam. *Pingamus*, inquit, *in ceruuis, &c.* S. Ephrem lib. de vera pœnitentia,

Signi crucis vtilitates.

cap. 3. dicit, *Pingamus in ianuis, atque in frontibus noſtris, & in ore, & in pectore, atque in membris omnibus viuificum Signum. Armemur inſuperabili hac fidelium armatura; ea enim victrix eſt mortis, fidelium ſpes, lux orbis terræ, Paradiſi reſeratrix, profligatrix hæreſum, Monachorum adminiculum, firmamentum fidei, magna ſalutariſque cuſtodia, & gloria perpetua orthodoxorum in æternum. Hanc ô Christiane armaturam diebus ſingulis, & noctibus, horis, atque momentis, in omni loco circumferre non deſinas, nihilque ſine ipſa perficias, ſed ſiue dormias, ſiue iter perficias, ſiue euigiles, ſiue operi inſiſtas, ſiue manduces, ſiue bibas, ſiue maria nauiges, ſiue tranſmittas flumina, hac te lorica circumtege, membraque tua omnia ſalutari ſigno exorna, atque communias, & non accedent ad te mala. Hoc enim ſigno conſpecto, aduerſariæ poteſtates conterritæ, pauentesque recedunt. Crux ipſa Chriſti vera- citer ſanctificauit orbem, fugauit tenebras, lucemque reuexit. Hæc eliminauit errores, viamque muniuit. Hæc ab ortu ſolis, ab occaſu, à meridie, à ſeptentrione collegit gentes, atque in vnam Eccleſiam in vna fide, ſub vno capite, in charitate contexuit. Hæc orthodoxorum inexpugnabilis murus eſt.*

Imò verò Imp. Crucem Chriſti non ſolùm in diadematibus. & fronte, ſed etiam in manibus geſtabant, aut Crucem manu tenentes, aut globulum ſuperſignatum Cruce, hac ratione. ♁

Crux orbis globulo affixa.

Extat egregium numiſma apud Lipſium lib. 3. de Cruce, cap. 16. Heraclij Imper. curru imperatorio vecti, ac Crucem manu geſtantis: extat & numiſma apud eundem, ibidem, Iuſtiniani mundum manu geſtantis, cui Crucicula infixa hæreat, cuius rei arcanum pandit Suidas, in Iuſtiniano, dicens, Siniſtra manu fert globum Cruce in eo infixa, ſignificante, quod

Crux ſupra mundum picta quid ſignificet.

per fidem in Crucem, terræ Dominus ſit factus: globus enim terra eſt, ob hanc eius rotundam formam, fides autem Crux ob Deum, qui carne in ea affixus eſt. Rurſus & aliud numiſma Heraclij, Crucem ſiniſtra manu geſtantis.

16. *In*

16. *In Regum diadema prorſus euadere, &c.* Ante Chriſti in carne aduentum, Dei populus ab alijs gentibus, certis quibuſdam ſignis diſtinguebatur; alijs quidem in carne per circunciſionem, quæ data illi populo erat, in diſtinctionem à cæteris; alijs autem in veſtibus, per vittam hiacintinam, in angulis palliorum, Num cap. 15. Chriſtianus autem populus ſignū nullum fixum gerit in carne; ſed Crucis ſigno in fronte diſtinguitur. Hoc autem ſignum, in publicum, etiam vexillum bellicum tranſlatum eſt à Conſtantino, is enim cum accepta cælitus voce illa ἐν τούτῳ νικᾶ, id eſt, *In hoc vince*, commonſtrato Crucis ſigno, Crucis exemplar in Labarum tranſtulit. Ita Euſeb. Cæſarienſ. lib. 1. de vita Conſtantini, cap. 22. & lib. 9 hiſtoriæ eccleſiaſticæ, cap. 9. Nicephor. lib. 7. cap. 37. Eutropius, & ex ipſo Paulus Diaconus, lib. 11. Sigonius lib. 2. de occidentali Imper. num. 312. Zonaras tomo 3. in principio. Naz. oratione prima inuectiua contra Iulianum, & in eiuſdem commentarijs, Nicetas Sertorius, Hiſtoria tripartita lib. 1. cap. 5. Lipſius lib. 3. de Cruce cap. 15. Cælius Rhodig. lib. 6. cap. 11. Sozomen. lib. 1. cap. 4. Vliſſes Aldronandus lib. 2. Ornithologiæ, cap. 2. Pierius Valerianus, lib. 50. de notis hieroglificis, Primaſius lib. 4. in Apocalypſim.

Vitta hiacintina in pallijs Hebræorum.

Hoc ſigno Chriſtus à Samaritana cognitus fuit eſſe Iudæus.

Crux Chriſtianorum ſignum, & gloria.

Crux in Labarum tranſlata.

Labarum quid.

Labarum à militibus adorabatur.

Labarum multiplex.

Erat autem Labarum inſigne vexillum bellicum, auro, gemmiſque intermicantibus tanto artificio contextum, vt à militibus adoraretur, & hoc Romanorum imperatorum proprium vexillum erat, quod etiam, alio nomine, Flammeum aureum dicebatur. Aliud erat argenteum, quo Senatus vtebatur. Aliud Centuriatum dicebatur, quo Claſsis vtebatur; lege Aldrouandum, ibidem. Quæ autem eſſet Labari forma, non ita omnibus conſtat. Vliſſes Aldrouandus accuratiſsimus, non ſolùm naturalis, ſed etiam moralis hiſtoriæ obſeruator, lib. 2. Ornithologiæ, cap. 2. §. cui titulus, eſt, Vſus multiplex in varijs rebus, circa medium, dicit, Omnibus iſtis Vexillis, ſiue Labaris, figuram eandem fuiſſe, quod ex ſculpturis, ac numiſmatibus antiquis, dicit apertè colligi. Fuiſſe autem eius penè formæ, vt noſtra Templorum vexilla, ſi Crucem ſupra poſitam, & triplicem ſciſſuram demas. Confirmat hoc quod auctore Vegetio, lib. 2. vexilla, à velis nauium appellationem ſuam traxerint; vela autem ab antennis pendentia, in acutum deſinunt: perindeque vt ab antennis flato pellitur velum; ita ab haſta Flammula propellatur, quæ minus erat vexillum. Confirmare idipſum vſus nominis videtur: ideò enim Labarum flammeum, velum dicebatur, & minus velum, flammula, quæ à flamma denominationem ſuam traxiſſe nemo non videt, flamma autem in piramidem terminatur, vt vel indè piramidalis quædam forma in Labaro fuiſſe cognoſcatur. Confirmat hoc ipſum tandem, quod vexilla quædam caudata dicebatur, ſiue cauda prædira: ita Appianus lib. 2. dicit vexilliferum à ſcutiferis mandato Cæſaris occiſum, quod ad ipſum vexilli caudam extendiſſet; lege Wolphangum Lazium lib. 7. Comment. de Repub. Romana.

Labari figura quæ.

Verum, alijs placet magis, Labarum Romanorum Imperatorum quadratum fuiſſe vexillum: hoc marmora, & ſigna exprimunt capitolina, numiſmata item antiqua, quorum plura refert Lipſius lib. 3. de Cruce, c. 15.

Labarum quadratum fuit.

Alterum quidem Valentiniani Imper. argenteum, cui ex altera parte Valentinianus inſculptus, ex altera verò, vexilifer dextra tenens quadratum vexillum, cui decuſſatæ inſcriptæ ſunt hac ratione circum literæ dicentes, Virtus exercitus.



Scribunt autem Conſtantinum

Crucem

Conſtantinus quo modo crucem in Labarum tranſtulerit.

Crucem in Labarum ita induxiſſe, vt non ſolum Labarum Cruce ſignatum eſſet, ſed etiam in ſumma haſta hæreret, Crux regia corona decorata. Deinde verò crucem decuſſatam inſtar χ Græci, cui



decuſſatæ P. græcum inſereretur, ſignificaretq; Chriſtum hac ratione, ita Euſeb. Cæſarienſ. in vita Conſtantini, c. 25. dicit ſublimis haſta auro circumueſtita, cornu tranſuerſum habebat effictum in formam crucis, ſupra verò in ipſo culmine omnium, è lapidibus pretioſis, & auro contexta inſigebatur, iuxta quam ſalutaris appellationis Symbolum, duæ literæ Chriſti nomen exprimentes per primos duntaxat characteres, litera græcanica P. ſcilicet decuſſata, & ſciſſa per medium, ipſo χ. hæc ille. Hinc aurea illa Prudentij carmina ad Vrbem Rom. Chriſti loquentis intelligunt.

Chriſti nomen in Labaro figuratum

Agnoſcas Regina lubens mea ſigna neceſſe eſt,
In quibus effigies crucis, aut gēmata reſulget,
Aut longis ſolido ex auro præfertur in haſtis.

Ideò idem Prudentius prudenter Chriſti nomine ſignatum Labarum, ſic cecinit.

Chriſtus purpureum gēmanti textus in auro
Signabat Labarū, clypeorū inſignia Chriſtus
Scripſerat, ardebat ſūmis crux addita Criſtis.

Labari miraculum maximum.

Illud porrò miraculi magni loco ab antiquis hiſtoricis, Nicephoro, lib. 7. cap. 37. Tripartita, lib. 1. cap. 5. Eutropius, & ex ipſo Paulus Diaconus, lib. 11. hiſtoriarum, prodiderunt. Fuit & re vera maximum, Labariferum Cruce ſignatum, nunquam hoſtium ictibus aut telis fuiſſe percuſſum. Lubet hoc loco Nicephori præclara verba ſubnectere: *Hoc igitur*, inquit, *ſignum præferri, & laborantibus, periclitantibuſque, & hoſtibus adeſſe, atque à ſatellitibus per vices in humeris geſtari, ordineſque cum eo circuire iuſſerat Conſtantinus; Maximinus autem hoſtis, ſuis præcepit, vt quicunque collimatè, certoque iaculari poſſent, in Signum id tela coniicerent, atque in ipſum confertim cum impetu ferrentur. Quapropter is, qui id ferebat (dicit autem Græcæ ſuperſtitionis fuiſſe) metu perculſus, alij portandum tradere feſtinauit. Atque ibi alter quidam Patre Martyre prognatus, alacriter admodùm proſilijt, thoracem, & galeam longè à ſe proiecit, ſolaque tunica tectus, Signum Crucis arripuit. Porrò ille, qui ſibi à telorum ictibus cauerat, lethali vulnere accepto concidit. Qui verò ſacratum Crucis Signum ferebat, quamuis denſa inſtar niuis tela in eum coniicerentur, à nullo tamen eſt vulneratus. Nam præter opinionem omnem, diuina quadam virtute, tela ab hoſtibus emiſſa, haſtæ ſigni illiſa, atque impacta ab eo, qui id ferebat, in medio armorum diſcrimine verſante, auolabant. Dicitur præterea, atque à Dei amantibus viris creditur, nec alio vnquam tempore, qui ſignum id tulerit, in ſiniſtrum aliquem decidiſſe caſum, aut vulneratum, captiúmue eſſe.* Hæc ille.

Labariferi à periculis immunes ſeruati.

Labarum Cruce ſignatum gloria Imperatorum.


Vſus autem Labari cruce Chriſti, imò & ipſius nomine ſignati, manſit apud alios Imperatores, à Conſtantino. Hunc tamen euertere, Chriſtique nomen è Labaro tollere tentabat Iulianus, ſicut è numiſmate ſuo crucem abſtulit, Hiſt. Tripartita, lib. 6. cap. 30. Quem ideò, ijs verbis obiurgat, in prima contra eundem inuectione Nazianzen. *Quin eo quoque audaciæ prorupit, vt aduerſus magnum illud Vexillum præceps ferretur, quod ſimul cū Cruce magnificè ſiū inſigni pompa exercitum ducit, in ſublime euectum, quod laborum ſoluendorum vim habet, ab eoque apud latinos nomen trahit, principatumque, vt ita dicam, in reliqua omnia vexilla tenet, tamque Imperatorum imaginibus, atque expreſſis textuiis, in varijs tinctionibus, literarumque picturis illuſtrantur, quaſque geſtimus, quæque horrendis draconum hiatibus ſuper ſummas haſtas elatis inuolantia, ac per tractus contextis ſquamis diſtinctos ventilata, iucundiſſimum ſimul, & formidoloſum ſpectaculum oculis præbent.*

Labaro inſidiabatur Iulianus Apoſtata.

Cruce gaudet miles milit.

Neque verò tantum Labarum cruce ſignauit Conſtantinus, ſed etiam militum

LABARORVM SCHEMATA.



Digitized by Google

militum galeas. Ideò Prudentius contra Symmachum cecinit,

Clypeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat, ardebat ſummis crux addita Criſtis.

Teſtatur hoc ipſum Nicephorus, vbi ſupra.

Cruces aureæ columnis ſuperpoſitæ.

Illud porrò ardentis fidei, atque Imperatoriæ pietatis ſignũ fuit, quod etiam Cruces aureas columnis marmoreis altiſsimis ſuſtentatas erexerit, quæ miraculis ſupercœleſtibus, iiſdemque ampliſsimis decoratæ ſunt; adeò vt, ſtatis etiam quibuſdam anni temporibus, ab Angelis ſenſim ſalutarentur. Legantur quæ hac de re ſcribit Niceph. lib. 8. cap. 32. Libet hic eius verba ſubſcribere; *Dicitur cum ad eam Angelus ter quotannis, per altiſsimum intempeſtæ noctis ſilentium, perinde atque emitans quoddam cæleſte fulgur cum ſplendore inſuſtentabili venit, crucem eum circuire, ſuffitum facientem, ſuauique voce, quaſi tenuis indicis præſentiam ſuam illis, qui puritate vitæ à vitijs abhorrentes, talia & videre, & audire idonei ſunt, innuere, atque vbi cantu ineffabili diuinum carmen ter ſancti Hymni pſallens concinuerit, rurſum illum, veluti ſtellam magnifice emicantem, ad palatia redire ſua.* Hæc ille.

Angelus cruces inuiſere, & ſalutare ſolitus.

Crux beatiſſimum lignum.

17. *Hinc eſt, quod à ſapiente benedictum vocatur lignum.* Imò verò μακάριστον, id eſt, beatiſsimum lignum a Damaſceno vocatur, & verè beatum, quo nos quoque beamur, & veræ vitæ lumen haurimus. Quod conſiderans pientiſsimus Imp. Conſtantinus, crucis ſupplicium edicto publico vetuit. Noluit enim Crucem amplius mortis eſſe miniſtram, quę vitæ nobis auctrix extitiſſet; neque ſupplicium inferre, quę pœnas diluerat; neque opprobrij loco haberi, quæ à Chriſto condecorata eſſet; ideò crucis ſupplicium vetuit. Teſtantur hoc loco Euſeb. in vita Conſtant. & lib. 9 hiſt. cap. 9. Tripart. 1. cap. 5. Cœl. Rhodigin. lib. 5. Sigon lib. 2. de Occ. Imper. nu. 312. Nicephor. lib. 7. cap. 46. Io. Zonar. to. 3. Annal. in Conſtant. Eutropius, & Paulus Diaconus, lib. 2. hiſt. Benauid. lib. 2. Polim. cap. 4 Sozomen. lib. 1. cap. 8. & Auguſt. ſerm. 18. de verbis Domini.

Crucis ſupplicium vetitum.

18. *Hinc religioſæ mentis, ac deuotæ contemplationi lector addictus.* Acuta, efficax, artificioſaque videbatur Ciceronis illa amplificatio in Verrem, qui patrem, filiumque produxerat ſimul ad necem, cum Cicero ad iudices conuerſus, eoſque ad pietatem inflectens, lugubre illud ſpectaculum deſcriberet, quo doloribus amicorum, fletibus agnatorum ſpectantium, lachrimiſque plena erant omnia, *in quo pater non de ſua, ſed de filij morte flebat: filius non ſuam, ſed patris necem.* Verum quæ miſeratio, quæ amplificatio, quæ comparatio eſſe poterit, ſi horrendum hoc ſpectaculum conſpiciamus, in quo, dum Chriſtus in crucem agitur, Matris cor gladio doloris transfigitur. En miſerandum ſpectaculum, en horribilem mortis caſum, acerbum mortis apparatum, quem conſiderans Laurentius Iuſtinianus, lib. de triumphali agone, c. 21 dicit, *Cuius ferreum pectus, vel lapideum cor, non emolliretur ad fletum plangentium voces. & potiſsimè intemeratæ Virginis verecundus aſpectus, cuius pallebat præ dolore facies veneranda. Rigabat planè genas illius decurrens aqua, dum vulnera, nunc latus, nunc dilaniatum dilectiſsimi ſui corpus aſpiceret. Ingrediebatur per manuum, pedumque foramina, egrediebatur ad ſingula corporis membra, & vbique mœroris paſcua inueniebat. In Crucem agebatur dolore vero, dùm Cruci filius affigeretur: pendebat ante matrem filius; quid dicam, pendebat interna Cruce ſublata ante filium Mater.* Ideò lugubre hoc ſpectaculum Patres amplificarunt. Bernardus tractatu de Paſsione, cap. 10. *Adauxit vulnerum paſsionem materna compaſsio, quam contritiſsimo corde, manibus comploſis, oculis lachrymarum torrente decurrentibus, vultu contracto, voce querula, & totis viribus cordis deſtitutam, ſibi vidit aſtare pendenti. Quoties ipſam ad illa immitia*

Apoſtrophe ad B. V.

Crudele ſpectaculum.

Spectaculum Chriſti, ac Mariæ omnium acerbiſſimum.

Dirũ pectus quod B. Virginis lachrymis nõ emollitur.

Mœroris paſcua.

Pendet ante matrem filius, imò & ante filium mater.

B. Matris præſentia Chriſti dolorem auget.

Digitized by Google

mitis verecundos oculos ſuas eleuaſſe, ſi tamen aliquando in te deflexit, vel ſi præ nimio fluxu lachrymarum potuit intueri. Hæc Bernardus, ſed hæc duplicem Chriſti Crucem internam ex Matris dolore, externam ex cruciatus angore exaggerant. At Laurentius Iuſtinianus, vbi ſupra, internam Matris Crucem conſiderat dicens, *Clariſsimum Paſsionis Chriſti ſpeculum effectum erat cor Virginis, necnon & perfecta mortis imago. In illo agnoſcebantur ſputa, conuicia, verbera, & redemptionis vulnera.* Erat quaſi vita Chriſto Maria, erat Mariæ vita Chriſtus, vterque ante vtrumque pendet. Ecce quomodo ſententia de Sinagoga ad literam prolata, ante quam pendebat vita, nec credebat vitæ ſuæ, myſticè quo ad primam partem de Chriſto, quo ad ſecundam de Maria intelligatur.

Chriſtus duplici cruce interna ac externa cruciatus.

B. V. interna cruce explicabatur.

Chriſto vita Maria, & Mariæ vita Chriſtus.

19. *Quod ſicuti nato Crux prænunciata fuit.* B. V. ipſo etiam Chriſto viuente, eius tamen futuros cruciatus prænoſcens, maximo mærore conficiebatur, teſtatur ipſamet B. Brigittę, lib. 1. reuelationum, cap. 10. lib. 6. cap. 58. & 59. Nam etiam in partu prænouit Chriſti dolores, hoc Brigittæ Angelus reuelauit in oratione, quę dicitur Angelicus ſerm. fer. 6. Lect. prima, quos B. V. in purificatione Simeon confirmauit. Ideò B. V. Brigittam ſic alloquitur, lib. 6. reuelationũ, cap. 57. *Quoties aſpiciebam filium meum, quoties inuoluebam eum pãnis, quoties videbã eius manus, & pedes, toties animus meus quaſi nouo dolore abſorptus, & quia cogitabam quomodo crucifigeretur.*

B. Virgo dolores Chriſti præcognouit.

20. *Hoc illam pacto meditari.* Glorioſa dicta ſunt de te, Ciuitas Dei, glorioſa dicta ſunt de te Virgo Maria. Glorioſa quidem non videbuntur, quæ de amara Virginis Paſsione dicentur; illa tamen quæ tantæ Matris paſsionem ſubſecuta ſunt, ô quam magnifica, ô quam glorioſa ſunt. Acerba B. Virgini Chriſti Crux fuit, ideò B. Virgo Glorioſæ Brigittæ oſtendit, lib. 1. reuelationum, cap. 27. quod in morte filij cor ipſius quinque lanceis fuerit transfixum, & lib. 1 cap. 10. & lib. 4. c. 70. Dum lancea Chriſti latus pupugit, B. V. lanceæ dolorem ſenſit, ac ſi cor ipſius lancea perforaſſet. Sed hæc glorioſa, quod martyr, & pluſquàm martyr fuerit: ita Chriſtus ipſe apud D. Brigittam, lib. 1. reuelationum, cap. 52. ita Matrem alloquitur. *Teſtimonium perhibeo tibi, quia in Paſsione mea fuiſti pluſquàm martyr.* Ideò Patres B. V. pluſquam martyrem meritò appellarunt, S. Hieronymus, ſerm. de Aſſumptione B. V. Bernardus ſerm. in Signum magnum, Anſelmus de excellentia Virginis. c. 4. S. Ildephonſus ſerm. 2. de B. V. B. Laurentius Iuſtinianus, de triumphali agone, cap. 18. S. Ephrem. B. V. vocat *honorem decuſque martyrij.* Illud tandem glorioſiſsimum de B. V. dicatur, quod ipſa de ſe apud B. Brigittam, lib. 1. reuelationum, cap. 35. ait, *Dolor Chriſti, erat dolor meus, quia cor eius, erat cor meum. Sicut enim Adam, & Eua vendiderunt mundum pro vno pomo; ſic filius meus, & ego redemimus mundum, quaſi vno corde.* Quod cõſiderans Lanſpergius, homil. 48. de Paſsione Domini dicebat, *Voluit Chriſti Matrem adeſſe ſibi in doloribus, vt ex ijs, quæ oculis foris cerneret, intus animo vulneraretur; vt ſic Chriſti Paſsionis, Redemptionis quoque noſtræ particeps fieret, & cooperatrix.* Quod ſanè, pièque, debito cum moderamine intelligendum erit, vt excellens tantæ Matris dignitas commendetur, ita vt totius Redemptionis noſtræ ſumma pretioſo Chriſti ſanguini tribuatur.

Ciuitas Dei myſtica eſt Maria.

Glorioſa de B. V. dicta.

Cor B. V. quinque lanceis ſpiritualiter confixum.

B. V. fuit plus quã martyr.

B. V. honor decuſque martyrij.

B. V. cum Chriſto redemptionis noſtræ participem eſſe qualiter intelligi debeat.

ALPHON-

ALPHONSI PALEOTI

ARCHIEPISCOPI II. BONONIENSIS.

SACRAE SINDONIS EXPLICATIO.

De modis cædendorum flagris ſceleſtium, qui Crucis ad ſupplicium deſtinabantur. De Seruatoris vniuerſa plagarum in Sindone impreſſarum deſcriptione: ac de tota ratione Chriſti ad columnam deligati, flagellis dilacerandi. Caput Quintum.

Romani crucifigẽdos flagellis verberabant.

VT, 1. certam de Chriſto flagellis vndique dirupto, rationem reddamus, haud ignoraſſe docebit, conſueuiſſe Romanos, cum aliquem crucifigendum ſtatuiſſent, eundem in primis flagris cedere; quemadmodum D. Hieron. refert hiſce verbis, Sed ſciendum eſt, Romanis eum legibus miniſtraſſe, quibus ſancitum erat, vt qui crucifigeretur, prius flagellis verberetur, quod etiam Ioſephus ſcripſit.

In Matt. c. 27.

De bello Iudaico. lib. 6. c. 12.

Diſcrimẽ cædendi flagris tum liberos, tum ſeruos.

2. At ſerui, maius ob ipſorum dedecus, flagro, fuſteque cædebantur; liberi verò, virgis, vti grauiſſimi authores tradidere, inter quos Marcellus in hunc modum ſcriptum reliquit; Ex quibus cauſis liber fuſtibus cæditur, ex his ſeruus flagellis cædi, & domino reddi iubetur. Chriſtus Dominus cæſus eſt flagellis, tanquam ſeruus, vt pœna eſſet grauior, & cum maiori dedecore Idem Cœlius Rhodiginus teſtatur, Fuſtibus, inquit, liberi, ſerui flagellis cædebantur; cui quamplures alij conſentiunt. 3. At cum reus neci minimè deſtinabatur, paucis verberibus cædebatur. 4. Hanc ob cauſam Pilatus, eo conſilio, vt Chriſtum à morte prorſus eximeret, eundem

L. ſeruorum. ff. de pæn.

Lection. antiq. lib. 10 c. 5.

Liuius de ſeru. coniur. li. 30.

Pilati cõſilium de Chriſto flagellis cædendo.

Alex. ad Curt. l. 8.

Caliſt. de pæn. l. 6.

Digitized by Google

eundem flagellis cædi iuſſit; Emendatum, inquit, eum dimittam, cuiuſce quidem conſilij D. Ioannes Euangeliſta fidem ita facit. *Ioan. cap. 19.* Exinde quærebat Pilatus dimittere eum, idque vniuerſa Patrũ ſchola docet, diuuſque præſertim Ioannes Chryſoſtomus; Flagellauit, inquit, eum Pilatus, fortaſſe, vt ita ſedato Iudæorum furore, inde eum dimitteret. Cyrillus itidem Sanctus, Putauit enim, ait, placari poſſe hoc modo populos Iudæorum, ſi qui nullam habebat cauſam, hæc immeritò pati oculis cerneretur. Alij præterea Patrum, atque Doctorum idipſum ita ſentiunt.

Luc. c. 23. hom 83 in Ioan. *In Ioan. lib. 12. c. 18.* *D. Aug. tract 16. Theophyl. Hugo Card in Ioan. Euthym. c. 17. in Ioan. Ianſen. Concord. Euang c 142.*

5. Cæterùm, apud Hæbreos numerus verberum ad quadragenarium præfinitus erat, vt in Deuteronomio legimus; 6. Sed apud Romanos nullus verberibus præſtituebatur certus finis; ex quo perfidi Iudæi, diriſſimam crudelitatem ſuam in Chriſtum innocentiſſimum exercentes, vt ille Romanorum de more flagellis cæderetur, curauerunt. In hunc modum D. Hieronymus teſtatum reliquit, Dominus, inquit, fuit flagellatus ſecundum legem Romanorum. Hanc ob cauſam innumerabilibus flagrorum ictibus Seruator dilaceratus eſt.

Numerus verberum apud Hæbreos præfinitus, at non item apud Romanos. *Deuter. c. 25.* *In Matt. c. 27.*

7. Hoc autem Iob diuinitus prænuntiauit, cum inquit, *Multiplicauit vulnera mea ſine cauſa* Alioquin etiam loco, *Conſcidit me vulnere ſuper vulnus.* *Iob c. 9. & 16.*

8. Sed egregiam nacti occaſionem, non prætermittendum arbitramur, non iniuria Iob vaticinia hoc in libro produci, cum & vatis, & Chriſti perſonam repræſentarit. Sic enim D. Gregorius teſtatur, Neceſſe fuit, vt beatus Iob eum, quem voce diceret, ex conuerſatione ſignaret, & per ea quæ pertulit, quæ paſſurus eſſet, oſtenderet, tantoque verius paſſionis eius ſacramenta prædiceret, quanto hæc, non loquendo tantummodo, ſed patiendo prophetauit. Alibi quoque id totum confirmans, huiuſmodi vocis Iob interpretationem ſcrutatur, quam ſanè dolentem ſignificare declarat; & per quem is prorſus exprimitur, qui re vera dolores noſtros omnes pertulit. Iob, inquit, paſſiones Redemptoris noſtri, eiuſque corporis, & paſſione ſua ſignauit, & nomine. Iob quippe interpretatur dolens, & quis alius in Iob dolente figuratur, niſi is, de quo ſcriptũ eſt, *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.* Alibi etiam eandem in ſententiam loquitur. Nec ille tantum, ſed alij quoque complures hoc totum fatentur. Quare cum quiſpiam Iob teſtimonium ſæpius citatum viderit, Patrum authoritate conquieſcat, neceſſe fuerit. Atque hac de re ſatis dixiſſe ſufficiat.

Iob & nomenclatura, & perpeſſis per ipſum ſupplicijs Seruatoris imaginem prætulit, & oraculis editis vates extitit. *D. Greg. in præf. in Iob.* *12. Moral. c. 1.* *3. Moral. c. 11.* *D. Dion. Carth. in Iob c. 16. & 38. Polieron. in 2. c in Iob.*

9. Hanc itidem tam numeroſam, tamque crudelem flagellandi rationem, & modum in Chriſti corpus exercitam, Dauid hiſce verbis expoſuit, *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Aliàs etiam *Pſal. 68. & 34.*

F cecinit,

Digitized by Google

Iudæorum crudelitas inter flagellandum Seruatorem.

cecinit, Congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoraui. Verùm Iudæi huc in primis ſpectarunt, vt inter flagellandum Chriſtum ipſum necarent, quemadmodum Vlpiano, & Cœlio Rhodigino teſtibus, plurimis ſolebat reis euenire, dum flagris cæderentur. Ideoque ſicut in exemplari manifeſtè patet, crebris adeò flagellorum ictibus eſt percuſſus, vt pars nulla corporis ſana perſiſteret, quod vnum ad interiorem animi dolorem commouendum, & ad vberiores lachrymas excutiendas, cuique, vel ferini cordis homini, plurimum valere poteſt. D. etiam Bernardus id contemplatus cum fuiſſet, ſic aiebat: *Corpus totum adeò vulneribus conciſum, vt a planta pedis, vſque ad verticem, non eſſet in eo ſanitas.*

Vulp. de pœnis lib. 10. 8. *Cel. Lect. antiq lib. 10. c. 5.*

Serm. de Paſſ. Domini.

Seruatoris ignominia per vates prædicta.

Hæc autem effigies, eaque quaſi informis imago, quæ in ſacra Sindone dignoſcitur, diuerſis Prophetarum Oraculis multo antea prænuntiata hunc in modum, quem in Seruatore extitiſſe compertum eſt, clariſſimè patuit. Etenim Iſaias, *Non eſt ſpecies*, inquit, *et neque decor:* &, *vidimus eum, & non erat aſpectus, & reputauimus eum, quaſi leproſum*. Iob itidem, *Membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt.* Hieremias etiam idipſum vaticinio explicauit ſuo. Et aſpectu ſacræ Sindonis in hac vniuerſitate pœnarum, in Chriſti corpore ſatis expreſſum, apparet quicquid Deus Moyſi præcepit, cum ait, *Sume tibi aromata boni odoris, cumque in tenuiſsimum puluerem omnia contuderis, pones ex eo coram Tabernaculo teſtimonij, in quo loco apparebo tibi.* Ob minutiſſimas enim plagas in corpore illo diuino toties iteratas, quamuis Diuinitati nihil illatum detrimenti, damniue fuerit; veluti qui arborem percuteret, in quo Sol conſiſteret, Soli nullum afferret malum, quod D. Damaſcenus teſtatur; humanitas ipſa tamen ferè in puluerem redacta fuit, & Patri ſuauiſſimum afflauit odorem, & cum Dominus ſuper tabernaculum, hoc eſt ſuper Crucem, commoraretur, ſic enim hæc omnia paſſionis inſtrumenta, veluti clauos, lanceam, & ipſammet Crucem idem Damaſcenus tabernacula vocat, illud Dauidis teſtimonium proferens, *Introibimus in tabernacula eius*, Parentis iram, in humanum genus concitatam, placauit, ac lenitam prorſus aboleuit, Habacuch vaticinio prænuntiatam, non quidem in omnipotentia patefacienda, ſed in ſuſtinendis, noſtrum omnium cauſa, ictibus illis, quos aliorum dira ſibi rabies intulit. Hæc autem flagellorum iterata percuſſio, ad columnam facta eſt, ſic enim reos cædere ſolebant, quod à Plauto clarè didicimus, qui perſonam inducit imperantem, vt ſeruus flagellis cædatur, ipſum ad columnam arctiſſimis deligando vinculis, Abducite, inquit, hinc intro, atque adſtringite ad columnam fortiter. Idem ab Euſebio Phileæ ſententiam referente, cognoſcimus; nam, refert Tyrannos martyres quoſdam columnis diſtrictos, & poſt tergum di-

Cap. 16. 17. 19.

Tren. 6. 3.

De fid orthod. lib. 3. c. 26.

De fide orthod. li. 4. c. 11.

Pſal. 131.

Cap. 3.

Modus reos flagellandos ad columnam deligandi.

In Bacch. actu 4. ſcen. 7.

Hiſt. li. 8. c. 10.

Christus ad columnam delegatus.

Greg. Turon. Miraculorũ, de gloria Martyris. c. 7.

D. Hieron. epiſt. 27. ad Euſto.

gum diſtortis brachijs vinctos reliquiſſe. Hinc factum, vt Chriſtus columnam ſuo cruore infecerit: ita enim D. Hieronymi teſtimonio, necnon Gregorij Turonenſis authoritate, Hieroſolymorum in vrbe eadem columna demonſtrari conſueuerat. 11. Nec ex vna tantum parte Chriſtum tot doloribus excruciatum, flagellis verberarunt, ſed ex altera quoque, quod ſanè ſacram per Sindonem manifeſtè demonſtratur; cum vtraque ex parte ſanguine delibuta conſpiciatur, quod quidem clariſſimum præfert indicium, Seruatorem vtraque in parte flagris fuiſſe conciſſum, quod non tàm facilè verùm exiſtimari valuiſſet, 12. cum ſancti Euangeliſtæ nullam huiuſce rei mentionem fecerint; niſi plagarum inſignia in Sindone ſacta manifeſta apparerent. Quamquam id ipſum D. Cyrilli teſtimonio perſuaderi nullo negotio poſſet. Sic enim inquit, *Dominus dedit tergum verberantibus.*

Lib. 12. in Ioan. c. 15.

Vaticinium, & figura Chriſti ad columnam deligati.

Ezech. c. 3.

13. Tenacibus adeò vinculis Seruator adſtrictus, ab Ezechiele, multis antea ſeculis, prænuntiatus eſt; Et tu, inquit, fili hominis, ecce data ſunt ſuper te vincula, & ligabunt te in eis. Sampſon autem à Iudæis captus, & loris vinctus, & in Philiſtinorum poteſtatem datus, Seruatoris figuram præ ſe tulit. Ita in Iudicum libro legimus, *Viri Iuda ceperunt Sampſon, & ligauerunt, tradentes Philiſtijm.*

Iudic. 15.

Quam crudelitatẽ impijſſimi lictores inter flagellandum in Chriſtum exercuerint, & inter reliqua tormenta, quibus ab ipſis diſcruciatus exſtitit, ex ſacra Sindone colligi poteſt, illudque conſpici, quam ſimillima hæc omnia fuerint, quantumque conuenientia his, quæ Alexandrinus Ammonius literarum monumentis conſignauit: is enim in Monoteſſero hunc in modum ſcripſit, *Præſes* IESVM *veſte nudatum, flagris cædi iuſſit; corona ex ſpinis mox ceruici impreſſa, & arundo dexteræ tradita, corpus multis, atque adeò horrendis plagis contuſum eſt, ſalutarique à militibus Rex Iudæorum cœptus, per ludibrium.*

Monoteſſ. c. 16.

4. Reg. c. 3.

14. Cæterùm, pius Lector hæc omnia meditaturus, vniuerſam tot plagarum ſanctarum imaginem inſpiciendo, ad mentem reuocare poterit ſpectaculum vulnerum, mortis etiam, quam Rex Moabitarum in vrbis mœnibus primogenito intulit, quæ & ſanguine conſperſit, atque infecit: quod quidem licet impium ſacrificij ſpecimen exſtiterit, tres tamen Reges illos, qui ad ſeſe obſidendum conuenerant, plurimum commouit, & cum animo ſuo reputare, quo magis ſpectaculum filij ſummi Regis vniuerſorum vim in ſe continere debet, vt cunctos ad miſericordiam prouocet; eoque fortius, quò ipſius morte ſacrificium non impium, aut virtute carens Patri obtulit; ſed pientiſſimum, & quacunque ratione ad vniuerſi orbis ſalutem, ſuperque ſatis ſufficere potens, efficit. 15. Hinc ad Beatiſſimam Virginem ſe conuertendo, cum illam contemplabitur, dum

Conuerſio ad B. V.

Digitized by Google

D. Anſel. dialog. de Paſſ. Domini. *S. Brigit. Reuel. lib. 1 c. 10.*

nati flagellationi intereſſet, quemadmodum D. Anſelmus, & Brigitta teſtantur, acerbos ictus meditabitur, qui cor illius tranſuerberabant; vnde exclamare meritò poterat, *Vulnera mea multiplicarunt.* Rurſus meditabitur eandem, cum natum iam mortuum, deque cruce depoſitum, in ſinu foueret ſuo, & vniuerſum tot plagarum numerum, in ſacra Sindone impreſſarum, contueretur, potuiſſe cum Sapiente dicere, *Faſciculus mirrha dilectus meus*; cum tot adſpectus plagarum dolores adauctos in vnum colligeret, & acerbitates congregatas vehementiores efficeret. Sic ſacram miſerari Virginem, & ſibimet ſalutis promerendæ occaſionem nanciſci valuerit.

FRATRIS DANIELIS MALLONII DE FLAGELLATIONE ELVCIDATIONES.

IN CAPVT QVINTVM.

In Chriſti flagellatione meditanda, lachrymis opus eſt.

IN lugubri ſpectaculo, in lachrymabili apparatu, in acerbo theatro, vbi à peccati ſeruis ad columnam libertas inuicta ligatur; vbi ab impijs innocentia caſtigatur; vbi ab hominibus Deus flagellatur; vbi Chriſti corpus flagella dilaniant, & præſentis Deiparæ cor lacerant; vbi lachrymis, non verbis, fletibus, non vocibus, miſeratione non oratione, flendi, non dicendi copia opus eſſet; quid mirum ſi dicendi ſtylus langueat, atque incompta flacceſcat oratio? Atque vtinam horribilis flagellorum fragor, quot è Chriſti corpore ſanguinis guttas elicit, tot è cordis noſtri penetralibus lachrymas emungeret; vt ſi cordis noſtri duritiem defluētis Chriſti ſanguinis guttæ non frangunt, erumpentes tamen ex virginis Matris, hæc proſpicientis, & miſerantis, oculis lachrymę emollirent. Hoc enim acerbum illud eſt malum, quod tantopere Chriſti cor ſollicitabat, cum de Paſſione ſua diſcipulos ſuos præmonebat, dicens, *Filius hominis tradetur gentibus ad illudendum, flagellandum, & crucifigendum.* Erat enim Chriſtus granum frumenti è paleis excutiendum, vt in terram cadens moreretur, fructumque referret trigeſimum, ſexageſimum, centeſimum. Chriſti flagellatio fuit illa tritura, quam ipſe Chriſtus per Eſaiam, cap.

Quid in Chriſti flagellatione meditanda nobis optandum.

Chriſtus futuræ flagellationis ſuæ horrorem qualiter prædicebat.

Chriſtus eſt granũ frumenti flagellis excuſſum, vt moriēs fructum ferret.

Digitized by Google

cap. 21. prædixerat, dicens, *Tritura mea filia areæ meæ.* In flagellatione enim trituratum eſt frumentum, ibi inſignis humanitatis excuſſa eſt area.

1. *Vt certam de Chriſto flagellis vndique dirupto, &c.* Fuiſſe hunc morem apud Romanos, vt qui crucifigendus eſſet, flagellis priùs maceraretur, præter citatos auctores, alios quoque certos habemus; imò etiam morem hunc à Græcis ad Romanos fluxiſſe, ex claſſicis auctoribus tradit Cælius Rhodiginus, lib 10. lect. antiquarum, cap. 5. quamuis, vt ibidem refert Cælius, à Tarquinio excogitata ſint taurea, latumiæ, nerui, & reliqua eiuſmodi ad ſupplicium inferendum inſtrumenta. Benè ergo auctoritatem B. Hieron. ſecutus auctor ſapientiſſimus, ex eo, quod Chriſtus crucifixus eſt, cauſam quoque flagellationis oſtendit. Neque verò rectè hac in re à Toleto Cardin. in cap. 19. Ioan. annotatione prima reprehenditur Hieron. quaſi non aliam cauſam flagellationis Chriſti agnouerit, niſi quia crucifigendus erat, multo minus, reprehendi poteſt Hieronymi auctoritatem ſecutus auctor: cum enim dicit B. Hieron. *Sciendum eſt, Chriſtum Romanorum legibus miniſtraſſe, quibus ſancitum erat, vt qui crucifigitur, prius flagellis verberetur*: non ſic eſt accipiendum, quaſi verò nulla alia flagellationis eſſet cauſa, præter hanc; ſed vt ex hoc, quod à Romanis Chriſtus in Crucem datus ſit, carnem quoque eius certò ſciamus flagellis priùs fuiſſe contuſam.

Cruci affigendi flagellis prius macerabantur.

Cruciatuum genera plura à Tarquinio excogitata.

Chriſtus Romanorum more flagellatus.

2. *At ſerui ob maius ipſorum dedecus, &c.* Hic ponitur differentia flagellationis: alij enim loris, vel flagellis, vt ſerui: alij virgis, & fuſtibus, vt liberi cædebantur. Hinc fuſtigatio, & flagellatio. Copioſè rem ita eſſe, auctor comprobat, vt ad confirmationem huiuſce veritatis, nihil addi neceſſe ſit, quamuis ad ornatum expediat, Cic. pro Rabyrio perduellionis reo, *Portia lex virgas ab omnium ciuium corpore amouit, hic immiſericors flagella retulit.* Ideò Plautus.

Serui flagellis, liberi virgis flagellabantur.

Vbi viuos homines mortui incurſant boues,

taureas intelligens. Terentius in Ædelph.

Ad necem operiere loris.

Horatius Sermon. lib. 1. ſerm. 3.

Nec ſcutica dignū horribili. Sectere flagello.

Hinc Apoſtolus Paulus tanquam romanus ciuis, *ter virgis cæſum ſe aſſerit*; virgis, non flagellis; ideò Act. 22. cum Paulum flagellari iuſsiſſet Tribunus, dixit Paulus, *Si licet hominem romanum, & indemnatum flagellare?* Vbi nota illud verbum, *indemnatum*, id eſt, ad mortem non damnatum, Græcè ἀκατάκριτον. Romani enim ad mortem damnati, vt vita priuandi erant, ita & ciuili priuilegio ſpoliati, flagellabantur. Verum quamuis tantorum Doctorum auctoritas rem ita ſe habere confirmet, vt flagellis ſerui, fuſtibus liberi cæderentur: inuenio tamen, etiam ſeruos ſæpè fuſtibus, ac virgis tundi ſolitos. Macrobius primo Saturnalium, cap. 10. ſic ſcribit, *Autronius Maximus ſeruum ſuum verberatum, &c.* non dicit flagellatum. Clariùs Cicero primo, de diuinatione, *Seruus*, inquit, *per Circum cum virgis cæderetur, furcam ferens, ductus eſt*: Arnobius, lib. 7. contra Gentes, ſeruum peſsimè meritum per Circi aream mediam traduxiſſe, cæſum virgis.

Apoſtolus Paulus quia ciuis Romanus virgis cæſus eſt.

Romani capite plectendi, etiam flagellis cædebantur.

Serui ſæpe virgis vapulabant.

Quæ cum ita ſint, valere poterit Doctorum auctoritas, vt licet clementiæ cauſa ſerui interdum virgis cæderentur, liberi tamen flagellis cæderentur numquam, niſi patibulo necandi.

Conciliatio dictorum.

Verùm hoc loco latus quidam mihi ſeſe offert dubitandi campus: cur ſerui qui maximè fuſtibus domari ſolent, quique fuſtium, ac baculorum ſolent eſſe maximè formidoloſi, tamen nō fuſtibus, tanquam pœna propria, ſed magis flagellis cæderentur. Et re vera turpitudo vtrobique eadē, aut certè par videtur. Quantum autem

Serui cur fuſtibus non cæderentur, ſed magis flagris.

Digitized by Google

Serui quã ſibi à fuſtibus timeant.

ſoleant ſerui ſibi à fuſtibus timere, hoc vnum nos doceat exemplum, quod hoc loco ex Iuſtino hiſtorico de Scytharum ſeruis, lib. 2. ſubijciam verbis eius, breuitate ac lepore ſummo conſperſis, nihil immutatis, *Cum Scytæ*, inquit, *tertia expeditione Aſiana, cum annis ſeptem à coniugibus & liberis abfuiſſent, ſeruili bello excipiuntur: quippè coniuges eorum longa expectatione feſſæ, nec iam teneri bello, ſed deletos ratæ, ſeruis ad cuſtodiam pecoris relictis nubunt, qui reuerſos cum victoria Dominos, velut aduenas armati finibus prohibent, quibus cum varia victoria fuiſſet, admonentur Scythæ mutare genus pugnæ, memores non cum hoſtibus, ſed cum ſeruis præliandum, nec armorum, ſed Dominorum iure vincendos: verbera in aciem, non tela ferenda, omiſſoque ferro, virgas, & flagella, cæteraque ſeruilis metus paranda instrumenta. Probato omnes conſilio, inſtructique, ſicut præceptum erat, poſtquam ad hoſtes acceſſere, inopinantibus verbera intentant, adeoque illos perturbant, vt quos ferro non poterant, metu verberum vincerent, fugamque non vt hoſtes victi, ſed vt fugitiui ſerui capeſſerent.* Hæc ille. Cur ergo flagella magis ſeruis decreta? Hæc mihi potior cauſa viſa eſt, quod acerbiorem cruciatum inferant flagella, quam fuſtes, ſitque tolerabilior fuſtigatio flagellatione: nam flagella hoc ipſo, quod carni coextenduntur, & adhæreſcunt, carnem lacerant, ſcindunt, diſcerpuntque magis. Quare Eccleſiaſtici 28. dicitur, *Flagelli plaga liuorem facit.* Horatius lib. 1. Sermon. ſerm. 3.

Seruorum audax in Dominos conſpiratio.

Serui baculis, non armis ſubigendi.

Acerbiorem cruciatum inferunt flagella, quam fuſtes.

Horribili ſectere flagello.

Sub flagellis multi animas exhalarunt.

Ideò Vulpianus lib. 8. de pœnis, dicit; *Miniſtrorum immanitate multos ſub flagellis interiiſſe*, quod ſæpiùs accidiſſe docet Cœlius Rhodiginus, lib. 10. cap. 5. & Nicephor. lib. 1. cap. 3. Flagellatores vocauit ſanguinarios carnifices. In Chriſtianæ autem fidei confeſsione Sanctiſsimos Martyres fortiter flagellorum impetu animam efflaſſe tradit Antonius Gallonius, lib. de Sanct. Martyrum cruciatibus, cap. 4. Sebaſtianum, Iulium Senatorem, Euſebium, Vincentium, Peregrinum, Sabbatium, Maximam Virginem, plurimoſque alios vtriuſque ſexus homines quamplurimos.

Ad correctionem flagella addi nonnunquam ſolita.

3. *At cum reus neci minimè deſtinabatur, &c.* Ecce aliam flagellationis cauſam, quæ ſcilicet ſit ad correctionem: non enim ſolum Crucifigendi flagellabantur, ſed etiam qui crimen aliud graue, quod tamen ſummum ſupplicium non commereretur, patraſſent, flagris cædebantur. Hoc autem pœnæ genus maximè ad correctionem tendit: benè enim Ariſtoteles 2. moralium Nicomachiorum, cap. 3. docuit, punitiones eſſe meditationes quaſdam, & lib. 1. rhetoricorum, cap. 10. eo differre docuit pœnam ab vltione, quod pœna eius, qui patitur, gratia fit, vltio autem eius, qui facit, gratia, vt expleatur. Atque hoc adeò verum eſt, vt in ijs etiam, qui capitali pœna plectuntur, ipſa tamen eorum pœna medicinæ habeat rationẽ, dum homo, qui Reip. pars eſt, capite plectitur, vt alijs ciuibus exẽplo ſit, ſicque vnius vltione, totum Reip. corpus ſanetur.

Punitio medicatoria.

Vltio, & pœna in quo differant.

Sentio hoc loco acutè poſſe obijci: Si Chriſtus ad correctionem flagellis cæſus eſt, non igitur adeò dura eius flagellatio fuit, ſicuti perhiberi ſolet. Huic acutæ obiectioni acuta, & ſolida poteſt adhiberi reſponſio, quod Iudæorum obſtinata nequitia, flagellationem eam, quæ ad correctionem à Pilato adhibita leuior eſſe debuiſſet, corruptis pecunia miniſtris, acerbiſsimam reddiderit, dum ita miniſtros pecunia data animarat, vt Chriſtum ſub flagellatione occiderent, aut ita malè tractarent, vt etiam à Pilato dimiſſus, ſuperuiuere tamen diutius non poſſet. Ideò hæc mutuo conciliantur, quod flagellatio ad correctionem data, quantum erat ad Pilati animum, mitior eſſe debuiſſet; ſed quantum ad efferatam Iudæorum malitiam ſpectabat, acerbiſ-

Chriſti flagellatio cur adeò dura fuerit.

Iudæi ſanguinarios flagellatores pecunia corrumpunt.

Iudæi Chriſtum in flagellatione necari, aut ita malè tractari curarunt, vt à Pilato dimiſſus ſuperuiuere non poſſet.

acerbiſsima redderetur.

4. *Hanc ob cauſam Pilatus, eo conſilio, vt Chriſtum à morte eximeret.* Didacus Stella, in cap. 22. Luc. dicit: Pilatus Chriſtum quinque modis liberare voluit, 1. Iudicis mutatione, quando miſit eum ad Herodem, 2. criminis purgatione, dicens, *Ego nullam cauſam inuenio mortis, ſed nec Herodes, nam remiſit, &c.* 3. pœnæ flagellatione, *Corripiam ergo illum, & dimittam.* 4. perſonarum collatione, conferendo Barrabam latronem, & homicidam, Chriſto innocenti, 5. Sententiæ dilatione, ideò ſæpè interrogat, *Quid faciam Regi Iudæorum.* Ioan. Antonius Panthera, lib. 5. de Monarchia Chriſti, cap. 22. dicit Luciferum cauſam fuiſſe vt Chriſtus flagellaretur, eius autem flagellationem procuraſſe, ne crucifigeretur.

Pilatus quinque modis Chriſtum liberare nitebatur.

Lucifer Chriſtum flagellari curat, ne crucifigeretur.

5. *Ceterum apud Hebreos, &c.* Miſericors Deus, qui pronior eſt ad miſerendum, quam ad puniendum, quique dum punit, citra condignum punit, flagellationibus reorum certum terminum, modumque præfixit. Ideò ſi delictum occurrat puniẽdum, quòd tamen ſui atrocitate mortis pœnam non mereatur, ſtatuit quadraginta verberibus vlciſcendum. Deuter. 25. Circa quam quidem verberationem occurrunt notanda.

Deus flagellationi Iudæorum modum præſcribit.

Primum quidem eſt, an eiuſmodi verberatio fuſtibus fieret, an flagello: neque enim hoc in lege Deut. 25. tradita determinatur. In ſcholijs Rabbinorum, in Comment. loci illius Deut. 25. inuenio flagellationẽ eam loro vitulino fieri ſolitam; ſit hoc mihi valdè veriſimile. Cum enim rei ex legis præſcripto humi proſtrati, ac coextenſi cederentur, multò hæc flagellatio aptior videtur, quàm ſi fuſtibus fieret.

Iudæi loro vitulino flagellabant.

Deinde, quomodo cæderentur dubito, ſcilicet, an ſtantes, an proſtrati, an columnæ alligati, an ſoluti. Apud Ethnicos quidem ſatis conſtabit ex ijs, quæ infrà dicenda erunt, reos columnæ alligatos flagellari ſolitos. At quid apud Iudæos. Hieronymus ab Oleaſtro, in Comment. in cap. 25. Deut. dicit, quod in tractatu de verberandis apud Iudæos habetur, quod verberandi ambabus manibus columnæ alligabantur, ſicque colligati verberabantur. Verum ea in re ſatis clarum, apertumque textum habemus, quod humi proſtrati verberarentur; Ita expreſsè textus habet, *Sin autem eum, qui peccauit dignum viderint plagis, proſternent, & coram ſe facient verberari.* Proſternebantur autem humi, vt bene teſtantur, Gloſſa ordinaria Toſtatus, & Lyranus; licet credibile ſit, quòd columnæ longo fune ita alligarentur, vt humi conſterni poſſent, & fugæ locus non pateret.

Iudæi proſtrati flagellabantur.

Præterea, cur verberandus 40. tantum percuſsionibus cædebatur? Reſponſio in promptu videbitur eſſe, ſi quis dicat, hoc ad clementiæ ſignum eſſe conſtitutum, ne in infinitum flagellationum numerus exereſceret. Reſpondeo, in quadragenario numero, neſcio quid myſtici præſignari. Eſt enim numerus quadragenarius, numerus pœnitentiæ, afflictionis, doloris, anguſtiæ, lachrymarum, ac plagarum, & tribulationis; ideò ad pœnitentiam maximè aptus: hoc ante nos S. Patres adnotarunt, Hieronym. in c. 3. Ionæ, ibi, Adhuc 40. dies, & Niniue ſubuerteretur. S. Ambr. ſerm. 23. & lib. de Arca, & Noë, cap. 13. S. Leo ſerm. 4. de quadrageſima, S. Auguſt. lib. 2. de doctrina chriſtiana, cap. 16. Chryſoſtomus homil. 25. in Geneſim. Ideò diluuij aquæ inundauerunt 40. diebus, & 40. noctibus. Niniuitis ſpatium indicitur ad pœnitentiam 40. diebus. In ſolitudine vagatur populus 40. annis. Elias in fortitudine ſubcinericij panis, ambulat 40. diebus, & 40. noctibus, antequam ad montem Dei Oreb deueniat. Chriſtus ieiunat 40. diebus, & 40. noctibus. Ideò, & Eccleſia ieiuniorum tempus quadragenario numero occludit.

Quadragenarius flagellationi numerus præfinitus.

Quadragenarius numerus pœnitentiæ accommodatus.

Quadragenarius numerus ſacratus.

Digitized by Google

In elargiendis indulgentijs, quadragenis ſpatijs vtitur. Ideò etiam Deus hoc numero 40. vti voluit iudices ſuos in vlciſcendis delictis.

Quadragenarius numerus clementiæ, & placabilitatis.

S. Hieronymus in comment. in illud Ionæ, dicit quadragenarium numerum eſſe clementiæ, & placabilitatis. S. Auguſtinus tract. 17. in Ioann. dicit quadragenarium numerũ, quandam legis, & præceptorum obſeruantiæ plenitudinem indicare: ideò languidum deprehendit in anno 38 cui ad quadragenarium duo deerant, quibus duo Charitatis præcepta notantur.

Iudæi in flagellatione quadragenarium non attingebant.

Verùm etſi quadragenarius percuſſionum numerus præfixus erat, tamen ad clementiæ ſignum triginta & nouem tantummodo plagis cædebant, malentes citra, quam vltra præfixum terminum affligere. Ideò Apoſtolus. 2. Cor. 11. pro Chriſti nomine ſe quinquies quadragenas, ſed vna minus pertuliſſe, gloriabatur.

Quærit tamen hoc loco Toſtatus, q. 2. quid fieret, cum graue aliquod delictum ab aliquo eſſet admiſſum, quod pœnam quidem morte minorem, atque quadraginta percuſſionibus maiorem expoſtularet?

Pro eodem delicto flagella non innouabantur.

Reſpondit, ſi delictum maximum eſſet, quadraginta verberibus vna vice cædebatur; ſed iterùm aſſeruabatur, vt rurſus alijs quadraginta cæderetur; ita factum dicitur fuiſſe B. Paulo, qui quinquies quadragenas vna minus accepit, 2. Cor. 11. Verum hæc doctrina non eſt admittenda. Nam Apoſtolus, vt ſæpius contra Iudæorum præceptum prædicabat, ita etiam ſæpius cædebatur; ideò captus quinquies, quinquies etiam vapulauit: nec benè explicatur, quod quinquies ex eodem delicto non iterato vapulauit: nam ita quoque illud explicari valeret; Ter virgis cæſus ſum, ex vnico, non iterato delicto, vel vero, vel præſumpto. Addo poſtremò, quod ea explicatio textui repugnat, in quo dicitur, pro qualitate delicti erit & plagarum modus. Ideò in ſcholijs Rabbinorum lego, interdum loro vitulino, totis viribus, reos cædi ſolitos.

D. Paulus pro vnica cauſa quinquies non vapulauit.

Pro qualitate delicti erat, & plagarum modus.

Quomodo legendum ſit Deut. 25. abeat, an obeat.

Tandem circa eundem textum noto varietatem lectionum: quod enim vulgata editio habet, Frater tuus fœdè laceratus abeat; alij legunt obeat: ita Toſtatus, in cap. 25. Deuter. quæſt. 2. Ludouicus Granatenſ. in meditatione flagellationis Chriſti Domini; alij, vt Pagnin. & Oleaſter, legunt, ne rigeſcat, id eſt, ex dolore vulnerum rigorem contrahat frater tuus; rigorem autem eum intelligerem, qui dolorem ſpaſmo proximum inureret; & Hæbraicum quidem verbum *nichelah*, quod hoc loco habetur, vilem fieri, ſignificet, cenſerem commodè ſenſum iſtum elici poſſe, ne frater tuus fœdè laceratus, vilis, aut membro aliquo inutilis fiat; vt non quidem mortis periculum adſit, ſed potius mutilationis, aut inualiditatis alicuius membri periculum inueniret. Ideò ex hoc ipſo fœdè laceratus intelligitur, quo ex duplicata flagellatione inutilis factus abiret. Ideò vulgata lectio vt plurimum habet, Ne frater tuus fœdè laceratus abeat.

Quam grauis eſſet flagellatio Iudæorum.

Flagellatio Iudæorum fiebat coram iudice.

Vltimò, circa hunc locum obſeruo flagellationem hanc ex legis præſcripto, coram iudice fieri ſolitam, vt hac ratione iudicis præſentia feritatem miniſtrorum molliret.

6. *Sed apud Romanos nullus verberibus præſtituebatur certus finis*. Putabit aliquis hoc leue eſſe, quod Chriſtus ſecundum Romanorum legem dicatur flagellatus. Quæret hoc loco aliquis, quid grauioris moleſtiæ Chriſto illatum ſit, hoc ipſo, quod Romanorum lege, non Iudæorum flagellatus eſt? Reſpondeo fuiſſe multò acerbiorem flagellationem Romanorum, quàm Iudæorum, quod patet ex enumeratione circunſtantiarum vtriuſque flagellationis.

Chriſtus ſecundum Romanorum leges flagellatus.

Acerbior flagellatio Romanorũ quam Iudæorum.

Iudæorum flagellatio determina-

tum

Digitized by Google

tum numerum quadragenarium non excedebat, immò ſæpè non attingebat. Romanorum flagellatio nullum terminum habebat; ideò ſine termino flagellatio excreſcebat.

Flagellatio Romanorum coram iudice non fiebat.

Secunda eſt, Iudæorum flagellatio coram iudice fiebat, qui miniſtrorum ſæuitiam temperabat: at in flagellatione ſecundum morem Romanorũ, iudex non aderat; quod non ſolum ex hiſtorijs colligitur, ſed maximè ex illo Plauti loco, *Abducite hinc, atque ad columnam fortiter adſtringite.* Vbi ſæuitiæ miniſtrorum, ſæpè pecunia corruptorum, latus ſæuiendi campus aperiebatur.

Vnus apud Iudæos flagellabat, apud Romanos multi.

Tertiò, in flagellatione Iudæorum vnus tantum aderat, qui flagellaret, quod ſatis colligitur ex eo, quod paruus numerus plures non exigebat miniſtros: at in Romana flagellatione multi aderant flagellantes. Hoc apertè ex illo colligitur Plauti, *Abducite hinc, atque ad columnam adſtringite*: vbi verbum in numero multitudinis poſitum, plures indicat miniſtros: hoc præcipuè in Chriſti flagellatione verum eſſe conſpicimus, vbi miniſtros illudentes plures legimus. Nicephor. lib. 1. cap. 3. dicit, Chriſtum à Pilato traditum ſanguinarijs ſatellitibus, & Ioan. 19. dicitur, *Apprehendit Pilatus* IESVM, *& flagellauit*, ſtatim ſubditur, *& milites* illi ſcilicet, qui eum flagellauerant, *plectentes coronam, &c.*

Apud Romanos rei flagellandi columnis alligabantur.

4. In lege Romanorum rei, interdum quidem eundo flagellabantur, vt ſupra oſtendimus, colligiturque Act. cap. 28. at, vt plurimùm, columnæ aſtringebantur, quod infra in Chriſto factum fuiſſe oſtendemus. In flagellatione autem Iudæorum non ligabantur rei, aut ſaltem longo fune ligati, in terram proſternebantur. Iàm verò ipſa ligatio acerbiorem reddit flagellationem, dum accepto ictu eam prohibet contorſionem corporis, quæ à natura, tanquam remedium quoddam doloris, videtur eſſe inſtituta.

Apud Romanos ſæpè flagellati moriebãtur.

5. Quia in Romana flagellatione ſæpè flagellati moriebantur (quod infrà ſatis oſtẽdetur eſſe veriſsimum) in flagellatione autem Iudæorum tanta impietas nunquam committebatur.

Nudi à Romanis flagellabantur.

6. In Romana flagellatione nudi cædebantur: in Iudæa non legimus nudos cædi ſolitos. Ecce igitur, quanta Chriſti flagellationis excreſcat acerbitas, hoc ipſo, quod ſecundum Romanorum legem, dicitur flagellatus.

7. *Hoc autem Iob diuinitus prænunciauit.* Mirabitur fortaſſe quis paullò attentius ea legens, quæ ab eruditiſsimo Antiſtite in confirmationem huius adduntur ex Sacris literis teſtimonia: cum enim probandæ eſſent flagellationes adducuntur teſtimonia de vulneribus Iob 9. *Multiplicauit vulnera mea, &c.* & cap. 16. *Conſcidit me vulnere ſuper vulnus.* Et infra ex Dauide pſalm. 68. *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Ideò admirationem hanc è medio tollemus, ſi cogitemus tantam fuiſſe in romana flagellatione ſæuitiam, vt flagellis non ſolum percuſsiones, liuores, tumoreſque concitarent, ſed etiam vt vulnera infligerent; hoc ex profanis mox, & Eccleſiaſticis ſcriptoribus confirmabo, Ioſephus Flauius, lib. 6. de bello Iudaico, & Euſeb. Cæſarienſ. lib. 3. hiſtor. eccleſiaſticæ, cap. 6. dicunt; *quod vir ille plebeius, cui nomen* IESVS, *qui paulò ante Hieroſolymitanum excidium Iudæis inclamat, Væ, Væ, Væ, & horribiles cædes Hieroſolymitanis minitabatur, ad Iudicem romanum adducitur, apud quem flagris vſque ad oſſa dilaniatus, nec lachrymas, nec preces fudit.* Horatius lib. 1. Serm. ſerm. 3. *Horribili ſectere flagello.* Et Oleaſt. 4.

Rom flagellationis ſæuitia.

In flagellatione Romanorum oſſa flagellis nudabantur.

Sectum flagellis hic Triumuiralibus.
Præconis ad faſtidium.

D. Paulus in flagellatione plagis affectus.

Ex Catholicis prodo 1. Actu. 16. de Paulo & Syla dicitur; *Iuſſerunt eos virgis cædi*, & ſubditur, *Et cum multas plagas impoſuiſſent*: & ne quis plagas diceret accipi pro percuſsionibus, non pro illatis vulneribus, ſubditur in eodem

capite, *Tollens eos in illa nocte lauit plagas eorum*, eas ſcilicet, quas in flagellatione ſuſceperant. Magiſter Hiſtor. Schol. in hiſt. Euang. c. 168. dicit, *Etiam flagellis cruor dorſi extractus eſt, & ſanguineus ſudor alias partes corporis tinxit*. S. Hieron. in c. 24. Matth. *Pectus illud Dei capax flagella ſecuerunt*. Et rurſus in c. 50. Eſaiæ, *Pectus Dei capax flagella conciderunt*. S. Bernard. ſerm. de Paſsione Domini, *Totũ corpus vulneribus conciſum*, & tract. de Paſsione Domini, c. 39. *O cum quanta quantitate putas illum ſanctiſsimum ſanguinem, ex conciſſo corpore, & flagellato diſtillaſſe in terram. O cum quanta putas ſæuitia impiorum frementium, quanto fremitu ſæuientium putas flagellatum fuiſſe dulcem* IESVM, *qui venerat, vt nos à flagellis liberaret æternis*. Lege quę ſunt adnotata à nobis in cap. 15. Ammon. Alexandrinus Monoteſſero, *Corpus totum multis, atque adeò horrendis plagis contuſum eſt*. Denique in ſacroſancta Sindone non ſolùm liuores, ſed vulnera in flagellatione cernuntur impreſſa.

Quam ſæua fuerit Chriſti flagellatio.

8. *Sed egregiam nacti occaſionẽ &c.* Hoc ipſum teſtantur Hieron. & Rupertus Abbas, & fuſius probat Pineda in Iob.

Sæuitia Iudæorũ quanta.

9. *Hanc itidem tam numeroſam &c.* Sæuitiam hanc Iudæorum alij quoque agnouerunt. Ludouicus Granatenſ. in meditat. flagellationis Chriſti, dicit Chriſtũ in flagellatione adeò dirè, crudeliterque tractatum fuiſſe, vt etiam ſi à Pilato dimiſſus fuiſſet, adhuc tamen ſuperuiuere non potuiſſet. Hoc cernitur eſſe veriſsimum, ſi quis horribilem plagam lumbis inflictam in ſacra Sindone intueatur, de qua cap. 9. Adeò enim dirè lumbi cæſi ſunt, vt ijs adeò crudelitis, vita diutius conſeruari non potuiſſet, quod tamen maximè explicabitur, cum peculiaris de ea plaga nobis ſeſe obtulerit diſputatio.

Cum autem adeò acerbam, atque multiplicem legamus Chriſti flagellationem extitiſſe, quæri à viris pietate inſignibus ſolet, quot tandẽ flagellis, ſeu flagellorum ictibus Chriſtus cæſus ſit. Patet eos deceptos, qui Chriſto tantum 40. percuſsiones illatas, imò etiam vna minus putarunt, neque enim ſecundum legem Iudæorum, ſed Romanorum cæſus eſt.

Quot flagellorum ictibus Chriſtus cæſus ſit.

Landulphus de vita Chriſti, dicit fuiſſe 5475. Io. Eckius reuelatum extitiſſe cuidam fœminæ, fuiſſe 5375. Ita Io. Eckius de Paſsione Chriſti. Act. 4. conſid. 4. Io. Lanſperg. homil. 50. de Paſsione Domini dicit, vulnera Chriſto inflicta fuiſſe 5460. Guiliel. Pipin. in ſtatione 6. Chriſti patientis, dicit fuiſſe flagellorum ictus 5490. Alij, legionem flagellationum Chriſto inflictam dicunt: & eſt valdè communis ſententia. Verùm legionis numerus, non ita omnibus certus eſt: alij enim volunt eſſe 6666. Cornel. Ianſen. prima parte ſuæ Concordię Euangelicę, c. 31. dicit eſſe 12250. Ita ferè docet etiam Varro, lib. 4. de lingua Latina.

Legio flagellationũ Chriſto inflictæ.

Quis legionis numerus.

At Paulus Manut. in additamẽtis ad Calepinum, alia ratione legionem explicat. Ioan. Aquilan. ſerm. de amara Chriſti Paſsione, dicit B. Bernardo fuiſſe reuelatum Saluatorẽ ad columnam alligatum ſex millia, ſexcentas, & ſexaginta ſex percuſſuras accepiſſe.

Didacus Stella, in c. 23. Lucæ, dicit fuiſſe innumerabiles flagellationes, numerum tamen non explicat.

At Franciſc. Suarez to. 2. in 3. p. D. Tho. diſput. 35. ſect. 2. dicit pauciores eſſe quinque millibus, quia alioqui Chriſtum omnino occidiſſent; dicit quidem veriſimilius eſſe, quod flagellorum ictus quadragenarium numerũ exceſſerint, quia Chriſtus non Iudæorum, ſed Romanorum more flagellatus eſt, non tamen ad tantum numerũ potuiſſe excreſcere, quia neque Iudęi, neque Romani tot verberibus, vel plagis flagellare conſueuerant. At ſi legamus quæ Ioſephus, & ex ipſo Euſeb. Cæſarienſ. lib. 3. hiſt. Eccleſiaſt. c. 6. de IESV filio Ananię, quem Iudęi ad Præſidem Romanum duxerunt, vt ab eo flagellaretur, quem dicunt multis

Suarez non rectè Chriſti flagellationem aſſecutus.

flagris

flagris vſque ad oſſa laniatum, ſupra etiam multos, flagellationis acerbitate, ſub flagellis interijſſe, longè maiorem flagellationum numerum deprehēdemus. Et Patres numeroſiſsimam Chriſti flagellationem deſcribūt. Bernardus de Paſsione Domini, *Nec pepercit amariſsimis verberibus virgineam carnem totam diuellere, plagis plagas, liuoribus liuores crudeliter infligere*. Quare Lanſperg. hom. 50. de Paſsione Domini, dicit cuidam ſancto viro fuiſſe reuelatum, quod ſi quis centū orationes Dominicas quotidie diceret, poſt viginti annos, ſingulis guttis ſanguinis, dixiſſet vnum Pater noſter, aſcenderētque ad ſummam guttarum 230005.

Chriſti flagellatio numeroſiſſima.

230005. ſanguinis guttas in ſui flagellatione Chriſtus effudit. Pia commemoratio.

10. *Ideò ſicut in exemplari manifeſtè patet, &c.* Quamuis flagellatio Chriſti ita piorum animos ſoleat doloribus opplere, vt ſilentio ac lachrymis concipi magis, quam voce, vel ſcriptis explicari queat; tamen vt piorum virorum charitas, ac deuotio iuuetur, lubet de Chriſti ad columnam flagellatione, quædam hic breuiter tangere.

Quæſtiones de Chriſti flagellatione.

1. Quomodo Chriſtus columnę fuerit alligatus, ſcilicet an brachijs, an collo, an medio corpore, an etiam tibijs.

2. Qualis ea colūna fuerit, an alta, an humilior, ad modū baſis, vt ita, manibus colligatus, vndiq; vapulare poſſet.

3. Quoties Chriſtus fuerit flagellatus.

4. Quot fuerint miniſtri Chriſtum flagellantes.

5. Quibus flagellis.

QVOMODO CHRISTVS COlumnæ fuerit alligatus, an collo, an manibus, an tibijs, an medio pectore.

NIceph. lib. 1. cap. 30. videtur innuere collo ligatum, ita enim habet, *Pilatus flagellum de collo eius ſuſpendit, & ſanguinarijs carnificibus flagellandum permittit.*

Chriſtus ad columnam collo ligatus.

Io. Aquilanus ſerm. de amara Chriſti paſsione, dicit Chriſtum manibus retro ligatum ad columnam. E contra B. Virgo apud Brigittam lib. 4. cap. 70. & lib. 1. cap. 10. dicit, *Chriſtus ſponte columnam amplectens, funibus ligatur.* Alij ex eo, quod Actorum cap. 21. legunt Agabum de Paulo prophetaſſe, quod manibus, pedibuſque ligandus eſſet, inferunt Chriſtum manibus, ac pedibus columnæ eſſe reuinctum. Io. Eckius tract. de Paſsione Chriſti, artic. 4. conſiderat. 4. dicit Chriſtum manibus, pedibus, ac collo columnę aſtrictum fuiſſe. Theophylus hiſtoricus dicit, Chriſtum primò manibus poſt terga reuinctum, mox vinculis illis ſolutis brachijs adeò dirè fuiſſe aſtrictum, vt in brachijs excreſcens tumor, ſanguinem, ex rupta ſub vnguibus cute, exprimeret. Philippus Diez ſerm. 2. de paſsione Domini, dicit collum, manus, & pedes marmoreę columnę fuiſſe alligatos. Cuius dicti optimam adducit rationem, vt nullatenus, inquit, verbera poſſet euitare. A. Gellius lib. 12. cap. 3. dicit non ſolum manus ligari ſolitas, ſed etiam crura.

Chriſtus ſponte columnā amplectitur.

Chriſtus manibus, pedibus, ac collo columnæ alligatus.

Dira ligatio.

Ego verò, etſi Chriſtum, Pilati iuſſu, ſemel tātum flagellis cęſum credo, Chriſtum tamen columnę bis alligatum puto: primò quidem in domo Caiphę ea nocte, qua captus, atque à Caipha, & ſexaginta ſex Senioribus mortis reus fuit proclamatus, tum etiam, vt cautius cuſtodiretur, columnę creditur, vinctis poſt terga manibus, alligatus, multiplices illuſiones tota nocte ſuſtinuiſſe. Deinde vero, cum Pilati iuſſu, flagris acerrimè vapulauit. Huic autem columnę in Pilati domo, dum flagellis cęderetur, cenſeo non ſolùm manibus, pedibus, ſed medio etiam corpore, fortè etiam collo alligatum. Et manibus quidem, ac pedibus, vinctum comprobat ratio ſuprà adducta, vt verberum ictus declinare, atque euitare non poſſet. Medio verò corpore fuiſſe aſtrictū, ex ijs, quę Euſeb. Cęſarienſ. tradit lib. 8. hiſt. c. 10. *Ad columnā*, inquit, *diſtrictos homines*, alia verſio legit, *Quoſdam vero columnis*

Chriſtus Pilati iuſſu ſemel flagellatus.

Chriſtus in domo Caiphæ columnæ alligatus.

Chriſtus manibus, pedibus, ac medio etiam corpore columnæ adſtrictus.

ita for-

Digitized by Google

ita fortiter adſtringebant, vt pedibus non ſubſiſterent: huc facit illud Plauti.

Abducite hinc intrò, atque ad columnam fortiter adſtringite. Hoc idem colligitur ex ijs, quę habentur Act. 22. *Et cum adſtrinxiſſent eum loris, vt flagellarent*. Chriſtus ipſe apud S. Brigittam lib. extrauagantium reuelationum, c. 51. dicit, *Funibus ligatus ſum, & quaſi in prælo punitus*. B. V. lib. 1. reuelationum, cap. 10. dicit, *Cum Chriſtus acerrimè flagellatus eſſet, vnus ſuperueniens exclamauit, dicens: Nunquid illum iniudicatum interficietis, & vincula ſecuit.*

Chriſtus columnæ alligatus quaſi in prælo punitus.

Ex quibus, multiplicibus vinculis Chriſtum nouimus alligatum. Quia verò infra oſtendemus, Chriſtum vtraque ex parte vapulaſſe; ideò cùm primò columnam amplexus, tergum dederit flagellantibus, poſtea vinctis poſt terga manibus denuo adſtrictum infra oſtendemus, vt in anteriori quoque parte flagellaretur.

Chriſtus columna bis alligatus.

QVALIS FVERIT ILLA COLUMNA, *cui Chriſtus alligatus, flagellis caſus eſt, altane, an humilis.*

Columna Chriſti cruore cōſperſa.

ALTAM fuiſſe eam columnā, cui Chriſtus adſtrictus, & in qua flagellis contuſus eſt, plurima tum teſtimonia, tum argumenta ſuadent. Hieronymus tomo 1. epiſt. 27. ad Marcellam dicit, Oſtendebatur illi columna marmorea, porticum ſuſtentans Domini, aſperſa ſanguine, cui adſtrictus, & flagellatus dicitur. Cui adſtipulatur Nazianz. orat. 1. ad Iulianum, dicens, columnas cruoris plenas: & Prudentius, *Perſtat adhuc, templumq́; regit veneranda columna*. Paulinus epiſt. 34. Niceph. lib. 8. c. 30. Idem quoque tradit Burchardus in deſcript. Terrę ſanctę, itin. 6. Gregor. Turonenſ. lib. 1. de gloria martyrum, c. 7. Chriſtianus Adricomius in Theatro Terræ ſanctæ, in deſcriptione Hieruſalem, num. 6. qui docet huius columnę partem nunc monſtrari, in monte Caluariæ; aliam partem Conſtātinopolim tranſlatam, & inde Romam in Baſilica Vaticana. Columna autem porticum ſuſtentans debet eſſe alta, & non humilis. Altam quoque fuiſſe colligimus ex ijs, quæ ſanctiſsima Virgo reuelauit S. Brigittæ, dicens, Chriſtum ſpontè columnā amplexum, mox ligatum. Accedit & illud, quod ſupra diximus, Chriſtum brachijs, medio etiam corpore columnæ fuiſſe alligatum, fortè, & collo; humili autem columnæ non potuiſſet ita fortiter adſtringi.

Columna ad quam Chriſtus vapulauit, templum ſuſtentat.

At verò columnam, qua Chriſtus aſtrictus vapulauit, non altam, ſed humilem fuiſſe, oſtendit columna illa, quæ Romæ in Baſilica S. Praxedis, in ſacello, quod hortus Paradiſi dicitur, aſſeruatur, & magna inuiſentium deuotione colitur.

Columna ad quam Chriſtus cæſus eſt alta fuit.

Eam ego ſępè, ſępiuſque deuotionis ergo inuiſere, dū Romę eſſem conſueueram; ea ex marmore eſt, colore cœruleo, albis intermicantibus maculis, griſeum colorem appellant, alij, cuius diameter, inferius fere pedem, ſuperius verò dodrante minor, altitudo tres circiter palmos, & dodrantem ad inſtar baſis, inſerto in ſuprema parte ferreo annulo, cui reſtis insereretur, qua alligatus Chriſtus flagris cædebatur, cuius ſchema infra dabitur. Talem etiam columnam flagellationi maximè congruam eſſe, ratio ipſa ſuadet, cui alligatus Chriſtus, vndique commodè vapulare potuit. Eam ego columnam cum ſæpius contemplarer hęc mecum animo cogitabam. Si ea tota, atque integra eſt columna cui Chriſtus alligatus vapulauit, quomodo tàm humilis columna porticum ſuſtentare potuit? ſi verò eſt tantum pars, quomodo tam tenuis, ſubtiliſque columna, adeò altè excitari potuit, vt celeberrimi templi ab Helena magnificè extructi, amplam porticum ſuſtentare potuerit. Accedebat & illud, quod S. Praxedis parietibus inhærens pictura, integram eam columnam exprimebat, qualem præſens exhibet ſchema.

Columna cui Chriſtus alligatus eſt Romæ oſtenditur.

Columnę in templo S. Praxedis deſcriptio.

Humiliorem fuiſſe columnā, in qua ſontes flagellarentur.

Atque

Digitized by Google

CHRISTVS COLVMNÆ ALLIGATVS.



Digitized by Google

Chriſtus columnis duabus aſtrictus.

Atque hoc mecum ipſe contemplás, in eam deueniebam ſententiam, Chriſtum Seruatorem noſtrum duplici columnæ alligatum, vni quidem in domo Caiphæ, vbi poſtquam Caiphas cum ſexaginta ſex ſenioribus lethalem eam ſententiam in Chriſti caput pronunciaſſet, dicens, *Reus eſt mortis*, tota ea nocte Chriſtus vinctus cuſtoditus eſt, & innumerabilibus ignominijs, ac vexationibus agitatus, pugnis, calcibus, alapis, flagellis cæſus eſt.

QVOTIES CHRISTVS *flagellatus fuerit.*

Chriſtus an bis flagellatus fuerit.

QVIDAM recentiores, quibus videtur Maldonat. in cap. 27. Matth. num. 23. adhærere, Chriſtum bis flagellatum docent, primò quidem Pilato iubente ad emendationem; iterum verò, vt conſuetudo ſeruaretur Romanorum cædentiũ flagellis, quos crucifixione necabant Ioan. Eckius in Paſsione Chriſti, artic. 4. conſid. 5. dicit Chriſtum bis flagellatum, & hanc dicit eſſe communem Doctorum ſententiam. Fauet huic ſententiæ Beda: fauet & illud, quod Pilatus ad correctionẽ tantum Chriſtum flagellans, non ita durè Chriſtum flagellaſſe putandus eſſet, ſicuti Chriſtum conſtat fuiſſe flagellatum.

Huc accedit, quod ſolus Ioan. dicit, *Tunc ergo apprehendit Pilatus* IESVM, *& flagellauit*. Cęteri verò Euangeliſtæ, præcipuè Matth. & Marcus dixerunt, IESVM *autem flagellis cæſum tradidit eis, vt crucifigeretur*.

Chriſtus Pilati iuſſu bis flagellatus non eſt.

At ſententiam hanc, vt nouam, ita etiam minus probabilem cenſent Cornelius Ianſenius, 2. p. Concord. Euangelicæ, & Card. Toletus in cap. 19. Ioan. annot. prima, Suarez, in 3. p. tomo 2. diſput. 35. ſect. 2. Lyran. in cap. 19. Ioan. Volunt igitur Chriſtum ſemel flagellatum fuiſſe, ante latam à Pilato mortis Chriſti ſententiam; itaque interlocutoria tantum ſententia flagellatum.

Duarum ſententiarũ conciliatio.

Ego verò media incedens via, vtramque ſententiam facilè & explico, & tueor, vt non ſolùm controuerſia omnis dirimatur, ſed etiam præcedentis dubitationis, de duplici columna allata ſententia firmius, atque efficacius confirmetur. Sciendum eſt ergo, quod etiam ſi hac de re Euangeliſtæ nihil ſcripſerunt, eo quod vt ſupra in primo operis huius capite, fuſius comprobaui, omnia paſsionis Chriſti myſteria non ſcripſerunt, tamen poſtquàm Caiphas in Cathedra peſtilentiæ ſedens, cum conſilio malignantium impiam illam in Chriſti caput ſententiam protuliſſet, dicens, *Reus eſt mortis*. Chriſtum impijs miniſtris tradidit cautè, vſque dum illuceſceret, cuſtodiendum, grauiſsimiſque ignominijs afficiendum, præcipiens eis, vt illum tutò cuſtodirent. Protinus turba ſatellitum Chriſtum in teterrimum carcerem, in eiuſdem Caiphæ palatio exiſtentem, (cuius adhuc dicuntur extare veſtigia) conijciunt: ibi ad lapideam columnam, vinctis poſt terga manibus, ligant, pugnis, calcibus, colaphis, alapis, loris, flagellis contundunt, lacerant, ſuamque in eum rabiem effundunt, adeoque crudeliter tractant, vt proximum morti, vix non vita priuarint; Hæc autem quamuis apud Euangeliſtas non leguntur, ea tamen nobis tanquam indubitata grauium Doctorum auctoritas conſignauit, ita D. Bernardus in lib. de Conuiuio Crucifixi, B. Laurentius Iuſtinianus, lib. de triumphali agone, cap. 10. S. Anſelmus, tractatu de Paſsione Domini, Bernardinus Buſtus in Paraſceue, Ludolphus de vita Chriſti, Lanſpergius in Theorem. de Paſsione Chriſti, Gulielmus Pipinus, in ſtatione tertia Chriſti patientis, vbi etiam Hieronymi auctoritatem affert, quod paſsio, quam Chriſtus ea nocte ſuſtinuit, nunquam perfectè cognoſcetur, niſi in die

Caiphas Chriſtum vinctum tradidit miniſtris cuſtodiẽdum.

Chriſtus in carcerem coniectus.

Chriſtus ea nocte malè afflictus.

Quæ Chriſtus ea nocte ſuſtinuit, nunquam plenè cognoſcentur, niſi in die iudicij.

Digitized by Google

in die iudicij, iuxta illud Nahum 3. *Reuelabo cunctis gentibus ignominiam tuã.* Confirmat hæc omnia Salignatus, tomo 7. cap. 2. Bredembachius in deſcriptione Hieruſalem, num. 17. Ex quibus conſtat, Chriſtum ea nocte columnæ alligatum, flagellis cæſum, (iuxta illud: *Caſtigatio mea in matutinis,*) ſequenti verò die Pilati iuſſu, ſemel tantum, ſed tamen longè acerbius, longèque immitius flagellatum. Fit hoc maximè veriſimile, quia ſi circunſtantias flagellationis obſeruemus, quæ à Matth. Marco, ac Ioanne deſcribuntur, vbique eaſdem deprehendemus; nam quando à Pilato Chriſtus flagellis cæſus eſt, tunc etiam clamide coccinea indutus, ſpinea corona redimitus, arundine manu impreſſa deluſus, & alia perpeſſus eſt, quæ ex Euangelijs habemus. At hæc omnia, conſtant facta eſſe, ante latam mortis ſententiam, quæ vnica fuit flagellatio.

Chriſtus miniſtrorum rabie flagellis cæſus, Pilati verò iuſſu ſemel flagellatus.

* Nec obſtat, quod ea flagellatio facta ad emendationem videatur mitior fieri debuiſſe: Faterer enim, ſi res tota ex Pilati mente facta fuiſſet: At verò, vt obſeruant Ioan. Eckius, Ludouicus Granatenſis, & ex recentioribus plurimi, Iudæi pecunia data impios miniſtros corruperunt, vt Chriſtum ita malè tractarent, vt etiam ſi à Pilato abſolutus dimitteretur, non tamen ſuperuiuere ampliùs poſſet.

Iudæi ſanguinarios milites data pecunia corrumpunt, vt Chriſtum dirè flagellis necent.

Ad illud autem, quod obijciebatur, quod ad ſeruandam Romanorum legem debuerit Chriſtus flagellari, vt crucifigeretur, reſpondeo, iam prima vice Pilati iuſſu iuſto, æquoque nimis, flagellatus erat, vt flagellatione iterata opus non eſſet.

Cur Chriſtus poſt latã mortis ſententiam, non fuerit iterum flagellatus.

Ad vltimum reſpondeo, illud potiùs ſententiam noſtram confirmare; quod ſemel flagellatus fuerit, quia ſubditur, IESVM *flagellis cæſum tradidit eis, vt crucifigeretur*: quando autem cæſum? niſi quando *apprehendit Pilatus* IESVM, *& flagellauit.*

QVOT FVERINT MINIſtri Chriſtum flagellantes.

QVIDAM legentes illud Io. 19. *Tunc ergo apprehendit Pilatus* IESVM, *& flagellauit*, dixerunt Chriſtum à Pilato proprijs manibus flagellatum. At hoc inſulſum eſt: nam flagellaſſe dicitur, quia ſua auctoritate flagellandum* decreuit; ita enim qui per alium facit, per ſe facere videtur. Formam autem ſententiæ, qua Pilatus interlocutoria ſententia Chriſtum ad flagella damnauit, hanc ex vetuſtis annalibus refert Adricomius, in deſcriptione Hieruſalem, num. 57. IESVM *Nazaræum virum ſeditioſum, & Moſaicæ legis contemptorem, per Pontifices, & Principes ſuæ gentis accuſatum, expoliate, ligate, & virgis cædite. I lictor, expedi virgas.* Ego verò ſuſpectam hanc ſententiam habeo; nam ſi lictori præcepit, cur à multis vapulat. Et ſi virgis cædendum damnat, cur lora, & flagella taxillata adhibent? Sed ad propoſitum quæſtionis redeamus.

Pilatus Chriſtum proprijs manibus non flagellauit.

Sententia flagellationis à Pilato prolata.

Ioan. Aquilanus ſerm. de amara Chriſti Paſſione, dicit, duos fuiſſe, qui Chriſtum validè flagellarunt.

Paulus Robertus dicit fuiſſe quatuor; ita & Lanſpergius, lib. 3. elucidationis in Chriſti Paſſionem, quibus fatigatis ſucceſſerunt alij.

Alij plures fuiſſe tradunt, qui iteratis vicibus Chriſtum flagellauerunt, vt ſcilicet alijs flagellando defatigatis, alij viribus integris ſuccedentes, flagellarent. Philip. Diez, 2. de Paſſione, S. Vincentius ſerm. de Paraſceue, dicit fuiſſe ſex, qui etiam ad hoc confirmandum auctoritatem adducit Euſebij, & Chryſoſtomi, in illud Eſaię, *Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum.*

Ego verò incertum numerum arbitror, multos tamen eos fuiſſe conſtat, quia certum eſt, tempus flagellationis non adeò longum fuiſſe, expectabat enim Pilatus, vt eum publicè cæſum oſtenderet populo, ac liberaret. Ex alia

Quot fuerint miniſtri Chriſtum flagellantes incertum eſt.

Digitized by Google

Miniſtri Chriſtum flagellantes plures fuerunt.

alia parte conſtat Chriſtum ſæuiſsimè laceratum, & numeroſiſsima flagellatione diſſectum, plures ergo fuerunt, qui eum flagellarunt. Addo, quod Chriſtus flagellatores nomine canum, vitulorum, & taurorum appellat Pſal. 21. *Circundederunt me canes, vituli multi, & tauri pingues obſederunt me*. An fortè eodem figuræ genere dicta hæc opinabimur, quo etiam ille dixit.

Vbi viuos homines mortui incurſant boues,

Per boues taureas, & flagella, & lora bou'lla intelligens, ita & vituli, & tauri Chriſtum circundantes. Confirmant hoc Sanctiſsimæ Virginis verba ad B. Brigittam, lib. 1. reuelationum, cap. 10. *Filius meus manus applicuit ad columnam, quas inimici ſine miſericordia ligauerunt. Conſurrexerunt autem inimici eius, qui fugientibus amicis vndique aſtabant, & flagellabant corpus eius,* & lib. 4. cap. 70. *Tunc vnus inimicorum eius dixit aſtiſtentibus lictoribus, vultu hominum hunc ſine iudicio occidere, & cauſam mortis eius veſtram facere?*

Miniſtri Chriſtum in flagellatione, vix nô occiderunt.

QVIBVS FLAGELLIS CHRISTVS *flagellatus ſit.*

Pia meditatio flagellationis, & flagellorum Chriſti.

IOANN. Maldonatus in cap. 27. Matth. num. 26. dicit, hoc conſtare non poſſe, & inanis curioſitatis eſſe iſta perquirere. Ego verò inanem curioſitatem non opinor, at valdè piam, & ſalutarem inquiſitionem: ſi enim docuit Ariſtoteles, lib. 2. de Cœlo, textu 34. propter Cœli dignitatem, nobiliorem eſſe, vel leuem cœli cognitionem, vel exacta horum inferiorum notitia: cur etiam vel leuem notitiam eorum, quæ circa Chriſtum, Chriſtique paſsionem accidere potuerunt, nô opinabimur præſtantiſsimam?

Ipſe tamen cenſet non flagella adhibita, ſed virgas, quibus Romani vtebantur; propterea enim Lictores ante Conſules virgas geſtabant. Verum hic auctor, alioqui cordatus, maximè hac in re differentiam flagellorum à virgis, non aduertit, & crucifigendos prius non virgis, ſed flagellis cædi ſolitos, non intellexit. Euthymius Zigabonus dicit flagella ex funiculis, loriſque contexta fuiſſe. Alij faſciculum ſpinarum opinantur. Alij etiam catenas adhibent. Alij primo funes craſsiores. Alij mox additos ſcorpiones. Alij fuſtes ſpineas. Alij taureas. Alij taxillata flagella.

Flagella ex funiculis.

S. Vincentius ſerm. de Paraſceue, primo ſpinis, & vepribus Chriſtum flagellatum, mox flagellis aculeatis, tandem etiam catenis, in quorum extremitatibus vnci ferrei adhærebant, ideò vepribus durè, flagellis durius, catenis duriſsimè flagellatum. Confirmat hoc ex Euſebio Emiſſeno, & Chryſoſtomus in id Eſai. 53. *Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum*. Quam doctrinam ſecuti ſunt Magiſter Hiſtoriæ Scholaſticæ, Pipinus, & Lanſpergius.

Chriſtus an ſpinis vapularit. Chriſtus aculeatis taxillatiſque flagellis cæſus.

Sunt autem flagella taxillata eiuſmodi. aut colligatis oſsiculis, aut aciculis ferreis, & taxillis, quæ non ſolum concutiendi, ſed etiam pungendi, & feriendi vim habent. Conſueuiſſe autem eiuſmodi flagellorum genera in vſu eſſe, tum Romæ, tum alibi, ſic confirmo ex teſtimonijs à Iuſto Lipſio allatis, cui hac in re plurimæ habeantur gratiæ. Euſtatius ἀστραγαλωτὰς μάστιγας, id eſt, flagra talaria, quæ ſcilicet ex talis inſertis confecta ſunt. Apud Athenæum lib. 4. virgis, & loris taxillatis cędi. Apuleius lib. 8. flagrum pecuinis oſsibus catenatum. Alibi flagellum contortis tęnijs lanoſi velleris prolixè fimbriatum, & multiiugis talis ouium taxillatum. Plutarchus contra Celſ. meminit flagelli taxillati.

Flagella taxillata quæ. Taxillatis flagellis Romanos vſos.


B. V. Chriſti flagellationi interfuit.

Tamen B. Virgo, quæ flagellationi interfuit, nec vepres, nec ſpinas, nec catenas, nec Scorpiones nominauit, ſed ſolum flagella infixis aculeis.

Aculeatis flagellis Chriſtus cæſus.

Fuiſſe autẽ eiuſmodi flagella Chriſti flagellationi adhibita, infinita vulnera

ACVLEATVM FLAGELLVM.



G nera

Digitized by Google

nera quæ ex Chriſti corpore S. Sindon accepit, oſtendunt. Tum quia Romæ in Eccleſia ſanctæ Mariæ, in via lata, inter cæteras Reliquias oſtenditur taxillatum eiuſmodi flagellum, quo Chriſtus flagellatus dicitur. B. Brigitta lib. 4. cap. 70. *Flagellis aculeatis infixis aculeis, & retractis non euellendo, ſed ſulcando totum corpus eius laceratur.* Lanſpergius lib. 3. elucidationis in Chriſti Paſsionem, dicit, *Ligato Domino acceſſerunt quatuor viri robuſti Chriſtum flagellaturi, & flagellis, virgis, ac ſcorpionibus, in quibus erant vnci ferrei, Chriſtum flagellarunt.* Idem repetit homil. 32. de Chriſti Paſsione. Et in corde beatæ Claræ de Cruce teſtatur Iſidorus Muſonius, in eius vita, inter alia Paſsionis Chriſti inſtrumenta, quæ eius cordi Chriſtus impreſſerat, etiam nunc videri flagellum, ex quinque flexis neruiculis nodis pluribus reuinctum. Accedit illud, quod ex perſona Chriſti dicitur Iob 16. *lanceis ſuis conuulnerauerunt lumbos meos*, nam ad inſtar lanceolarum feriunt.

Chriſti flagellum Romæ aſſeruatur.

Cor B. Claræ crucis myſteria, & alia paſſionis inſtrumenta inſculpta oſtendit.

11. *Nec ſolum vna ex parte &c.* Hoc ſatis apertè indicant ſectiones multæ, ſexcentæque plagæ, quas vtraque ex parte corporis Chriſti S. Sindon accepit Theophylus hiſtoricus. Primò fuit ligatus manibus ad tergum; & rurſus vinculis illis ſolutis, ligatus fuit cum ligaminibus, adeò ſtrictis circa brachia, quod caro cum cute de ſuis manibus rupta eſt, & purus ſanguis ex eius vnguibus exiuit.

Chriſtus columnæ bis alligatus.

12. *Cum ſancti Euangeliſtæ nullam huius rei mentionem fecerint, &c.* Cur Euangeliſtæ non omnia ità minutatim ſcripſerunt, lege ea, quæ in capite primo à nobis hac de re dicta fuerunt.

Euangeliſtæ cur omnia paſſionis Chriſti myſteria non ſcripſerint.

13. *Tenacibus adeò vinculis.* Ego verò Chriſti vincula, non in ſolo Sampſone, ſed etiam in Iſaac alligato, & poſito ſuper ſtrue lignorum Geneſ. 22. in Sidrac, Miſac, & Abdenago, qui ligatis manibus, pedibuſque in fornacē miſſi ſunt, fortè & in Achior, quem miniſtri Holophernis manibus pedibuſque ad arborem ligauerunt, poſt vrbem captam mox occidendum, figurata puto.

Vinculorum Chriſti figuræ.

QVAM DVRA, ATQVE acerba fuerit Chriſti flagellatio.

HORRIBILEM acerbitatem flagellationis clementiſsimi Seruatoris noſtri, quam lachrymis proſequi, pro dignitate non poſſumus, argumentis, atque auctoritatibus indicemus. Eam enim ſæuiſsimam, atque acerbiſsimā Chriſto extitiſſe, ex multiplici capite cognoſcimus.

Flagellatio Chriſti ſæuiſſima fuit, & cur.

Primò quidem, ex maximè delicata Chriſti corporis complexione, erat enim innocentiſsima, atque Virginea illa caro, adeò delicata, adeò mollis, vt nunquam ità leniter flagellaretur, quin mox ſanguis exiret: teſtis eſt Beatiſsima V. quæ hoc Sanctæ Brigittæ reuelans, lib. 1. cap. 10. rationem quoque ſubijcit, dicens, *Quia caro*, inquit, *eius ex mea carne deſumpta erat.* Adde, quod à Spirituſancto formata erat. Deinde verò, quia Chriſtus, matre præſente, flagellatus, non ſolum cruciatus ſuos, ſed etiam magis inclitæ Matris languores doluit. Fuiſſe autem B. V. Chriſti flagellationi præſentem, tum ipſa B. V. lib. 1. reuelationum, cap. 10. & lib. 4. cap. 70. expreſsè fatetur, ſed etiam S. Anſelmus, cum alijs Patribus, quos infra afferemus, oſtendunt. Præterea, quia nudus Chriſtus flagellis maceratus eſt. Nuditas autem tantæ Chriſti honeſtati opprobrio fuit, vt per Dauid dixerit, *Operuit confuſio carnem meam.* Licet enim Chriſtus non habuerit carnem peccati, habuit tamen carnem ſimilem carni peccati. Amplius autem, ligationem ipſam ad columnam, quam putas inuictæ regiæ

Quam delicata fuerit Chriſti caro.

B. V. Chriſti flagellationi interfuit.

Chriſtus nudus flagellis cæſus.

Ligatio Chriſti quam fuerit ignominioſa.

Chriſti

Digitized by Google

Chriſti libertati ignominioſam 'extitiſſe; audi quid hac in re Bernardus tractatu de Paſsione Domini, cap. 4. dicat, *Indignum*, inquit, *facinus fuit, Chriſtum vincire funibus. Cum enim cuidam Regi vulnerato dictum fuiſſet, vt ſe ligari permitteret, donec ſagitta extraheretur, reſpondit: Non decet vinciri Regem, libera ſit Regis ſemper, & ſalua poteſtas.*

Non decet ligari Regem.

Simile quid legimus de Sereniſsimo D. Sebaſtiano Luſitanorum Rege vltimo; is enim cum Muleo Auda Malciceo bellum intuliſſet, ſed ab eodem bello ſuperatus, ac captus eſſet, vitam ſub conditione ſeruare conabatur. Cum verò de conditionibus ageretur, in primis hoc ab hoſte victoria inſoleſcente poſtulatum eſt, vt Sebaſtianus Rex arma deponeret; porrecta illi eſt manus, vt enſem traderet. At Sebaſtianus, vt erat animo inuictus, licet prælio ſuperatus eſſet, enſem tradere noluit, dicens, *Regia libertas non niſi morte amittitur.* Cum verò Dauid Abner conditionem defleret, lib. 2. Reg. cap. 3 dixit: *Nequaquam, vt mori ſolent ignaui, mortuus eſt Abner, manus illius non ſunt ligatæ, pedes illius compedibus non ſunt aggrauati.* At verò quod Abner ſolatio fuit, Chriſto Regi conceſſum non eſt. Amplius autem ex flagellantium numero ſupra explicato, acerbitas flagellationis exprimitur.

Regia libertas nō niſi morte amittitur.

Abner laus, quod eius manus ligatę non ſint.

Præterea, ex qualitate flagellorum, de quibus ſupra. Deinde, ex ſæuitia Iudæorum, qui (vt ſupra oſtenſum eſt) veriti ne Chriſtus à Pilato abſolutus dimitteretur, ſanguinarios carnifices pecunia corruperunt, vt Chriſtum adeò immaniter flagellis cæderent, vt etiam ſi abſolueretur, ac dimitteretur, tamen ſuperuiuere non poſſet amplius.

Denique, hoc apertis auctoritatibus comprobatur. Chriſtus apud S. Brigittam lib. extrauagantium reuelationum, cap. 82. *Vide*, inquit, *me abiectiſsimum in flagellatione.* lib. 1. reuelationum, cap. 30 & 35. Sed ipſa Sanctiſsimæ Virginis verba afferamus, lib. 1. reuelationum apud eandem S. Brigittam, cap. 10. *Vidi corpus eius verberatum, & flagellatum vſque ad coſtas, ita vt coſtæ eius viderentur. & quod amarius erat, cum retraherentur flagella, carnes ipſis flagellis ſulcabantur. Cumque filius meus totus ſanguinolentus, & totus ſic laceratus ſtabat, vt in eo non reperiretur ſanitas, nec quid flagellaretur; tunc vnus concitato in ſe ſpiritu, quæſiuit, nunquid interficietis eum ſic iniudicatum? & ſtatim ſecuit vincula eius. Inde filius meus induit ſe veſtibus, & tunc locum, vbi ſtabant pedes filij mei, totum repletum vidi ſanguine, & ex veſtigijs filij mei cognoſcebam inceſſum eius, quo enim procedebat, apparebat terra infuſa ſanguine.* Eadem ferè reperiuntur lib. 4. capite 70. S. Bernardus tractat. de Paſsione Domini, cap. 4. *Quantum ſanguinem credimus vinculis inhæſiſſe, cum Dominus flagellatus eſt, & ſanguis eius in aëra ſaltaret.* Nazianzen in carmine de Chriſto patiente, poſt flagellationem dicit Chriſtum omni ex parte manaſſe ſanguine. Contemplatur Chriſtum Robertus Aquinas articul. 2. Paſsionis Chriſti, dolore primum, præ debilitate nimia in terram cadentem, & ſuo ſe in ſanguine volutantem. Adhæreo ſententiæ Io. Feri, quod Chriſtus adeò dirè tractatus ſit, vt *niſi ei nouas vires patiendi cupiditas ſubminiſtraſſet, reſpirationis inopia, ſanguiniſque profluuio, inter lictorum manus vitam finiſſet.* Admirabile eſt, quod Lanſpergius ait homil. 50. de Paſsione Domini; Vulnera Chriſti ex multiplici flagellatione inflicta fuiſſe quinque millia, quadringenta, & ſexaginta. Et licet non tot in Sindone conſpiciantur, huius ratio eſt, quod vulnus ſuper vulnus inflictum eſt, iuxta illud Pſalm. 68. *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt*, & Iob 16. *Conſcidit me vulnere ſuper vulnus.*

Corpus Chriſti vſque ad coſtas laceratum.

Locus vbi Chriſtus flagellis cæſus eſt ſanguine inundabat.

Hoc mare æneum.

Chriſtus omni ex parte ſanguine manabat.

Chriſto nouas vires patiendi ardor ſuppeditabat.

Plagæ in flagellatione Chriſti inflictæ numer. 5460.

CUR CHRISTUS TAM acerba flagellatione voluerit flagellari.

Chriſtus tam dirè flagellari voluit, vt Patri de rigore iuſtitiæ ſatisfaceret.

MISERABILIS huius flagellationis, quam Chriſtus pro nobis ſuſtinere voluit, cauſas plurimas aſsignare poſſumus, quod ideò innumerabilibus plagis affici voluerit, vt non ſolum Patri de toto iuſtitiæ rigore ſatisfaceret, ſed etiam, vt *copioſa eſſet apud eum redemptio*, Pſalm. 129. *Vt quemadmodum abundant Paſsiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundet conſolatio noſtra*. Rom. 8. Quod ad patientiæ exemplum horribili cruciatu laniari voluerit. Quod nil tam horridũ, tamque abominabile fuerit (peccatum ſemper excipio) quod noſtri cauſa pati recuſarit. Verùm duas alias valdè inſignes, ac præclaras rationes ſubijciam. Altera eſt, quod Chriſti erga nos amor tantus fuit, vt non niſi heroico ſigno nobis commendari debuerit. Atqui plurima valdè heroica amoris ſigna, atque exempla inter mortales extitiſſe Chriſtus agnouerat. Fuit enim inſigne Charitatis facinus, dum pro ſuæ gentis ſalute Codrus Athenienſium Rex mortem oppetijt, volens, vt Iuſtinus lib. 2. hiſtoriarum tradidit. Memorabile mutui amoris exemplum Pithias, atque Damon exhibuere, cum vterque pro vtriuſque ſalute caput in diſcrimẽ adducere, mortemque ſtatuit occumbere; cuius beneuolentiæ heroicum ſignum admiratus Dionyſius ille Siciliæ Tyrannus, vtrique vitam condonauit. Val. Max. lib. 4. cap. 7. Heroicum amoris exemplum poſteris reliquerat Zopyrus (vt perfidum Sinonem omittam) qui adeò Darium Perſarum Regem amauerat, vt ad eius vrbem ſeruandam ſe flagellari, naſo, auribuſque priuari, palpebraſque oculorum, oriſque labia præcidi paſſus ſit. Chriſtus ergo ne extaticus, atque immenſus eius in nos amor vllo, vel heroico facinore, aut ſuperari, aut etiam exæquari videretur, ſummo, atque excellentiſsimo artificio eum nobis commendatum, atque teſtatum voluit, ideò maximè probroſam, atque acerbiſsimam mortem pro noſtra ſalute ſuſtinuit. Altera verò eſt, quam acutiſsimè doctiſsimus Rupertus excogitauit, lib. 1. de Trinitate, & eius operibus, in cap. 22. Deut. capite verò ſuo 19. ideò flagellatus eſt Chriſtus, vt Gentilem Eccleſiam ſibi deſponſaret, nec eam repudiare amplius poſſet; hoc autem quanam ratione ex Scripturis eliciatur, aduerte. Adſit Dominus, vt congruè loquar. Scriptum eſt Deuter. 22. *Quod ſi quis uxorem ducat, ac deinde odio illam habens, velit ei libellum dare repudij, dicens: Non inueni eam Virginem, nolo eam. Afferent*, inquit, *parentes puellæ ſigna Virginitatis eius, coram Senioribus, & accuſabunt virum illum coram eis. Ipſi verò cognito, quod malum nomen vxori imponere tentet, vt aliam ducat, faciant eum flagellari, & condemnent eum centum ſiclis argenti, habebitque eam vxorem, nec poterit dimittere eam omnibus diebus vitæ ſuæ.* Quid hoc eſt? Obſcura lectio, occultum, ſed grande myſterium. Vir iſte Chriſtus erat, qui ineffabili Incarnationis myſterio Gentilem ſibi Eccleſiam deſponſarat, pro ea carnem aſſumens, ſed eam faſtidire, atque odiſſe videbatur, nomenque peſsimum illi imponebat, dicens; *In viam gentium ne abieritis, in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis*. Et rurſus. *Non eſt bonum ſumere panem de manibus filiorum, & dare canibus*. Quid igitur? Ecce coram Senioribus accuſatus eſt, & flagellis acerrimè cæſus eam perpetuò ſibi deſponſatam habere compellitur omnibus diebus vitæ ſuæ, pro qua etiam mori dignatus eſt.

Nil tam durum atque abominabile, quod Chriſtus noſtra cauſa pati noluerit.

Chriſtus charitatẽ ſuam in nos heroico ſigno commendare voluit.

Codri in gentem ſuã amor, pro qua mortem ſpõtè oppetijt.

Pithiæ, & Damonis fidelitatis, & amicitiæ exẽplum.

Zopyri in Darium Perſarum Regem amor.

Chriſti amor omnẽ amorem vicit.

Chriſtus flagellari voluit, vt gentilitiam ſibi deſponſaret Eccleſiam.

Chriſtus Gentibus malũ nomen videbatur imponere.

Chriſtus Gentilitiam Eccleſiam reſpuere non poteſt.

14. *Cæterùm pius lector hæc omnia meditaturus, &c.* Superbum animal eſt homo, ideò cum illi ex ſua ſententia ſuccedunt omnia, Dei obliuiſci, Deũ etiam contemnere didicit; at verò cum af-

cum afflictione, atque anguſtia premitur, tum Deum agnoſcere, quærere, obſecrare conſueuit, diuinumque expectare, vbi omne humanum abripitur auxilium.

Diuinum auxilium expectandum vbi humanũ præſidium decit.

En clarum exemplum in Rege Moab qui proſperis in rebus inſoleſcens, Regibus Iſraël tributum denegat: & graui obſidione preſſus Dijs primogenitum libat; ſed cur primogenitũ offert? Doctores diſſentiunt, quia Rex Moab audierat à Sapientibus, quòd omnia Iſraelitis proſpera euenirent propter Abraham, qui filium ſuũ primogenitum obtulit in ſacrificium.

Rex Moab cur filium immolarit.

At Paulus Burgenſis, hoc refellit, dicens, Regem Moab audiſſe à Sacerdotibus ſuis, quod Iſraëlitæ immolarent filios ſuos Moloc Deo Ammonitarum, ideò, & ipſe filium ſuum obtulit: Sed Matthias Doring. Burgenſem impugnat: at Rabbi Salomon illum defendit: ſed vtcumque res ſe habeat, conſtat ſacrificium fuiſſe impium; tum quia, abſque Dei iuſſu filium occidit innocentem, tum quia filium falſis Dijs obtulit ſacrificium, ſiue Chamos Deo Moab, ſiue quod peius fuiſſet, Moloc Deo Ammonitarum: hac enim immani ceremonia ſacrificium Moloc Deo Ammon fiebat, vt docet Toſtatus. q. 3. in cap. 16. 4. lib. Reg. Erat Moloc ſtatua ænea concaua, in qua ignem accendebant impij eius Sacerdotes. Cum verò iam igne candeſceret, filios in ipſius manu ſacerdotes imponebant, ibique cremabantur. ne verò eiulatus infantium audiretur, timpanis, ac tubis perſtrepebant, donec paruulus eſſet abſumptus, tum verò populis ſuadebant, paruulos ſine dolore ad beatitudinem euolaſſe, ijs verò, qui filios obtuliſſent, proſperè cuncta euentura.

Sacrificiũ Moab impium.

Moloc Deus Ammonitarum quis. Moloc igne ſucceſus pueros cremabat.

Impia ſuperſtitio.

15. *Hinc ad Beatiſsimam Virginem ſe conuertendo, &c.* Cogitanti mihi de amariſsima, atque atrociſsima Chriſti flagellatione, flere magis conuenit, quã aliquid dicere. Ita enim hæreo, ita afficior, vt incertum mihi maximè relinquatur, debeam ne magis Chriſti paſsionem, an Mariæ compaſsionem meditari; *Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet*: at diuiſam paſsionem cum matre Chriſtus habet, ſcinditur caro Chriſti flagellis, ſed eiſdem etiam matris cor ſcinditur, nec minus Mariæ cor, quam Chriſti corpus laceratur, fluit ſanguine Chriſti corpus, fluunt lachrymis matris oculi. Atrox ſpectaculum, horrida ſcena, in qua cum Chriſti patientia decertat tortorum ſęuitia, & Chriſti cruciatui, matris cruciatus adiungitur. Quod tam ſæuum pectus, quod tam ferreum cor, quod Chriſti flagella non ſcindant, ſanguis non leniat, & matris lachrymæ non emolliant? Flagellatur Chriſtus, adſtat mater, cum filio mater cruciatur, languentem, anxium, anhelantem, ſpirantem, animam agentem, ſpiritum quodammodo exhalantem mater conſpicere cogitur, nec remedium præſtare, nec ictus moderari, nec ſupplicia retardare, nec plagas tergere, nec dolorem lenire poteſt. Et Beatiſsimam quidem Virginem Chriſti flagellationi interfuiſſe teſtatur S. Auguſtinus lib. meditationum cap. vltimo, Anſelmus opuſculo de Paſsione, & ipſa Sanctiſsima Dei Genetrix, apud B. Brigittam, lib. 1. cap. 10. & lib. 4. cap. 70. cuius verba hoc loco cenſui ſubſcribenda, *Conſurrexerunt autem inimici eius, & flagellabant corpus eius ab omni macula, & peccato mundum. Ad primum igitur ictum, ego quæ aſtabam cecidi quaſi mortua, & reſumpto ſpiritu vidi corpus eius verberatum, & flagellatum vſque ad coſtas, ita vt coſtæ eius viderentur.*

Apoſtrophe ad B. V.

Chriſtus cum matre paſſionem diuiſit.

Ierogliphycum pietatis ſignum.

Quantus Virginis dolor.

Chriſtus dum flagellaretur, Mater eius quaſi mortua concidit.

16. *Rurſus meditabitur eandem.* En nouum pietatis ſpeculum, En noui doloris ſpectaculum. Chriſti corpus è Cruce depoſitum, ſanguine tectum, vulneribus obductum, deſpectum, & nouiſsimum virorum, quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, in pientiſsimæ Matris ſinu conſternatum Hæc con-

Pietatis ſpeculum

templare anima mea, & vbique paſcua mæroris inuenies: dolet, languet, angitur mater, adeoque feruentes effluunt ex oculis matris lachrymæ, vt, quod omnem ſenſum doloris euincit, lachrymabile dictu ſanguineæ etiam lachrymæ ex intemeratæ matris oculis erumpunt; ita Theophylus hiſtor. cuius fragmenta in hiſtor. Paſsionis colligunt in antiquiſsimo manu ſcripto, quod in celebri noſtri monaſterij Bononiæ bibliotheca aſſeruatur. Sed quomodo, & cur Beatiſsima Deipara filium poſt mortem in ſinum ſuum exceperit, ipſam audiamus loquentem apud S. Brigittam, lib. 4. reuelationum, cap. 70. *Alijs*, inquit, *recedentibus, ego recedere non potui, ſed iam quaſi conſolata ſum, quod corpus eius iam de Cruce depoſitum contingere potui, & in ſinum recipere, vulnera explorare, & extergere ſanguinem. Deinde os eius digiti mei clauſerunt, & oculos pariter compoſui.* Eadem ferè habentur lib. 1. cap. 10. lib. 2. cap. 21. Et adhuc Hieroſolymis oſtenditur locus, vbi B. Virgo Chriſtum è Cruce depoſitum in ſinum ſuum excepit, diſtans à loco, in quo Crux fixa erat in Caluariæ Monte, greſsibus tredecim. Ita Paſcalis in deſcriptione Terræ Sanctæ die 225. & Chriſtianus Adricomius in deſcriptione Hieruſalem, num. 225.

Sanguineas lachrymas B. V. oculi fundunt.

B. V. corpus Chriſti è cruce depoſitum, in ſinum ſuum excipit.

ALPHON-

Digitized by Google

ALPHONSI PALEOTI
ARCHIEPISCOPI II. BONONIENSIS.

SACRAE SINDONIS EXPLICATIO.

De modo Crucifigendi, deque Seruatoris titulo; & quam ob rem Pilatus illum mutare noluerit. Caput Sextum.

AD, 1. crucem fabricandam, ita vt apta redderetur, vt damnatorum manus, & pedes clauis in illa adfigerentur, lignum erigebant, illudque cum alio iungebant, quod ex tranſuerſo ſuperinductum, & ipſum, Crucem cum tranſuerſo appellare conſueuerant, quemadmodum Iuſtinus refert. 2. Id autem ex tranſuerſo obliquatum lignum, in quo manus adfigebantur, à Iacobo Patriarcha, tanquam inumbratum fuiſſe, & Damaſcenus, ac Tertullianus adnotarunt: quando intermutatis ille manibus, & tranſuerſim deductis, Ioſephi filijs benedictionem impertiuit ſuam: nam dextra ſuper Ephraim, ſiniſtra verò ſuper Manaſſem poſita, qui ambo obliquati ante ipſum à parente benedictionem ſuſceperunt, Crucis manifeſtè ſignum, formamque prætulit.

Crucis figura.

Dialog. cum Trypho.

Tertul. de Bapt. c. 8.

Damaſc. lib. 4. de fid. ortho. c. 18.

Verum, Crux ipſa, D. Iſidori, illam cum patibulo noſtris hiſce temporibus vſitato, conferentis, teſtimonio, tormentum non ſolum grauiſſimum, ſed diuturnum fuit. Sic inquit ipſe, *Maior eſt pœna Crucis, quam patibuli; nam patibulum ſtatim appenſos exanimat: Crux autem affixos diu cruciat. Unde, & in Euangelio latronibus vt morerentur, & de ligno ante Sabbathum deponerentur, crura confracta ſunt, quia ligno ſuſpenſi, cito*

Supplicium Crucis acerbum.

Originum de pœnis in legibus conſtitutis lib. 5.

mori

D. Aug. *mori non poterant.* D. etiam Auguſtinus ipſum ex diuturno cruciatu,
tract. in duriſſimum ſupplicij, ac mortis genus appellat; quo nullum exſta-
Ioan. 31. bat acerbius, *Supplicium,* inquit, *ideò durius erat, quia diutius cruciabat:*
& omnes crucifixi longa morte necabantur. Alio quoque loco ſubdit, *Illa* Tractat.
morte peius nihil fuit inter omnia genera mortium. Hinc eſt, quod Crux i- 36.
pſa, mors appellatur acerba, quod tamdiu ſuffixos diſcruciet, dicen-
te Seneca, *Acerbiſſima crudelitas eſt, quæ pœnam trahit, & miſericordiæ ge-* De Bene-
nus eſt, citò occidere; quia tormentum vltimum finem ſui ſecum affert. 3. ficijs.
Atqui, ne quidquam Cruci deeſſet, quod illam ad ſummam crude-
litatis atrocitatem eueheret; eandem in locis editis, ac frequenta-
tis, vti in montibus, & publicis in vijs erigebant, vt damnatus ad
Crucem, maiore ſui cum ignominia ab omnibus inſpiceretur. Hoc
In Decla- totum Quintil. refert, addens, hoc ob eam cauſam factitatum, vt
mat. illius ex aſpectu populi commoueri, & metu à ſcelere deterreri poſ-
ſent, *Quoties,* inquit, *noxios crucifigimus, celeberrima eligantur via, vbi*
plurimi commoueri, plurimi hoc metu intueri poßint.

Cic. in Id ipſum à Tullio habemus, dum explicat, Crucem Pompeia in
Verrem. via collocatam extitiſſe. Cui conſentit ſententiæ Cornelij Taciti Anno vr-
authoritas. bis 15.

Ita Seruatori Crux in Caluario monte, veluti publio in loco, ere-
cta fuit, quippè qui cæteros inter omnes emineret, quod quidem Po- Lib. 6.
licrates obſeruauit, cũ dixit, Iesv *Domino noſtro, & Seruatori, in mon-*
te Caluario, vt in loco publico, & eminenti Crucis ſupplicium fuit aßignatum.

Cur titu- 4. Crucis autem ignominiam titulus adaugebat, qui ſupplicij
lus Cruci cauſam patefaciebat. Id à Suetonio colligimus, huiuſce tituli men- In Cali-
præfigere- tionem faciente, quem ante illos, qui ad Crucem damnabantur, fe- gula, cap.
tur. rebant; & id etiam Dion his verbis explicat: *Literis cauſa mortis ape-* 38.
riebatur. Nec alij deſunt, hoc totum, qui referant. In Domi-

Hoc idem in Seruatoris Iesv innocentiſſimi morte ſeruatum tiano. c.
10.
Euſeb. lib. fuit; vt ex pluribus ſacræ Euangelicæ hiſtoriæ locis colligere datur; De ſerua.
5. c. 1. quin potiùs Hæbrei, vt ſuam magis perfidiam, atque acerbitatem lib. 20.
proderent, illius mortem maiore ignominia notare ſtuduerunt;
quippè qui in titulo illud admiſceri laborarunt, quod exprimeret,
Cur Pila- eundem Iudæorum affectaſſe Regnum. 5. Sed quoniam reuera
tus Cru- Rex erat illorum, diuina prouidentia factum, vt Pilatus inſcribi iu-
cis titulũ beret, Iesvs Nazarenvs, Rex Ivdæorvm; nec illud vnquã,
non im- vel ipſorum perſuaſus precibus, immutari voluit, ſed reſpondit,
mutaue- *Quod ſcripſi, ſcripſi.* Ita verò factum, quod Deus re ipſa comprobari D. Cyrill.
rit. iuſſerit, quod Pſaltes prænuntiarat, *In finem,* inquit, *ne diſperdas,* in Io. lib.
Pſal. 56. id eſt, non deleas. Sic enim D. Auguſtinus interpretatur, dum aſ- 12 c 31.
D. Aug. ſerit huiuſcemodi de Seruatore titulum, per Vatem fuiſſe prædi- D. Iſid. de
161. & ctũ. Cui ſanè interpretationi DD. Cyrillus, ac Iſidorus, Euthymius Paſſ. Do-
tract. 117. mini. cap.
41.
quoque

Euthym. in Matt. c. 67. — Theoph. in Luc. 23.

quoque, ac Theophylactus ſubſcribunt, & hoc totum diuinæ prouidentiæ acceptum referunt.

Atqui, quod diuina prouidentia titulus ille fuiſſet excogitatus, Crucique confixus, D. Cyprianus luculento ſanè teſtimonio comprobat, *Pontius*, ait, *Pilatus infuſa mente a Deo, accepit tabulam*, &c. *Et titulum ſcripſit tribus linguis, & in capite ligni clauis tabulam cum nomine Regis Iudæorum confixit.*

De Montibus Sina, & Siō.

6. Cæterùm, titulus iſte Seruatori perbellè conuenire viſus eſt, tanquam, qui de hoſtibus triumphum ductaret maximo Regi; cum præſertim vetus inoleuiſſet mos, in triumphis arcatos extruere fornices, & in ipſis titulos, nomine, patria, dignitate, & deuictarum gentium prænomine, triumphantis ad laudem, peregregiè inſcriptos. Hinc factum, vt iſti ſanctiſſimo cœli, terrarumque Regi, in triumpho, quem deuictis diabolo, morte, ac peccato, reportauit, Crucis arcum erexerint, infixo titulo, in quo nomen IESVS, Nazarena patria, Regia dignitas, ſubditi quoque Iudæi inſcripti fuere.

7. Ac eiuſmodi fortaſſe de titulo illud Iſaiæ vaticinium extitit, *In die illa erit Altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini iuxta titulum eius, & erit in ſignum, & teſtimonium Domino, & mittet eis Saluatorem, & propugnatorem, qui liberet eos.*

Modus crucifigēdi reos.

8. Igitur Cruce hunc in modum comparata, vel quod ſine indumentis facilius ſanè reus clauis poſſet adfigi, vel quod maiorem inde ignominiam contraheret, veſtibus omninò exuebatur, & hoc modo denudatus in Cruce extendebatur, diductiſque brachijs, & manibus ad loca, in quibus configi debuerant appoſitis, crucifigebatur. Aliquando tamen Crux ipſa ſuper ſolum extenſa iacebat; & in ea tribus aliquoties, quaternis, vt plurimum, clauis reus ipſe configi ſolebat, vti refert Antonius Gallonius. Aliquando etiam Cruce in terra defixa, & manibus tractis per funes, pedibus itē ad loca pertractis illa, in quibus clauis ſuffigēdus reus erat, ita crucifigi ſolebat.

De SS. Martyrum cruciatibus. c. 1. — Lib. 2. c. 58.

9. At huiuſmodi nuditatis conſuetudo ab Arthemidoro colligitur, dicente: *Crucifigi noxium erat diuiti, quia pauper redigebatur, cum nudus crucifigeretur.* De Dionio quoque Martyre legimus, ipſum veſtes exutum, ſubleuatis in cœlum oculis, & actis Deo gratijs, ſemet in ligno extendiſſe, in quo clauis adfigi debebat.

Matth. c. 27. Marc. 15. Luc. 23. Ioan 19. — Medit. vitæ Christi c. 78. Vita Christi, p. 2. c. 63.

10. Hæc omnia in IESVM CHRISTVM exempla ſunt edita, nam veſtes illi detractæ. Quod ex eo ſatis apertè colligitur, quod milites ipſius indumenta ſunt inter ſe partiti, quod quidem, & Euangeliſtæ teſtantur, & D. Bonauentura refert; illud etiam animaduertens, Seruatorem iam tertiò denudatum extitiſſe, *Spoliatur*, inquit, *etiam, & nunc tertia vice coram tota multitudine, renouantur fracturæ per pannos carni applicatos.* Hoc idem Landulphus quoque teſtatur.

Chriſtus tertio denudatus. — Die 6. in Paſſ. Do.

Vaticiniũ de nuditate Christi.

Mich. c. 1. *Gen. c. 9.*

11. Verum Seruatoris nuditatem Micheas Propheta prænuntiauit; *Vadam*, inquit, *ſpoliatus, & nudus faciam planctum*. Ad hoc iſthæc eadem in Noë nuditate adumbrata fuit; de illo enim ita legimus, *Nudatus eſt in tabernaculo*. Sic D. Cyprianus interpretatur, *Inuenimus*, inquit, *in Geneſi circa Sacramentum Noë figuram Dominicæ paſſionis illic extitiſſe, quia nudatus eſt*. Cum D. Cypriano autem cæteri Patres ſentiunt, præcipuè verò D. Auguſt. Rupertus Abbas, & Eucherius.

D. Cypr. epiſt. 63. *Rupert. in Gen. lib. 4. c. 30.* *Eucher. ibid. lib. 2.*

D. Aug. de Ciuit. Dei, lib. 16. c. 9. Et contra Fauſtum, lib. 12. c. 24.

12. Atqui Chriſtum crucifixum denudari conſentaneum maximè fuit, vt, quemadmodum primus omnium Parens in Paradiſo nudus habitarat, ita etiam ſecundus Adam, dum denudatus, Crucis ſupplicium ſubiret, ſemet accingeret, qui in Paradiſum ingrederetur. Velut DD. Athanaſius, & Ambroſius referunt: *Decebat, quum hominem introduceret in Paradiſum, exuere tunicas quas Adam accepit, cum è Paradiſo eijceretur*. Et qualis in Paradiſo homo primus nudus habitauerat, talis in Paradiſum ſecundus intrauit.

D. Atha. de Paſſ. & Cruce. *D. Ambr. lib. 10. in Luc. 23. cui titulus, Chriſtus qualis crucem aſcenderit.*

De vita beata cap. 19. *Arthem. libro 2. cap. 58.* *Lactant. lib. 4. c. 5.*

13. Ergo cum reus extenſis manibus in Crucis tranſuerſo ligno, & pedibus in priore, per longitudinem erecto ſtipite collocatis, collocatus iaceret, clauis adfigebatur. Teſtantur id Seneca, ac Arthemidorus; alter quidem quum dicat, *Quum refigere ſe crucibus conentur, in quas vnuſquiſque veſtrum clauos ſuos ipſe adigit*. Alter verò cum his vtatur vocibus, *Crucifixio clauifixio*. Nec ex his tantummodo habemus hunc inoleuiſſe morem, ſed ex alijs etiam, & præſertim à Couarruuia, clariſſimè demonſtrante crucifigendos clauis adfigi conſueſſe. *Crucifigendi*, inquit, *a Romanis, clauis figebantur*. Is autem crucifigendi modus erat, nam manum alteram hinc, alteram verò inde ſuffigebant; hoc eſt, primum quidem dexteram, mox verò ſiniſtram; 14. Sic enim in Seruatore Cruci adfigendo ſeruatum fuiſſe, Sancta Brigitta refert; & præterea idipſum teſtantur tum Archidiaconus, tum Ioannes Montholonius; 15. poſteà verò pedes configebant, adeò, vt alterum alteri ſuperinducerent. Et is vſitatus crucifigendi mos erat. 16. Plerumque etiã nos inualuit, damnatos funibus adſtrictos, Crucibus adligare, vt diutius acerbitate ſupplicij cruciarentur, antequam ipſos mori contingeret; quemadmodum D. Andream in Achaia Cruci deligatum, vbi flagellis cæſus eſt, Proconſulem conſtringi imperaſſe, legimus. *Proconſul eum ternionibus flagellorum cæſum, crucifigi præcepit; mandans nominatim quæſtionarijs, vt ligatis manibus, & pedibus, & non clauis affixus ſuſpenderetur, quo diutius cruciatu deficeret*. Sic Abdias conſcriptum reliquit: Hinc actum, vt glorioſus ille Apoſtolus integrum biduum ſuperuixerit. Quin etiam Euſebio referente, nonnulli Martyres in Ægypto hoc modo famæ ſunt necati. Alij præterea, vt DD. Timotheus, & Maura, nouem diebus in Cruce viui pependere. Iuſtinus quoque literis conſignauit, *Bomilcarem*

Variar. Reſolut.

Aliqui funibus ad crucem deligati, quo diutius torquerentur.

In vita S. Andreæ.

D. Andr. Apoſt. biduum in Cruce ſuperuixit.

Eccleſ. hiſtor. lib. 8. c. 8. *Hiſtor. li. 22.*

carem

milcarem patibulo ſuffixum in medio foro, magno animo crudelitatem ciuium tuliſſe, adeò, vt de ſumma Cruce, veluti de Tribunali, in Pœnorum ſcelera concionaretur.

17. Hoc itaque pacto denudatus, expanſis manibus, ſed clauis infixus CHRISTVS IESVS Dominus noſter, in Cruce pependit, & eodem modo noſtris ſemet obiectauit defectibus, & his omnibus, quæ noſtram ſalutem impediebant. Sic enim D. Gregorius Nazianzenus ſcripſit, *Ponens lignum aduerſus lignum, & manum aduerſus manum: Illa, inquam, fortiter extenſa aduerſus incontinenter extenſam: Illa clauis confixa, atque conſtricta, aduerſus remiſſam, & ſolutam. Illa orbis fines coniungentes aduerſus eam, qua Adamum è Paradiſo exturbauit. Idcirco ſublimitas aduerſus lapſum, & fel aduerſus guſtum, & ſpinea corona aduerſus prauum imperium, & mors aduerſus mortem, & tenebræ aduerſus lumen, & ſepultura aduerſus eam in terram reuerſionem, & reſurrectio propter reſurrectionem.* *Apolog. primo.*

18. Hic tu pie lector Chriſti dolores cum Virginis Matris doloribus coniungens, meditari poteris, quinam doloris ſenſus illius animam peruaſerit, cum dilectiſſimum filium denudatum, & brachia pandentem ſpectaret, & mollis culcitræ loco, in aſperrimo ligno pendentem, ſanctiſſimorumque complexuum loco, clauis adfixum, denique loco gaudij, quod capiebat ex veſtibus, quas illa ſua manu affabrè fecerat, eundem illis exutum, & milites magno cum deriſu ipſas inter ſe partientes præſens inſpiceret: Sic enim D. Cyrillus ait: *Milites cum riſu, & triumpho coram matre ad deriſionem Chriſti veſtimenta partientes.* Quocirca, iure quidem exclamare poterat: O quam verè Micheas de filio vaticinatus eſt meo. *Super hoc plangam, & vlulabo, & vadam ſpoliatus, & nudus.* Hinc illa ad natum conuerſa, illum alloquebatur ita; *Mi fili, iure ſanè optimo lamentabiles edere voces, & Patrem inter dolores compellare potes, ac ingemiſcens clamare, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquiſti, cum non minus quocunque ſolatio, quam proprijs indumentis denudatus exiſtas.* Tu etiam pie Lector, qualibet humana affectione denudatus, pijſſimo pectore Chriſti nuditatem, paupertatem, maximoſque cruciatus excipias, infelicem miſerando parentem, dum natum ſuum dilectiſſimum ad miſerrimam conditionem deductum inſpexit.

Conuerſio ad Beatiſſimam Virginē.

In Ioann. lib. 12, c. 33.

Cap. 1.

FRA-

Digitized by Google

FRATRIS DANIELIS MALLONII DE CRVCE ET TITVLO ELVCIDATIONES.

In CAPVT SEXTVM.

AD *Crucem fabricandam, ita vt apta redderetur,* &c. Artificioſa, atque magnifica eſt Crucis ſtructura, in qua tam multa myſteria referantur; ideò eius nobis ſtructura eſt declaranda. Cruces autem varia ratione fabricari ſolitas, ſatis accuratè oſtendit Lipſius lib. 1. de Cruce, qui crucem in ſimplicem, & compactam diuidit: ſimplicem eam vocans, quæ vnico tantum ligno, aut arbore vna: compactam, quę duplici ligno conſtat. Compactam verò potiſsimum in Andræa, nam quæ ſpeciem repræſentet Græcæ literæ,

X

& commiſſam, quæ erecto ſtipiti prçalto, aliud breuius transuerſum lignum supernè ita apret, vt alto ſtipiti nihil ſuperextet: qualem nobis repræſentat litera Græca

T

immiſſam, cum erecto ſtipiti lignū tranſuerſum supernè immittitur, ita tamen, vt erectū lignum promineat hac ratione.

✠ Scio, plures quoque alias Cruces varia ratione antiquitus fabricari ſolitas: legat, qui curioſius iſta perquirerit, Lipſium in tribus de Cruce editis libris. Verùm, vt multiplicem crucis ſtructuram ea potiſsimum ratione, quod neque ad rem noſtram faciat, neque eius ita frequens vſus antiquitus extiterit, & quod ſatis accuratè à Lipſio explicata ſint omittam, eam tamen omittere nolo, qua modo Iaponenſes vtuntur: ea enim maximè ab alijs differt, & rei ipſa nouitas, non ſolum ad huiuſce Crucis ſtructuram explicandam, ſed etiam ad nouum adſtringendi modum explicandum animum addit.

In primis igitur (vt ex Epiſtola Aloyſij Frois ad Claudium Aquauiuam habetur) præalto ſtipiti lignum tranſuerſum ita committunt, vt emineat erectum lignum: deinde vbi pedes quieſcunt, aliud tranſuerſum lignum, ſed ſuperiore tranſuerſo breuius, committunt, quo pedes vinciantur. Ex erecto ſtipite, qua parte crura aperiuntur, aliud lignum infigunt, vt illi ſuperſedere cruciarius poſsit, ac in Cruce commodius commorari. Hęc Crucis ſtructura eſt. Aſtringendi ratio hęc eſt. Cruce humi extenſa crucifigendus cum ſuis veſtibus ſuperſidet, manus, ac pedes non clauis, ſed aut funibus, aut manicis ferreis vinciuntur. Nec manus tantum, ſed etiam brachia, qua parte humeris adhæreſcunt ligari conſueuerunt, pedes non ſuperpoſiti, aut cancellati, ſed inferne prominentes tranſuerſo alteri ligno funibus, aut neruis ferreis vinciunt, tum Crux erigitur. Carnifex verò extracta è vagina, lanceam pectori, immò ac cordi infigit, & ſic crucifixi vitam multo cum ſanguine fundunt. Forma tum Crucis, tum crucifixi Cruci ſuperpoſiti, hæc ſit.

Hæc de Crucis ſtructura tunc dicta ſufficiant; cum ſtructuram huiuſmodi à Lucia-

Crucis ſtructura mirabilis.


Crux multiplex.

Crux Andræana.

Crux Iaponenſiū qualis.

Iaponenſes qualiter Cruci adſtringant.

Iaponenſes quos in crucem egerint, lanceis confodiunt.



Digitized by Google

à Luciano in iudicio literarum vocari
perniciosſam fabricam monuerimus.
Verum in multiplici hac Crucis differentia, meritò quis percontari poterit.

Crux fabrica perniciosa.

QVALIS NAM CRVX EA fuit, cui Christus affixus eſt?

CONSTAT non fuiſſe veluti Andreanam, verum an fuerit, vt commiſſa, an vt immiſſa; clarius dico, an tranſuerſo ligno erectum altè lignum prominens fuerit, necne, videre operæ pretium eſt. Et quidem non ſupra extitiſſe, illud facilè confirmare videbitur, quod alibi Crucem Tau ſigno præfigurari docuerimus. Monet autem acutè Hieronymus in cap. 9. Ezechiel. antiquitus apud Hæbreos Tau ſignum formam Crucis geſsiſſe, hac ratione. T Beda in quæſtionibus in Geneſim, vbi de victoria Abrahę loquitur, eam ligno T tau ſimilem facit. Voragineus ſermone de Paſſione Domini, dicit ſupra tranſuerſum lignum nihil prominere, niſi paxillum tituli. Idem docet Gulielmus Pipinus in ſtatione ſeptima Chriſti patientis. Fauet probabilis quorundam coniectura, quod Moyſes in deſerto lignum ſuſtulerit, figuram Tau exprimens, è quo ſupernè prominens ænei ſerpentis caput, Crucis figuram compleret, hac ratione.

Crux cui Chriſtus affixus eſt qualis fuerit.

Tau apud Hæbreos olim crucem præferebat.

Serpens æneus qualiter ligno ſuſpenſus fuerit.

Probabilius tamẽ ſit Crucem Chriſti hanc habuiſſe figuram.



Videturq; hac ratione nonnihil ad hanc Crucem alluſiſſe Apoſtolus ad Epheſ 3. dicens, *Vt poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, & profundum.* Quatuor poſituræ, quatuor indicant brachia Crucis. Huc facit illud Irenæi lib. 2. contra hęreſes Valentini, cap. 42. *Habitus*, inquit, *& figura Crucis, fines, & ſummitates habet quinque, duas in longitudinem, duas in latitudinem, vnam in medio, in qua quieſcit, qui clauis affigitur.* Iuſtinus in dialogo cum Triphone, poſt medium. Damaſcen. lib. 4. de fide, cap. 12. dicens, *Quatuor extrema Crucis per medium vinciunt.* Ruffinus in Symbolo; *Altitudinem eam crucis, quæ in aërem ſublimis attollitur: talem Conſtantinus pinxit in Labaro, & numiſmatibus.* Cyprianus libello de montibus Sinai, & Sion, dicit, *Pilatus impulſa mente à Deo, tabellam, & titulum ſcripſit, tribus linguis, & in capite ligni tribus clauis tabulam cum nomine Regis Iudæorum confixit.* Bernardus ſermone 65. in Cant. *Chriſtus*, inquit, *in ſua paſsione patientiam exhibet, humilitatem commendat, obedientiam implet, Charitatem perficit. His virtutum gemmis quatuor cornua crucis ornantur, & eſt ſuper omnia Charitas, à dextris obedientia, à ſiniſtris patientia, in profundo, radix vniuerſi, humilitas.* Et ſermone de floribus, ſic ait, *Crux tua fides eſt, cuius latitudo Charitas, longitudo Longanimitas, altitudo Spes, profundum Timor.*

Crux Chriſti quatuor habuit brachia.

Crucem qualem Conſtantinus pinxerit in Labaro.

Crucis quatuor cornua quid myſticè ſignificent.

2. *Id autem ex tranſuerſo obligatum lignum, &c.* De figuris Crucis ſatis ſupra dictum eſt in cap. 4.


3. *Atqui ne Cruci quicquam deeſſet, quod illam, &c.* Benè Ariſtot. punitiones Reip. medicinas eſſe dicebat: ideò qui cruciantur, & publicè, vt plurimum, & in locis frequentioribus necantur. Sæpè necati ibidem ad tempus relinquuntur, ad exemplum aliorum, imò & ad terrorem; ideò, & Apoſtolus dicebat, 1. ad Timoth 5. *Publicè peccantem, publicè argue, vt cæteri diſcant, & timorem habeant.* Ideò patibulum, non tam à patiendo, quàm à patendo dictum opinati ſunt quidam, quod qui cruciabatur, cunctorum patebat aſpectui. Polibius lib. 5. deſcribens crucifixionem Molonis dicit, *Eum ergo Rex in omnium maximè conſpicuo loco totius Mediæ crucifigi voluit.* Quare Cicero oratione 5. in Verrem, hoc quoque inter reliqua crimina Verri obijcit, quod Crucem in alto promontorio ſitam,

Pœnæ cruribus medicinæ.

Patibulum vnde dictum.

Digitized by Google

SERPENS ÆNEVS CRVCEM PERFICIT.



Digitized by Google

ſitam, vnde videri ab omnibus poſſet, alio transferri voluerit.

Caluariæ montis ſitus.

Caluariæ Mons inter Occidentem, & Septentrionem mediocriter altus vrbi Hieroſolymæ prominebat, ita Hieronym. lib. de locis Hæbraicis, & Adricomius in Theatro Terræ Sanctæ in deſcriptione Hieruſalem, numero 235.

4. *Crucis autem ignominiam titulus adaugebat, &c.* De titulo diſputaturi, à nominis ſignificatione trahamus exordium, ne ex nominis ignoratione, atque ex multiplici nominis ſignificatione, anceps, atque incerta noſtra reddatur oratio. Tituli enim nomen æquiuocum eſt: ideò cum vnicam formam habeat, multa tamen ſignificat. Titulus igitur Latinè, Grecè τίτλον, & Eccleſiaſticum. & etiam ſeculare nomen eſt: Eccleſiaſticum quidem; nam Eccleſiæ antiquitus tituli appellabantur. fortè, quia ſacra monumenta tituli dicebantur; quod ſatis apertè conſpicimus in factis Iacob, is enim cum ſcalam illam myſticam vidiſſet, ſacrumque locum agnouiſſet, *erexit lapidem in titulum, fundens oleum deſuper.* Geneſ. 28. & Geneſ. 31. aceruum lapidum in teſtimonium initi cum Laban fœderis excitauit, quem vocauit titulum, & tumulum teſtis, & aceruum teſtimonij, & Geneſ. 35. Iacob erexit titulum lapideum in loco, quo locutus ei fuerat Deus. Exod. 24. cum Deus locutus eſſet Moyſi, & ſeptuaginta Senioribus, qui Deum viderunt, erexerunt duodecim titulos. Ideò Deus Leuitici 26. idolatriam damnans, prohibet titulos dijs excitari, dicens, *Nec titulos erigetis.* Numerorum 33. *Confringite titulos, & ſtatuas.* Ideò in nouo teſtamento antiquitus Eccleſiæ tituli dicebantur. Prudentius hymno 12. de Paſsionibus Apoſtolorum dicit: *Parte alia titulum Pauli via ſeruat Oſtienſis.* Succedaneo verò tempore factum fuit, vt inſigniores tantum Eccleſiæ tituli vocarentur: nam Cletus Papa titulos deſignauit, quos auxit Euariſtus, & nunc etiam Eccleſiæ, ad quas S. R. E. Cardinales promouentur, tituli appellantur. Imò quilibet dum ſacris initiatur, debet ad titulum beneficij, patrimonij, vel religionis initiari.

Tituli nomen æquiuocum.

Eccleſiæ tituli dicebantur.

Eccleſiæ tantum inſigniores tituli ſunt appellati.

Tituli Cardinalitij.

Sepulchra tituli appellata.

Interdum ſepulchra inſignia tituli ſunt appellati. 4. Reg. 23. interrogat Rex Ioſias, *Quis eſt titulus ille, quem video?* Reſponſumque fuit. *Sepulchrum eſt hominis Dei.*

Crux titulus qualiter dicta.

Interdum titulus dictus eſt ſignum Crucis, quod in ſacris locis erigebatur, ſic in l. decernimus. C. de Epiſc. & Cleric. Nouell. 117. cap. 7. Eſt etiam titulus forenſe nomen, & ſeculare, interdum quidem ſignificat cauſam, qua quis bona aliqua poſsidet, dicitur enim ea poſsidere titulo hæreditatis, vel titulo emptionis, vel donationis, &c.

Titulus forenſis.

Interdum bona Principum ſigno publico notabantur, quod titulus vocabatur. Ideò in l. ſi quando. C. de bon. vacant. lib. 11. dicit Imperator: *Tituli quorum adiectione prædia noſtris ſunt conſecranda ſub. antijs, non niſi publica teſtificatione proponantur.* D. Aug. expoſitione 2. in Pſalm. 21. dicit, *Ne domum ipſius inuadat aliquis potens, ponit ibi titulos alterius potentis, titulos mendaces. Ipſe vult eſſe poſſeſſor, & frontem domus ſuæ de titulo alieno munire, vt cum titulus fuerit lectus, conterritus quis à potentia nominis, abſtineat ab inuaſione.* Titulos iſtos crederem eſſe veluti inſignia potentum, quæ quis pro foribus domus ſuę affigit, vt domum ſuam in potentis illius protectione ſitam eſſe præmonſtret, quæ etiam inſignia literis, & nomine illius potentis muniebantur.

Titulis præmunire domos quid ſit.

Tituli literis declarati.

Titulus pro Epitaphio.

Interdum titulus pro Epitaphio ſepulchris affixo ſumebatur, ita Auguſti milites ſepulchro Gordiani titulum appoſuiſſe leguntur literis Græcis, Latinis, Perſicis, Iudaicis; & Ægyptijs vt ab omnibus legeretur.

Interdum, pro qualibet inſcriptione præfixa

Digitized by Google

præfixa rebus. Ita Theſeus moribundus ſanguine vulnerum ſuorum titulum ſcripſiſſe fertur ſuper trophæum, in hæc verba, *Lacedæmones de Argiuis.* Ita Stobæus de Fortitudine. Verum quod ad rem noſtram facit, per titulum intelligere debemus cauſam damnationis, & mortis: nam quem Ioannes titulum dixit, Lucas ſuperſcriptionem appellauit, dicens, *Erat autem ſuperſcriptio*. Matthæus verò cauſam appellauit, dicens; *Impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam.* Tandem Marcus, Ioannis, & Matthæi quaſi verba coniungens, dixit; *Erat titulus cauſæ eius inſcriptus.* Ex quibus liquidò conſtat, in qua ſignificatione titulus ab Euangeliſtis accipiatur. Cauſa autem cur titulus damnatis ad ſupplicium preferretur, hæc eſt: quia adeò inhumanum, ac barbarum, atque ab humanitatis lege alienum videtur eſſe, hominem necare, vel turpi ſupplicio afficere, vt hominis occiſio horrorem hominibus incutiat, vt ex hoc maximè conſpiciatur, quantum hominis ſpontaneam necem ratio horreat, ac natura perhorreſcat. Quare, ſi interdum ex graui delicto mors homini ſit infligenda, ne Princeps tyrannidem exercere videatur, titulum præmittit, qui delicti grauitatem aperiat, indicetque non id ex mente Principis eſſe, quod ciuis necetur, ſed delicti atrocitatem iuſtitia ſic exigente, tale ſupplicium expoſcere.

Theſeus ſanguine ſuo titulum ſcribit moribundus.

Cauſa damnationis titulus dicebatur.

Titulus cur damnatis preferebatur.

Homicidium horret natura.

Porrò cauſa mortis non ſemper ſcriptis, ſed interdum viua præconis voce proferebatur, neque ſolum quando capitali ſupplicio eſſet quis puniẽdus; ſed & quando citra necem graui ſupplicio quis plecteretur.

Titulus viua voce declaratus.

Titulum qui cauſam mortis ſcriptis indicaret, legimus apud Euſebium Cæſarienſ. lib. 5. hiſtor. Eccleſiaſticæ, cap. 3. vbi dicit, *Cum in amphytheatrum inductus eſſet S. Attalus titulo ſe præcedente in quo ſcriptum erat, Attalus Chriſtianus.*

Quod verò etiam viua voce abſque ſcriptis cauſa mortis indicaretur, teſtatur Lampridius in Alexandro. Cum enim fontem quendam fumo necari iuſſiſſet, præconem aſtare, & frequenter valenti voce clamare iuſſit; *Fumo necatur, qui fumum vendidit.*

Fumo necatus qui fumum vendidit.

Quod verò titulus ſcriptus præcederet, etiam cum citra necem quis plectendus eſſet, conſtat ex Suetonio in Caio, cap. 32. *Manibus,* inquit, *abſciſſis, atque ante pectus è collo pendentibus, præcedente titulo, qui cauſam pœnæ indicaret, inter epulantium cœtus circumduci iuſſit.* Quod verò viua etiam voce ſupplicij citra necem cauſa redderetur, teſtatur illud Horatij Epodo 6.

Crudele ſpectaculum.

Sectus flagellis hic Triumuiralibus,
Præconis ad faſtidium.

Titulus autem Chriſti Cruci appoſitus, perſonam, patriam, & cauſam mortis indicabat. Iesvs, ecce perſonam. Nazarenus, ecce patriam. Rex Iudæorum, ecce cauſam. Hanc apertius indicari poſtulabant Iudæi dicentes; *Noli ſcribere Rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit: Rex ſum Iudæorum.*

Chriſti titulus quid explicaret.

Cvr triplici idiomate titulus ſcriptus fuerit.

Cvm titulum triplici idiomatè Hæbraico, Græco, & Latino ſcriptum legimus, non id putare debemus, titulum partim Hæbraicè, partim Græcè, partim Latinè conſcriptũ, ſed totus titulus integer Hæbraicè, totus Græcè, totus Latinè ſcriptus fuit, vt infra conſtabit.

Titulus qualiter Hæbraicè, Græcè, & Latinè ſcriptus fuerit.

Cur autem titulus pluribus linguis ſcriptus fuerit, facilè erit indicare; cauſa enim fuit, vt à pluribus legeretur. Vt enim conſtat ex lib. Actuum Apoſtolorum, cap. 3. *Tunc in Hieruſalem erant viri habitantes ex omni natione, quæ ſub Cœlo eſt;* quia ergo diuerſo loquendi, ac ſcribendi genere vtebantur, ideò & Apoſtoli in die Pentecoſtes varijs linguis vtebantur; ideò

Titulus pluribus linguis ſcribitur, vt à pluribus legatur.

Digitized by Google

etiam Pilatus pluribus linguis titulum ſcripſit. Ita legimus Auguſti milites ſepulchro Gordiani titulum appoſuiſſe literis Græcis, Latinis, Perſicis, Iudaicis, & Ægyptiacis, vt ab omnibus legeretur. Sed cur præcipuè tribus linguis, Iudaica, Græca, Latina? Alij reſpondent, quia iſtæ nationes clariores, etiam copioſiores erant cæteris, quæ tunc Hieroſolymis habitabant: ſed Sedulius myſterium in hoc Trinitatis agnoſcit. Prudentius verò addit: quia tres iſtæ nationes Chriſti fidem ardentius erant ſuſcepturæ.

Titulus ijs linguis ſcribitur quæ Chriſti fidem erant prædicaturę.

CVR TITVLVS PRIMO Hæbraico, mox Græco, tandem Latino idiomate ſcriptus?

Cardinalis Baron. laudatur.

ERVDITISSIMVS, atque abſolutiſsimus hiſtoricorum noſtræ tempeſtatis anteſignanus Cardinalis Baronius, anno Chriſti 16. videtur innuere primo loco Latinam inſcriptionem eſſe poſitam, motus auctoritate Nicolai Papæ in epiſtola ad Michaelem, quæ habetur in tomo 3. Concil. Cum enim ille Imperator in latinam linguâ debaccharetur, reſpondit Pontifex; *Latina lingua cum Hæbrea, & Græca in titulo Domini à reliquis diſcreta, inſignem principatum tenens, omnibus nationibus prædicat, Regem Nazarenum Regem Iudæorum*. Sed tamen in anno Chriſti 34. num. 119. clarius ſententiam ſuam declarans, explicat, quomodo Latina lingua primo loco dicatur poſita, vt principatum inſignem teneret. Cum tamen ex ea tituli parte, quæ Romæ aſſeruatur, conſtet Latinam inſcriptionem tertio loco eſſe poſitam, eo ſcilicet ordine, quem Ioannes exprimit, dicens; *Erat autem ſcriptum Hæbraicè, Græcè, & Latinè*. Et docet primo, id eſt honoratiore loco poſitum, hoc ipſo quod tertium in ordine locum obtineret: nam vt optimè probat Ioan. Gretſerus, lib. 1. de Cruce, vltimus locus honoratior erat apud Romanos. Teſtatur hoc idem Baronius Cardin. vbi ſupra, ex eo quod in theatro infimus locus erat Senatorum, ſummus verò plebis; in triumpho poſtremus, quia nobiliſsimus, erat Imperatoris. In triclinio vltimus, quia honoratior erat Conſulis: quare tum in ſedendo, tum in procedendo, tum in recumbendo, vltimus ordine, prior erat amplitudine. Ideò etiam Romani qui honoris, & maieſtatis ergo non niſi latinè reſponſa dare volebant, latinum etiam idioma cum reliquis coniungentes honoratiore loco, ſcilicet vltimo, illud condecorare maluerunt. Valer. Max. lib. 2. cap. 2. Suetonius in Claudio, cap. 18. Dio, lib. hiſtor. Rom. 57. Quare Ioſeph. lib. 14. antiquitatum, cap. 17. teſtatur, Reſcriptum Romanorum ad Hircanum, ſcriptum fuiſſe Græcè, & Latinè, primò Græcè, mox Latinè. Hinc collige veram eſſe eorum contemplationem, qui aſſerunt Titulum à Pilato ſcriptum ad maiorem Iudæorum erubeſcentiam. Pipinus ſtatione ſeptima Chriſti patientis; Ideò primo loco poſuit linguam Hæbream, tanquam contemptibiliorem, mox Græcam tanquam honoratiorem, tandem Latinam, tanquam omnium nobiliſſimam.

Latinæ linguę dignitas.

Latina lingua tertio loco honoris cauſa poſita.

Quis magnatum locus in theatro, triumpho & triclinio.

Vltimus locus tum in ſedendo tum in procedendo, tum in recumbendo nobilior.

Primo loco ponunt Hæbraicã, ad ignominiã Iudæorum.

Addamus igitur prudenti Prudentij doctrinæ, dum dicit Chriſtum triplici idiomate titulum ſcribi voluiſſe, quia tres nationes Chriſti fidem ardentius erant accepturæ. Quod Chriſtus Dominus eam ſibi propinquiorem adeſſe voluit, quæ eius Fidem ardentiſsimè exciperet, honeſtiſsimè coleret, ſcilicet Latinam, proximam huic Græcam, vltimo tandem Hæbream. Quid mirum ſi Latinum idioma proximum capiti tenens Chriſtus in Cruce, faciem quoque ſuam conuerteret ad Occidentem, quem Latinus populus incolebat?

Latinam linguam ſibi propinquiorem voluit Chriſtus, quia Latini Chriſti fidem ardẽtius erant ſuſcepturi.

Maiora adhuc addamus myſteria, quæ religioſus quidam, ac pius Frater Minorita,

Minorita, qui ſe ſimplicem appellat, doctrina tamen vere non ſimplex. Is ergo in hiſtoria Dominicæ Paſsionis, tituli huius myſteria ſic explicat, *Triplici famoſo idiomate ſcriptus eſt titulus, Hebraicè, Græcè, & Latinè, Hebræi Sacerdotium habebant, & Theologiam: Græci induſtriam, & ſapientiam: Latini Imperium, & Monarchiam. Chriſtus ergò vt verus Sacerdos, ſeipſum obtulit in Sacrificium: vt Theologus primam vocem tituli voluit eſſe* IESVM, *myſterijs ampliſsimam. Vt ſapiens, & induſtrius artem Diaboli optima arte deluſit, ideò Nazarenus, id eſt florens in ſapientia. Vt Rex, & Monarcha conſtitutus eſt Rex ſuper Sion montem ſanctum eius, & Rex in miſericordia. Quare profert edictum pietatis, dicens; Ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt, & ſic ſe declarat Regem Iudæorum. Adde, quod Iudæi ſigna quærunt, Græci ſapientiam, Romani imperia: ideò Chriſtus Iudæis ſignum eſſe voluit, Græcis ſapientia, Latinis imperium.* Admirabilis virtus huius tituli: idem enim refert, quod quidam deuotus religioſus, cum nocte ſe ad dormiendum componeret, conſueuerat frontem ſuam hoc titulo communire, cum memoria Paſsionis Chriſti. Quo mortuo in eius fronte inuentus eſt titulus Chriſti literis aureis ſcriptus, IESVS Nazarænus, Rex Iudæorum.

Mirabilis & acuta tituli explicatio.

Chriſtus Sacerdos, Theologus, ſapiens, artifex, Rex & Monarcha.

Chriſtus Iudæis ſignū, Græcis ſapiẽtia, Latinis imperium eſt.

Titulus aureis literis fronti Religioſi defuncti inſculptus.

TITVLVS QVALITER Cruci hæſerit.

An titulus fuerit pars Crucis.

AD DVBITATVM inter recentiores video, eſſet ne titulus pars integralis Crucis, vt ſcilicet in ipſo Crucis ligno ſcripta fuerint ea verba à Pilato; an potius tabella fuerit appoſita, & infixa Cruci, ſuper Chriſti caput. Io. Maldonatus in c.27. Matth. incertam rem eſſe dicit, vulgò tamen credi, & multò probabilius eſſe, fuiſſe tabellam infixam: Ego verò eiuſmodi doctrinam qua in parte dicit rem eſſe incertam, non amplector. Certiſſimum enim eſſe credo, fuiſſe appoſitam Cruci, idque ex Euangelio Ioan. colligi poſſe, cum crucifixo iam Chriſto dicit: *Scripſit autem & titulum Pilatus, & poſuit ſuper Crucem.* Præterea, Romæ in Eccleſia ſanctæ Crucis in Hieruſalem, oſtenditur formæ quadrangulæ, vt infra appoſito ſchemate oſtendetur. Tandem quia in Crucis inuentione titulus à Cruce ſeiunctus inuentus eſt, ita Ruffin. 1. hiſtor. cap. 7. Qualiter autem cruci affixus fuerit, docet S. Cyprianus lib. de montibus Sina, & Sion, dicens, *Pilatus infuſa mente à Deo, accepit tabulam, & titulum ſcripſit, tribus linguis, & in capite clauis tabulam cum nomine Regis Iudæorum confixit.* Alij Codices legunt, & tribus clauis tabulam confixit. B. V. apud B. Brigittam, lib. 4. cap. 70. *Tabula*, inquit, *tituli vtrique brachio Crucis ſuper caput eminenti affixa eſt.*

Titulus à Cruce ſeiunctus.

Titulus tribus linguis ſcriptus, tribus clauis affigitur.

Hinc noua doloris, ac mæroris paſcua pius contemplator inueniet, ſi conſideret quantum viuenti, atque è Cruce pendenti Chriſto cruciatum crucis tremor intulerit, dū titulus tribus clauis cruci præaltæ affigeretur.

Dolor Chriſti dum titulus Cruci affigitur.

TALIS AVTEM EST TITVLI forma, talis inſcriptio.

Forma tituli.

יחשוע הכצדי טלך חיתרים·

Ιησῦς Ναζώριος βασιλὶυς τῶν Ιουδαιῶν.

IESVS Nazarenus Rex Iudęorum.

IN quo titulo plura ſunt myſteria, quam verba: ponitur Nomen, IESVS, Patria, Nazarenus, Conditio perſonę, Rex, Correlatiuum Regis, Iudæorum. Verùm in aſsignanda cauſa, cur Pilatus hunc titulum ita inſcripſerit, (dicitur autem ipſe ſcripſiſſe, non quod proprio chirographo ſcripſerit, ſed quia auctoritate ſua inſcribi fecerit) non conueniunt Doctores, & alij aliam rationem aſsignant.

Titulus myſterijs refertus.

 Chryſoſt.

Digitized by Google

Titulus ad Chriſti excuſationem.

Chryſoſt. homil. 84. in Ioann. Vt Chriſtum excuſaret, tolleretque honeſto titulo mortis ignominioſæ infamiam. Licet enim cum latronibus crucifixus eſſet, erat tamen Rex Iudæorum.

Titulus Chriſto ad Iudæorum ignominiam apponitur.

Altera cauſa eſt, poſitum fuiſſe ad verecundiam Iudæorum, quia ignominia gentis alicuius eſt, Regis ipſorum opprobrium. Ideò dicebat illis Pilatus, *Ecce Rex veſter*. Et *Regem veſtrum crucifigam?* Cum autem obſtinatius obſiſteret populus, lauiſſetque Pilatus manus, voluit tamen Iudæorum pandere ſcelus, confeſſuſque ipſe eſt publicè, eſſe Regem Iudæorum: ideò Iudæi hoc animaduertentes, acceſſerunt ad Pilatum dicentes. *Noli ſcribere Rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudæorum*. Sed ipſe obfirmato animo in concepta ſententia perſtitit, dicens; *Quod ſcripſi, ſcripſi*. In quo ſumma Dei prouidentia apparet. Pilatus enim qui in gratiam Iudæorum Chriſtum crucifixerat, noluit tamen titulum conſcriptum mutare.

Cur Iudæi mutari titulum poſtularint.

Titulus Chriſti Iudæorum inconſtātiam coarguit.

Alij, volunt poſitum eſſe à Pilato ad confuſionem Iudæorum, atque ad notandam eorundem inconſtantiam, qui cum paulò ante in die Palmarum publicè Chriſtum Regem ſuum acclamaſſent, ſollennique pompa inaugurauiſſent, ſtatim conuerſi in amentiam, eum crucifigi poſtulauerant.

Alij, ad Chriſti ludibrium quod ἰρονικῶς Rex appelletur, ſicuti cum amicto purpura, ſpinea corona circundato. Chriſto milites inſultabant, dicentes, *Aue Rex*. Quia ergo ſe Regem faciebat, ita Rex in Crucis patibulo eſt nominatus.

Alij, etiam & communior eſt ſententia, quia ita conſuetudo erat Romanis, vt tam ignominioſæ mortis cauſa ad aliorum terrorem redderetur.

Titulum Pilatus ex ambitione ſcribit.

Alij, ſic inſcriptum titulum opinantur à Pilato, ex ipſius ambitione; tanquam ſibi gloriæ duceret, quod Regem Iudæorum morte affeciſſet, ita Palatius. Adonizeber gloriabatur ſe ſeptuaginta Regum manus abſcidiſſe.

Alij, quia Chriſtus ſe Regem dixerat, obiectumque fuit Pilato: *Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris: omnis enim qui ſe Regem facit*, &c. Tunc timuiſſe legitur Pilatus hos ſermones; ideò crucifixo Chriſto poſuit titulum, Rex Iudæorum, notauitque tribus linguis, vt in tāta populi multitudine notum fieret, quod ſic & alijs factum fuiſſet, qui Regnum Iudæorum affectaſſent.

Imò ne quis de cætero Regis Iudæorum nomen vſurparet.

VTRVM DVOBVS LATRONIbus appoſitus fuerit titulus.

NEGANT plurimi non ſolum inferioris Claſſis, ſed etiam ex Patribus. Ita Chryſoſt. homil. 84. Fauet Ambroſ. quod in inuentione Crucis dicit Chriſti Crucem ex titulo agnitam. Alijs tamen magis placet appoſitos titulos. Arg. quia ſi ſola Chriſti Crux titulum habuiſſet, ex foraminibus pro titulo potuiſſet dignoſci.

Latronibus tituli appoſiti.

5. *Sed quoniam reuera Rex illorum erat*, &c. Cum Africanus Antiſtes Cyprianus factum illud contemplaretur, in libro de montibus Sina, & Sion, dixit, *Pontius Pilatus infuſa mente à Deo, accepit tabulam, & titulum ſcripſit tribus linguis, Hebraicè, Græcè, & Latinè*, IESVS *Nazarenus, Rex Iudæorum*, & D. Auguſt. tractatu 117. in Ioan. *O ineffabilem vim diuinæ operationis etiam in cordibus ignorantium, nonne occulta quædam vox Pilato intus quodam, ſi dici poteſt, clamoroſo ſilentio perſonabat, quod tanto ante in Pſalmorum libris prophetatum eſt; Ne corrumpas tituli inſcriptionem*. Quemadmodum igitur Deus Caiphæ linguam mouit, vt non à ſemetipſo diceret, ſed cum eſſet Pontifex anni illius prophetaret, quia *expedit, vt vnus homo moriatur pro populo*. Ita etiam cor Pilati accendit, vt non à ſemetipſo, ſed diuina mente perfuſus, titulum conſcriberet, nullo vnquam tempore com-

Pilatus infuſa mente à Deo titulum ſcribit.

Occulta vox Pilato dictat titulum.

Caiphas, & Pilatus à Deo moti, vt de Chriſto loquerentur.

mutan-

Digitized by Google

mutandum. Hoc igitur eſt, quod in Pſalm. 59. annotauit Aug. *In finem non diſperdas*, id eſt, non deleas. Nullus aptior titulus excogitari potuit. Quod igitur diuina mente perfuſus titulum hunc conſcripſerit Pilatus, facilè ex eo colligi poteſt, quod titulus hic quatuor dictionibus continetur, quæ omnes oſtendebant Chriſtum non eſſe Cruci affigendum. Prima dictio eſt IESVS, quæ Saluatorem ſignificat, ſi ergo eſt Saluator, ergo non erat crucifigendus. Secunda eſt Nazarenus, quę floridum ſignificat, & innocentem, ſi ergo innocens eſt, ergo non erat crucifigendus. Tertia eſt Rex, ſi Rex non igitur ſeruili ſupplicio crucifigendus. Si enim Ionathas à morte ſeruatus eſt, quia erat filius Regis, multò magis Rex à Crucis ſupplicio eſt liberandus. Quarta Iudæorum, populi ſcilicet Deo chari, & pietatem profitentis, ergo non erat crucifigendus. Quid igitur mirum, ſi tot, tantiſque myſterijs reſperſus Chriſti titulus mutari non debuit.

Tituli verba oſtendunt Chriſtum non eſſe crucingẽdum.

Titulus cur mutari non debuit.

6. *Cæterùm, titulus iſte perbellè Seruatori conuenire viſus eſt, &c.* Cum mellifluus Bernardus in ſermone de Circumciſione, magnifica ea nomina contemplaretur, quibus Meſsias vocitandus ab Iſaia cap. 9. prædicebatur, dolebat maximè: quod in illis dulce IESV nomen non inueniretur, dicebatur ille quidem Admirabilis Conſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis: ſed dulce illud nomen, quod eſt mel in ore, melos in aure, iubilus in corde, non audiebatur: ideò quod tunc in veteri lege non inueniebatur, ecce in fronte Crucis, primo loco reperitur. Nec mirum, orabant ſiquidem Patres in veteri lege, *Vtinam diſrumperes cælos, & deſcenderes, vt notum fieret nomen tuum.* Ecce igitur quaſi diſruptum eſt cœlum, dum vt Cyprianus lib. de montibus Sina, & Sion, ait, in Chriſti Paſsione, *Tonitruis horribilibus, terraque concuſsionibus mundus concutiebatur. Tunc apertum eſt cælum, & notum factum eſt ſalutare hoc* IESV *nomen in fronte Crucis.* Quod ita magnificum, ita celebre eſt, vt ferè cum ineffabili nomine Iehouah videatur illud comparare Galatinus, lib. 3. de Arcanis ſacræ Scripturæ, cap. 12. qui etiam dicit, ab aliquibus putatum eſſe, hoc nomen eſſe tetragrammaton.

Meſsię nomina.

IESVS dulce nomen.

IESV nomen in cruce manifeſtatum.

IESV nomen an tetragrammaton.

Nazarenus, fuit hoc quoque nomen maximè Chriſti proprium. Mirum videbatur Nathanaeli, quod à Nazareth aliquid boni eſſet, cum tamen ab eo ſit omne bonum. Duo apud Hæbreos nomina valdè ſimilia, ſed ſignificatione valdè diſsimilia ſunt, ſcilicet *Nazer*, & *Nazzor*.

A Nazareth quãtum boni.

Primum eſt per *zain*; ſecundum per *zaddi*, vtrumque autem ſignificatum Chriſto conuenit: nam Nazir ſignificat conſeruare, vel tanquam ex eminenti ſpeculo alterius ſaluti proſpicere, quod vtique Chriſto conuenit, niſi enim ipſe cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilant, qui cuſtodiunt eam. Nazor autem Nazareum ſignificat, id eſt ſeparatum, vel floridum, vel coronatum, quæ omnia de Chriſto propriè dicuntur: ipſe enim ſegregatus eſt à peccatoribus, floridus in innocentia, & coronatus ſpinis in Cruce, gloria in cœlo; IESVS ergo coronatus eſt Rex Iudæorum. Nazareth etiã Vrbs, in coronę formam ædificata eſt. Adricomius in Theatro Terrę ſanctę. Rex, apud quoſdam magni nominis video incaſſum dubitatum eſſe, an Chriſtus, vt homo, eſſet Rex etiam temporalis totius orbis, & quis audeat hoc Chriſto negare? cum ſit *Rex Regum, & Dominus Dominantium, cui data eſt omnis poteſtas in cœlo, & in terra, vt dominetur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum*; Sed tamen cum ipſe ſit Rex orbis terrarum, maluit hic Rex vocari Iudæorum; Iudæus confitentem ſignificat; Chriſtus ergo Rex eſſe vult confitentium; Ideò Pſ. 2. dicit, *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper*

Nazaręus, & Nazareus Chriſtus.

Nazareth Vrbs coronę figuram habet.

Chriſtus Rex Regum.

Chriſtus vt homo, vere Rex totius mundi, etiam quo ad temporalia.

Digitized by Google

ſuper Sion montem ſanctum eius, qui eſt mons miſericordię, vt miſereatur confitentibus ſe. Angelus Chriſti Conceptionem Mariæ prædicens, addidit, *Regnabit in domo Iacob.* Cur non dixit in domo Abraham, vel Noe, vel Dauid? An quia in Iacob colligebātur filij, qui poſtea in duodecim tribus diuiſi ſunt, vt ſignificaret ſe in domo eorum regnaturum, qui vnitatem ſeruarent. An quia Iacob voce agnitus eſt ab Iſaac, licet manibus non agnoſceretur, quia Chriſtus Rex eſſe vult eorum, qui ipſum voce confitentur, & benedictionem præripere ſatagunt.

Chriſtus Rex miſericordiæ.

Chriſtus cur dicatur regnare in domo Iacob.

7. *Ac eiuſmodi fortaſſe de titulo illud Eſaiæ vaticinium, &c.* Ego verè crederem etiam titulum Chriſti figuratum in titulo Abſalon, 2. Reg. 18. Ipſe enim erexerat ſibi titulum cùm adhuc viueret, dicens, *Non habeo filium. Hoc erit monumentum nominis mei.* Ita Chriſtus monumentum ſibi adeſſe voluit nominis ſui. Altius efferor ſpiritu, ingenſque Sacramentum agnoſco in eo, quod Ezechiel, cap. 39. prædixit dicens: *Erit eis memorata dies in qua glorificatus ſum.* Et paulo poſt ſubijcit: *Cumque viderint os hominis, ſtatuent iuxta illud titulum, donec ſepeliant illud pollinctores in valle multitudinis.* Quā verè liceret mihi dicere, nunquam viſum fuiſſe os hominis, nec viſam faciem hominis perfecti, niſi quando viſum eſt os, & facies Chriſti, tunc igitur appoſitus eſt titulus, donec pollinctores Ioſeph, & Nicodemus illum ſepelierunt.

Tituli figura.

Mirabilis explicatio

Chriſtus ſolus perfectus homo.

8. *Igitur cruce in hunc modum comparata, &c.* Nunc de modo, quo in crucem dari ſontes conſueuerant differit Antiſtes, duplicemque modum aſsignat. Alterum quidem, quo Cruci humi extenſæ crucifigendus ſuperextendebatur, & adfigebatur. Alterum verò, quo Cruci in ſublime erectæ crucifigendus ſurſum funibus attractus cruci nectebatur. Ex quibus nobis fructuoſæ quæſtioni campus latiſsimus aperitur, vt quæramus,

Modus crucifigendi multiplex.

AN CHRISTVS ERECTÆ in altum, an humi coextenſæ Cruci ſit affixus.

PLVRES hac in re maximè diſsidentes reperio non ſolū inferioris, ſed etiam grauioris Claſsis Doctores.

Alij enim crucem Chriſti humi coextendunt, eique Chriſtum affixum. Mox Chriſtum cruci hærentem in ſublimè elatum. Ita Didacus Stella in cap. 22. Lucæ, Philippus Diez, ſerm. 4. de Paſsione Domini. Ioan. Aquilanus, ſerm. de amara Chriſti Paſsione. Ioan. Antonius Panthera, lib. 5. de Monarchia Chriſti, cap. 23. Ioan. Eckius de Paſsione Chriſti, artic. 5. conſideratione tertia, qui etiam in hanc ſententiam citat S. Hieronymum, Beatus Laurentius Iuſtinianus, ſermone de Paſsione Domini, dicit, *Ibi nudatur veſtibus, ſolo ſupinus extenditur, configitur ſtipiti, eleuatur in aëra.* Lanſpergius homil. 40. & 43. de Paſsione Domini.

Qui Chriſtum cruci humi coextenſæ cenſuerint affixum.

At alios habeo contra ſentientes, Rutilius Benzonius in Speculo Epiſcoporum, vel lib. 1. de fuga, diſput. 2. q. 3. §. Nec eſt ſimile. Lipſius, lib. 2. de Cruce, cap. 7. docet, frequentius in erectam crucem ſontes dari ſolitos. Nonnus de Chriſto, in lignum quadratum altum, terraque eleuatum rectum extenderunt. S. Bonauentura, lib. meditationum vitæ Chriſti, cap. 78. Landulphus de vita Chriſti, Nazianzen. de Chriſto patiente, ductum, & ſubductum in altam Crucem, ad vltimum eius finem rectum ita ſtatutum, tum ad tranſuerſarium lignum manus fixas, denique & pedes ad ſtipitem defixos. Bernardus tractat. de Paſsione Domini, cap. 5. dicit; *Exaltato in Crucem perforantur manus, & pedes viri optimi, benigni* IESV. Fauet Polibius, lib. 1. qui deſcribens crucifixionem Annibalis, dicit, *Traxerunt eum ad Crucem in qua crucifixus erat Spendius, ſublatum in altum corpus eius viuum in ea crucifixo-*

Qui Chriſtum in altam crucem datum dixerint.

Digitized by Google

crucifixerunt. Tolet. Cardin. Annot. 14. in cap. 19. Ioannis

Fauent Euangeliſtæ, dicentes Chriſtum e Cruce depoſitum, ſtante enim Cruce ſolum cadauer deponebatur, argumentum quod primò Crux figebatur terræ. Facit hic modus ad terrorem magis aliorum; ferè enim ſpectacula hæc populo aſpiciente fiunt. Item phraſes, in Crucem agere, tollere, &c. Lege Lipſium vbi ſupra. Adde, quod iam crucifixo Chriſto, titulus affigitur, vtique ſcala mediante. Nicephor. lib. 1. hiſtor cap. 30. dicit, *Poſtquam ad Caluariæ montem eſt ventum, ibi Crux compingitur, Saluator in eam ſuſtollitur, clauis affigitur, & à prætereuntibus plurimis conuicijs exagitatur.* Sed longe clarius vniuerſæ crucifixionis ſeriem Chriſtus Beatiſsimæ Brigittæ, ita reuelauit. lib. 7. cap. 15. dicens, *Ad montem Caluariæ dum eſſem mæſtiſsima plorans, vidi Dominum meum nudum, & flagellatum, ductum per Iudæos ad crucifigendum, qui diligenter ab eis cuſtodiebatur, vidique tunc foramen quoddam exciſum in monte, & crucifixores in circuitu paratos ad operandum crudelitatem. Dominus autem conuerſus ad me dixit mihi: Attende tu, quia in iſto foramine petræ infixus fuit pes Crucis meæ tempore paſsionis, & ſtatim vidi qualiter ibi Crux eius à Iudæis figebatur, & firmabatur fortiter in foramine petræ montis, cum lignis confixis, cum malleo validiſsimè circumquaque, vt crux ſolidius ſtaret, ne caderet. Cum igitur Crux ita ſolidè firmata eſſet ibidem, ſtatim adaptabantur tabulæ ligneæ in circuitu ſtipitis Crucis per modum graduum, vſque ad locum vbi pedes eius crucifigi debebant; vt poſſent per illos gradus tabularum, tam ipſe, quàm crucifixores aſcendere, & ſuper tabulas illas aptiori modo ſtare ad crucifigendum eum. Poſt hoc autem aſcenderunt ipſi per illos gradus ducentes eum cum irriſione, & vituperio maximo, qui gratanter aſcendens, velut agnus manſuetus ductus ad immolandum, cum eſſet iam ſuper tabulas illas, non coactus, ſed ſtatim voluntariè extendit brachium ſuum, & aperta ſua dextera manu, poſuit eam in Cruce, quam illi ſæui tortores immaniter crucifixerunt, perforabant eam clauo per illam partem, qua os ſolidius erat, tunc etiam trahentes cum fune vehementer manum eius ſiniſtram, Cruci affixerunt eam ſimili modo. Deinde extenſo corpore vltra modum in Cruce poſita fuit vna tibia eius ſuper aliam, & ſic iunctos pedes affixerunt in Cruce duobus clauis, & in tantum extenderunt illa glorioſa membra in Cruce vehementer, quod quaſi omnes venæ, & nerui eius rumpebantur. Quo facto coronam de ſpinis, quam depoſuerant de capite eius cum crucifigeretur, iterum impoſuerunt, & aptauerunt capiti ſuo ſacratiſsimo, quæ tam fortiter pupugit reuerendum caput eius, quod oculi ſui repleti fuerunt illico fluente ſanguine, aures quoque obſtruebantur, & facies, & barba quaſi tegebantur, & intincta erant illo roſeo ſanguine, & ſtatim illi crucifixores, & milites amouerunt velociter omnes tabulas illas, quæ adhærebant Cruci, & tunc remanſit Crux ſola, & alta, & Dominus meus crucifixus in illam.*

Chriſtus S. Brigittæ crucifixionis modum indicat.

Crux prius erecta.

Gradus lignei cruci appoſiti è quibus milites Chriſtum crucifigerent.

Modus crucifixionis.

Corona ſpinea Chriſto crucifixo denuo impoſita.

Quamuis autem ex Euangeliorum hiſtoria non omnia Chriſti paſsionis myſteria habeantur, tamen Robertus Aquinas, artic. 2. in Paraſceue, piam quandam meditationem inſinuat, quę ijs omnibus, qui Chriſti myſteria pijs meditationibus proſequuntur, valdè rationabilis videtur, quod Chriſtus antequam cruci ſeſe coextenderet, veſtibus nudatus, atque genuflexus, oculos, manuſque ad cœlum extulerit, dicens hæc, aut ſimilia verba; *Suſcipe Sancte Pater æterne, me dilectum filium tuum, quem tibi offero ſacrificium immaculatum, pro ſalute humani generis, & remiſſione omnium peccatorum. Ecce iam non tibi offeruntur legalia ſacrificia hircorum, aut agnorum, ſed caro innocentis filij tui.* Quibus verbis abſolutis, crucem amplectens, ac poſtea dorſum ſuum illi applicans, ſe tanquam agnum præbuit immolandum.

Myſteria Paſſionis Chriſti non omnia ab Euangeliſtis ſunt deſcripta.

Chriſtus antequam in crucem ageretur genuflexus ſe ipſum obtulit patri.

Oratio Chriſti antequam cruci affigeretur.

9. *At huiuſmodi nuditatis conſuetudo ab*

Digitized by Google

Arthemidoro, &c. Quamuis ij, qui in Crucem attollebantur, interdùm ſuis induti veſtibus cruci adſtringerentur, vt ſatis apertè Cyprianus in epiſtola ad Pammachium docet, eos tamen in Crucem, vt plurimum nudos dari ſolitos, indubitata grauiſsimorum virorum monumenta nos commonent: id enim teſtatus eſt Plato lib. 11. de Legibus. Ioſephus lib. 19. Antiquitatum cap. 3. Legimus etiam Superbum illum Tarquinium, cadauera eorum, qui nè cloacas foderent ſpontè ſibi ipſis mortem inferebant, in Crucem nuda attolli mandaſſe; qua ignominia permoti, alij à nece ſibi inferenda abſtinuerunt. Lucianus in Prometheo. Neque ſolum Pionem Martyrem in Crucem nudum datum, ſed beati etiã Petri corpus nudum Cruci affixum. Confirmabit hoc ipſum mos, quo impij carnifices crucifixorum veſtes inter ſeſe partiri conſueuerant.

Nodi in Crucem dabantur.

Tarquinius cadauera nuda in crucem adegit. Nuditatis horror quantum valuerit.

S. Petrus in crucem nudus agitur.

10. *Hæc omnia in* IESVM CHRISTVM *exempla ſunt edita, &c.* En nouum ludibrij genus in Chriſtum illatum, vt etiam nudus in Cruce cunctis aſpicientibus exponeretur: Chriſtum enim nudum in crucem ſublatum teſtatus eſt Nazianz. in carmine quod Chriſtus patiens inſcribitur,

Chriſtus nudus cruci adigitur.

Nudum triclaui repoſitum ligno.

Ambroſ. lib. 10. in Lucam. Athanaſ. ſerm. de paſsione imaginis, Auguſt. lib. 16. de Ciuit. Dei, cap. 2. & lib. 12. contra Fauſtum, S. Hieronymi in ſua regula ad Euſtochium, cap. 3. dicit: *Nudus* IESVS, *nudus quærit amicos, & ſponſos.* B. Laurentius Iuſtinianus, ſermone de Paſsione Domini, Bernardus in ſermone, & rurſùs in tractatu de Paſsione Domini. Atque ex ijs patet quam parum cautè locutus ſit Toſtatus in Paradoxo 5. cap. 42. dicit enim, Chriſtum in ſepulchro femoralia geſtaſſe, quia de ijs, ſicut de veſtibus Chriſti dici non poteſt, quod à militibus partita ſint; nemo namque tam durus foret, vt immemor humanæ verecundiæ, tam deteſtanda aggredi auſus foret, & ſi quiſquam auſus fuiſſet, hoc Chriſtus paſſurus non fuiſſet; & infra dicit; quod Chriſtus in cruce femoralia habebat intacta à militibus, Chriſtoque de cruce depoſito, vt fuerant, permanſerunt. Hæc Toſtatus, ſed valdè incauta locutio, ſcilicet, *Quandoque bonus dormitat Homerus.*

Toſtatus parum cõſiderate negauit Chriſtum omnino veſtibus denudatum.

Contemplatur hoc loco Ianſenius, & cum ipſo ij omnes, qui diuinis contemplationibus corda ſua diuini amoris facibus inflammare ardentius optant, quanta fuerit Chriſti ignominia, quanta confuſio, vt merito cum Dauide dicere potuerit Pſal. 68. *Operuit confuſio faciem meam.* Licet enim Chriſtus non habuerit carnem peccati, habuit tamen carnem ſimilem carni peccati.

Nuditas Chriſto fuit valdè opprobrioſa.

Sed oblato velamine Chriſtum corporis eas partes obuoluiſſe, quæ pudoris in nobis confuſionem offundunt, ferè communis omnium fidelium conſenſus tenet, hoc tamen Ioan. Gretſero lib. primo de Cruce, cap. 22. non ita certum videtur, probabiliuſque putat non adhibitum velamen, licet à pictoribus pingatur. Sed præterquam quod vniuerſas Chriſti crucifixi imagines velamine pudorem tegente nobis exhibet Eccleſia, habemus etiam firmiſsimum teſtem de viſu omni exceptione maiorem, cui fidem negare grande piaculum eſſet: teſtis autem hic eſt Beatiſsima Virgo, quæ ita Brigittam alloquitur, lib. 1. cap. 10. *Stante autem Filio meo ſicut natus erat nudo corpore, vnus tunc accurrens apportauit ſibi velamen, quo ipſe, exultans intimè, velabat verenda ſua,* Et lib. 4. cap. 7. *Mox*, inquit, *iuſſus, veſtes ponit, paruumque linteum verendis prætexit, quod & ipſe quaſi conſolatus adiuuit ad ligandum.* Quare Gregorius Turonenſis, lib. primo de gloria Martyrum, cap. 23. dicit Sacerdotem monitum diuinitus, vt imaginem crucifixi in templo linteo veſtiret, ne nuditas aſpiceretur.

Chriſtus oblato velamine verenda contexit.

Sacerdos cælitus monetur, vt Chriſti imaginẽ linteo veſtiat.

11. *Verum*

Nil in noua lege completum eſt, quod in veteri nõ fuerit adumbratum.

11. *Verum Seruatoris nuditatem Michæas Propheta prænunciauit, &c.* B. Proſper Aquitanicus, vt fidei noſtræ veritatem doceret, docuit nil in noua lege accidiſſe, quod non prædictum, atque figuratum fuerit in lege veteri. Nuditas igitur Chriſti, & prædicta, & figurata fuerat in veteri lege, atque vt plurima omittam, quæ de nuditate eſſent dicenda, certè Chriſti nuditatem adeò adamuſſim in Noë figuratam aſpicio. vt nulla figura aptior excogitari poſsit. Noe enim figura Chriſti fuit, vt communiter Patres profitentur. Gregorius lib. 1. moral. cap. 12. Ambroſius lib. de Noë, & Arca. Rupertus in cap. 7. Geneſis. Auguſtinus lib. 12. contra Fauſtum. Origenes homil. 12. in Geneſim. Sed apertam figuram noſtra oratione breuiter proſequamur. Noë Arca mundum ſeruat, Chriſtus cruce mundum redimit. Noë vineam plantat, Chriſtus Eccleſiam, Noë vino ebrius dormit, Chriſtus amore ſaucius dormit, ille in tabernaculo, hic in cruce, ille nudus, hic nudus. Nuditatem Noë ridet Cam, nuditatem Chriſti rident Gentes. Chriſtus enim Iudæis ſcandalum, Gentibus ſtultitia; ſed Iaphet, & Sem, verenda Patris tegunt, chriſtiani Chriſti crucem, & opprobria adorantes honorant; dum ea agerentur, dormiebat Noë, ſed poſtea è ſomno expergefactus benedixit Sem, & Iaphet, maledixit Cam, ita Chriſtus in fine mundi quaſi potus crapulatus à vino excitabitur, benedicetque filijs ſuis; at eos, qui eius nuditatem ignominijs proſecuti ſunt, percutiet in poſteriora, opprobrium ſempiternum dabit eos.

Noë fuit figura Chriſti.

Noe cum Chriſto comparatio.

Verecundia nuditatis à peccato.

12. *Atqui Chriſtum crucifixum denudari conſentaneum maximè fuit, &c.* Si in ea vitæ innocentia, ac puritate, in qua conditus fuerat primus noſter parens, perſtitiſſet Adamus, non opus fuiſſet tot veſtibus, ſuperuacanea fuiſſent tot operimenta: non enim ad tegendam carnem turpitudinis opus fuiſſet veſtibus, vbi turpitudo nulla fuiſſet. Nudus erat Adam, nuda Eua, nec tamen erubeſcebant, quia needum peccatum didicerant, ſimplicitas, puritas mentis, innocentia, iuſtitia originalis, opus erant operimentum, neque etiam ad frigus arcendum, vel æſtum Solis propellendum, exceſſum enim caloris, & frigoris, peccatum concitauit. Ideo Deus Geneſ. 8. cum iuraſſet ſe de cætero diluuij aquas ſuper terram non immiſſurum, ſubiecit tamen. *Cunctis diebus terræ ſementis, & meſsis, frigus, & æſtus, æſtas, & hyems, nox, & dies non requieſcent.* Ideò & ad verenda tegenda, & ad frigus arcendum, & vt protegamur ab æſtu, veſtibus nobis opus eſt. Chriſtus ergo in cruce nudus erubeſcere, confundi, algere voluit, vt ab ijs incommodis, atque moleſtijs nos liberaret. Eadem hora qua Chriſtus in crucem actus eſt, vel expirauit, vt alij tradunt, peccauit Adam, nuditatiſque erubeſcẽtia pœnas dabat; Chriſtus igitur nuditatem pati dignatus, nuduſque ingreſſus eſt in Paradiſum, quia Adam nudus in Paradiſo fuerat collocatus.

Exceſſus caloris, & frigoris ex peccato.

Cur veſtibus opus ſit.

Eadẽ hora Chriſtus cruci affixus moritur, qua peccauit Adam.

Iam verò ad occultiora quoque ſacramenta inueſtiganda quantum diuinæ pietatis in nobis radius affulſerit, noſtra deſudet induſtria, vt Chriſti nuditatis myſterium explicemus. Conſtans traditio eſt, quam nos infra in fine capit. 20. firmiſsimis auctoritatibus confirmabimus, quod Chriſtus in cruce nudus extenſus, occidentem reſpiciebat. Quid hoc eſt? Attende. Cum Adam in Paradiſo peccaſſet, nuditatiſque erubeſcentiam perhorreſceret, occidentem reſpiciebat, cum etiam Deus Adæ, Euæ, Serpenti, terræ maledixiſſet, ab occidente reſpiciebat. Vnde hoc colligimus? vtique ex Scripturarum auctoritate, nam cum peccaſſet Adam, audiuit vocem Domini deambulantis ad auram poſt meridiẽ, ideò abſcondit ſe Adam;

Chriſtus nudus in cruce occidentem reſpiciebat.

Adam erubeſcens nuditaté, occidentem reſpiciebat.

interrogatus tamen à Deo, reſpondit illi. Deus autem ab occidente veniebat, igitur Adam occidentem reſpiciebat. Quod verè Deus ab occidente venerit, colligit Scholiaſtes Pentateuchi Hæbraici, ex illis verbis: *Ambulabat Deus ad auram diei.* Dies iam declinauerat, quia erat poſt meridiem, & aura diei erat, quæ ſpirabat verſus eam partem, qua ſol vergebat, cum iam eſſet poſt meridiem. Deus verò contra auram veniebat, ergo ab occidente. Confirmat hanc explicationem ex Iarrhio, & Onchelo, quod etiam teſtatur Alphonſus Toſtatus, & Lyranus in cap. 3. Geneſis. Chriſtus igitur, vt Patrem placaret, qui ab occidente maledixerat Adam nudum, in cruce nudus occidentem reſpiciebat, dicens; *Aſtabo tibi, & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.*

Deus ab occidente vltionem ex Adam expoſcit.

Chriſtus patri ſe placaturus nudus in cruce occidentem reſpicit.

13. *Ergo cum reus extenſis manibus in Crucis tranſuerſo ligno, &c.* Fuiſſe hunc crucifigendi modum apud Romanos cæteris vſitatiorem cum alia multa commonſtrant, tum verò luculentum Beati Petri Apoſtolorum Principis exemplum, ſatis apertè commonſtrat. Licet enim nonnulli hac in veritate hæſitantes docuerint Beatum Petrum non clauis cruci affixum, ſed funibus aſtrictum fuiſſe, tamen conſtantiſsimis Patrum antiquiorum teſtimonijs conſtat, Beatum Petrum clauis affixum fuiſſe, ita Ambroſ. ſerm. 68. de de Petro, & Paulo, & in oratione de tradendis Baſilicis. S. Maximus ſermone primo de Natali Apoſtolorum Petri & Pauli, Gaudentius lib. 3. ſermone Zenonis, num. 47. Beatus Laurentius Iuſtinianus, ſerm. de ſanctis Petro, & Paulo, Prudentius in Periſthephano de paſsione Petri, & Pauli, D. Hieronymus lib. de Viris illuſtribus, Sanctus Iſidorus Epiſcopus Hiſpalenſ. in vita Petri, & Pauli, Damaſus Papa in ſuo Pontificali in vita ſancti Petri, & Pauli, Bernardus ſermone 2. in vigilia magnorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, Ægeſippus ferè contemporaneus Apoſtolorum lib. de excidio Hieroſolymitano, cap. 2. S. Ioan. Chryſoſt. in homil. encomiaſtica in SS. Petrum, & Paulum, vbi dicit clauos Petri membra penetraſſe. Extant etiam vetuſtiſsimæ picturæ, maximè verò in vaticano, vbi ſanctus Petrus cruci fuit affixus, quæ eò efficacius hoc ipſum comprobare poterunt, quod non ſolum antiquiſſimæ, ſed etiam quia in eodem loco vbi D. Petrus crucifixus fuit reperirentur. Inſignis ea pictura fuit, quæ ſuper ciborium quod vocabant ſacelli magnorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, vbi eorum recondita ſunt corpora. ſita erat ad mea vſque tempora, deinde verò magnificentiſsime excitato à fel. mem. Xiſto V. Pontif. Max. Tholo. in templo Vaticano, ciborium quod ſubtus erat à S. D. N. Clemen. IIX. Pont. Max. fuit ſolo æquatum. Extat & magnificentiſsima ea porta aerea ſubtus magnificētiſsimam porticum eiuſdē Eccleſiæ ab Eugenio IV. in Conc. Florent. fabrefacta, in qua BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli martyria inſculpta ſunt. Hæc autem eſt porta, quæ in Romani Pontificali appellatur argeñtea, eſtque maior in Vaticano Templo; dicitur autem argentea. quia vt docuit Onofrius, & Serranus, ex lib. Petri Manlij. de Baſilica Vaticana, & Maffeius Vegius, lib. de rebus antiquis memorabilibus Baſilicæ Vaticanæ, & Rutilius Benzonius, lib. 3. de anno Iubilæi, cap. 13. quia ab Honorio Papa laminis argenteis veſtita fuit. Verum has Sarraceni abſtulerunt, ſed eas rurſus reſtituendas curauit Leo IV. ſed cum rursùs ablatæ eſſent, ex aere eas fecit Eugenius IV. quæ omnia ex carminibus in ea inciſis colliguntur. Quæ omnes antiquiſsimæ imagines, D. Petri Apoſtolorum Principis corpus clauis cruci affixum oſtendunt. Quam doctrinam adeò in vniuerſum veram cenſuit Cardina-

Clauis cruci affigebantur.

B. Petrus clauis cruci affixus.

Porta argêtea quæ nunc aerea eſt, S. Petrum clauis Cruci affixum oſtendit.

Cardinalis Bellarminus lib. 2. de Imaginibus Sanctorum, cap. 27. vt dixerit omnes clauis crucifigi ſolitos, & S. Andræam Apoſtolum, cruci fuiſſe etiã clauis affixum. Sed tamen nos ſupra, cap. 4. oſtendimus, ſæpè à Romanis ſeruos funibus, non clauis aſtringi ſolitos. Quod verò ad S. Andream attinet, expreſsè in eius Actis legimus, lib. 3. hiſtoriarum Apoſtolicarum apud Abdiam, Proconſulem mandaſſe quęſtionarijs, *vt ligatis manibus, & pedibus, non clauis affixus ſuſpenderetur, quo diutino cruciatu deficeret.*

Sanctus Andræas clauis cruci adfixus non fuit, ſed funibus adſtrictus.

14. *Sit etiam in Seruatore cruci affigendo ſeruatum, S. Brigitta refert,* &c. Libet hoc loco verba Beatæ Brigittę apponere, eo enim firmius erit teſtimonium, quo eius verba propria referentur; quibus eo firmior fides erit adhibenda, quod non ex propria ſententia, ſed ex ijs, quæ ſibi à B. V. reuelata ſunt, loquitur: ita ergo apud B. Brigit. loquitur B. V. lib. 1. reuelationũ, cap. 10. *Poſtea rapuerunt filium meum ſæui tortores, & extenderunt in Cruce. Primò dexteram eius manum affigentes ſtipiti, qui pro clauis perforatus erat, & manum ipſam ex ea parte perforabant, qua os ſolidius erat; inde trahentes cum fune aliam manum eius ad ſtipitem, eam ſimili modo affixerunt.* Et lib. 4. reuelationum, cap. 70. rurſus hanc ex B. V. reuelationem audit; *Ad Crucem igitur iuſſus dorſum vertit filius meus, & manum poſtulatus, primò dexteram extendit, & inde alia manus ad reliquum cornu non attingens extenditur.* Et lib. 7. cap. 15. Beatæ Brigittæ in viſione reuelatus fuit modus paſsionis Chriſti, ſicut ei promiſſum erat lib. 1. reuelationum, cap. 66. *Statim, non coactus, ſed voluntariè extendit brachium ſuum, & aperta ſua dextra manu, poſuit eam in Cruce, quam illi ſæui tortores immaniter crucifixerunt, & perforabant illam clauo per eam partem, qua os ſolidius erat: tunc etiam trahentes cum fune manum eius ſiniſtram, Cruci affixerunt illam ſimili modo.* Hunc etiam morem in vſu poſitum confirmabunt ea, quæ in Promethei crucifixione Lucianus in Prometheo ſcribit; *Crucifigatur ambas manus ab hac parte in aduerſam, ſed iam tu porrige dextram, Vulcane tu reclude, & malleo potenter immiſſo affige. Præbe læuam; quo & illa ritè implicetur.*

Manus dextra Chriſti prior clauis perforata.

Crucifixionis mos vſitatus eſt, vt prius manus dextera, mox ſiniſtra, tandem pedes clauis affigantur.

Atque hæc quod ad manuum crucifixionem attinet, ita terminata ſint. Nunc verò myſterium in Chriſti crucifixione, quod ad manus attinet perpendamus. Agnoſcamus ergo Chriſtum pro delendis quidem peccatis omnibus noſtris occiſum, ſed principalius ad Adę peccatum expiandum; Ita enim communiter tradit Sacrorum Theologorum Schola, in 3. diſt. 1. & D. Thom. 3. part. quæſt. 1. artic. 4. & communiter Patres, inter quos aurea D. Gregor. Nazianzeni ſententia, quæ paulò infra ab auctore deſcribitur, connumeretur, dum dicit, *Chriſti manum aduerſus manum poſitam eſſe, manus, ſcilicet Chriſti cruci affixas contra manum incontinenter extenſam.* Manus autem incontinenter extenſa fuit Adæ manus, quæ propriè incontinenter extenſa eſt, dum ad vetitum cibum capiendum non abſque gulę vitio, quod tamen ex ſuperbia radicem primã traheret, extenſa eſt. Manus autem Adæ primò incontinenter extenſa, fuit manus dextera, quia Ariſtot. & cum eo communiter Philoſophi docent, dexteram eam eſſe à qua incipit motus. Quoniam ergo Adam dexteram primò incontinenter extendit, ideò & Chriſtus manum ſuam dextram prius voluit cruci clauis affigi.

Chriſtus principalius propter Adæ peccatum delendum occiſus.

Quia Adam prius manum dextram extendit ad pomũ capiendũ, ideò manus dextra Chriſti clauo prior perforatur.

15. *Poſtea verò pedes configebant, adeo, vt alterum alteri, &c.* Fuſius quidem hæc omnia in cap. 19. explicabuntur. Interim tamen quod ad vſitatiorem modum attinet confirmandum, hunc dico fuiſſe, vt vnus pes alteri ſuperpoſitus clauis perforaretur, ita enim in Beati Petri ſtemmatibus, quæ ſupra deſcripta ſunt, cernimus, & in Chriſti crucifixone hoc factum fuiſſe oſtende-

Pes pedi ſuperpoſitus figebatur.

Digitized by Google

oſtendemus; hoc autem duobus modis fieri potuit. Primo quidem ita, vt vnus pes alteri ſuperpoſitus vnico clauo transfigeretur. Secundo autem ita vt ex pedibus vterque ſingulis clauis transuerberaretur. Qualiter autē Chriſtus fuerit cruci adſtrictus, tribus ne, an quatuor clauis, in cap. 19. fusè declarabitur.

An Chriſtus tribus, an quatuor clauis ſit crucifixus.

16. *Plerumque etiam mos innaluit, &c.* Doctrina ita certa, & auctoritatibus ita confirmata eſt, vt maiore non egeat probatione.

Durum omninò videretur, quod quis cruci licet funibus extenſus in cruciatu adeò graui tamdiu ſuperuiuere poſſet, vt fame enecaretur, neque probabiliter credi poſſe videretur, niſi multorum vitalitas fortis conſtanti hoc experientia confirmaſſet. Lego etiam de B. Petro Ordinis Minorum, in additione ad chronicas eiuſdem ordinis, quòd in Iapone in crucem actus, vixit horis octuaginta, prędicans Chriſti fidem.

Vitalitas magna.

17. *Hoc itaque pacto denudatus, expanſis manibus, &c.* Ingens hic contemplationis piorum campus aperitur. Nos verò plurima, quæ pro tanti myſterij amplitudine dici poſſent, ijs, qui vberiori ſancti Spiritus gratia perfuſi fuerint relinquentes, breuibus ſumma quædam, ac præcipua capita perſtringemus, cur Chriſtus in ligno crucis affigi voluerit.

Cur Chriſtus in ligno crucifigi voluerit.

Primum, ex Athanaſio de Paſsione Domini, vt Chriſti mors omnibus nota eſſet.

Secundum, ex Lactantio, lib. 4. inſtitutionum, cap. 26. quia propter viles patiebatur.

Tertium, ex Hieron. in cap. 3. epiſt. ad Galat. & Damaſcen. lib. 4. de fide Orthod. cap. 12. quia per lignum venditus erat homo, per lignum etiam redimi debuit.

Quartum, ex Apoſtolo, vt nos redimeret de maledicto legis, quia ſcriptum eſt: *Maledictus omnis qui pendet in ligno, ideò factus eſt pro nobis maledictus.*

Quintum, ex Lactantio vbi ſupra, vt totum Chriſti corpus integrum ſeruaretur.

Sextum, ex Athanaſio, vt aërem purgaret, & dæmonem ex aëre præcipitem ageret.

Septimum, quia in cruce omnia membra patiebantur, vt, *Copioſa eſſet apud eum redemptio.*

Octauum, ex Ioan. Fero, vt ſe mediatorem inter Deum, & hominem conſtitueret.

Nonum, quia in cruce eſt plenitudo myſteriorum, ibi enim cum ſanctis omnibus comprehendimus, *quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundum*; quæ omnia myſterijs pluribus referta, in Chriſti cruce Patres intelligunt, Auguſtinus epiſtola 120. & in Pſalm. 103. Nyſſ. nus oratione prima de Dominica Reſurrectionis. Baſilius in c. 2. Eſaiæ. Damaſcenus lib. 4. de fide Orthodoxa, cap. 12. Iuſtinus in dialogo cum Triphone, Irenæus lib. 2. aduerſus hæreſes Valentini, & Sequacium, cap. 42.

Decimum Sedulij, lib. 3. carminum, vt quatuor mundi partes colligeret, quod alij ſic explicant, quia ſublimitate Angelorum ruinam reparauit, profunditate Patres è Lymbo reduxit, dextro collegit mundum, ſiniſtro peccatores reparauit.

Vndecimum, ex Io. Fero, in hiſtoria Dominicæ Paſsionis; vt formulam Chriſtianæ perfectionis extenderet, quæ profunditatem habet in Fide, longitudinem in Perſeuerantia, altitudinem in Spe, latitudinem in Charitate.

Duodecimum, ex Bernardo, tractatu de Paſsione Domini, cap. 4. Vt obſeruaret ſi quem inueniret, qui ſanguinis riuos abſtergeret, & de cruce depoſitum munda Sindone non panni, ſed cordis inuoluat.

Tertiumdecimum ex Io. Lanſpergio, homil. 40. de Paſsione Domini.

Vt tibi

Digitized by Google

Vt tibi ſpem impetrandæ veniæ traderet, dum tibi oſtendit caput inclinatum ad oſculandum, brachia extenſa ad amplexandum, manus apertas ad largiendum, latus apertum ad diligendum, pedes clauis affixos ad nos expectandum, totiuſque corporis extenſionem ad ſe totum nobis impendendum.

Quartumdecimum eſt, quam ex Nazianzeno propoſuit auctor, quam etiam aſsignat Athanaſius, ſermone de Paſsione, & Cruce, vt lignum poneret aduerſus lignum, manum aduerſus manum, manum fortiter extenſam aduerſus manum incontinenter extenſam, manum confixam, & adſtrictam, aduerſus manum remiſſam, & ſolutam.

Vltimum ſubijcio, vt cum talia pro te Chriſtus geſſerit, vt maiora facere non potuerit, quid te pro eius amore facere conueniat diligenter inſpicias, ſe totum tibi tradidit, vt totum te illi traderes.

Apoſtrophe ad B. V.

18. *Hic tu pie Lector Chriſti dolores cum Virginis matris doloribus*, &c. Etſi admirabilem vim amoris in coniungendis amicorum voluntatibus plurimi longa oratione proſecuti ſint, ea tamen quibus S. Auguſtinus in lib. 4. Confeſſionum, æſtuantem ſuum in amicum amorem explicat adeò admirabilia, adeò efficacia ſunt, vt amoris efficaciam nullus legiſſe videatur, qui ea non legerit, quibus Auguſtinus beneuolentiam ſuam in amicum oſtendit. Tantum enim in ipſo vis amoris potuit, vt amico ex humanis euocato, ſuperſtites nullus eſſe poſſe Auguſtino videretur cui omnia, quæ ab ipſo aſpiciebantur mors erant. Intelligebat enim animam ſuam cum amici anima ita eſſe coniunctam, vt vnica in duobus corporibus anima inſidere videretur, laudatque poëtam, qui de amico ſuo dixit, Animæ dimidium meæ. Cumque ſemimortuus viueret Auguſt. vitaque illi acerba eſſet, mori tamen timebat, ne totus amicus mortuus videretur, quem ille plurimum diligebat.

Amoris vis quanta.

Auguſtini in amicum pietas.

Admirabilia quidem hæc ſunt, ardentiſsimumque Auguſtini in amicum amorem teſtantur, ſed quæ tanta vis amoris excogitari poterit, vt amorem B. V. in verum Dei filium CHRISTVM IESVM explicare poterit, ne dicam exæquare. Vidimus quæ Auguſtinus dixit, ardentia illa quidem, ignita, & multum æſtuantia, ſed videamus ea quibus B. V. amorem ſuum in filium explicat, longè enim ardentiora, longe æſtuantiora ſunt: ita enim ipſa lib. 1. reuelationum ad Beatam Brigittam loquitur, *Propterea cum naſceretur ex me, ſenſi ego quod quaſi dimidium cor meum naſceretur, & exiret ex me. Et cum ipſe pateretur, ſenſi quod quaſi cor meum patiebatur: licet enim illud, quod dimidium eſt extra, & dimidium intra, & ſi illud pungitur, quod eſt extra, æquè ſentit dolorem quod eſt intus. Sic ego cum flagellaretur, & pungeretur filius meus, quaſi cor meum flagellabatur, & pungebatur. Ego fui ei propinquior in paſſione, nec ſeparabar ab eo. Ego ſtabam vicinior Cruci eius, & ſicut hoc grauius pungit, quod vicinius eſt cordi, ſic dolor eius grauior præ cæteris erat mihi: Cumque reſpexiſſet ad me de Cruce, & ego ad eum, tunc de oculis meis quaſi de venis lachrymæ exibant. Et cum ipſe me cerneret dolore confectum, in tantum amaricabantur de dolore meo, quod omnis dolor vulnerum ſuorum quaſi ſopitus erat, præ dolore meo, quem in me videbat. Propterea audacter dico, quod dolor eius erat dolor meus, quia cor eius erat cor meum: ideò filia mea, cogita qualis eram in morte filij mei, & non erit tibi graue relinquere mundum.* Hæc B. V. Quæ igitur doloris vis, quæ lachrymæ cum B. V. dolore, & lachrymis conferri queant? Immenſo enim dolore vulnerabatur, cum filium videret occidi, nec poterat eum ſaluare, audiebat eum ſitire, nec poterat potum præbere: videbat vulneribus plenum, nec poterat vulnera

Amor B. V. in Chriſtum qualis.

Chriſtus matris dolores quantum doluerit.

Pietatis Emblema.

Digitized by Google

vulnera alligare: videbat eum totum ſanguine conſperſum, nec tamen ſanguinem valebat abſtergere; videt malè à perſecutoribus tractari, nec poteſt remedium illi præbere: videt lachrymantem, nec lachrymas poteſt abſtergere: videt languentem, nec poteſt eum conſolari: videt eius ſanguinem in terram excurrere, nec poteſt eum colligere; tandem videt eum mori, nec poteſt eum amplecti, & oſculari. Heu dolor ſuper omnes dolores, cui nullus dolor ſimilis; *Facta, eſt enim ſicut mare contritio eius, quis medebitur illius?*

19. *Mi fili iure ſanè optimo lamentabiles edere voces*, &c. Si tantus erat B. V. dolor, ſi tanta afflictio, quantum putas mœroris ea vox Beatæ Matris cordi intulerit, qua Chriſtus clamauit, Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me. Audi quid ipſa pientiſsima Mater dicat apud B. Brigittam lib. 4. cap. 70. *Filius meus dixit, Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me. Quam vocem ego donec ad cœlum veni nunquam obliuiſci potui, quam plus ex compaſsione mea, quam ſua permotus protulit, tunc ego exinanita corrui in terram.* Et lib. 1. reuelationum, cap. 10. *Cum vocem filij mei, quando dixit, Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum, audiuiſſem, ego eius mœſtiſsima Mater, tunc contremuerunt omnia membra mea, cum amaro cordis mei dolore.* Corruente ex doloris acerbitate in terram ſummæ conſtantiæ, ac fortitudinis Matre, quis doloris acerbitatem poterit cogitatione complecti? in quo facto longè efficacius artificium video, quam in Timantis tabula picta, in qua cum Iphigenię, patris dolorem, ac lachrymas penicillo exprimere poſſe diffideret, quod alios profuſis lachrymis eiulantes pinxiſſet, velo patrem obduxit, vt quas ipſe penicillo lachrymas pingere non potuerat, eas ex aliorum aſtantium lachrymis in parte colligeret.

Audita Chriſti voce in Cruce, quantum B. Mater doluerit.

B. V. lachrymas nullus metiri poteſt.

Pictoris artificiũ.

ALPHON-

ALPHONSI PALEOTI
ARCHIEPISCOPI II. BONONIENSIS.

SACRAE SINDONIS EXPLICATIO.

De plagis Seruatoris plantis pedum inflictis, quæ Sacra in Sindone conſpiciuntur; item de ratione meditandi vulnera in ipſis impreſſa. Caput Septimum.

Inſpiciatur Sindonis figura ſignata littera, A.

CVM, 1. Deus veteri in lege iuſſiſſet, vt ad holocauſti ſacrificium faciendum, is modus ſeruaretur, inquiens; *Immolabit vitulum coram Domino, detractaque pelle hoſtiæ, artus in fruſta conſcindent, & ſubijcient in altari ignem, ſtrue lignorum ante compoſita, & membra, quæ ſunt cæſa deſuper ordinantes, caput ſcilicet, & cuncta quæ adhærent iecori, inteſtinis, & pedibus, lotis aqua, adolebitque ea Sacerdos ſuper altare in holocauſtum, & ſuauem odorem Domino.* 2. Manifeſtè ſacram Sindonem inſpicienti apparet, huiuſmodi figuram ad finem deductam in perſona Seruatoris extitiſſe, cum ipſa patefaciat, corpus illius ob tot flagellorum ictus, ferè totum detracta ſibi pelle, dilaceratum fuiſſe, 3. & eiuſdem membra, quamuis corpori vnita, nihilominùs ob iteratos toties ictus in carne, veluti in fruſta conciſa videri, 4. & ita interioribus artubus in ligno Crucis impoſitus eſt, in igne flagrantiſſimæ charitatis ſuæ, vnde æterno Patri ſuauiſſimum eſſlauit odorem, qui ſanè per ipſum iuſtiſſimam eiuſdem indigna-

Leuit. 1.

Quonam cum myſterio victima in fruſta concidetur.

Signum Crucis, ac imago quantis in rebus inueniatur.

indignationem in nos omnes cōcitatam pacauit. 5. Hinc eſt quod Crux eiuſmodi diuinæ charitatis ardoris ſuccenſa, quibuſcumque in rebus inueniatur; ex quo iſtud ſigni quam plurimis, atque machinis, tam naturæ, quàm artis euidentiſſimum inſpicitur; quemadmodum D. Ambroſius obſeruauit, *Crux*, inquit, *eſt in aratro, in cælo, in quatuor partes diuiſo, ac in naui.* 6. D etiam Auguſtinus in eodem omnes notat dimenſiones, Latitudinem, quæ in tranſuerſo ligno, in quo manus extenduntur, conſiſtit. Longitudinem quoque, quæ à terra vſque ad ipſam latitudinem protenditur, inquit enim; *Vt poſſimus comprehendere Crucem Chriſti, cuius latitudo dicitur in tranſuerſo ligno, in quo extenduntur manus, & longitudo a terra vſque ad ipſam latitudinem.*

Serm. 56. In Ioan. tract. 8. & in ſermone de Cataclyſmo.

7. Hac nos ad Sacræ Sindonis explicationem figura vtentes, ad primarum Seruatoris plagarum conſiderationem deſcendemus, ipſas per intellectum varias in partes diuidentes, vt ſingularem de vnaquaque meditationem conficiamus: nam eiuſmodi minutam diuiſionem inter Sacroſanctas Chriſti plagas meditandum à nobis eſſe faciendam, in Leuitico manifeſtè nobis oſtenditur. *Si oblatio tua*, inquit, *fuerit in ſartagine, diuide eam minutatim.* Quod quidem noſtro accommodatum conſilio, id ſignificare poteſt, vt cunctas in ſacra Sindone impreſſas plagas, minutas in partes diuidamus, & ſingillatim eas ū vnamquamque meditemur. Sic enim D. Iſidorus ait, dum prædictum Leuitici locum interpretatur; & ita in Domini Paſſione tractanda obſeruat, namque eodem loci, cunctas haſce ſanctiſſimas Chriſti plagas adamuſſim conſiderat.

Cap. 2. — Quonam myſterio ſartaginis oblatio minutatim diuidenda erat. — Seruatoris plagæ ſingillatim meditandæ. — Tract. de Paſſione.

8. Ergo à vulneribus, quæ Sacra in Sindone, in exemplaris loco per, A, deſignato, conſpiciuntur impreſſæ. initium ſumentes, in Sacroſanctis Chriſti plantis, quæ clauis perfoſſæ videntur, & cruore redundant, Iſaiæ vaticinium ad exitum perductum cognoſcimus. *A planta pedis vſque ad verticem, non eſt in eo ſanitas.* Cum inde monſtretur, plagas à planta pedis incepiſſe, & ad ſummum capitis verticem conſcendiſſe.

Pedum plagæ pręnunciatæ. — Iſai. c. 1.

9. Hanc autem tam ſæuam in Seruatoris corpore plagam vlceroſus ille Iob figuratè ſatis expreſſit: nam Diabolus, cuius ille crudelitati Dei voluntate dilacerandus permiſſus erat, *Percuſſit Iob vlcere peſſimo à planta pedis vſque ad verticem eius.* 10. Eiuſmodi verò Sacroſanctæ plantæ, tàm crudeliter dilaniatæ, & omnium noſtrum cauſa dilaceratæ, atque incredibili cum animi fortitudine à Chriſto perlatæ, veritatem præferunt reſponſionis, ad Angelorum interrogationem ab eodem datæ, quam apud Iſaiam legimus, *Torcular calcaui ſolus:* perinde namque reſpondit, ac ſi dicere voluiſſet. In calcando humanarum ærumnarum torculari, iidem pedes mei ab eodem crudeliter adeò compreſſi fuerunt, vt inde etiam ipſorū liquor, id eſt

Iob c. 2. — Cap. 63.

Digitized by Google

id eſt ſanguis plagarum mearum, vniuerſo de hominum genere, diuinè quidem promeritarum fuſiſſimè dimanarit. 10. Hunc autem ſanguinem à terra exhauriri Deus ipſe prohibuit: ſed eundem iſtiuſmodi in Sindone Sacra incluſum, adſeruari iuſſit, vt illud Iob vaticinium produceretur ad exitum. *Terra non operias*, inquit, *ſanguinem meum.* 11. Quandoquidem, dignum fuerat, vt vſpiam adſeruaretur, vbi tanquam Seruatoris noſtri ſanguis, Latriæ diuino ſanè cultu veneraretur, eo, quo fideles Sacrum Crucis lignum adorare conſueuerant: cum Dauid, peraptè planè, iſtiuſmodi Sancta de Sindone illud protulerit, *Adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius.*

Cap. 16.

Chriſti ſanguis à terra abſorberi non debuit.

Sindonē ſancto latriæ cultu adorari debere.

Pſal. 13.

12. Verum enimuerò, quantum doloris Dominus noſter illa ex acerbitate perpeſſus fuerit, quod in pedibus dilaceratus adeò extiterit, quando eodem loci nerui conueniant omnes, qui totum per corpus ſparſim diffunduntur, ac ex illa naturali ſympathia, quæ per cunctas corporis partes permeat, omnes artus diſcruciant, Iob apertiſſimè prænunciauit, *Nunc autem*, inquit, *oppreſſit me dolor meus*, 13. &; *In nihilum redacti ſunt omnes artus mei.* 14. Dauid præterea, cum præſciuiſſet, Sacros hoſce pedes cruorem abundanter adeò ſparſuros forè, vt vbicunque conſtitiſſent, non modò ſanguinis impreſſa veſtigia formarent, ſed illic etiam manifeſtè conſtaret, pedem ipſum in ſanguine vndequaque immerſum extitiſſe; hunc in modum cecinit, *Intingatur pes tuus in ſanguine.*

Chriſti doloris acerbitas ex pedum crucifixione.

Cap. 16.

Pſal. 67.

15. His autem omnibus animum nobis addit, 16. vt cum antiquo ſerpente alacres in certamen deſcendamus, qui ſemper inſidias calcaneo molitur noſtro. 17. Quod ſi Romani, vt ad virtutem excitarentur, maiorum imaginibus vtebantur, vt ad ipſos imitandos ardentius inflammarentur, ob perpetuam ſignorum memoriam, quæ illis ob oculos quotidie verſabatur; vti Saluſtius refert, cum ait: *Q. Maximo Publium, & Scipionem Ciuitatis noſtræ præclaros viros ſolitos ita dicere, cum maiorum imagines intuerentur, maximè ſibi animum ad virtutem accendi.* Quod etiam quamplures alij fatentur, vti Polibius, Cornelius Tacitus, Caroluſque Sigonius. Quò magis ipſi Sacram intuentes Sindonem Domini, ac Seruatoris noſtri Iesv Christi imaginem, illius conſtantiam admirantes, in plantis cruore manantibus vndiquè, certamina forti; & erecto animo præſentis vitæ ſuſcipere debuerimus?

In Iugurth.

Polib. lib. 6.

Cornel. Tacit lib. 4. & 6.

Sigon. de antiq. iur. Ciui. Ro. lib. 1 cap. 10.

18. Hoc autem loco pius ipſe lector Beatiſſimam Virginem ante oculos ſibi proponat, intuentem Sacros hoſce pedes, perfoſſos clauis, dilaceratos, & ſanguine infectos; vnde eadem illud cum veritate conſentire cognoſcat, quod ipſius natus Angelis dixerat, ſe in torculari fuiſſe inter clauos, & Crucem, ac vti Iob multò ante prædixerat, in plantis peſſimum ſibi vulnus inflictum fuiſſe. 19. Vnde

I cum

Digitized by Google

cum illa Sacros pedes eoſdem ipſius in ſinu repoſitos, oſculari, faſcijs vincire, & ardentiſſimo parentis affectu colligare ſoleret, nunc dum illos non exangues modò, ſed planè mortuos intuetur, adeò vehementi dolore cruciatur, vt de eadem meritò Hieremias exclamare valuerit, *Magna ſicut mare contritio tua.* Hunc in modum pius lector, adiecta lachrymarum profluentia, & crebris gemitibus, intimis ex præcordijs editis, Virginis Matris cor ingenti dolore confoſſum, miſertus, meditari enitatur.

Tren. c. 2.

FRATRIS
DANIELIS MALLONII
DE PLAGIS PEDVM
ELVCIDATIONES.

IN CAPVT SEPTIMVM.

CVM, 1. *Deus in veteri Lege iuſsiſſet* &c. Quæ hucuſque à piētiſsimo Auctore conſcripta ſunt, ea omnia ferè præambula, aut præludia ad ſacratiſsimas Chriſti Domini plagas in Sindone expreſſas explicādas, fuerunt. Quod optimè indicauit auctor infrà cū dixit: *Hæc nos ad ſacra Sindonis explicationem figura vtentes,* &c. Nunc igitur primò ad Sacroſancta Chriſti vulnera, prout è Chriſtifera Sindone nobis eluceſcunt explicanda, quod præcipuum eius fuerat inſtitutum, ſe transfert. Ad quæ explicanda aditum ſibi aperit ex nobiliſsima figura, quæ habetur Leuitici cap. 1. & 2. Vituli in holocauſtum oblati. Quam quidem figuram potuiſſet quidem cum Ruperto lib. 1. de Trinitate, & eius operibus in Leuit. cap. 4 & 5. allegoricè explicare, aut cum Gloſſ. ordinar. Origen. hom 1. in Leuit. & Oleaſtro in eodem cap. tropologicè; ſed quod hi ſenſus à propoſito auctoris ſcopo nonnihil aberrarent, maluit in ſenſuum myſticorum nobiliſsimo, ac principe anagogico explicare. Quoniam autem nobiliſsima eſt hæc figura, & ad ampliſsima myſteria detegenda accommodatiſsima, ideò breuiter erit hoc loco explicanda, vt ex ſingularum partium diſtincta explicatione clareſcat, quam ſapienter ab auctore ſingula ad Chriſtum fuerint applicata. Vitulus enim Chriſtum ſignificabat, vt paſsim ſancti Patres nobis apertè tradiderunt. Rupert. lib. 1. de Trinit. & eius operibus, in Leuiticum

Chriſtiferæ Sindonis explicationis exordium.

Senſus Anagogicus nobiliſſimus, inter myſticos.

Vitulus myſticè Chriſtum ſignificat.

cap. 3.

Digitized by Google

cap. 3. Origen. hom. 1. in cap. 1. Leuitici, Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in Leuiticum, Gregor. hom. 3. in Apocalyp. & in libri 1. Regum, c. 1. Ambroſ. lib. 1. de Abraham, cap. primo, colligitur idem ex Apoſtolo ad Hæbreos cap. 9. dicente, *Si enim ſanguis hircorum, aut taurorum, & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quantò magis ſanguis Chriſti*; & rurſus. *Chriſtus aſsiſtens Pontifex, non per ſanguinem hircorum, aut taurorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit*, &c. *Finis enim legis Chriſtus*. Ideò auctor benè ſubdit:

Victimæ pellem detrahi quid ſignificet.

2. *Manifeſtè Sacram Sindonem inſpicienti apparet*, &c. Immolandę victimę pellem detrahi iuſsit Deus, non eam ſolum ob cauſam, quam Alphonſus Toſtatus quæſt. 20. in cap primum Leuitici affert; quia ſcilicet Deus pro ſe id volebat, quod homines pro cibo ſuo amant; ſed altiore quodam conſilio: quia, vt docuit Ariſtoteles, idem eſt pellis in animali, quod cortex in arbore. Deus igitur pellem victimæ detrahi iuſsit, qui abiecto occidentis literæ cortice, medullam ſpiritus voluit inquiri. Hoc doctè Origen. hom. 1. in cap. 1. Leuitici, & Cyrillus Alexandrin. lib. 1. in Leuiticum explicauit, ſic dicens: *Sacerdos ille detrahit coriũ oblati vituli, qui de verbo Dei abſtrahit velamen literæ, & interna eius, quæ ſunt ſpiritualis intelligentiæ, membra denudat.*

Abiecto cortice literæ, medulla ſpiritus eſt requirenda.

3. *Et eiuſdem membra quamuis corpori vnita*, &c. Hoc ne teſte careat, vel abſque auctoritate dictum videatur, à D. Hieronymo in c. 24. Matth. prædictũ fuerat, cum dixit; *Diuinitatis capax Domini pectus, flagella ſecuerunt.*

Chriſti pectus flagellis diſſectum.

Verum quid ſit oblatum vitulum detracta pelle in fruſta ſecari, acute Origenes vbi ſupra explicauit, dicens: *Diuidit membratim vitulum, qui Dei verbum explicare per ordinem poteſt, & competenti dictione exponere.*

Vitulus membratim ſecatur, cum verbum Dei ordinatè explicatur.

4. *Et ita interioribus artubus in ligno Crucis impoſitus eſt*, &c. Hæc omnia totidem ferè verbis ex Origine vbi ſupra deſumpta eſſe videntur: ita enim ſubdit Origenes, poſtquam ea omnia, quæ de vitulo mactato docuerat, *Quæ omnia cæleſtis ignis abſumpſit, vt Diuinitatis Charitas appareret. Vſque ad lignum carnis paſsio fuit Chriſti. Holocauſtum enim amoris eius per lignum Crucis oblatum eſt.*

Chriſtus igne charitatis exuſtus.

Verum ijs ſic explicatis, noſtra ſeſe altius attollat oratio, vt tanti ſacrificij amplitudinem rimetur exactius, eòque noſtra terminetur oratio, quo nos Apoſtolus Hæbr. 13. inuitat dicens, *Exeamus igitur extra caſtra*, vt ſcilicet Chriſtum extra caſtra pro nobis paſſum contẽplemur, atque ſuſceptæ iam metaphoræ inſiſtentes, cauſas quæramus, cur myſticus vitulus CHRISTVS IESVS in Crucis cataſta extra caſtra erecta, cremari voluerit. Huius autem non curioſæ, ſed maximè ſalubris inquiſitionis cauſam nobis prębet Apoſtolus Hæbr. 13. dicens, *Quorum animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per Pontificem, horum corpora cremãtur extra caſtra; propter quod, & IESVS, vt ſanctificaret populum per ſuum ſanguinem, extra caſtra, paſſus eſt. Exeamus igitur extra caſtra*, vt videamus quiſnam Pontifex Chriſti ſanguinem intulerit in ſancta, cauſamque agnoſcamus, cur Chriſtus extra caſtra paſſus ſit.

Cur Chriſtus extra mœnia paſſus ſit.

Vt autem hæc agnoſcamus, recolenda eſt lex ſacrificiorum, quam Deus tradidit Leuitic. 4. ibi enim ſtatuit, quod ſi pro peccato perpetrato, aut per Pontificem, qui errare feciſſet populum, aut pro ipſius populi, aut pro principum peccato ex ignorantia (hic autem notat Origenes, & ex Origene Cyrillus. Pro peccato Pontificum ex ignorantia nõ offerri Sacrificium, quia in Pontifice, qui alios erudire tenetur ignorantia non præſumitur) offerendum eſſet Holocauſtum, tunc ad oſtium tabernaculi ſanguis funderetur, & inferretur per Põtificem in Sancta. At carnes cum capite, pedibus, pelle,

Lex ſacrificiorum pro peccato ex ignorantia.

Pro peccato Pontificum ex ignorantia nullum offerebatur ſacrificiũ.

Digitized by Google

inteſtinis, ac fimo, & reliquo, extra caſtra efferretur, incenderetur que ſuper lignorum ſtruem, & in loco effuſorum cinerum cremaretur. En igitur myſterium, quod valdè acutè, ac piè Magnus Alphonſus Toſtatus quæſt. 21. in Leuit. explicauit, quia ſcilicet Chriſtus pro peccato Pontificum, & Sacerdotum, pro peccato publico totius populi, ac pro peccato etiam principum ex ignorantia patiebatur. Quale autem peccatum fuerit ex ignorantia, docuit B. Petrus Actu 3. dicens: *Scio quod per ignorantiam feciſtis.* Et ipſe Chriſtus dixit, *Pater, ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.* Ideò ſanguis Chriſti ad oſtium tabernaculi quodammodo fuit effuſus; cum Pontifices Prætorium non eſſent ingreſsi, ne contaminarentur; ſed ad oſtium acclamantes dixerunt: *Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum,* & rurſus. *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Tunc Summus Pontifex CHRISTVS IESVS, vt idem Apoſtolus ad Hæbr. c. 9. *Per amplius, & perfectius tabernaculum, non manufactum, non per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in Sancta,* eo ſanguinem ſuum redemptionis noſtræ pretium, inferens: ideò extra caſtra efferri, & ſuper lignorum ſtrue coextendi voluit: quia vt notat Cyrillus lib. primo in Leuiticum, & Origenes homil. 1. in Leuiticum, etiam mali coloni filium hæredem extra vineam eiecerunt, & occiderunt. Tunc enim ſacrificium hoc placuit Deo ſuper vitulum nouellum cornua producentem, & vngulas.

Chriſtus pro peccato ex ignorantia paſſus eſt.

Sanguis Chriſti ad oſtium quomodo ſit effuſus.

Chriſti ſanguis eſt redemptionis noſtræ pretium.

5. *Hinc eſt quod Crux eiuſmodi diuina charitatis ardore ſuccenſa,* &c. Præclaram propoſitionem præclaris Patrum teſtimonijs illuſtrandam duxi, vt non ſolum propoſitionis veritas confirmetur, ſed etiam vt eius myſteria agnoſcantur à nobis.

Crux eſt in aratro, dixit Ambroſ. ſermone 56. S. Maximus homil. 2. dicit, *Bonus agricola dum aratro dentale ſubijcit, affigit aures, ſtiuem inſerit, figuram Crucis imitatur.* Iuſtinus Martyr Apologetico 2. *Terra ſine Crucis veſtigio non aratur.*

Crux in aratro.

Crux eſt in cœlo in quatuor partes diuiſo: S. Ambroſ. ſerm. 56. S. Maximus homil. 2. de Cruce, dicit: *Cœlum quoq; ipſum huius Crucis ſigni figura diſpoſitum eſt; nam cum quatuor partibus diſtinguitur, Oriente, Occidente, Meridiano, & Septentrione, quatuor quaſi Crucis angulis continetur.* S. Hieronymus præclarè hoc ita expreſsit in cap. 15. Marci; vt Crucis figuram à cœlo ad totum mundum ampliarit dicens: *Ipſa ſpecies Crucis quid eſt, niſi forma quadrata mundi? Oriens de vertice fulgens. Arcton dextra tenet, Auſter in læua conſiſtit, Occidens ſub plantis ſituatur.* Hac de cauſa ſancti Patres Chriſtum in Cruce pendentem contemplantes, eum totum orbem dimenſum eſſe docuerunt.

Crux elucescit in cœlo.

Chriſtus in Cruce pendens totum orbem dimenſus eſt.

Nota hominis partes nouâ ratione ad orbis partes diſtributas, qui enim totum orbem μεγάνθρωπον, id eſt magnum hominem dixere, pedes eius in Artico, caput in Antartico, dextram in Oriente, læuam in Occidente figunt. Nazianzen. oratione 1. apologetica dicebat, manus Chriſti clauis confixas, orbis fines tetigiſſe. Lactantius Firmianus lib. 4. inſtitutionum c. 26. dicit: *Extendit Chriſtus in paſſione ſua manus, orbemque dimenſus eſt.*

Mundus eſt magnus homo.

Crux eſt in naui, Ambroſ. ſerm. 56. Quomodo autem in naui crux appareat, eleganter expreſsit S. Maximus oratione 2. dicens: *Cum à nautis ſcinditur mare, prius arbor erigitur, velum diſtenditur, vt Cruce Domini facta, aquarum fluenta rumpantur.* Iuſtinus Martyr apologetico 2. dicit. *Mare non ſcinditur, niſi trophæum hoc Crucis, quod malus appellatur, ſaluus in naui maneat.* Elegantius hoc Minut. Felix in Octauio expreſsit dicens, *Signum ſanè Crucis naturaliter viſimus in naui, cum velis tumentibus vehitur, cum expanſis palmulis labitur.*

Crux quomodo in naui.

Crucis figuram S. Hieron. cap. 15.

Marci,

Crucis figuram exprimit auis volās, & homo natans.

Marci, in aue ſurſum euolante, contemplatur, dicens, *Aues quando volant ad æthera, formam Crucis aſſumunt.* Rurſus Crucis figuram in homine natante contemplatur, dicens, *Homo natans per aquas, forma Crucis viſitur.* Rurſus in orante; *Orans*, inquit, *forma Crucis viſitur.* Hoc autem qua ratione accidat, expreſſit S. Maximus, vbi ſupra.

Orans Crucis figurā pingit.

Ideò eleuatis manibus orare præcipimur, vt ipſo quoque membrorum geſtu paſsionem Domini fateamur. Clarius hoc Minutius Felix præcitato dialogo in Octauio, ſic expreſſit: *Signum Crucis naturaliter viſimus, cum homo porrectis manibus Deum pura mente veneratur.* Imò in hominis inceſſu Crucis figuram contemplatur

Hominis figura à beſtiarum figura quo differat.

S. Maximus homil. 2. dicens: *Ipſum etiam inceſſus hominis cum manus eleuauerit Crucem pingit.* Et Iuſtinus apologetico 2. dicit: *At humana figura non alia re à belluis differt, quam quod & recta ſit, & manuū extenſionem habeat.* Et Damaſcenus lib. 4. de fide Orthodoxa, cap. 12.

Moyſes & Iacob figurā Crucis expreſſerunt.

docet Moyſen Amalechitas in fugam vertiſſe, cum orans manus in formam Crucis expreſſit. Et Iacob cancellatis brachijs filijs Ioſeph benedixiſſe, quia tunc formam Crucis expreſſit. Ideò & hic obiter nota, in Cuculla, & habitu Monachorum Crucis formam ea de cauſa excogitatam à Nicephoro Gregora, in vita Andronici Imperatoris, cum depoſito Imperio Monachus eſſet effectus. Verum & in facie hominis Crucis figuram agnoſcit Iuſtinus vbi ſupra ſic dicens:

In facie hominis crux eluceſcit.

At humani figura non alia re à belluis differt, quam quod & recta figura ſit, & manuum extenſionem habeat, & in facie à fronte protenſum naſum, per quem & reſpiratio animalibus eſt, neque aliud demonſtrat quam ſignum hoc Crucis. Quinimò, & in tro-

Trophæa militaria crucis figura gaudent.

phæis militaribus Imperatorum Crucis formam extollunt Tertull. Iuſtinus, Maximus, vbi ſupra. Addit Iuſtinus in foſſoribus, & alijs mechanicis operarijs, crucis formam ita in vſu poſitam, vt opus non abſoluant niſi per inſtrumenta, quæ crucis formam referant. Verum hæc miſſa faciamus: ad reliqua pergamus, quibus pietas clarius eluceſcat, noſterque affectus in Deum magis exardeſcat.

Crucis dimenſiones.

6. *D. etiam Auguſtinus in eadem omnes notat dimenſiones*, &c. Præclarè auctor cum ex Ambroſio oſtendiſſet Crucis formam in quam pluribus tam naturæ, quàm artis operibus eſſe conſpicuam, ad crucis dimenſiones cum Auguſtino, imò verius cum Apoſtolo explicandas diſputationem ſuam conuertit. Si enim Crux toti orbi commenſuratur, & coextenditur, meritò eius altitudo, latitudo, & profunditas commendatur. Inſignis autem hæc contemplatio de longitudine, latitudine, ac profunditate, exordium traxit ab Apoſtolo, qui ad Ephæſios cap. 3. ſcribens, hæc dixit; *Vt poſsitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum.* Has autem dimenſiones ab

Longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundum in cruce.

Apoſtolo nulli rei particulari applicatas, B. Aug. de Cruce explicauit, dicens; *Vt poſsimus comprehendere Crucem Chriſti, cuius latitudo dicitur in tranſuerſo ligno, in quod extendūtur manus, & longitudo à terra vſque ad ipſam latitudinem.* Sancti Auguſtini explicationem hoc loco ſecutus auctor, de Cruce, hæc intellexit. Hæc ergo myſteria ſunt nobis hoc loco explicanda. Huius autem explicationis exordium paulò quidem altiùs, non tamen ab ouo petendum eſt, vt cum Mathematicis ſciamus, omnes planè dimenſiones hiſce tribus contineri, ſcilicet longitudine, latitudine, atque altitudine, quæ cum profunditate coincidit. Ex tribus hiſce dimen-

Dimenſiones vnde exordia traxerint, & quot ſint.

ſionibus extremitates ſex, quæ à Philoſophis differentiæ poſitionum appellantur, exoriuntur, ſcilicet, ex longitudine ſurſum, quod vergit ad cœlum, deorſum, quod vergit ad centrum, ex latitudine in dextrum, à quo incipit motus, ſiniſtrum, in quod deſinit motus. Ex profunditate, ſiue alti-

tudine arte, in quo vigent ſenſus, retrò, in quo non vigent ſenſus. Clarè hæc in animali conſpiciuntur ex Ariſtotelis doctrina. His ergò explicatis, quæ, & quot extremitates à Patribus in Cruce conſiderentur, attendamus, vt earum myſteria explicemus.

In cruce extrema quatuor.

Damaſcen. lib. 4. de fide Orthodoxa. cap. 12. quatuor tantum extrema in Cruce contemplatur, dicens: *Quemadmodum quatuor extrema Crucis per medium centrum continentur, & conſtringuntur, ſic per Dei virtutem altitudo, & profunditas, longitudo, & latitudo, id eſt omnis viſibilis, & inuiſibilis creatura continetur.*

In cruce extrema quinque Irenæus agnoſcit.

At Sanctus Irenæus, lib. 2. contra hæreſes Valentini. cap. 42. quinque extremitates conſiderat. dicens, *Ipſe habitus Crucis fines, & ſummitates habet quinque, duos in longitudinem, duos in latitudinem, & vnum in medio.*

Verum in Cruce quatuor tantum extrema conſiderant reliqui ſancti Patres, ſcilicet in erecto ſtipite, altitudinem, & profunditatem, in tranſuerſo, longitudinem, & latitudinem, ſiue vt alijs placet, in ſtipite eleuato, longitudinem, altitudinem, & profunditatem, in tranſuerſo latitudinem. S. Auguſt. epiſt. 119. & 120. in Crucis figura totam Chriſtianæ vitæ perfectionem ſignificari docet; *in profunditate fidem, in altitudine ſpem, in latitudine charitatem, in longitudine perſeuerantiam.* Et ſerm. 118. in Ioan. dicit. *Lata eſt Crux in tranſuerſo ligno, in quo extenduntur pendentium manus, & ſignificat bona opera in latitudinem charitatis. Longa eſt à tranſuerſo ligno vſque ad terram, vbi deorſum, pedeſque figuntur, & ſignificat perſeuerantiam in longitudine temporis vſque ad finem. Alta eſt in cacumine, quod tranſuerſum lignum ſurſum verſus excedit, & ſignificat ſupernum finem, quo cuncta opera referuntur.* S. Athanaſ. lib. de Incarnatione Verbi, dicit Chriſtum in Cruce alta mori voluiſſe, vt nobis iter aperiret ad cœlum, & dominantem diabolum ex alto præcipitem ageret, aëremque purificaret, & viam nobis ad cœlum aperiret, ideò Chriſtus in aëre mori voluit. Quod etiam Chryſoſtomus docuit homil. de Cruce, & latrone, *Quàm ob cauſam*, inquit, *in excelſo ligno, & non ſub tecto immolatur, vt etiam ipſius aëris natura mundetur.* S. Thomas in Ioan. cap. 3. dicit, *Iam Chriſtus terram ambulando ſanctificauerat, ideò exaltari voluit, vt etiam aerem ſanctificaret.*

In cruce Chriſtiana perfectio figuratur.

Crucis myſteria.

Cur in alto Cruce Chriſtus mori voluerit.

7. *Hac nos ad ſacræ Sindonis explicationem figura vtentes*, &c. Prudenter admodum Antiſtes noſter ſingula quæque Paſſionis Chriſti myſteria pia meditatione partienda eſſe explicaturus, legem eam populo datam, vt legitur Leuit. cap. 2. adhibuit, qua ſtatuit, vt ſi oblatio de Sartagine fuerit, debeat minutatim diuidi: quæ quidem lex prius ad literam explicanda erit, & poſtea eius myſteria requirenda. Sartaginem Septuaginta interpretes Τήγανον vocarunt hæbraicè *Machabat*. Eſt autem Sartago, vt ex Rabbi Salomone refert Eugubinus in cap. 2. Leuit. inſtrumentum non profundum quo in Sanctuario vterentur, in quo coquebantur quæ ex farina offerebantur: & Rabbi Dauid apud Hieronymum Oleaſtrum ferè idem docuit, dicens eſſe inſtrumentum non profundum, in quo id, quo coquebatur non admodum torrebatur. Verùm quid propriè eſſet, Oleaſter vbi ſupra, & Marcus Marinus in Arca Noë, verbo *Machabat*, dicunt incertum eſſe. Tandem tamen fatentur eſſe frixorium, ſed non profundum, ſeu lateribus, vel orificijs parum elatis: conſtat enim ex hoc loco Sartaginem fuiſſe non qua carnes, ſed qua panes coquerentur. Oblatio igitur de Sartagine facta, diuidenda erat minutatim. His ſic explicatis, quæ ſub caliginoſa hac Sartagine, atque adeò ſub ipſa oblatione de Sartagine facienda, & minutatim diuidenda

Quid ſit Sartago.

Sartagine panes, nõ carnes coquebãtur.

Digitized by Google

denda contegantur myſteria, requiramus.

Quid ſit oblationē de Sartagine minutatim diuidi.

Rupertus Abbas lib. primo de Trinitate, & eius operibus, in Leuit. cap. 9. dicit, *Tunc oblationis huius de Sartagine factæ ſimila oleo conſperſa, abſque fermento coquitur, parteſque minutatim diuiduntur, cum Sacra doctrina ſingula dicta minutatim diſcutiuntur.* Gloſſa Ordinaria moralis hoc de Doctoribus publicis ex charitate docentibus explicat, dicens, *Panes cocti in Sartagine, id eſt frixi, offerunt docentes ſcholis ex Charitate, nam friguntur magna ſollicitudine proponendi, & auditores capiendi.* Verum illæ interpretationes parum ad rem noſtram faciunt. Melius igitur eadem Gloſſa moralis hæc allegoricè ſic explicat, *Chriſtus*, inquit, *eſt panis frixus in Sartagine, id eſt anxietate, nam imminente Paſsione, factus eſt ſudor eius ſicut gutta ſanguinis decurrentis ſuper terram.*

Chriſtus eſt panis in Sartagine frixus.

At Gloſſa interlinearis pulcherrimam, & maxima pietate conſperſam adhibet interpretationem, ſic dicens, *Si oblatio tua, id eſt diſpenſatio, paſsionis fuerit de Sartagine, id eſt de Cruce, diuides eam minutatim, ſingulas partes paſsionis diſtinguendo, ſcilicet proditionem, ſputa, colaphos, coronam ſpineam,* &c. Eandem interpretationem ſecutus eſt Heſychius in Ord. Gloſſa relatus, qui ſic habet, *Oblatio de Sartagine eſt diſpenſatio Paſsionis de Cruce. Vt enim Sartago cibos aut ſtatim, aut longo tempore eſui reddit aptos, ita Crux ſuper omnia fortis, omnem creaturam crucifixo ſubiecit, & carnem eius, quæ ante paſsionem eſui non videbatur apta, poſtea aptam fecit, ſi enim non fuiſſet crucifixa, ſacrificium corporis eius non manducaremus, quod modo in memoriam paſsionis eius facimus. Vnde ad Ezechielem dicitur: Sume tibi Sartaginem ferream, & pone eam murum ferreum inter te, & Ciuitatem Hieruſalem, quæ ſcilicet in Chriſti paſsione oſtendit. Diuides eam minutatim, hic præcipitur, vt ſermonem paſsionis eius facientes, quæ per partes proceſſerunt diuidamus, ſcilicet alapas, colaphos, ſputa, & vulnera diligenter diſtinguamus.*

Chriſti paſsionem explicans, ſingulas partes diuidere debet.

Crux ſibi omnia ſubijcit.

Auctoris cōſilium.

Pientiſsimam hanc interpretationem pientiſsimus ſecutus eſt auctor, quam auctoritate Beati Iſidori tractatu de Paſsione Domini, confirmauit, vt aditum ſibi aperiret ad eas, quæ in ſacro lintei velamine conſpiciuntur, Paſsionis notas ſeorſim explicandas, vt vnuſquiſque id hac in re præſtare ſtudeat. Quod S. Hieronymus ad Euſtochium ſcribens in norma rectè viuendi monet, dicēs, *Quotidie hanc lectionem diſcite filiæ, quotidie huius lectionis ſumite bolum, hunc non transglutiendo, ſed magna moroſitate maſticando, hinc inde transferte per ora, vt ſentire dulcedinem valeatis.*

8. *Ergo à vulneribus quæ ſacra in Sindone,* &c. Quoniam partes illæ in quas munda oblatio de Sartagine facta, quę multiplicia Chriſti paſsionis myſteria explicat, plurimæ ſunt; quæ ſui numeroſitate maxima, tum tædium, tum perturbationem facere poſſent, niſi exactiſsimo ordine diſtribuerentur; ideò Auctor hoc loco ordinem proponit, quem in ſacra Sindone explicanda, elucidandiſque paſsionis Chriſti myſterijs, quæ in ea eluceſcunt, erit ſeruaturus. Et quoniam id potiſsimū pientiſsimus Antiſtes exoptat, vt lectorum animos, & affectus ad Chriſti paſsionem contemplandam excitet, ideò accommodatiſsimo vtitur artificio, vt non ſolum verbis Chriſti paſſionem explicet, ſed etiam pictam exhibeat oculis tabellam, quæ ea, quę dicuntur, ſenſim oculis ſubijciat. Nam vt Cicero lib. 6. epiſt. epiſt. prima dixit, *Oculi augent dolorem, cum ea, quæ ceteri audiunt, intueri coguntur.*

Proponitur explicandorum ordo, iuxta doctrinæ ordinem.

Oculorum mira vis.

At verò quoniam poſſet hoc loco quis auctorem carpere, quod debitum ordinem in re tanta explicanda non ſeruauerit, non ſolum quia à facilioribus non incæperit, ſeruando naturæ ordinem, non ſolum quia non ab vniuerſalioribus inchoarit ordinem ſeruando doctrinæ; ſed quod partes corporis Chriſti in ſacro linteo expreſſas explicaturus, à pedibus inchoarit, imò à poſteriori, & infima pedum

Præmonitio.

Obiectio.

parte, cum potius præſtantiſsimorum anatomicorum methodum imitari debuiſſe videretur; qui humani corporis partes explicaturi, à nobiliſsimis membris exordium petunt. Quod optimo conſilio feciſſe Andræam Veſalium nouimus, imò hoc ipſum obſeruaſſe nouimus Ariſtotelem, libro primo de hiſtoria animalium, præcipuè cap. 7. cum hoc ordine partes præcipuas explicauerit, ſcilicet, caput, collum, thoracem, brachia, crura; deinde partem capitis, quæ calua dicitur, tum ſinciput, occiput, tum faciem, & prius frontem, cap. 8. Inde oculos, ſupercilia, palpebras, & in cap. 9. & 10. aures, naſum, maxillas, labia &c. cap. 11. colum & pectus cap. 12. inde debito ordine ad reliquas partes deſcenderit.

Anatomicæ ſectionis ordo.

Tollitur obiectio.

Hoc igitur loco præmonitum volo lectorem, eum, cui ſcrupuli huius occaſio in mentem irrepſerit, hoc non temerè, nec caſu factum, ſed magno conſilio, ac deliberatione, præmiſſa ſapientiſsimorum virorum ad hunc effectum præcipuè vocatorum, conſultatione, inter quos præcipui erant, quos honoris cauſa nomino R. D. Auguſtinus Vacarius, tunc Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Alphonſi Palæoti Archiepiſcopi, & Auctoris Vicarius Generalis, admirabilis planè integritatis, ac prudentiæ, adm. R. P. Magiſter Stephanus Guazzaldus, ordinis Prædicatorum Generalis Inquiſitor Bononienſis, vir incomparabilis ſapientiæ, qui nuper ſupremum diem obijt, adm. R. P. Petrus Viana, Soc. Iesv, ſumma planè ingenij acrimonia, ac prudentia præditus. Me vnum nunc libenter omitterem, ne inani gloria ductus me inter tot, tantoſque viros commemorare velle viderer, ſed me ipſum hic nominare cogor, vt veluti oculatus teſtis firmiorem faciam probationem. Hi ergo Sapientiſſ. viri hunc ordinem tanquam præſtantiorem hac in re approbarunt, hac præcipuè ratione ducti, quod hoc libro non anatomica quædam partium ſectio, vel diſtributio eſſet enarranda; ſed ſacra Sindon explicanda. Debuit ergo ordinatè explicari. Et quoniam eo ordine Chriſtus corporis ſui figuram ſacro linteo impreſsit, quem in deſcripto ſchemate cernimus, meritò ſacra Sindon prius ab vna parte debuit explicari, at in partibus extremis pedes ſemper continentur. Arriſit etiam grauiſsimis viris Eſaiæ auctoritas, qui non dixit, *A vertice vſque ad plantam pedis, ſed à planta pedis vſque ad verticem.* Tunc Illuſtriſsimus Auctor ſubdit, Et *nos à planta pedis inchoantes aſcendamus ad verticem, vt oſtendamus, quod à planta pedis vſque ad verticem non fuit in Chriſto ſanitas.*

Illuſtris, & Reuer. D. Auguſtin. Vaccarius, R. P magiſt. Stephan. Guazzaldus, R. P. Petrus Viana laudantur.

Cur ordo in explicanda Sindone obſeruatus ſit approbatus.

Ordo eſt à planta pedis, vſque ad verticem.

Locus Eſaiæ explicatur ad mores.

Verum hic arduus ſeſe nobis opponit ſcrupulus, qui totius ferè, huius alioqui placidæ nauigationis tranquillitatem perturbare conatur: quia citatur hic ea Eſaiæ auctoritas, tanquam vaticinium de Chriſto editum; cum tamen de impia Sinagoga, ac populo graui iniquitate ſit hoc dictum, quam impiam gentem velut corpus conſtituit, de quo ſub metaphora, vt D. Hieronymus in eundem locum exponit, dicit, *Omne caput languidum, & omne cor mœrens* per caput, paſtores, per cor, doctores intelligens, & ſubdit. *à planta pedis vſque ad verticem*, id eſt ab infimis ad ſummos, omnes deprauati ſunt: ita enim exponunt Patres omnes; Hieronymus in eundem locum. Chryſoſt. homil. in id, Viſio Eſaiæ. S. Gregorius, lib. 2. moral. cap. 14. vel ſecundum aliam capitum ſectionem cap. 11. Imò Rupertus Abbas, lib. 1. de Trinitate, & eius operibus, in cap. primum Eſaiæ, moraliter explicans, dicit, per plantam pedis, intelligendum eſſe opus externum peccati, & per verticem capitis, intelligendum eſſe internum mentis iudicium, & dignitatem; & tunc à planta pedis vſque ad verticem non eſt ſanitas, cum quis peccat peccatū in Spiritumſanctum. Vtraque

etiam

etiam Gloſſa, tam ordinaria, quàm interlinearis, exponit à planta pedis vſque ad verticem, id eſt, ab infimis vſque ad ſummos. Non igitur benè explicatum hoc videtur de Chriſto.

Idem locus de Chriſto ſecundum Anagogen explicatur.

Verum huic obiectioni ſic reſpondendum eſt, quod ad literam quidem locus ille de impia gente, in ſenſu ita explicato, intelligendus eſt; tamen anagogicè etiam de Chriſto vaticinium illud Patres intellexerunt.

Iob figura fuit Chriſti.

9. *Hanc autem tam ſæuam in Seruatoris corpore plagam vlceroſus Iob*, &c. Quomodo hoc verum ſit, ſupra explicatum fuit, cap. 5. ex teſtimonio Gregorij in præfatione in lib. moral. & lib. 17. moral. cap. 1. Et 3. moral. cap. 11. Auguſtin. ſerm. 6. de tempore, Carthuſ. in cap. 16. & 18 Iob, Hieron. in præfatione in Iob. Vide Commentaria in eundem locum. Legantur, quæ doctiſsimè ad idem comprobandum à Ioanne Pineda adducta ſunt.

10. *Eiuſmodi verò Sacroſanctæ plantæ tam crudeliter dilaniatæ*, &c. Torcularis metaphora in Chriſti Domini Aſcenſione condecoranda vſus eſt Eſaias ſic Chriſtum loquentem inducens, *Torcular calcaui ſolus.* Verum libet hoc loco B. Remigij verba, quæ in 8. Pſalmi explicatione protulit, ad rem noſtram accommodare. Cum enim Pſalmus 8. inſcribatur pro Torcularibus; B. Remigius obſeruauit, dicens, Nihil de Torcularibus hic agit Pſalmus, ideò hic titulus non accipitur ad literam, pro verò torculari, ideò myſticè quid torcular indicet aperiendum eſt. Multipliciter enim à Patribus intelligitur torcular in Scripturis.

Torcular myſticè, quid ſit

Baptiſmus torcular.

Nam alij, Baptiſmum torcularis nomine intelligunt, vt Athanaſius quęſtione 49.

Eccleſia torcular.

Alij Eccleſiam, ità S. Ambroſ. lib. de Spiritu ſancto. Gregor. lib. 16. moral. c. 52. Auctor imperfecti in Matth. cap. 21. Rupert. Abbas in cap. 13. Apocal. S. Auguſt. in Pſal 8. & in Pſal. 103. qui pro torcularibus inſcribuntur, & Theodoretum, Chryſoſtom. & Hieron. & Haimo in Pſal. 8.

Altare torcular.

Alij, altare holocauſtorum intelligunt, quod victimarum ſanguine, quaſi muſto, madebat; ita Origenes hom. 19. in Matth. Hieronymus in cap. 21. Matth. & in cap. 63. Eſaiæ. Arnobius in Pſal. 8. Euth. & Theophyl. & Beda in cap. 21. Matth. Athanaſ. & Chryſoſtomus.

Spiritus prophetarum torcular.

Alij, Spiritum Prophetarum, qui occidebantur, qui quaſi muſtum feruebat. Irenæus lib. 4. contra hæreſes Valentini, & ſequacium, c. 70.

Dies Iudicij dicitur torcular.

Alij, diem Iudicij. Gregor. 16. moral cap. 15. & Auguſt. in Pſalm. 8. & Eucherius in forma 4. ſpirituali.

Alij, Scholam hæreticorum, & malignantium, ita Hieronym. in cap. 16. Eſaiæ. & in cap. 9 Oſeæ.

Didimus in Pſal. 8. Torcular caſtitatem vocauit.

Caſsiodorus, Torcular dicit eſſe Pœnitentiam.

Gloria cæleſtis.

Alij, Gloriam cœleſtem, vbi in maxima copia iucunditatis muſtum exprimitur, Beda.

Alij, mortem, Gregor. lib. 16. moral. cap. 15.

Alij, preſſuras, & martyrium, Auguſtinus, & Remigius.

Crux torcular.

Alij demum, Crucem, & Paſsionem Chriſti, vbi maximè afflictiones viguerunt, ita S. Hieronymus in cap. 21. Matth. & cap. 63. Eſaię. Bernardus tractatu de Paſsione Domini, cap. 2. Hilarius in cap. 21. Matth. Rupert. in cap. 14. Zacharię, & in c. 2. Aggęi, & Lyran. in Pſal 8. & longa recentiorum ſeries. In hoc ergo ſenſu optimè Torcular ab auctore explicatum eſt, & textui maximè conſona eſt explicatio. Ad literam enim locus ille de Chriſto victorijs onuſto in cœlum conſcendente accipitur; qui ab Angelis interrogatus, quis eſſet, reſpondit, *Ego qui loquor iuſtitiam, propugnator ſum ad ſaluandum*; Subdunt Angeli, *Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta*

menta tua ſicut calcantium in torculari, Id eſt, quare ſanguine mades totus? Reſpondit; Torcular paſsionis, & Crucis calcaui ſolus, ideò ſanguine ſum conſperſus.

Chriſtus ſolus torcular calcauit.

Chriſti ſanguinẽ terra operire non debuit.

10. *Hunc autem ſanguinem à terra exhauriri Deus ipſe prohibuit*, &c. Citatur hic locus ex Iob cap. 16. *Terra ne operias ſanguinem meum*; tanquam propheticè de Chriſto intelligendum. At quoniam fortaſſe quidam hæſitare poſſent, an de Chriſti ſanguine hoc eſſet intelligendum. Libuit hanc auctoritatem primo oſtendere de Chriſto intelligendum; deinde, quis ſit eius verus ſenſus exponere. Quod igitur hoc de Chriſto ſit intelligendum, aperte docet Gloſſa interlinearis, dicens, *Hæc omnia Iob dicit in perſona Chriſti cuius figura eſt*. Quid clarius? Hoc etiam de Chriſto explicat Gregorius lib. 13. moral. cap. 8. & Gloſſa Ordinaria ibidem Ezech. 24. *Sanguis eius in medio eius eſt, ſuper limpidiſsimam petram effudit illum, non effudit illum ſuper terram, vt poſsit operiri puluere*, & infra; *Dedi ſanguinem eius ſuper petram limpidiſsimam, ne operiretur*. Cum igitur conſtet de Chriſto hoc eſſe intelligendum, nunc quis eius loci legitimus ſit ſenſus aperiamus.

Aben Ezra ſic intelligebat, Terra nè excipias ſanguinem meum, vt alij videntes ſanguinem meum ſupra terram, malitiam perſecutorum meorum agnoſcant. At S. Greg. vbi ſupra, tropologicè locum hunc explicans, dicit per terram peccatores intelligi: nam Adę Deus poſt peccatum dixerat, *Terra es*. Terra igitur Chriſti ſanguinem non abſcondit, quando peccator Chriſtum confitetur, & laudat; aut quod terra Chriſti ſanguinem non operiat: quia Eccleſia in omnibus orbis partibus Chriſti ſanguinem prædicat, & laudat. Hæc Gregorius.

Terra Chriſti ſanguinẽ non abſcondit, quando peccator Chriſtum confitetur.

At verò altior quædam ſeſe nobis aperit contemplatio, vt quandam in Chriſti ſanguine vocem, atque clamorem quendam agnoſcamus. Si enim Chriſti vulnera, & claui, & opprobria, & ſpinæ clamant, vt docent B. Laurentius Iuſtinianus, ſerm. in Paſsione Domini, Bernardus ſermone 61. in Cantica, Rupertus Abbas lib. de Trinit. & eius operibus in cap. 4. Gen. Auguſtinus in Manuali, cap. 23. Cur non magis ſanguis Chriſti? Si enim vox ſanguinis Abel clamabat de terra ad Dominum, Geneſ. 4. ſic & animæ eorum qui ſub altari Dei ſunt, clamant, *Vindica ſanguinem*, &c. Apocalyp. 5. Cur non magis ſanguis Chriſti? Magna enim clamoris vis in ſanguine ineſt, vt docet D. Ambroſ. lib. 2. de Cain, & Abel, cap. 9. *Benè dicit*, inquit, *vox ſanguinis fratris tui clamat, Non dicit frater tuus clamat. Non accuſat frater, ne videatur fratricida. Non accuſat vox ipſius, non anima eius, ſed vox ſanguinis accuſat, & dicit; vox ſanguinis clamat de terra, non dicit de corpore eius, quia ſi frater, parcit, ſanguis non parcit, ſi frater, tacet, terra condemnat, ipſa enim teſtis, & iudex, teſtis verior, iudex aſperior*. Hæc Ambroſius. Quæ omnia commodè de Chriſti ſanguine explicari poſſunt, vt eius ante diuinum Tribunal clamorem in ſcelerum vltionem intelligamus. Quod conſiderans auctor Gloſſæ Ordinariæ dicebat, *Magna virtus eſt iuſtitia, quæ vindictam expetit pro ſanguine innocentis*. Sanguinem igitur ſuum à terra operiri non vult, vt eius clamor vindictam expetat in hoſtes eius.

Sanguis Chriſti ad Patrem clamat.

Vis clamoris in ſanguine.

Præclara ſententia.

Iuſtitiæ virtus elucesſcit in ſanguine.

At Sancti Gregorij lib. 13. moral. cap. 9. longè mitior eſt explicatio, nobiſque iucundior, qui Chriſti ſanguinem clamare quidem docet ante regium tribunal; ſed non vt vindictã, vel mortem nobis expoſtulet, ſed vt vitam nobis precetur: ſic enim ait, *Sanguis* IESV *melius loquitur, quàm ſanguis Abel: quia ſanguis Abel mortem fratris fratricidæ petijt; ſanguis autem Chriſti vitam perſecutoribus impetrauit*: & cap. 8. dixerat, *Sanguis Redemptionis eſt clamor*

Chriſti ſanguis ad Deum clamat, vt noſtri miſereatur.

Redem-

Digitized by Google

Redemptoris. A terra igitur ſanguinem ſuum operiri noluit Chriſtus, qui *per ſanguinem introire voluit ſemel in Sancta*, ad interpellandum pro nobis.

Sanguis Christi latriæ cultu adorandus.

11. *Quandoquidem dignum fuerat vt vſpiam aſſeruaretur*, &c. Vberrimus diſputationi, ac propemodum immenſus campus aperitur, quomodo Chriſti ſanguis creatus, ſummo adorationis genere quę λατρεια dicitur, ſit afficiendus. At quis Gordianum nodum facilè ſe ſoluiſſe putabit, ſi dicat, Chriſti ſanguinem hypoſtaticè fuiſſe vnitum: at hoc ab omnibus non admittitur; cum enim ſanguinem negent eſſe animatum. quidam etiam negant hypoſtaticè aſſumptum. Diſputationes iſtę legenda ſunt in 3. ſent. ibi enim oſtenſum eſt, Chriſti ſanguinem hypoſtaticè eſſe aſſumptum, ideò latrię adoratione colendum.

Christi sanguis hypostaticè assumptus à Verbo.

12. *Verùm enimuerò, quantum doloris Dominus noſter ille ex acerbitate perpeſſus fuerit.* Cum B. Thomas 3. part. quęſt. 46. art. 6. acerbitatem paſsionis Chriſti contemplaretur, dixit, quod dolor Chriſti in Cruce patientis fuit maximus inter dolores præſentis vitæ, rationem ſui dicti aſsignans, ait, quia mors confixorum in Cruce eſt acerbiſsima, quia configuntur in locis neruoſis, & maximè ſenſitiuis, ſcilicet in manibus. & pedibus, &c. Quod quidem dictum tunc plenius intelligetur, ſi ſciamus tactus ſenſorium eſſe neruos, quibus mediantibus ſenſatio ſecundum tactum fit: tantus eſt autem dolor ex neruorum confixione, vt perſæpe ſpaſmus cauſetur Quia ergo in pedibus maxima neruorum copia reperitur, ideò grauiſsimus fuit dolor; imò, ſi non ſolum neruos, ſed etiam muſculos neruiculoſos, & ligamenta, quibus oſſa ad inuicem cõnectuntur, quæ neruoſæ ſubſtantiæ ſunt, conſideremus, eo grauiorem eſſe dolorem deprehendemus, ſi pedes ferro terebrentur; præcipuè verò ſi pedum oſſicula plurima quibus tharſopedion nectitur, & eorum ligamenta attendantur, vehementiſsimi, & acerbiſsimi doloris cauſam deprehendemus. Licet enim in confixione clauorum quà pedes transuerberati fuerunt, oſſa nulla confracta fuerint, tamen oſſa ab oſſibus, quà ferro patuit via, dilongari neceſſe fuit, vt patet anotomicam pedis ſtructuram conſideranti, in qua quidem pedum conuulſione, ac tortura, inexplicabilis propemodum dolor Chriſto inflictus fuit. Chryſoſtom. homil. in cap. 27. Matth. dicit. *Chriſtus coronatus fuit ſpinea corona, quia non vna tantum corporis pars patiebatur, ſed totum corpus patiebatur iniurias, caput per coronam, & arundinem, & colaphos, & facies, quia inſpuebatur, genæ alapis cedebantur, corpus totum per flagella, manus per arundinem.* Verum ipſam B. V. Deiparam Chriſti filij ſui dolores ita explicantem audiamus: ſic enim B. V. loquebatur ad B. Brigittam, lib. 1. reuelationum, cap. 10. *Quia*, inquit, *Filius meus natura erat optime, ideò vita cum morte in eius corpore perforato certabat: nam quandoque dolor de membris, & neruis perforatis ad cor aſcendebat, & incredibili dolore, & paſsione vexabat ipſum; & quandoque dolor à corde ad neruos, & membra perforata deſcendebat, & ſic mortem prolongabat cum amaritudine*, & cap. 27. dicit, *Dolor neruorum perforatorum acceſsit inconſolabiliter ad cor eius, & de corde iterum ad neruos. Appropinquante autem morte eius, præ intolerabili dolore cum rumperetur cor; tunc ſtatim contremuerunt omnia membra eius.* Immò audiamus ipſum Chriſtum ſic dolorem ſuum, ex pedum confixione deplorantem lib. extrauag. reuelat. cap. 51. *Pedes deorſum tracti, & duobus clauis perfoſsi, nec aliud ſuſtentaculum habebam niſi clauos, Cor meum plenum erat dolore, & quia recentiſsima erat natura, & optima, ideò dolor quandoque exibat ad cor, & iterùm à corde ad neruos, & ſic augmentabatur dolor, & prolongabatur mors*, &c. & infra: *Me autem in tali dolore ſtante, & in tanto vah perſeuerante,*

Dolor Christi maximus fuit, & cur.

Chrucifixionis acerbitas ex neruis recrudescit.

Ossa Christi non comminuta.

Omnia Christi membra passa sunt.

Cruciatus acerbitas.

Ex doloris vehementia Christo mors illata.

Digitized by Google

nerante, tandem cor crepuit præ violentia paſsionis, & anima egrediebatur. Ecce igitur quibus teſtibus, omni ſcilicet exceptione maioribus, Chriſti paſſionis acerbitas ex pedum confoſsione probetur.

13. *Et ad nihilum redacti ſunt omnes actus mei.* Hoc quam verum ſit, confirmant quæ B. Brigitta teſtatur, lib. 1. cap. 10. & 11. & 26. & 27. & lib. extrauag. reuelationum, cap. 51. Plura autem hoc loco explicari poſſent, niſi ſuis in locis cum de doloribus Chriſti in particulari agetur, eſſent elucidanda.

14. *Dauid præterea cum præſciuiſſet, ſacros hos pedes*, &c. Locus iſte Dauidis ſatis controuerſus eſſe videtur: alij enim hæc verba à Deo dicta eſſe intelligunt; & alij quidem de excidio Hieroſolymitano interpretantur, vt Lyranus. Tunc enim, inquit, tanta fuit ſanguinis copia, vt pes in ſanguine tingeretur: alij de egreſſu populi ab Ægypto; ſed placet hoc loco explicatio Gloſſæ interlinearis, quæ hæc verba non intelligit, tanquam à Deo dicta, ſed tanquam à Propheta dicta ad ipſum Deum, quod Dei pes ſanguine eſſet immergendus; hoc autem factum eſt, dum Chriſti pes ſanguine tinctus fuit.

Chriſti pes intinctus ſanguine.

Videtur autem mihi hoc grande quoddam myſterium continere, cum paulò attentius ea, quæ per Moyſen geſta ſunt conſidero. Cum enim Moyſes ad Ægyptios reuertens, in diuerſorio commoraretur, occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum, tunc verò Sephora vxor eius circuncidit puerum ſuum, tetigitque pedes Moyſi, & dixit, *Sponſus ſanguinum tu mihi es.* Ita ferè Gentilitas, cum Chriſtus eam quodammodo repudiare velle videretur, vt fusè Rupertus in cap. 22. Deut. explicat, in Crucis diuerſorio ſanguine tetigit pedes eius, quaſi dicens, Intingatur pes tuus in ſanguine, quo facto dixit, Sponſus ſanguinum tu mihi es; ſanguine enim tuo deſponſaſti me tibi, tunc ita ſibi ſponſam adoptauit, vt ei libellum repudij dare nuſquam voluerit: ita Chriſtus pedum ſanguine ſibi Eccleſiam deſponſauit.

Moyſis pes intinctus ſanguine.

Moyſes ſponſus ſanguinũ.

Chriſtus ſuo ſanguine Gentium Eccleſiam ſponſam ſibi copulauit.

15. *His autem omnibus nobis animum addit*. Inter ea quæ maximo probro romano militi vertebantur, illud erat præcipuum, ſi in dimicando pedem retuliſſet: *Chriſtus igitur paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius.* Ideò dimicans pedem referre noluit; imò tenaciſsimo clauo affigi voluit, vt robur nobis ad fortiter cum hoſte certandum conferret. Scribit enim Euſeb. Cæſarienſ. lib. 4. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 14. quod inter reliquos Polycarpi martyris glorioſos agones, hoc quoque addit commendatione maxima dignum, quod ſcilicet cum B. Polycarpus rogo ignis, vt viuus combureretur, impoſitus eſſet, impietatis miniſtri eum clauis in rogo configere volebant: tum verò B. Polycarpus, *Sinite*, inquit, *me, qui enim dedit mihi ignis ferre ſupplicium, dabit vt ſine clauorum affixione flammas immobiliter perferam.* Tum claui dimiſsi fuere, Polycarpo igitur conſtantiæ virtutem Chriſti claui tribuere, vt ipſe ignis incendia non perhorreſceret.

1. Pet. 2.

Chriſtus fortis miles pedem non retulit.

S. Polycarpi in cruciatibus conſtantia.

Quare in vitis Sanctorum Patrum, lib. 5. cap. 39. legimus, quod cum B. Patricius Scotiæ Regem alloqueretur, eique Crucis myſteria explicaret, caſu factum fuit, vt baculum, quo ſuſtentabatur, Regis pedi ſuperponeret; at quod grauius eſt, cum B. Patricij baculus acuto mucrone infernè armatus eſſet, ferro Regis pedem perforaret. Tum Rex Chriſti patientiam imitari volens, cuius myſterijs imbuebatur, ratus ſe Chriſti fidem non poſſe percipere, niſi ferro (ad inſtar Chriſti) pes ſibi perforaretur, æquo, fortique animo tanti vulneris acerbitatem tulit: quod vt cognouit vir Sanctus Patricius, Regis patientiam admiratus, ſtatim cum ſua oratione ſanauit. Eadem Chriſti

S. Patricius Regis Scotiæ pedem incautus ferro traſuerberat.

S. Patricij miraculum.

Chriſti fortitudine armati Sancti Dei martyres, de quibus Euſeb. Cæſar. lib. 5. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 1. forti animo horrendum cruciatus genus ſuſtinuerunt, cum impij perſecutores, martyrum pedes ſtipitibus, interdum ferreis clauis, interdum etiam ignitis clauis configerent, interdùm etiam liquefacto plumbo pedes ſaxorum foraminibus incluſos firmarent.

Martyrũ pedes varijs cruciatibus afflicti.

16. *Vt cum antiquo Serpente alacres in certamen deſcendamus*, &c. Aurea hæc ſententia ex Geneſ. cap. 3. deſumpta eſt, digna planè quæ hoc loco diligenter explicetur à nobis: cum enim ſerpens Euam ſeduxiſſet, dixit Deus ſerpenti, *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, ſemen tuum, & ſemen eius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius.*

Mulier nè ac ſemen eius ſerpentis caput conterat.

Porrò in phraſi hæbraica duæ ſunt dictiones valdè affines ſcilicet היא & הוא quarum altera per Iod ſcribitur, altera per Vau; Iod autem, & Vau, in eo ſolo differunt, quod Vau lineam infernè longiorem protrahit, היא ſignificat ipſa, at הוא ſignificat ipſum. Hinc ſecunda expoſitio, qui enim legunt ipſa, ſicuti communiter Patres latini, ſecuti Hieronymi explicationem, hoc ad B. Virginẽ referunt. Qui verò legunt ipſum, ſententiã ad Chriſtum ſemen mulieris referunt. Quare Anagogicè ſententiam illam alij de Chriſto, alij de B. V. interpretantur. Alij verò Tropologicè locum eundem interpretantur. Quare explicatio eiuſdem loci mirificè variatur. Gloſſa interlinearis per calcaneum boni operis finem Tropologicè interpretatur; cui conſentit Philo, lib. 2. allegoriarum, Hieronym. in Pſalm. 48. per calcaneum veſtigia peccatorum intelligit. Auguſt. in Pſal. 103. per calcaneum, lapſum in peccata interpretatur, vt ſenſus ſit; tamdiu ſerpens calcaneo inſidiatur, donec in peccatum quis labatur, iuxta illud Geneſ. 49. *Ceraſtes mordens vngulam equi, vt cadat aſcenſor eius retro.* Quare Baſilius in Pſal. 46. in calcaneo Chriſti, Iudam intelligit, cui diabolus inſidiatus eſt. Gloſſa ordinaria per calcaneum, dolum intelligit, doloſè enim ſerpens inſidiatur. Bernardus autem homil. in Miſſus eſt, & homil. in Signum magnum. B. V. caput ſerpentis conterentem, intelligit. Igitur in multiplici hac expoſitionum differentia, Auctori eam amplecti licuit, quæ locum illum τροπολογικῶς interpretatur.

B. V. ſerpentis caput conterit.

Serpens quomodo calcaneo inſidietur.

Calcaneus myſticè quid ſignificet.

17. *Quod ſi Romani vt ad virtutem excitarentur*, &c. Quoniam infra paullò longior de vſu, & vtilitate imaginum inſtituenda à nobis eſt tractatio, ideoque hoc loco dicenda eſſent, in opportuniorem locum reijciantur.

18. *Hoc autem loco pius lector B. V. ante oculos ſibi proponat.* Quòd nouo, atque efferato ſupplicij genere ſacros Chriſti pedes terebrandos cenſuerint impij carnifices, non miror, infideles enim erant. Quod claui nouo feritatis genere, ita Chriſti pedes tranſuerberarint, vt ſacro Chriſti ſanguine non emolleſcerent, non miror, ferrei enim erant: at verò quòd chriſtiani viri cor ſacra pedum vulnera cogitatione ita percurrat, vt tanta ſupplicij acerbitate non horreſcat, pietate non emolliatur, lachrymis non conficiatur, dolore non colliqueſcat, compaſsione non conſternetur, hoc mihi maximè nouum, hoc mihi maximè mirum videbitur. Quæ ferro, cum ſacroſancta Chriſti carne? Quæ clauis, cum Saluatoris pedibus conuenientia? vt deificos pedes ligno adſtringant? An non è cordis noſtri duritia tot lachrymas elicient claui, quot è Chriſti pedibus cruoris guttas extruſerunt? Quòd ſi lachrymas ex oculis noſtris ſacræ Dominici ſanguinis guttæ non extrahunt, eas ſaltem pientiſsimæ Matris lachrymæ eliciant, illæ enim adeò copioſè, adeò vbertim ex Sacerrimę Virginis oculis erumpebant, vt parũ videretur, ſi aquę tantum guttę profluerẽt, niſi

Apoſtrophe ad B. V.

Quantum nos mouere debeat, quod Chriſti pedes ferro ſint perforati.

Rabies crucifigentium Chriſtũ.

Digitized by Google

B.V. filij paſſionē ſanguineis lachrymis deplorauit.

niſi etiam ſanguineæ guttæ, vt Theophylus hiſtoricus teſtatum reliquit, è B. V. oculis effluerent, quod non obſcurè ſuæ Brigittæ pientiſsima Virgo reuelauit, dicens, *Ex oculis meis erumpebant lachrymæ ſicut ſanguis è venis*; Vt enim ait lib. 1. reuelationum, cap. 10. & lib. 4. cap. 70. cum ſacros Chriſti pedes, ac manus clauis affixas cerneret, agnoſcebat perforatis neruis dolorem ad cor aſcendere, & à corde iterum ad neruos, adeò, vt cum vita mors pugnare videretur, prolongabatur Chriſto cruciatus, & Matri dolor, adeò vt dum claui Chriſti pedes terebrarent, doloris gladius cor Virginis confoderet. Dirum torcular, quod externa filij membra, internum Matris cor ita comprimat, vt inde ſanguinem, hinc lachrymas, inde mortem, hinc mortis agones, extorqueat.

In Chriſto vita cum morte pugnabat.

Dirum torcular cum Chriſti membris virginis etiam cor comprimebat.

19. *Vnde cum illa ſacros pedes eoſdem in ipſius infantia*, &c. Duæ B. V. paſsiones mirum in modum afficiebant, dum filium Virgo Mater inſpiceret, dolor, & gaudium; gaudium dum delicata Chriſti membra virgineo ſinu excipiens dicebat; *Ecce tu pulcher es dilecte mi*. Dolor, dum delicata Chriſti membra, aut clauis perforanda ante paſsionem, aut diris clauis in paſsione iam perforata conſpiceret, Chriſtum enim tunc mente concipiens, dicebat, *Faſciculus mirrhæ dilectus meus*. Vtrumque ex Beatiſsimæ Virginis ad S. Brigittam verbis confirmare poſſum, ita enim legitur Brigittam allocuta lib. 1. cap. 10. *Cum conſpicerem, & conſiderarem pulchritudinem filij mei, anima mea quaſi rorem præ gaudio ſtillabat. Quando verò conſiderabam loca clauorum in manibus, & pedibus, quos ſecundum Prophetas crucifigendos audiui, tunc oculi mei replebantur lachrymis, & cor meum quaſi ſcindebatur præ triſtitia.* Similia leguntur lib. 6. c. 58. & in ſerm. Angelico, cap. 16. & ſequentibus.

Dolor, & gaudium in B. V. corde.

ALPHON-

Digitized by Google

ALPHONSI PALEOTI

ARCHIEPISCOPI II. BONONIENSIS.

SACRAE SINDONIS EXPLICATIO.

De Coxarum, & Crurum Domini plagis in poſteriore corporis parte, ad lumbos vſque. *Caput Octauum.*

Inſpiciatur exemplar in loco per B. deſignato.

MANIFESTO, 1. in Sacra Sindone apparet in conſcendendo à poſteriore corporis parte à pedum plantis per crura, & coxas ad lumbos vſque, Seruatorem ad columnam deligatum, ex vtraque corporis parte, flagris cæſum fuiſſe: 2. ſic enim futurum Hieremias, atque Dauid vaticinati ſunt; alter quidem, cum dixit, *Ædificauit in gyro meo*; alter autem, cum ait, *Circundederunt me vituli multi, & tauri pingues obſederunt me*; cum demonſtrare vellet, eundem à percutientibus circunquaque circunſeptum exſtitiſſe; tanquam certiſſimum ſignum, id quod (ad communem Iudæorum rabiem euomendam) verberantes creberrimos ictus dirigebant. 3. Ex quo illud ad exitum eſt planè perductum, quod Iob ſpiritu actus Diuino, prædixit, *Confregit me, & poſuit me ſibi quaſi in ſignum*. Ad hoc illud Hieremiæ veritati conſonum tandem eſt factum, cum ipſe quoque præuidiſſet, hiſce verberibus impios Hæbreos, veluti qui innocentiſſimum illius ſanguinem ſitirent, id exoptaſſe, vt illum enecarent? *Eradamus*, inquit, *eum de terra viuentium*. Alibi quoque, *Omnes inimici mei dixerunt,*

Threnor. c. 3.

Pſal. 21.

Vaticinia de Chriſti verberibus ad exitum perducta.

Cap. 16.

Cap. 11.

Threnor. cap. 2.

dixerunt, deuorabimus eum. 4. Atque hoc forſan illud eſt, quod vt eiuſmodi crudelem in Chriſtum Hæbreorum animum indicaret, *Pſal. 21.* Dauid ceciniſſe viſus eſt, *Sicut aqua effuſus ſum.* Nam quemadmodum aqua, ad aliorum diſtinctionem liquorum, nec odorem, nec ſignum relinquit vllum, ita Dominus noſter ſua morte nullum de ſemetipſo monumentum, nullámue memoriam relinqueret, vti nonnulli ſpeculatores inquirunt. 5. De fortitudine verò illa, quam Seruator in ijs cruribus, atque coxis præ ſe tulit, illud fortè Salómonis *Cant. c. 5.* vſurpatum cum veritate dici poſſet, *Crura eius columnæ marmoreæ, quæ fundata ſunt ſuper baſes ſuas.* Quaſi illud inferret, ea adeò ſtabilia ſuper ſanctos illos pedes innixa fuiſſe, vt flagellorum ictibus fortiſſimè reſiſterent. 6. De cruribus autem hiſce Rupertus Abbas ait, quod integra conſeruata illud nobis myſticant, quòd vniuerſæ viæ eius rectæ, & inuiolabiles ſunt: ſi quidem crura eius vias ſignificant. 7. Acerbitatem ſanè omnem flagrorum ictus, in crura, & coxas incuſſi ſuperabant, cum neruoſas in partes, atque adeò ſenſu acutiore præditas, infligerentur. Eam ob cauſam Dominus, dum ſua de Paſſione verba faceret, hoſce flagellorum ictus præcipuè commemorabat. Sic enim apud D. Matthæum loquebatur: *Tradetur Gentibus ad flagellandum.* Dauid item hoc ipſum prænunciauit, *Fui flagellatus,* inquit, *tota die;* cum illud verbum, *tota die,* ita exponi conſueuerit, perinde ac ſi integrum diem flagris cæſus fuiſſet. 8. Huius autem flagellationis, certos quaſi caracteres, diuinæ pietati complacitum eſt, nobis memoriam relinquere ſuorum crurum, & coxarum ſanguine impreſſam in poſteriore Sacræ Sindonis parte, vt rudes homines, & qui legere neſciunt, inter mirandum ſacrarum eiuſmodi plagarum, quibus noſtra parta ſalus, imaginem, earundem in cognitionem facilè deueniant; perinde, ac ſi pios euoluerent libros, ipſiſque per aſſiduam darent operam. Hinc D. Gregorius, *Idcirco,* inquit, *pictura Eccleſijs adhibetur, vt ij, qui literas neſciunt, ſaltem in parietibus videndo legant, quæ in codicibus legere non valent.* Etenim picturæ tacentis ſcripturæ nomen inditum. Ex quo in ſecunda Nicæna Synodo Baſilij nomen multis celebratur laudibus, qui id ipſum aſſerat. Et in eadẽ Synodo, in Epiſtola Adriani Pont. Max. Imperatori Conſtantino VI. inſcripta, hoc totum hiſce firmatur verbis, *Ob id depingi in templis Euangelicas hiſtorias, vt homines illiterati, & qui ſacros libros legere nequeunt, quorum ſanè maxima pars eſt, conſpectis illis, redderent Deo gloriam, & reducerent in mentem, quæ in carne conuerſatio Domini noſtri* IESV CHRISTI *fuiſſet.* 9. Vult itaque Seruator hanc per Sindonem ſenſa nobis explicare ſua, non ſecus ac Ægyptij ſuos conceptus denotarẽt, cum varia animantium ſimulachra, vel inſculperent, vel etiã penicillo, coloribuſque delinearent, quemadmodum Philo refert,

Comm. in Ioan. lib. 13. cap. 19.

Integra Chriſti crura in flagellatione eius vias rectas & inuiolabiles indicant.

Cap. 20

Pſal. 78.

Cur Chriſtus ſępius ſuę flagellationis meminerit.

Plagæ Seruatoris in Sindone impreſſæ pium veluti lib. pręferunt, ad rudium hominum mentes erudiendas.

Epiſt. lib. 7. Epiſt. 109. & lib. 9 c. 9

Action. 4.

Action. 2.

Plagę Domini veluti Hieroglificæ notæ.

Ægy-

Lib 4. c. 1. — *De vita Moyſis, lib. 1.* — *Plin. lib. 3. c. 8.* — *Pier. Valer. de mystic. Hiero.* — *Zach. c. 3.*

Ægyptij occultã, inquit, *philoſophiã deſcribunt literis, vt vocant, Hieroglyphicis, hoc eſt notis animaliũ*. Ita Diod. Sicul. confirmat, *Æthiopum literæ varijs animalibus, extremitatibuſq́; non ſyllabarum compoſitione, aut literis, verba eorũ exprimuntur, ſed imaginum figura.* Hoc idem Plin. affirmat, horus item Apollo, Pieriuſque Valerianus. 10. Ac queadmodum Deus per Zachar. Prophet promiſerat, cum dixit, *Ecce ego calabo ſculpturam eius, & auferam iniquitatem in die vna*; quod in Chriſto, verò vtiquè lapide repræſentauit; lapide, inquã, in paſſione vt plagis inciſo, in quo clauorum ſcalpellis, Crucis itidem, & Lanceæ tot illa vulnera inſculpta fuerunt, veluti D. Hieron. interpretatus eadem illa verba, *Iſtum lapidem Clauis, Cruce, & Lancea militis faciã vulnerari*, clariſſimè demonſtrat. Ad eandem quoq; figuram, Iesvs Dominus noſter, nũc nobis illius modi ſculpturæ formã reliquit inſcriptam, hoc eſt. ſuarũ, quibus planè redempti ſumus, plagarũ, in S. Sindone iſthac crurum, & coxarum parte, proprio cruore depicta; in qua non Hieroglyphicis quidem notis, quemadmodum Ægyptij, nec quemadmodũ antea in Agni Paſchalis figura, vel Arietis, vel aliorum animantium in veteri lege ſuæ Maieſt. conſiliũ inumbrare conſueuerat; nec varias diuerſorũ animalium formas oſtendit; ſicuti D. Petro demõſtrauit in linteo, vt in Apoſt. Actis narratur: ſed illarum rerum loco ſanctiſſimarum figura plagarum vſus, quippè quæ diuinæ mentis conſiliũ exprimere queat, hanc eandẽ per figuram peramãter nos omnes alloquitur, & ſuæ in nos diuinæ charitatis conceptus aperit, quæ, vt nobis cum hunc in modum ageret eundem prorſus illexit. 11. Pius hoc loco lector ſibi ante conſpectum ponat B. V. 12. quæ Chriſto Domino noſtro de Cruce ſublato, dum illius crura, coxaſque dilaceratas adeò complecteretur, atrociſſimũ ſenſit dolorem. Itaque cum illa laceros illos artus amplectendo, & interno dolores matris affectu miſerando, ſecum ipſe hunc in modũ loquatur. Suntne iſthæc crura illa Chriſte ſanctiſſime, quæ per Salomonem marmoreas columnas firmiſſimis innixas baſibus appellaſti? 13. Quonam pacto tanta cum ſæuitia vndique dilacerata in nihilum redacta ſunt? Præterea, hæc etiam lachrymando ſubtexat, Eheu Chriſte Seruator meus, cur iſta in imagine mortuus, ita me compellas? Agnoſco tuum conſiliũ, tuam agnoſco pietatem: ſic enim mecum ipſe colloqueris, vt quo viuidiore eiuſmodi pictura, ſanguine redundat; eò vehementius in præcordijs hiſce meis infixæ iſtiuſmodi ſacroſanctæ plagæ remaneat. Et quemadmodum mœſtiſſima Parens tanto in cruciatu conſtituta, cum Ieremia exclamare poterat: *Quis dabit capiti meo aquã & oculis meis fontem lachrymarum?* Sic pius ipſe lector, dũ ſimiles ſibi dari lachrymas expetet Virginis dolores miſeratus eiuſdem cruciatus cũ illa partiri, & Hieroglyphici hanc notam, ſibi à Seruatore propoſitam, magno cum pietatis affectu excipere poterit.

Chriſtum lapidem inciſum fuiſſe, & à Zach. prænunciatum. — *D. Hier. in Zach. c. 3.* — *Act. cap. 10.* — *Conuerſio ad B. V.* — *Cap. 9.*

K FRA-

FRATRIS DANIELIS MALLONII DE COXARVM, ET TIBIARVM PLAGIS ELVCIDATIONES.

IN CAPVT OCTAVVM.

1\. MANIFESTO *in ſacra Sindone apparet*, &c. Quamuis de Chriſti Domini flagellatione ſatis multa in capitibus præcedentibus, maximè verò in cap. 5. dicta ſint, hic tamen quædam neceſſariò ſubijcienda erunt, maximè verò, quę ad eum peculiarem flagellationis modũ, quo vtraque ex parte flagellis cæſus eſſe dicatur, ſpectare dignoſcũtur. Atque adeò infirmum fortaſſe quibuſdam videbitur argumentum, ſi ex eo, quod Chriſti tibiæ, & crura anteriori, & poſteriori ex parte flagellis ſulcata, & ſecta in ſacro linteo conſpiciantur, ſtatim conſequentia fiat, quòd vtraque ex parte Chriſtus flagellis diſruptus fuit. Verum ſi omnia diligenter attendantur, nec leue, nec infirmum eſt argumentum, imò maximi ponderis, ac firmitatis: nam & crura, & tibię, atque adeò, & thorax, & pectus, & dorſum, & lumbi, vtraque ex parte flagellis ita rigata, & ſulcata cernuntur, vt neceſſariò ea nobis ſit conſequentia dedúcenda, quòd vtraque ex parte flagellis cæſus ſit. Vt etiam cauillus ille ex ijs, quę dicta ſunt, facilè tolli poſsit, ſi quis diceret, potuiſſe tibias vtraque ex parte flagellis cædi, etiam ſi totus Chriſtus duplici parte flagellis cæſus non eſſet, quia non ſolum tibiæ, ſed totum Chriſti corpus vtrimque, & vndique flagellis cæſum eſſe cognoſcitur.

Chriſtus vtraque corporis parte flagellis cæſus eſt.

Verum hac in re non leuem difficultatem patiuntur quidam, dicentes, Chriſtum adeò citò flagellis fuiſſe contuſum, vt in tam exigua temporis anguſtia flagellationis exitum expectante Pilato, Chriſto ligando, ſoluendo, iterumque ligando, tempus eſſe non potuerit. Verumenimuero hæc adeò leuis mihi coniectura eſſe videtur, quã vt longa egeat confutatione; ſi enim ſacroſancta Sindon Chriſtum vndique ſępè ſępiuſque flagellis pulſatum, diſſectumque oſtendit, conſtat autem Chriſtum præaltæ columnæ fuiſſe alligatum, quis non videat Chriſtum qua parte columnæ fuit alligatus, eadem vapulare non potuiſſe, maximè ea attenta ligandi ratione, quam ſupra cap. 5 explicaui, neceſſariò igitur Chriſtum vinctum, reuinctumque fatebimur, ita etiam Chriſtus Beatam Brigittam alloquitur in lib. extrauagant. reuelation. capite 28. *Vide me abiectiſsimum in flagellatione omnium membrorum.*

Quomodo in breui temporis ſpatio Chriſtus vtraque ex parte ita acriter vapularit.

2\. *Sic enim futurum Ieremias, atque Dauid vaticinati ſunt*, &c. Chriſtum vndique flagellis cædendum, fortè & Iob prædixit cap. 10. *Circundedit me lanceis ſuis* 19. ſic dicens, *Saltem nunc intelligite, quia Deus non æquo iudicio afflixerit me, & flagellis ſuis me cinxerit.* Et rurſus, *Deſtruxit me vndique, & pereo.* Eccleſ. 51. *Circundederunt me vndique, & non erat, qui adiuuaret.* Zachar. iuxta 70. interpretes. *Circundederunt me viri iniqui abſque miſericordia, quæſierunt me interficere, lanceis ſuis vulnerauerunt me,*

Propheria de Chriſtĩ flagellatione.

& con-

Digitized by Google

& conceſſa ſunt omnia oſſa mea, Pſalm. 21. *Circumdederunt me canes multi.* Et alia multa quæ de Chriſto vndique afflictionibus circumdato, in Prophetis leguntur. Cum autem audiuimus Chriſtum lanceis conuulneratum, flagella taxillata infixis aculeis intelligamus, qualia in cap. 5. à nobis deſcripta ſunt.

3. *Ex quo illud ad exitum eſt planè perductum,* &c. Quomodo hoc de Chriſto ita prædictum comprobétur, tum ipſum Chriſti corpus vndique flagellis diſruptum, prout in ſacra Sindone eluceſcit, tum etiam Beatiſsimæ Matris verba apud Beatam Brigittam clarè oſtendunt, lib. 1. reuelationum, cap. 10. vbi ſic ait: *Inſtante tempore Paſsionis Filij mei, rapuerunt eum inimici eius, percutientes eum in maxilla, & collo, & conſpuentes illuſerunt ei. Deinde ductus ad columnam perſonaliter ſe veſtibus exuit, perſonaliter ad columnam manus applicuit, quas inimici ſine miſericordia ligauerunt. Alligatus autem, nihil omnino operimenti habebat, ſed ſicut natus eſt, ſic ſtabat, & patiebatur erubeſcentiam nuditatis ſuæ: conſurrexerunt autem inimici eius; qui confugientibus amicis ſuis vndique ſtabant, & flagellabant corpus eius ab omni macula, & peccato mundum. Ad primum ergo ictum ego quæ aſtabam propinqua, cecidi quaſi mortua, & reſumpto ſpiritu vidi corpus eius verberatum, & flagellatum vſque ad coſtas, ita vt coſtæ eius viderentur, & quod amarius erat, cum retraherentur flagella, carnes ipſis flagellis ſulcabantur; cumque filius meus totus ſanguinolentus, totus ſic laceratus ſtaret, vt in eo non inueniretur ſanitas, nec quid flagellaretur, tunc vnus concitato in ſe ſpiritu quæſiuit: Nunquid interficietis eum ſic inindicatum? & ſtatim ſecuit vincula eius. Inde filius meus induit ſe veſtibus ſuis; tunc locum vbi ſtabant pedes filij mei totum repletum vidi ſanguine, & ex veſtigijs filij mei cognoſcebam inceſſum eius.* Similia etiam repetuntur lib. 4 cap. 70. Quod verò hic dicitur, quod flagellis nudarunt coſtas

Chriſtus ſponte columnam amplexus, vt flagellis cæderetur.

Chriſtus nudus vapulauit.

Flagellationis acerbitas.

Sanguinis copia qualis in flagellatione effuſa.

Chriſti, ipſe Chriſtus apud B. Brigittam lib. primo cap. 32. dicit, *Anima mihi ſupra omnem creaturam chara eſt, quæ mihi ſic chara fuit, vt neruos meos incidi, & carnes meas lacerari vſque ad coſtas fecerim pro ea, & antequam carerem ea, prius mortem recepi pro ea.* Sed quam rectè dictum illud ſit, *Deuorabimus eum*, oſtendit Pſ. 21. vbi Dauid in perſona Chriſti, *Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens, & rugiens.* Et ideò dixit; *Eripe me de ore leonis, & de manu carnis vnicam meam.* Quem locum explicans S. Aug. & cum ipſo vtraque Gloſſa interlinearis, & ordinaria dicunt, ſicut leo rapiens, & rugiens. Audiamus rugitum ipſorum. Ecce in Euangelio frementes clamant, *Crucifige, Crucifige*, legantur ea, quæ hac de re copioſè à nobis allata ſunt infra in cap. 18.

Chriſti coſtæ flagellis denudatæ.

4. *Atque hoc forſan illud eſt, quod vt eiuſmodi crudelem in Chriſtum Hebreorum animum indicaret.*

Peruerſa Iudæorum nequitia.

Dum pientiſsimus Auctor obſcurũ ſatis vaticinium profert, nullus profectò inficias ibit, hoc vaticinium de Chriſti paſsione non eſſe intelligendum, cum & Pſ. totus 21. è cuius gremio erutum eſt, de Chriſto patiente totum intelligatur; & clarum hoc vaticinium à Patribus paſsim de Chriſto explicetur. Ita Theodoretus, Caſsiod. Dydimus, Auguſtinus, ſed tamen hæſitare poterit quis, an ea germana ſit loci huius explicatio, quam auctor affert: nam Dydimus, Theodoretus, & Nicephorus, dicunt de Chriſto locum hunc eſſe intelligendum, quod ſicut aqua effuſus ſit, quia diſcipuli eius capto Iesv diſperſi ſunt, & veluti aqua diffuſi. Hæc tamen auctoris explicatio valdè apta eſt, & idonea. Conſimilem locum Geneſ. 49. *Sicut aqua effuſus es*, ſic explicat Lyranus dicens: Aqua perfectiùs effunditur, quam alij liquores, quia de alijs liquoribus relinquitur odor, vel ſapor: at aqua effuſa, nec ſapor, nec odor relinquitur, ſed ſtatim tota exſicatur, & in Pſal. 21. dicit.

Aqua qualiter effundatur.

K 2 Chriſtus

Digitized by Google

Chriſtus dicitur ſicut aqua effuſus, quia aqua perfectius effunditur, quam alij liquores, quia de alijs liquoribus effuſis remanet ſapor, & odor, & per hoc intelligitur, quod Iudæi volebant ita eum annihilare, vt de eo nulla memoria remaneret. Locum hunc in eadem ſignificatione explicat Bartholo. Medina, 3. p. q. 5. art. 3. & Rutilius Benzonius lib. 1. diſput. 2. q. 3. concluſione 1. Ideò enim Chriſtus dicit, *Ego autem ſum vermis, & non homo*; quia ſcilicet vermis ita occiditur, vt poſtquam eum pede protriueris, nulla eius memoria, nullus dolor, nullus ſenſus, nulla recordatio conſeruetur.

Iudæi Chriſtum annihilare cupiebant.

Chriſtus cur vermi comparatus.

5. *De fortitudine verò illa quam Seruator in ijs cruribus*, &c. *Crura eius columnæ marmoreæ*. Cum Apocal. 10. Angelus fortis apparuiſſet, eius fortitudinis ſigna deſcribuntur, quod pedes eius tanquam columnæ ignis. In columna enim fortitudo ita monſtratur, vt fortitudinem trito hoc columnæ Hieroglypho conſcribamus. Ideò ad exprimendam fortitudinem crurum Chriſti, dicit Gloſſa, *Crura eius ſicut columnæ marmoreæ*. Atque adeò cum Iſaiæ 14. apparent angeli Chriſtum aſcendentem admirantes, & interrogantes: *Quis eſt iſte qui aſcendit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua, & gradiens in multitudine virtutis ſuæ*. Reſpondet &c. *Ego qui loquor iuſtitiam, propugnator ſum ad ſaluandum*, ſubditque, *Torcular calcaui ſolus*, &c. vt merito in hiſce pedibus torcular proterentibus magnæ fortitudinis ſpecimen oſtendatur; ideò maximis laudibus, atque præconijs ſunt à nobis hæc Chriſti membra celebranda, & extollenda. De crurum horum Chriſti laudibus præclarè Lanſpergius ſic ait in Theorem. 24. *Crura, quæ diuinam perſonam, id eſt hominem, qui cum Verbo eſt vna perſona, portauerunt; Crura, quæ geſtant Creatorem cœli, & terræ, per quem viſibilia, & inuiſibilia facta ſunt; Crura, quæ ſe Deo Patri in laudem, & gratiarum actionem, & pro nobis*

Chriſti cruor columnæ cōparata

Chriſti pedes qualiter torcular calcauerint.

Crurum Chriſti præconia.

ad obſecrationem inclinarunt, & quæ profundiſsima humilitate ſub onere Crucis in amariſsima pœna incuruata ſunt; Crura, quæ pro nobis in prædicationis diſcurſu ſatigata ſunt, hæc tam ſuper ligno Crucis extenduntur, &c.

6. *De Cruribus autem hiſce Rupertus Abbas ait*: &c. Cur crura Chriſti fuſtibus non ſint confracta, à Patribus rationes plures aſsignari ſolent. Rupertus in textu citatus dicit, *Crura integra conſeruata illud nobis myſticant, quod vniuerſæ viæ eius rectæ, & inuiolabiles ſunt*. Et lib. 2. de Trinitate, & eius operibus in cap. 12. Exod. *Quia oſſa Chriſti eius diuinitatem ſignificabant, quæ impaſsibilis eſt*. Aliam addit Auguſt. in Pſal. 34. quam amplectuntur Gregor. lib. 24. moral. cap. 30. & Hieron. in Pſal. 21. *Quod oſſa Chriſti Apoſtolos ſignificarent, qui diſpergendi erant, & non confringendi*. Aliam affert Hilarius in Pſal. 140. *Quia Eccleſia ex oſſe formata non debuit oſſium fractione debilitari*. Tandem Hieronymus in cap. 38. Eſaiæ, & Gregorius lib. 9. moral. cap. 38. In oſsibus dicunt ſignificari fortitudinem, & alias virtutes cælitus nobis datas, quæ comminui non debuerunt.

Crura Chriſti cur non confracta.

Crura Chriſti quid myſticè ſignificent.

Quamuis autem crura, & oſſa Chriſti fuſtibus confracta non ſint, tamen infra in c. 18. oſtendam in coxa Chriſti ſiniſtra, in parte anteriori, grandem quendam liuorem, immanem fuſtis, aut ſaxi percuſsionem coxæ illatam innuere.

Coxa Chriſti graui ictu percuſſa.

7. *Acerbitatem ſanè omnem flagrorum ictus in crura & coxa*, &c. Flagellationem ſuam ſemper Chriſtum exhorruiſſe, quod adeò immaniter ſe fœdatum, & diſcerptum iri proſpiceret, ideò de ipſa veluti de re maximè aſpera ſæpiſsimè eſſe locutum. Matth. 20. *Tradetur Gentibus ad illudendum, & flagellandum*, Marci 10. *Flagellabunt eum*. Lucæ 18. *Illudetur, & flagellabitur*, & infrà; *Et poſtquam flagellauerint, occident eum*. Sed cur Chriſtus tam acerbè flagellis vndiquè macerari voluit?

Chriſtus flagellationem ſuam ſemper exhorruit.

An quia

Digitized by Google

Chriſtus in omnibus membris pati voluit.

An quia amoris eius immenſitas nullum pro nobis paſſionis genus exhorruit? An quia nullum aliud erat ſupplicij genus, quod partes omnes corporis ita excruciare poſſit, ſicut flagellatio? An vt perſequentium furori ſatisfaceret? ij enim animã Chriſti quærentes, cum toto diffuſam corpore opinarentur, totum corpus flagellis cædunt, lacerant, ſcindunt, vt inde animam exturbent? An vt nullum officij genus prætermitteret, quo ſuam erga nos charitatem indicare poſſet? cum autem amorem ſuum erga patriam, & amicos alij in eo teſtatũ fecerint, quod ſeſe flagellis ſpontè ſubiecerint, ſicut Sinon, de quo Virgil. lib. 2. Æneidos, & Zopyrus de quo Iuſtinus hiſt. Ideò Chriſtus etiam vt charitatem erga nos ſuam commendaret, expreſſus flagellis ſe toto ſcindi corpore paſſus eſt.

Animam Chriſti perſecutores quærebant.

Sacrarum imaginũ commendatio.

8. *Huius autem flagellationis certos quaſi characteres*, &c. Quantum valeant ſacræ imagines ad pietatis feruorem in nobis excitandum, ſatis ſuperque indicant Greg. verba. Sed prætereà Gregorij Niſſeni oratione ad Theodorum valdè apta eſt oratio; is enim ſic ſcribit, vbi picturam martyris egregiam ſic laudat, *Pictor etiam flores actis induxit in imagine depictos, fortia facta martyris, repugnantias, cruciatus, efferatas, & immanes Tyrannorum formas, impetus violentos; flammeam illam fornacem, beatiſsimam conſummationem Athletæ certaminum Præſidis Chriſti, humanæ formæ effigiem, omnia verbis tanquam in libro quodam, qui linguarum interpretationes contineat, coloribus artificioſè depingens certamina, atque labores martyris nobis expreſsit, ac tanquam pratum amœnum, & floridum templum ornauit. Solet enim etiam pictura tacens in pietate loqui, maximèque prodeſſe iuxta illud, Tacitum pictura poëma.* Simili ferè argumento Baſilius in oratione in Barlaam vtitur dicens, *Ab eo, ſcilicet pictore, fortium Martyris factorum pictura ſuperatus, gaudeo tali veſtræ fortitudinis victoria hodie victus. Video manus ad ignem, luctam à nobis deſcriptam. Video luctatorem in veſtra imagine illuſtrius depictum*, & Niſſenus in oratione pathetica dicit, *Vidi ſæpius inſcriptionis imaginem, & ſine lachrymis träſire non potui, cum tam efficaciter ob oculos poneret hiſtoriam:* loquitur autem de hiſtoria qua Abraham filium ſuum Iſaac Deo immolare volebat, vt iuſſum Dei præcipientis impleret.

Picturæ ſine ſicut libri & verba.

Pictura tacens loquitur.

Pictura lachrymas excitat.

9. *Vult itaque Saluator hanc per Sindonem*, &c. Cum eximius ille mellifluæ pietatis doctor Bernardus, ſacroſancta Chriſti vulnera in Chriſti carne rubeſcentia contemplaretur, in ſermone illo aureo, quem primo de Chriſti Reſurrect. conſcripſit, dixit, *Verè Chriſtus eſt liber ille, quem Ioannes in ſua Apocalypſi conſcripſit, ſcriptus intus, & foris, foris enim Chriſti vulnera cernimus, ſed intus immenſi eius erga nos amoris incendia contẽplamur. Hunc docti, & indocti vident, hunc omnes legunt, ſed non eodem modo eius myſteria omnes intelligunt.* Sed heu quibus tandẽ literis, quibus notis, quibus characteribus liber iſte conſcriptus eſt? Nouus enim Cadmus Chriſtus, nouas literas inuenit, quibus immenſæ pietatis opera commendaret. Has verò non in ſaxorum monumentis, non in obeliſcis, vt Ægyptij, ſed in ſuo corpore conſcripſit. Cum Plinius obeliſcos ingentes Ægyptiorum contemplaretur, lib. 36. cap. 8. dicit, *Etenim effigies illæ, ſculpturæque quas videmus Ægyptiæ ſunt literæ.* Effigies autem illas conſtat eſſe, vt plurimum notas animalium: ſicut videre eſt cum apud Pierium Valerianum, in lib. quem de notis hieroglificis erudiciſsimè conſcripſit, tum Romę in obeliſcis, quos fel. rec. Xiſtus V. Pont. Max. excitauit, vt in Vaticano, in Cãpo Martio, ad Ædem S. Mariæ de populo, S. Mariæ Maioris, ibi enim notę cernuntur Ciconiarum, Serpentum, Accipitrum, &c. de quibus Lucanus.

Chriſtus eſt liber ſcriptus intus & foris.

Chriſtus eſt nouus Cadmus.

Ægyptiæ literæ quales.

Saxis tantum volucres, feraque
Sculpta ſeruabãt magicas animalia linguas.

Hieroglificas has notas, earumque myſteria ſoli nouerant Sacerdotes

Notę hieroglificæ.

K 3 Ægy-

Ægyptij, ex quibus etiam vaticinia trahebant, qui etiam hac de cauſa ἱερο-γραμματει dicebantur, ita Cælius Rhodiginus lib. 29. lectionum antiquarum cap. 26. Si quis autem multorum hieroglyphicorum ſignorum ſignificationem deſideraret, non admodum difficile eſſet explicare, nam Accipiter rem citò factam explicabat; Crocodilus malum hominem; Oculus iuſtitię,

Hieroglyphorum quorundam ſignificatio.

& totius corporis ſcrutatorem; Perdix, contumelioſum; Anguilla inuidum; Hippotami vngulæ deorſum verſæ, impium, & iniuſtum; Ciconia, iuſtitiam; ita Cœlius Rhodiginus lib. 29. lectionum antiquarum c. 26. Diodorus apud eundem lib. 4. Biblioth. ſed fuſiſsimè Pierius Valerianus lib. de notis hieroglyphicis, quædã etiam Ioan. Baptiſta Egnatius in lib. racemationum. Petrus Crinitus lib. 7. de honeſta diſciplina, cap. 2. & lib. 20. c. 4. Thomas Garzonius in ſua platea vniuerſali, diſcurſu 28. Quare Chryſoſtom. homil. 9. ad Populum Antiochenum dicit, quod Deus antequam Moyſi daret legem, naturam hominum non per literas, ſed per res docere volebat.

Deus ante Moyſem per res loquebatur.

Plurimarum verò volucrũ hieroglyphica accuratiſsimè, & doctiſsimè proſecutus eſt Vlyſſes Aldrouandus, vnicum, ac ſingulare in ea re ætatis noſtræ ornamentum, libris de Ornithologia.

Hieroglyphicorum ſignorum quis inuentor.

Porrò harum notarum inuentionem, alij quidem Herdiſſo attribuunt, vt Thomas Garzonius refert, alij Abraham, qui Ægyptios docuit Mathematica, & Aſtrologiam, vt refert Ioſeph Flauius in de antiquitate lib. 1. Alij à Mercurio Triſmegiſto inuentas volunt, vt refert Iamblicus, lib. de myſterijs primo. cap. item primo. Quamuis alij à Setah inuentas velint, qui ante diluuij tempora duas eas columnas marmoream alteram, alteram verò lateritiam fertur extruxiſſe, in quibus ſciẽtiarum arcana hieroglyphicis ſignis dicitur inſcripſiſſe.

Obeliſci cur fabricati.

Quod ſi hac de cauſa ab Ægyptijs Obeliſci conſtructi fuerunt, vt notas hieroglyphicas conſeruarent, facilè ab ea calumnia excuſari poſſent, quã illis irrogare videtur Plinius, lib. 36. cap. 12. ſic dicens, *Dicentur obiter, & piramides, & in eadem Ægypto Regum pecuniæ otioſa, ac ſtulta oſtentatio. Quippe cum faciendi eas cauſas à plerisque tradatur, ne pecuniam ſucceſſoribus, aut æmulis inſidiantibus relinquerent, aut ne plebs eſſet otioſa.*

At verò, ne literarum hieroglyphicarum tractatio, eo ſolum conſilio ſuſcepta eſſe videretur, vt ea ſolum, quæ antiquitus facta ſunt proſequeremur, & non magis vt Chriſtum veluti hieroglyphico ſigno ſuam nobis effigiem oſtentare voluiſſe, quod & auctoris, & noſtra etiam præcipua intentio fuit, libuit hoc loco ſubijcere quę Beatus Laurentius Iuſtinianus libro de Triumphali agone, cap. 20. non minus pius piè, quam doctus doctè conſcripſit, dicens; *Chriſti attritio, liuor, paſsio, atque interitus, noſtra ſunt calamitatis indices, & adeptæ pacis ſpirituales teſtes. Poterat planè homo quamdiu in mundo conuerſatus eſt Chriſtus, de pacis bono, quam idem perficere venerat dubitare: at vbi patibulo effuſus eſt cruor, de ipſa certificatus eſt pace. Hanc itaque non in membranis, non in lapide, neque in ligno, ſed ſanguine proprio in ſua carne conſcripſit. Librum hunc, vt ab vniuerſis legatur, publicè expoſuit. Non autem ſermone compoſito, vel humana ſapientia exaratus eſt verbis, ſed hominum interueniente malitia, digito Dei ſcriptus: nempe ſæuientibus Gentilibus, atque Iudæis depictus eſt foris, virtute autem, & ſapientia Chriſti formatus eſt intus. Habet foris ſimplex, & indoctus quid legat, habet ſpiritualis, & perfectus quod intus intelligat, legit ſimplex, & lætificatur, atque compungitur, exercitatus verò intelligens irradiatur, atque accenditur. Quis nam niſi ſapientia doctrix poterat paucis tam multa colligere. Abbreuiatam equidem legem, legalia ſacramenta, charitatis compendium, perfectionis celſitudinem, virtutum normam, & totum humanæ redemptionis modum, ordinemque*

Chriſti plagæ quid nobis indicent.

Chriſtus corpus ſuum notis inſcribi cur voluerit.

Quid in Chriſti volumine contineatur.

in hoc

in hoc ſui corporis incluſit volumine. Quãobrem cum ſcribere compleſſet, nihilque ſupereſſet ſcribendum, inquit; *Conſummatum eſt*. Hæc ille. Atque vtinam librum hunc perpetuo legeremus, literas iſtas, characteres iſtos, diu, noctuque præ oculis haberemus, eiuſque myſteria contemplatione aſſequeremur.

10. *Ac quemadmodum Deus per Zachariam Prophetam promiſerat*, &c. Remigius in cap. 3. Zachariæ, *Cælabo ſculpturam eius*, dicit: *Hoc manifeſte de Chriſti paſsione probari poteſt, ſculpturam enim lapidis vulnera dicit, quæ accepit in Cruce, Dabo,* inquit, *ſculpturam eius, id eſt faciam eum vulnerari clauis, & lancea. Hoc Deus pater fecit; ille enim pro nobis filium ad necem tradidit. Lapides pretioſos maximè dilexit Deus, qui in Rationali Summi Pontificis duodecim ſcintillare pretioſos lapides voluit, & in Superhumerali duos miræ magnitudinis lapides Onichinos effulgere.* Pretioſos verò lapides ita ſemper voluit eſſe inſculptos, vt tam in duobus Onichinis lapidibus, quàm in duodecim Rationalis gemmis inſculpta eſſent nomina duodecim tribuum filiorum Iſrael. Verè pretioſus lapis eſt Chriſtus; pretioſum hunc lapidem pater Clauis, Cruce, Lancea, & Flagellis ſculpi, & incidi fecit. Pretioſus hic lapis eſt ille, qui tunſionibus, ac preſſuris expolitus, in fundamento ſpiritualis ædificij conſtitutus eſt, vt tanquam lapis angularis faciat vtraque vnum. Pretioſus hic lapis ille eſt, quem idem Chriſtus per Ioannem Apocalypſeos 2. promiſit ſe daturum ijs, qui ſtrenuè decertaſſent, dicens: *Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo ei calculum candidum, & in calculo nomen nouum ſcriptum, quod nemo ſcit niſi, qui accipit.* O pretioſum lapidem, verè lapis candidus Chriſtus eſt, imò & rubicundus, Cant. 5. *In hoc lapide candido ſcriptum eſt nomen nouum.* Quid hoc eſt bone IESV? Quid polliceris? Quid hoc eſt? Altum ſanè conſilium, ac ſublimè myſterium: certum enim eſt, hæc ita eſſe promiſſa, vt in felici hac promiſsione metaphoram agnoſcamus, quæ Græcorum conſuetudinem in iudicando innuat. Conſueuerant enim Iudæi, & Græci, vt auctor eſt Budæus in Commentarijs Græcanicæ linguæ, candidis calculis abſoluere, & nigris condemnare, quam conſuetudinem expreſsit Ouidius lib. 15. Metamorph. dicens:

Mos erat antiquus, niueis, atriſque lapillis,
His damnare reos, illis abſoluere culpa.

Aut quia antiquitus fauſtos dies, & annos candidis lapillis, infauſtos nigris conſtare conſueuerant; ideò Perſius Satira prima.

Hunc Macrine diem numera meliore lapillo,
Qui tibi labentes apponis candidos annos.

Chriſtus ergo, aut quod in iudicio felicem exitum polliceatur, aut felicem æuiternitatem, ideò candidum lapillum ſe daturum pollicetur; Quid ſi ſe ipſum quoque daturum nobis polliceatur. Ipſe enim lapillus, ſine manibus exciſus qui ſtatuam Nabuchodonoſor conterens, factus eſt mons magnus; ita Dionyſius de cœleſti hierarchia, cap. 2. Rupertus in Daniel. Hieronymus in cap. 33. Eſaiæ. *In hoc calculo candido inſcriptum eſt nomen nouum quod nemo ſcit, niſi qui accipit*. Felix ille qui lapidem hunc accipit Quid igitur hoc in lapide ſcriptum eſt? Acutè, & piè Auguſt. pijs ſuis meditationibus, hoc tandem perſcrutatus eſt, quod in libro Soliloquiorum cap. 2. his verbis expreſsit, *In plagis*, inquit, *ſuis Chriſtus nos deſcripſit, vt noſtri memoriam ſemper habeat. Vulnera*, inquit, *manuum tuarum precor, vt aſpicias: ecce in manibus tuis Domine deſcripſiſti me, lege ipſam ſcripturam, & ſalua me*. Et cap. 13. dicit, *En in manibus tuis deſcripſiſti me, vt ſemper ſit memoria mea apud te, ſi tamen memoria tua iugiter fuerit apud me*. Hæc Auguſtin. Felix ille, qui in candido lapide ſcriptus fuerit, ipſe enim candidum lapidē accipiet, qui eſt CHRISTVS IESVS.

Chriſtus eſt ſculptura lapidis.

Lapidibus pretioſis Deus delectatus eſt.

Deus Pater Chriſtum plagis ſignauit.

Mira explicatio calculi candidi nominiſque in eo inſcripti.

Conſuetudo iudicum Iudæorum, & Græcorum.

Candidus lapillus abſoluit niger dãnat.

Chriſtus eſt lapillus candidus.

Chriſtus in ſuis plagis nos inſcripſit.

Digitized by Google

Apoſtrophe ad B. V.

B. V. mulier fortis.

11. *Pius hoc loco lector ſibi ante conſpectum ponat Beatam Virginem.* Heroicum pietatis facinus nunc in virili fœmina lego. Quis enim aut magis fortem, aut maiore conſtantia præditam mulierem vidit. Inuictæ fortitudinis eſt opus, quod ſacerrima Virgo patienti Chriſto aſsiſtat, quod morientem conſpiciat, quod in Cruce mortuum non derelinquat. Tandem è Cruce depoſitum ſinu ſuo excipiat; Agar filium ſuum ſiti iam propè enectum, collocat, ab eo abſcedit, ne morientem videat. At B. V. morientem non deſerit, ſed morienti compatitur. Miræ pietatis facinus videbatur, quo Reſpha cadauera crucifixorum filiorum cuſtodierit à tempore meſsis hordeaceæ vſque dum ſtillaret è cœlo, id eſt à Menſe Maij vſque ad menſem Septembris abigens per diem aues, & per noctem beſtias, nec permittens eas lacerare corpora filiorum. At B. V. Chriſti corpus è Cruce deponi curauit, depoſitumque ſuo gremio excepit, præmortui filij oculos clauſit, os compoſuit, vulnera explorauit, oſculata eſt, lachrymis rigauit, atque omnibus pietatis officijs proſecuta eſt: imò verò dolore ſe leuari ſenſit, quod filij corpus è Cruce depoſitum contingere potuit; ita enim ipſa teſtatur apud Sanctam Brigittam lib. 4. cap. 70. dicens, *Alijs recedentibus ego recedere non potui, ſed iam quaſi conſolata ſum, quod iam corpus eius de Cruce depoſitum contingere potui, & in ſinum recipere, vulnera explorare, & extergere ſanguinem.*

B V amor fortior amore Agar, & Reſphæ.

B. V. conſolata eſt, quod Chriſti corpus è cruce depoſitum contingere potuit.

12. *Quæ Chriſto Domino noſtro de Cruce ſublato*, &c. Quamuis B. V. in eo dolore quodammodo ſe leuari ſentiret, quod filij ſui corpus pietatis obſequijs proſequi poterat. *Quis tamen non videat, quod oculi augent dolorem, qui ea, quæ cæteri audiunt, intueri coguntur, nec auertere animam à miſerijs ſinunt.* Quantus autem eſſet tunc pientiſsimæ Matris dolor, nullus melius quam ipſa hoc poterit declarare: ipſam igitur loquentem, ac dolorem ſuum S. Brigittæ explicantem audiamus, ita enim loquitur lib. 2. cap. 21. *Qualem triſtitiam tunc temporis habui, non eſt qui valeat dicere: eram enim ſicut mulier pariens, cuius omnia membra poſt partum tremula ſunt. Quæ licet præ dolore vix reſpirare poſsit, tamen gaudet interius, quantum poteſt, eò quòd ſcit filium natum in eandem miſeriam, de qua exijt, nunquam rediturum. Sic ego, licet ex morte filij mei eram incomparabiliter triſtis, tamen quia ſciui filium meum non amplius moriturum, ſed in æternum victurum, gaudebam in anima mea, & ſic cum triſtitia mea aliqua lætitia miſcebatur. Verè dicere poſſum, quod ſepulto filio meo, quaſi duo corda in vnico ſepulchro fuerint.*

B V dolores ſicut mulieris parturiẽtis.

Dolori lætitia permiſcetur.

13. *Quonam pacto tanta cum ſæuitia*, &c. Hieroglificorum ſignorum mira vis, mira ſignificatio fuit. Porrò ſi Anguilla inuidum, Hippotami vngulæ impium, Ciconia iuſtitiam, Perdix contumelioſum, Accipiter rem celeriter factam, Chriſti hieroglifica nota, quid indicabit? An charitatem, an pietatem, an miſericordiam, an ſyncerum cor amici, an æſtuantem amorem, an pacis, & iuſtitiç fœdera? Vide quid iſta innuant, quid dextræ manus plaga, quid ſiniſtræ vulnus, quid pedum foramina, quid lateris effoſsio, quid totius corporis flagella, liuores, plagæ, verbera, tunſiones, habent hæc omnia voces ſuas, clamantque clamore valido, atque vtinam clamoris huius voces attentis auribus audiamus, vt dicere vnuſquiſque poſsit, *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam.* Atque vtinam Sacrum hoc ſignum ita in cordibus noſtris loquatur, vt eius voces audire, & quid indicent plenè atque perfectè intelligere poſsimus.

Chriſtus hieroglificis ſignis notatus quid indicet.

Pſal. 84.

ALPHON-

Digitized by Google

ALPHONSI PALEOTI
ARCHIEPISCOPI II. BONONIENSIS.

SACRAE SINDONIS EXPLICATIO.

De Lumborum plaga, deque nuditate oſſium, ac etiam de dolore, quem Seruatori vehementem, dum tam diri cruciaretur, incuſſit. *Caput Nonum.*

Inſpiciatur exemplar vbi C. deſignata eſt.

INTER, 1. cæteras omnes plagas, quæ ſummum Domino noſtro dolorem intulerunt, vna præſertim, inter diligentiſſimè intuendum Sacram Sindonem, apparet, quæ dubio procul Seruatorem incredibili cruciatu affecit, tum ob ſui magnitudinem, tum ob locum, in quo fuit impreſſa. 2. Quamuis autem hæc noſtram ad notitiam non tam clarè peruenerit, non eſt tamen cur miremur; quandoquidem Deo complacitum ſit, idque ſæpè ſæpius non omnia myſteria eodem tempore hominibus aperire, vt rerum non antea cuiquam patentium, nouitas deuotionem in dies augeat: licet hæc pijs quibuſdam perſonis nonnulla interdum patefaciat, præter ea, quæ ſuperius ſunt adducta. Hæc autem plaga magna ſatis extitit, ex qua Seruator etiam incredibiliter cruciatus eſt; quòd ea in parte foret inflicta, in qua ſenſus ipſe maximè vigeat, & quod ibidem oſſa carne denudata, ob crebrium flagrorum ictuum, toties repetitorum, acerbitatem exſtarent; & quod eodem quoque loco, ſanguis, ab

Acerbiſſimus Chriſti dolor ob inflictam lumborum plagam.

Digitized by Google

ſatis ampla vena profluens, redundaret vberrimè, tum, quod indumenta, partim dum carnibus affiguntur, partim dum refiguntur, magis dilacerarentur; tum quod immenſum Chriſti pondus ſuſtinuiſſet; tum etiam, quod exulceratas haſce corporis partes Cruce preſſiſſet: denique, quòd dum brachia funibus ad clauorum loca traherentur, & pedes eodem tormenti genere ſuffigerentur, eadem lumborum plaga maior fieret. Quæ omnia ſimul collecta, atque meditatione comprehenſa, nobis occaſionem præbent, vberiorem vim lachrymarum effundendi, & ardentiores ab imò pectore gemitus edendi. 3. Hanc autem futuram, Ieremias multò ante præſenſerat, cum dixit, *Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ.* 4. Sed Iob apertius multò prædixit eandem, *Lanceis ſuis*, inquit, *conuulnerauerunt lumbos meos*. Alibi quoque idipſum commemorauit, dum carnem dilaceratam flagellis indicaret. *Conſcidit*, inquit, *me vulnere ſuper vulnus.* Ad hoc idem præſenſit, ob eiuſmodi plagam, oſſa ipſi eidem denudanda fore; quemadmodum in Sindone nudata videntur, *Tabeſcet*, inquit, *caro eius, & oſſa quæ fuerunt tecta, nudabuntur.* Hæ autem fuerunt illuſiones illæ, quarum cauſa apud regium vatem quærebatur, dum diceret, *Lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, & non eſt ſanitas in carne mea.* 5. Nec iſtiuſmodi plaga ex vnico tantum ictu contracta eſt, ſed (vt per Sindonem conſtat) eſt quaſi quidam plagarum cumulus; vnde Seruatori noſtro cruciatuum dolor, vel in immenſum eſt adauctus. Hanc autem multiplicem ictuum ſæpius iteratorum, veluti repercuſſionem, Didacus Stella ſolerter obſeruat, dum ſcribit, *Superadditur, & ſpiſſatur plaga ſuper plagam, liuor ſuper liuorem fractura ſuper fracturam, ſanguis ſuper ſanguinem. Innumerabiles enim ſu runt plagæ illius: nam cum menſura peccati ſit plagarum modus, Chriſtus fuit flagellatus pro peccatis noſtris, quæ innumerabilia fuerunt.* 6. Hinc factum, vt cum Dominus noſter, eandem ob lumborum plagam viribus in tergore omnino deſtitutus eſſet, in Cruce geſtanda, cum pondus illius haud ſuſtinere valeret, ſic in terram præceps datus fuerit. Ac ita illud Ieremiæ multò ante prædictum, cum veritate conſenſit, *Ponet in puluere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes.* Fortaſſis, vt experiretur, an, dum ita deficeret, placandæ crucifigentium crudelitatis, ſpei nonnihil habiturus foret. 7. Cæterùm, ſi populi, aliquo ad Orientis imperium euocato, ipſius ad agnitionem, ad amorem quoque eiuſdem, alicubi publicitus imagine expoſita, quam illorum ante conſpectum proponere conſueuerat; vti Zoſimus, & Petrus Crinitus autumant, quo ſanè ardentius vnuſquiſque IESVM diligere debuerit, dum mirabundus illius effigiem contemplatus erit; & in ipſa tam profundam lumborum plagam, & oſſa denudata, atrociſſimum vulnus referentia, conſpexerit, quod

Marginalia: Vaticinia de Chriſti lumborũ plaga. — Thren. 3. — Cap. 16. — Cap. 16. — Cap. 33. — Pſal. 37. — Lumborum plaga velut quidam cumulus ictuum. — In Luc. 23. — Thren. 3. — Zoſim. in Conſtant. lib. 2. Petr. 17. c. 10.

Digitized by Google

quod noſtri cauſa ſuſtinuit? 8. Hinc etiam ad caſtitatem conſeruandam noſtrum quilibet illud cum animo reputare debebit, Seruatorem in lumbis tam dirè flagellis voluiſſe cædi, vt indicaret, nos laſciuientis carnis appetitus comprimere debere, qui quidem ex hiſce partibus in primis oriuntur. 9. Hoc autem loco quiſpiam pijs ex lectoribus, mentis aciem in Virginem Sacratiſſimam vertere facilè quiuerit, & ſenſus obtutum in Sindone adfigere Sacroſancta, & hinc quidem Seruatoris dolores, illinc autem parentis ingentem planè mœrorem meditari, dum grande profectò vulnus illud intueretur, & oſſa nuda ſpectaret. Hinc dicere poterit. Hiccine dilectiſſima Parens, lumbi ſunt illi, quos tu amantiſſimo filio faſcijs adſtringebas? Iure quidem de his Iob vaticinatus eſt, quod plaga plagæ appoſita, oſſa denudaturi forent. Nec miror ſi Crucem geſtans, in terram cecidit, quemadmodum Ieremias prænunciarat. Ita Virginem meditari quiuerit, dolore confectam quidem, ſed tamen ſacram hanc oſculantem plagam, & ingenti pietatis ardore, lachrymis oſſa veſtientem, quæ miniſtrorum dira crudelitas vndequaque nudarat: & pijs meditationibus Sacram hac in parte Sindonem deoſculando, Virginem ipſam ingenti dolore conflictam, miſerari.

Chriſtus in lumbis verberatus, vt in nobis laſciuiẽtem luxuriam comprimeret.

Conuerſio ad B. V.

FRA-

Digitized by Google

FRATRIS DANIELIS MALLONII DE LVMBORVM PLAGA ELVCIDATIONES.

IN CAPVT NONVM.

INTER, 1. *ceteras omnes plagas quæ ſummum Domino noſtro dolorē intulerunt*, &c. Chriſtus Seruator noſter queadmodum, dum Paſsionis ſuæ mentionem faceret, ſemper cum Cruce, & morte, flagellationis quoque acerbitatem prædicere conſueuit; ita etiam lumborum flagellationem longè antea, & ſignis indicari, & vaticinijs prædici voluit. Nam quod ad ſigna attinet, Ieremiæ præcepit, cap. 13. vt lumbare ſub aquis pontis abſconderet, & ecce tibi ſtatim, lacerum factum, nulli erat amplius aptum vſui. Fortè etiam comedentes agnum, lumbos cingebant; quod veri agni lumbi flagellis cingendi eſſent. Fortè in eo qui apud Ezechielem, cap. 9. *Indutus erat veſtibus atramentarium ſcriptoris habens in lumbis ſuis*. Quod verò ad vaticinia attinet, ea infra adducentur cum dicit Iob: *Lanceis ſuis conuulnerarunt lumbos meos*, & Ieremias: *Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ*. Dauid: *Lumbi mei impleti ſunt illuſionibus*. Atque adeò quod ad veritatem horrendę, & fœdiſsimę eius plagæ, quæ ſupra Chriſti dorſum in lumbis ex frequenti flagellorum percuſsione, ac repercuſsione inflicta eſt, nihil eſt ambigendum: ea enim adeò clarè ex Sacra Sindone deprehenditur, vt abſque lachrymis conſpici, ac conſiderari non queat.

Lumborum ſæua flagellatio prædicta à Prophetis.

2. *Quamuis autem hæc ad noſtram notitiam non tam clarè peruenerit*, &c. Horrendi huius vulneris acerbitatem dicitur Deus Sancto Bernardo ita reuelaſſe, vt ſcilicet docuerit tres dorſi vertebras ex frequentibus flagellorum ictibus carne ſpoliatas, ac denudatas fuiſſe. De hoc vulnere præclarè conſcripſit Ioan. Lanſpergius, & eruditione, & pietate conſpicuus, lib. 3. Elucidationis Paſsionis Chriſti, in hæc verba: *Legitur in quorundam deuotorum libris, Dominus* IESVS *ex multis vulneribus in flagellatione receptis, etiam per lignum Crucis graue quod humeris in vnum conquaſſatis magnum inter ſcapulas vulnus habuiſſe propter Crucis longiſsimæ pondus, quæ ſuper dorſum eius iacens, ex indirecta via, & quia* IESVS *huc, illucque impellebatur, continuè agitata multa vulnera parua in vnum vulnus conſtituerat. Hoc vulnus ſolet a deuotis, pijſque hominibus venerari, quoniam ſic cuidam legitur reuelatum, ideò officio aliquo deuotionis honorari Deo valdè eſſe gratum.* Hæc ille. Et idem Lanſpergius Theorem. 18. de beneficijs dicit; *Contuere verberum multiplicem crudelitatem, atque duritiam quæ vſque ad oſsium patefactionem penetrarunt, & dorſum, & humeros ſecundum Auguſtinum, ſecundum Hieronymum verè pectus Deitatis continentium, omniaque corporis membra ſauciabant, diſſecabant, lacerabant.* Eadem planè verba habet idem Ioan. Lanſpergius lib. 3. Elucidationum in Chriſti Paſsionem, adeo, vt auctor eadem ex Lanſpergio hauſiſſe videatur.

Lumborum vulnus reuelatum.

Cauſæ ſeui huiusij vulneris.

Profunditas huius vulneris.

3. *Hanc autem futuram Ieremias multo antè prauiderat*, &c. Vt clariùs huius vaticinij veritas intelligatur, adducenda

Prophetia huius vulneris.

cènda ſunt ea verba præcedentia, ita enim dicit, *Tetendit arcum ſuum, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam: miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ.* Hæbraicè *Benè aſpirato*, id eſt filios pharetræ ſuæ, eſt aut Hæbraiſmus, ſignificans ſagittam; ideò prudens, ſapienſque auctor, bene ſagittas tranſtulit. Vt autem tam locus iſte, quàm & ſequens, qui de lanceis, & vulneribus loquuntur, clarius intelligantur, recolantur ea quæ ſupra de Chriſti flagellatione dicta ſunt in cap. 5.

Hebraiſmus notandus.

4. *Sed Iob apertiùs multò prædixit*, &c. *Lanceis ſuis conuulnerauerunt me*, &c. Locum iſtum de Chriſti Paſsione affert, & intelligit Lanſpergius Theor. 18. de beneficijs, ſcilicet cum illo, *Conſcidit me vulnere ſuper vulnus*. Facilè autem erit intelligere, quomodo Chriſti lumbi lanceis conuulnerati dicantur, ſi ea quæ ſupra à nobis in cap. 5. adducta ſunt recolantur, ibi enim flagella quibus Chriſti corpus diſſectum eſt, taxillata, atque aculeata fuiſſe docuimus, quæ ſcilicet aciculis ferreis veluti lanceolis inſitis pungerent, ferirent, ac retracta, Chriſti corpus vndique ſulcarent.

Chriſti lũbi quomodo lanceis conuulnerati dicantur.

5. *Nec iſtiuſmodi plaga ex vnico tantum ictu contracta eſt*, &c. Acerbitatem huius flagellationis verbis, & pietatem, & mæſtitiam maximam præſeferentibus expreſsit B. Laurentius Iuſtinianus, lib. de triumphali agone, cap. 14. dicens; *Cuius oro tam ferreum pectus, tanti non emolliret benignitas Redemptoris: ligatur, caditur, totoque flagris corpore diſſipatur. Nunc ſcapulas, nunc ventrem, nunc brachia, nunc crura cingunt, vulnera vulneribus, plagas plagis recẽtibus addunt. Hinc liuor tumens, inde ſanguis erumpens, variatum cutè decoriata reddit corpus, adeò, vt membrorum compages viſibiles fierent.*

Flagellatio Chriſti quam lachrymabilis ſit.

6. *Hinc factum, vt cum Dominus noſter ob lumborum plagam*, &c. Qui cauſam inquirunt, cur Chriſtus Crucis pondere grauatus, in terram corruerit; eam omnes in flagellationis immanitatem, & ſanguinis effuſi copiam conferunt. Porrò Chriſtum ſub Crucis pondere corruiſſe in terram, Euangeliſtarum nullus expreſsè deſcripſit: Chriſtum tamen non ſemel atque iterum tantùm ſub Crucis pondere corruiſſe, multi, ijdemque graues auctores prodiderunt. Io. Paſchaſ. Carmelita, in ſua peregrinatione, die 207. Chriſtum in terram deſcribit eſſe prolapſum. Primò in ciuitate Hieruſalem, ad finem plateæ Prætorianæ, vbi Pilatus ſententiam tulerat, poſt piſcinam interiorem. Secundò autem in die 210. dicit in exitu vrbis, ipſo in limine portæ ciuitatis, quæ porta luctus, ſiue iudiciaria dicebatur, Chriſtum eſſe prolapſum: quod etiam ex ipſo affirmat Chriſtianus Adricomius, in deſcriptione Hieruſalem, num. 122. & 247. Tertiò autem, Chriſtum ſub Cruce cecidiſſe ferè ad radices Caluarij montis, tradunt Ioan. Paſchaſ. vbi ſupra, die 181. & 212. Bernardus Breidembach. 13. Iulij, & Chriſtianus Adricomius in deſcriptione vrbis Hieruſalem, numero 249. qui etiam dicit, hanc eſſe antiquorum traditionem; & ibi in facti memoriam erectum eſſe lapidem Crucis figura inſignitum. Hoc etiam ferè omnes Euangeliſtæ (licet obſcuris verbis) inſinuarunt dicentes, *Angariaueruntque Simonem quendam Cirenæum venientem de villa, vt tolleret Crucem* IESV, quia ſcilicet eam IESVS ferre non poterat.

Cur Chriſtus ſub crucis põdere prolapſus ſit.

Chriſtus ſub cruce ſæpius prolapſus.

Cum autem hoc loco ad id confirmandum adducitur Ierem. auctoritas Threnor. 3. difficultatem diſsimulare non queo, quomodo hæc auctoritas, *Ponet in puluere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes*, de Chriſto cadente explicetur, cum potius explicanda videretur de populo toto Iudæorum, qui fame oppreſſus, loco panis puluerem, & terram in os inſerüerit, iuxta figuram hipallagen, qua id quoque intelligitur, *Cornua in manibus*, id eſt manus in cornibus, *Mittamus lignum in panem*, id eſt panem in lignum,

Chriſtus quomodo poſuit os ſuum in puluere.

Digitized by Google

lignum, ita hic *os in pulverem*, id eſt pulverem in os, ſi forte ſit ſpes euadendi; maximè, quia conſtat, quod Ieremias in eo capite de obſidione Hieroſolymitana, fame Iudæorum, quæ toti mundo ſpectaculum maxime extitit, loquitur, vt cum dicit: *Cibauit me cinere*; & illud; *Fregit ad numerum dentes meos*, alia lectio legit, *Comminuerunt, ſeu fregerunt lapillis dentes meos*; Hæbraicè verò qui *eſt lapillus arenoſus*: ideò Rabbi Salomon ita interpretatur, *Immiſerunt calculos panibus meis, quorum eſu attriti ſunt dentes mei.* Tamen locum illum de Chriſti Domini lapſu cum crucis pondere preſſus os in terram poſuit, aut de Chriſto in horto, cum procidens in terram orauit, interpretatus eſt Ioan. Lanſpergius, lib. elucidationum in Chriſti Paſsionem, & ita eſſe intelligendum de Chriſto oſtendunt verba immediatè ſubſequentia, *Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs*. Quæ communiter de Chriſto eſſe intelligenda communis Eccleſiæ conſenſus indicat. Ego etſi dominici caſus allatam cauſam, tanquam præcipuam, maximè probandam cenſeo, quod tot, tantiſque auctoribus placuerit; aliam tamen etiam aſsignari poſſe arbitror, ſcilicet, quod Chriſto Domino ad Caluariæ montem ſub Crucis onere properanti, quam plurimæ, eædemque grauiſsimæ preſſuræ, percuſsiones, alapæ, ſaxa, aliaque eiuſmodi ſimilia ſexcenta incommoda acciderint. At quod impia turba in Chriſtum tam cum ad Caluariæ montem conſcenderet, quàm etiam cum à Pilato ad Herodem, & ab Herode ad Pilatum recurreret, lapides, ligna, fœnum, ſtercora, & alia eiuſmodi conijceret, teſtatus eſt B. Anſelmus de Paſſione Domini; & Ioan. Lanſpergius, libro 3. elucidationum in Paſsionem Chriſti, dicens: Tradunt quidam, quod alij lutum projiciebant contra IESVM, alij lapides, alij ligna, alij malleis, pugnis, calcibuſque cum lacerabant: ideò Chriſtus ſub Cruce cecidit, & ei per os ſanguis exiuit. Ioan. Eckius ſermone de Paſsione Domini, art. 5. conſideratione prima, qui hoc etiam memorabile addidit, quod dum hæc in Chriſtum facinora committerentur, B.V. Chriſtum Dominum ſequebatur, quæ non ſolum ſacrilegas perſequentium manus, filiumque patientem intuebatur, ſed & conuicia horrenda audiebat. Hoc autem impium factum B.V.D. Brigittę, prout legitur in lib. 1. reuelationum, cap. 10. ſub ijs verbis indicauit, *Eunte filio meo ad locum paſsionis, alij percuſſerunt eum in collo, alij in faciem ceciderunt, & tam fortiter, & valenter percuſſus eſt, vt licet ego non viderem percutientem, audiui tamen clarè ſonitum percuſsionis.* Et lib. 4. cap. 70. *Cum Chriſtus traheretur ad columnam, vt flagellaretur, ita trahitur, & impulſiuè proſternitur crudeliter, vt concuſſo capite, dentes colliderentur, & ad collum, & maxillam percutitur ita fortiter, vt ſonus percuſsionis ad aures meas perueniret.* Addit etiam Ioan. Lanſpergius, quod *Chriſti caput tot erat tunſionibus plenum, vt præ dolore vix poſſet aërem tolerare:* ita lib. 1. homil. 33. de Paſsione Domini, & homil. 14. de Paſsione dicit, *Ibant autem auctores in via Chriſtum in lutum, & lapides, & ad muros detrudentes; in itinere quoque trahunt, & retrahunt, cadunt, & impellunt, & paullo poſt, neque Chriſto defuerunt vulnera, & plagæ, quandoquidem armis, pugnis, multiſque caſus, impellebatur*; Quare è ſacra Sindone in anteriori parte coxæ ſiniſtræ, ingens tumor, ac liuor magnæ percuſsionis apparet ingenti ſaxo, aut fuſte magno inflictæ. Addatur, & itineris longitudo, quam ex probatis auctoribus deſcribit Chriſtianus Adricomius, in deſcriptione Hieruſalem, numero 118.

7. *Cæterum ſi populi aliquo ad Orientis Imperium euecato.* Morem hunc plurimùm inualuiſſe, vt electo Imperat. imago tranſmitteretur, apertè Sigonius, lib. de Occidentali Imperio, indicat,

Fames Iudæorum.

Chriſtus ſub Cruce collapſus.

Chriſtus in itinere crucis horribiles vexationes paſſus eſt.

Lachrymabile ſpectaculum.

B. V execrabilia opprobria & conuicia in Chriſtum illata audiebat.

Horribilis percuſſio.

Chriſti caput tot tunſionibus plenum erat, vt vix aërem tolerare poſſet.

Ingens percuſſio coxæ Chriſti illata.

Imago Imperatoris.

dicat, anno 306. 307. 422. Verum hic obiter notatum velim, præcipuè Romam ad Senatum Imperatoris imaginem tranſmitti ſolitam, Sigonius vbi ſupra, anno Chriſti 306. tum etiam ad alias Vrbes, vel Prouincias, quarum maxime imperium Princeps adamaſſet, ita apud Sigon. vbi ſupra, anno 307. à Maxentio in Africam ſuam imaginem tranſmiſſam legimus. Maxima porrò Imperatoris offenſa erat, ſi populi eius imaginem reſpuiſſent. Cum enim Maxentius in Africam imaginem ſuam tranſmiſiſſet, milites qui Galerij Imper. partes tuebantur, ne Maxentij imago publicè circunferretur, obſtiterunt, quare Maxentius in Africam bellum immiſit. Verùm hoc memorabile valdè eſt, quod de Conſtantio Imp. ſcriptum reliquit Sigonius vbi ſupra, anno 420. Is enim Imperator acclamatus imaginem ſuam ad Theodoſium trāſmittit, hanc ille non accipit, id ò tanto mœrore conficitur Conſtantius, vt ſexto poſt ſuſceptum Imperium menſe, dolore enectus obierit. Morem hunc noſtra etiam tempeſtate vigere, vt Romanorum Imperator electus cum fuerit, Romam ad ſummum Pontif. imaginem ſuam tranſmittat, vt ab eo confirmetur; tum etiam, ad alios Principes, ex Sigonio de bello Italiæ oſtendit Iſidorus Moſconius, vir ſingulari, & eruditione & pietate præditus, qui ſub Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſſimo D. Alphonſo Paleotto Archiepiſcopo, cuius librum hiſce commentarijs amplificamus, Generalis Vicarij Bononienſis onus ſumma cum laude ſuſtinuit, in aureo eo libro, quem de Maieſtate militantis Eccleſiæ recens conſcripſit, in lib. 2. cap. 2. §. His itaque diligenter, &c.

Maxentius imaginem ſuam ad Afros tranſmiſit.

Bellum Afris indictum quod Imperatoris imaginē non receperint.

Imperatoris electi imago ad Summum Pōtificem mittitur.

Præcipuè autem, vt imaginis typo amorem concilient imaginem mitti ſolitum, vel ex eo comprobare poſſumus, quod maximam ad amorem conciliandum cognitio vim habeat, voluntas quippe noſtra cuius actus amor eſt, in incognitum non fertur. Quare D. Ioannes in prima epiſt. cap. 4. dicit: *Si enim fratrem ſuum quem videt, non diligit; Deum quem non videt, quomodo diligere poteſt.*

Imago amorem conciliat.

Amor non fertur in incognitū.

8. *Hinc etiam ad caſtitatem conſeruandam*, &c. En nouum contra effrænem libidinis furorem homini collatum præſidium. Indomitam Luxuriæ peſtem probroſis conuicijs etiam Ethnici perſecuti ſunt; malam beſtiam omnes fatentur, indomitam furiarum facem, effrænem hydram, cui ſi caput vnum præcideris, pullulent alia. Huic indomito malo remedia, ac medicamina adhibere conati ſunt multi. Atque in primis Plinius lib. 20. cap. 7. Lactucę ſemina in vino pota, libidinū imaginationes in ſomno compeſcere tradidit. Mox in lib. 24 cap. 9. Salicis folia contrita, & pota, libidinis intemperantiam cohibere, imò frequentem eius vſum in totum eam tollere.

Libidinis colluuies quam fœda.

Remedia contra libidinem.

Tandem viticis folia ſubſtrata cubilibus eorumque ſuffumigia venereæ rei impetus ſedare. Ideò Athenienſes matrones caſtitatem ſeruaturas, viticis folia ſibi ſubſternere ſolitas, teſtatur Plinius vbi ſupra; Alij lilia alba toroſtrata ſuo odore libidinis furorem ſedare, turpeſque ſomniorum imaginationes comprimere, de quibus quidam Poeta cecinit,

Vites libidinem coercet.

Caſtos dant lilia ſomnos.

Alij plumbeas laminas lumbis ſuperpoſitas æſtuantes libidinum faces ſua frigiditate lenire tradiderunt.

Andræas Bacchius balneorum vſu libidinem ſedari docuit, libro tertio de Thermis, capite ſecundo.

Ioan. Eckius nullum efficacius remedium dixit poſſe excogitari, quàm ſi fœminam cuius amore quis trahitur exanimem, fœtidam, ac à vermibus coroſam, ſe in ſepulchro videre quis fingat.

Mirum præſidium cōtra mulierum amorem.

Ariſtoteles ſectione quarta Problematū, Problemate quinto, frigiditate pedum,

Digitized by Google

pedum, libidinum incentiua domari, frigentes enim pedibus, ægrè concumbere poſſe docuit.

Ieiunio libido domatur.

Ieiunio carnis petulantiam ſubigi, communis Patrum conſenſus tradit, nam & Ariſtoteles venerem ſatietatis comitem agnouit, lectione 10. Problematum, Problemate 16. Venter enim cibo, potuque diſtentus, in libidinem ſpumat; quare bene quidam dixit, *Sine Cerere, & Baccho friget Venus.*

Angelorum tutela concupiſcentiæ æſtus refrigerari, ex probatis auctoribus aliàs docui in Scholaſtica Bibliotheca, in 2. ſent. diſt. 11. diſput. 5.

Mirabilis B. V. aſpectus.

Beatæ etiam Virginis Patrocinium, ſuo enim aſpectu libidinis motus extinxiſſe, tradit S. Ambroſius de caſtitate virginis, cap. 7. Bonauentura, 3. diſt. 3.

Sed ecce nouum præſidium, vt interim plurima alia remedia taceam, quæ tum contra luxuriæ vitium, tum vniuerſaliter contra omnes tentationes colligit Gaſpar Loartes in monitionibus ad Sacerdotes, cap. 20. & 21.

Chriſti lumbare vulnus, libidinum æſtus compeſcit.

Hæc autem eſt ſæua flagellatio lumborum Chriſti, qui vt vulnera libidinis noſtræ, quæ viris in lumbis eſt, fœminis in vmbelico maximè exardeſcit, ſanaret, horrendo vulnere lumbos ſuos vlcerari paſſus eſt.

Hinc optimè videre poteris, qualiter & tu Luxoriæ inquinamentis mederi valeas. Chriſtus ſanguinaria flagellatione lumborum, noſtrorum vitijs attulit medicinam: eadem tu quoque medicina vti debes, vt lumborum flagellatione, carnis petulantiam domes, & ſubigas.

Apoſtrophe ad B. V.

9. *Hoc autem loco quiſpiam pijs ex lectoribus mentis aciem*, &c. Cum B. Virg. Chriſtum in ſinum ſuſcepiſſet, cum adeò dirè, adeò immaniter tractatum

Chriſtus quaſi leproſus.

deſcribit libro primo, capite decimo, libro ſecundo, cap. 21. & lib. quarto, cap. 70. vt quaſi leproſus videretur, ita toto corpore liuidus, toto corpore ſanguine, ac tunſionibus conſperſus erat. Quod ſi Sinonis flagella adeò ad pietatem hoſtes flectere potuerunt; qui in fidelium cordibus poterunt Chriſti parentis flagella? Zopyrum vt adeò fœdè laceratum ſui amore conſpexit Darius, adeò doluit, vt diceret,

Chriſti plagæ Zopyri fœditatem ſuperarunt.

ſe Zopyrum fœditate illa carentem magis optare, quam mille Babilonias. Quem igitur cruciatum, quem mœrorem, quas lachrymas putas in B. V. pectore Chriſti flagella cauſaſſe? Quis eius lachrymas valeat explicare? Quæ certè ſolatium illud in Chriſti morte habere non potuit, quod in morte Abner Dauid habuit, dicens 2. Reg. 3.

Chriſti ignominia dum eius manus pedeſque ligati, & flagellis cæſi ſunt.

Nequaquam vt mori ſolent ignaui, mortuus eſt Abner, manus eius ligatæ non ſunt, nec pedes eius compedibus aggrauati. At B. V. non ſolùm Chriſti manus, & pedes ligatos vidit. ſed totum etiam corpus adeò flagellis contuſum, & diſſectum, vt non amplius eſſet in eo ſpecies, neque decor.

ALPHON-

Digitized by Google

ALPHONSI PALEOTI
ARCHIEPISCOPI II. BONONIENSIS.
SACRAE SINDONIS EXPLICATIO.

De plagis in tergus, & humeros inflictis, & per geſtatam Crucem amplificatis. *Caput Decimum.*

Inſpiciatur exemplar vbi D. appoſitum.

SEQVITVR, 1. vt ad intelligendas nonnullas plagas, parum ſanè conſideratione comprehenſas, nec antea viſas, aut nobis cognitas, quæ ſunt illæ, quæ in tergore, ac humeris ſanguine redundantibus, atque tumidis, apparent; tum ob geſtam Crucem, quam ob incuſſa verbera, ſicut per ſacram Sindonem conſtat, 2. vſitatum in damnatis morem præmittamus; nam illorum quilibet propriam deferebat crucem,
vti Plutarchus refert, *Et corpore quiſque maleficorum ſuam effert Crucem.* *Plutarch.*
Ac Arthemidorus, *Qui crucifigendus eſt*, inquit, *eam portat.* Idcirco *de ſera*
Seruatori noſtro à Pilato ad Crucem adiudicato, Crux ferenda data *numinis*
Cap. 19. fuit, in qua moriturus erat, vt D. Ioannes Euangeliſta ſcribit, *Et* *vindicta.*
baiulans ſibi Crucem exiuit. Idque D. Auguſtinus obſeruat, dum in- *li.2.c.61.*
Tract 17. quit, *Ibat ad locum, vbi fuerat crucifigendus, portans Crucem ſuam* IESVS. *Hom. 84.*
in Ioan. D. præterea Ioannes Chryſoſtomus, *Et ei Crucem*, ait, *tanquam reo* *in Ioan.*
Cur Chriſtus propriã Crucem detulerit. *impoſuerunt.* Ad hoc D. Athanaſius, *Crucem*, inquit, *ſuam ſuſtulit.* 3. *De Paſſ. & Cruce.*
D. quin etiam Cyrillus Chriſtum, tanquam Seruatorem conſide- *D. Cyrill.*
rat, & inquit, *Crucem portans Chriſtus, non ſibi, ſed nobis tranſgreſſoribus* *in Io. lib. 12.c.28.*

Digitized by Google

In Ioan. c. 17. debitam. Euthymius inſuper ipſum conſiderat, *Ferentem Crucem in humeris, tanquam ſtrenuum militem lanceam, qua deiecturus erat aduerſarium.* Alibi etiam, *Primum,* inquit, *impoſuerunt ipſi Crucem, tanquam condemnato, & baiulans eam exiuit.* *In Matth. c. 27.* 4. Cæterùm, Domino Crucem geſtante, Iſaac figura ad exitum re ipſa perducta fuit: etenim *Iſaac ligna portauit; ſed tunc in patris voluntate tantum conſtitit: Figura enim erat, nunc res ſecuta eſt.* *Gen. cap. 22.* *Figura Chriſti geſtantis.* *In Ioan hom. 84.* Sic D. Ioannes Chryſoſtomus teſtatus eſt. Tertullianus etiam addit, *Iſaac, cum à patre hoſtia duceretur, & lignum ſibi ipſe portaret, Chriſti exitum, iam tunc denotabat, in victimam conceſſi à Patre, lignum Paſſionis ſuæ baiulans.* *Aduerſus Iudæos c. 10.*

Vaticiniũ de Chriſto Crucem gerente.

Is idem Crucem geſtandi modus, cum eiuſdem Crucis potentia ab Iſaia prædictus extitit, *Factus eſt,* inquit, *Principatus ſuper humerum eius.* Quod quidem tum de Cruce, tum de eiuſdem virtute D. Ambroſius interpretatur, item Iuſtinus, & Tertullianus eandem expoſitionem conſectantur, cum præſertim Tertullianus dicat, *Quis omnino Regum inſigne poteſtatis ſuæ humero præfert, & non aut capite diadema, aut in manu ſceptrum, aut aliquam propriæ veſtis notam? Sed ſolus nouus Rex ſæculorum* CHRISTVS IESVS, *nouæ gloriæ, & poteſtatem, & ſublimitatem ſuam in humero extulit; Crucem ſcilicet, ſecundum Prophetiam, vt Dominus regnaret à ligno.* Atque præter Tertullianum D. Leo Pont. *Traditus,* inquit, *Dominus ſæuientium voluntati, ad irriſionem Regiæ dignitatis, ſupplicij ſui iuſſus eſt eſſe geſtator, vt impleretur, quod Iſaias Propheta prævideraт, dicens: Ecce natus eſt puer, cuius imperium ſuper humerum eius. Cum ergo Dominus lignum portaret Crucis, quòd in ſceptrum ſibi conuerteret poteſtatis, erat quidem hoc apud impiorum oculos grande ludibrium, ſed manifeſtabatur fidelibus grande myſterium: quia glorioſiſſimus Diaboli victor, & inimicarum virtutum potentiſſimus debellator, pulchra ſpecie triumphi ſui, portabat trophæum, & inuictæ patientiæ humeris, lignum ſalutis adorandum Regnis omnibus inferebat.*

D. Amb. de fide, li. 3. c. 4. Iuſtin. in dial. cum Triph. Tertull. cõt. Marcionem, lib. 3. cap. 19 & in lib. contra Iud. c. 10. — De Paſſ. Domini, ſerm. 8.

6. Iſtiuſmodi verò Crux à Chriſto geſtata, fuit illa clauis, ab Iſaia prænuntiata, *Et dabo,* inquit, *clauem domus Dauid ſuper humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat; claudet, & non erit qui aperiat.* *Cap. 22.*

7. At quantum doloris id crucis geſtamen Seruatori attulerit, ex ſacræ Sindonis loco deſignato manifeſtè conſtat, in quo fracturæ, ingentes admodum, viſuntur. Quare Iudæi verentes, ne, tum ob hanc, tum ob aliam lumborum plagam, ad Caluarium montem cum cruce peruenire poſſet, Simonem Cyrenæum ad eandem ferendam coëgerunt, quemadmodum S. Euangeliſtæ teſtantur. *Matth. c. 27. Luc. cap 23. Marc. c. 15.*

8. Hos autem dolores, quos dum crucem ferret, Seruator ingentes perpeſſus eſt, Dauid actus Diuino Spiritu, prædixerat, dum inquiebat, *Super dorſum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem ſuam.* *Pſalm. 128.*

9. Hic

Digitized by Google

9 Hic verò, qui deuotionis affectu ſanctiſſimam erga Virginem incenſus fuerit, meditari facilè quiuerit, quantum illa intimo doloris angeretur ſenſu, dum ſuum natum, Dominum noſtrum, de cruce depoſitum, in ſinu foueret; & acerbiſſimas humerum plagas ob crucem crudeliùs laceratas, ipſos quoque dilaniatos, & multo cruore liuidos oculis inſpectaret. Hinc inter duriſſimos IESV CHRISTI dolores meditandum, exclamare poterit: 10. Hiccine, mi Domine principatus ille, (quem Iſaias prædixit, te ſuper humeros geſtaturum) tibi in cruce ferenda collatus? Quàm graue ſceptrum illud extitit, quod manu rexiſti? quam denique acerbum? Non iniuria profectò, 11. Dauid hanc tibi dolorum ſuper humeros congeſtorum fabricam, multò ante prædixit, dum aiebat, diros eoſdem lictores hanc ſuper humeros fabricam conſtructuros, acerbiſſimis tot grandium vulnerum verberibus, arte quaſi, contextam, carnis liuore depictam, humerorum dilaceratorum ſanguine incruſtatam; teque veluti lapidem, non ſemel, vel iterum, ſed millies percuſſum, ſupra duriſſimæ crucis aſperitatem, crudeliſſimis ictibus diuerberaturos. Hinc ad Matrem conuertatur, & eandem meditari conetur, natum in ſinum denuò excipientem ſuum, & has dilaniatas adeò partes manibus adſtringentem, quas teneris illa viſceribus ſuauiter complexa in aluo caſtiſſimè circundarat; & ipſam ob id ſæuiore confoſſam dolore, contemplari nitatur.

Conuerſio ad beatiſſimam Virginem.

FRATRIS DANIELIS MALLONII DE HVMERORVM PLAGIS ELVCIDATIONES.

IN CAPVT DECIMVM.

SEQVITVR *ut ad intelligẽdas nonnullas plagas*, &c. 1. Quoniam de ſacroſanctis Chriſti vulneribus ſatis multa, tum capite ſuperiore, tum etiam in cap. 5. cum de Chriſti acerba flagellatione diſſereremus, dictum eſt: ideò hoc ſolum addẽdum cenſeo, quod flagellorum eiuſmodi coaceruatio à Dauide fabricę nomine indicata fuit, cum dixit: *Supra dorſum meũ fabricauerunt peccatores.* Neque enim melius, aut efficacius exprimi res potuit, quam ſi fabricæ metaphora flagellationis acerbitas exprimeretur. Vt enim in fabrica conſtruenda lapis ſuper lapidem, cementa ſupra cementa componuntur: ita in Chriſti flagellatione, plaga ſuper plagam, vulnus ſupra vulnus, liuor ſupra liuorem infligebatur, fluebatque vndique cruor. Vt enim Beatæ Brigittæ reuelauit Beata Virgo, libro primo, capite decimo. *Præterquam quod flagellorum ſectionibus coſtæ ita denudatæ erant, vt viderentur, illud etiam*, inquit, *amarius erat, quod cum retraherentur flagella, carnes ipſius flagellis ſulcabantur, & filius meus totus ſanguinolentus, & ita laceratus ſtabat, vt non inueniretur in eo ſanitas*. Hæc illa. Hinc igitur tumor ille ſanguineus, quem auctor deſcribit in dorſo.

Flagellatio Chriſti fabricæ metaphora deſcripta, & cur.

Chriſti corpus flagellis ſulcatum.

Vſitatum in damnatis morem præmittamus.

2. Acerbus, luctuoſus, diruſque vſus, qui adeò doctè, ac ſolidè ab eruditiſsimo auctor auctoritatibus, tũ Sanctorum Patrum, Auguſtini, Chryſoſt. Athanaſij, Cyrilli, Euthymij, tum etiam Gentilium auctorum, Plutarchi, & Arthemidori, quibus hac in re maxima fides eſt habenda, ita eſt confirmatus, vt grauiore, & efficaciore probatione opus non ſit: ideò hoc loco illud ſolum addendum cenſeo, quod Io. Paſchaſius lib. Peregrinationis Terræ ſanctæ à die 207. vſque ad diem 214. & Chriſtianus Adricomius in deſcriptione Hieruſalem, num. 118. dicunt, quod Chriſtus crucem humeris non ſuſtulit à Prætorio vſque ad Caluariæ montem, ſed à Prætorio 26 paſſibus, qui ſunt pedes 65. abſque Cruce verſus Caluariæ montem proceſſit, ibique Crucem humeris impoſitam baiulauit ſolus, ſpatio 179. pedum; tum adiutorem apud Simonem Cirenæum, vſque ad Caluariæ locum, vbi Chriſtus crucifixus eſt. Tamen D. Hieronymus in Matth. dicit Chriſtum exijſſe à Prætorio cum cruce, & fortè illud voluit Ioan. dicens: *Et baiulans ſibi Crucem exiuit*, &c. Et verè hoc eſſe probabilius colligitur ex Beata Brigitta, lib. 1. cap. 10. & lib. 4. cap. 70. vbi dicit: *Deinde iudicatus, Crucem portans educitur, ſed in via alius ſubſtituitur.* Verum hoc loco notanda eſt illa vox. baiulans, magnam enim vim habet Græcè *βαστάζων* quaſi magno quodam labore inſtar baiuli graue ferentis onus ferebat.

Crucifigendi crucem ſuam ferebant.

Chriſtus quando Crucem portare cœpit.

Chriſto in prætorio impoſita fuit Crux.

Crucem Chriſtus baiulabat.

Heu quale nobis paratur ſpectaculũ, ô quá immane, dirum, ô quá atrox, ô quam

Dirum ſpectaculum.

Digitized by Google

quàm miſerabile. Atque vtinam ita nobis præſto eſſent lachrymæ, gemitus, ad planctus veluti ſtrutionum: atque vtinam quantum in flebili hoc apparatu ineſt mœroris, ac commiſerationis, tantum nobis doloris, ac lachrymarum adeſſet. Quis enim ſi minutatim, ſi diligenter ea, quæ in lugubri hac cauſa acciderunt, perſcrutetur, lachrymas cohibeat?

Lachrymis hæc contemplanda.

Quis talia fando,
Myrmidonũ, Dolopũue, aut duri miles Vlyſsi,
Temperet à lachrymis?

Iam enim contra Chriſtum capitalis ſententia promulgatur, lauat Pilatus manus, qui impium cor iniquæ ſententiæ promulgatione commaculat. Iniquę damnationis ſententia executioni mandatur. Damnatur ad Crucem IESVS filius Dei. Quid hac ſententia execrabilius excogitari poteſt?

Pilatus manus lauat, cor coinquinat.

QVAENAM FVIT INIQVAE *damnationis formula.*

PLVRES apud diuerſos auctores ſententiarum formulas lego, quibus Chriſtum tam interlocutoria ſententia ad flagellationem, quàm capitali, ac definitiua ſententia ad Crucem damnaſſe Pilatus traditur. Nam quod ad interlocutoriam ſententiam attinet, qua Chriſtus, vt flagellis maceraretur, damnatus eſt, Chriſtianus Adricomius in deſcriptione Vrbis Hieruſalem, num. 57. dicit ex vetuſtis annalibus ſe hanc ſententię formulam à Pilato promulgatam accepiſſe.

Sententiæ in Christum prolatæ formula.

IESVM *Nazarenum virum ſeditioſum, & Moſaicæ legis contemptorem, per Pontifices, & Principes ſuæ gentis accuſatum, expoliate, ligate, & virgis cædite. I lictor, expedi virgas.* Verum in eo quod hæc ſententię formula iubet Chriſtum virgis cædi, quem ſupra flagellis diſſectum nouimus, videtur nonnihil eſſe ſuſpecta. Ioan. Lanſpergius hom. 37. de Paſsione Domini, & Pipinus, Statione ſexta, Chriſti patientis, aliam adducit, quam ex Nicodemi Euangelio ſe accepiſſe dicit: Cuius exemplar nunc ſubijcio.

Interlocutoria ſententia pro Christi flagellatione.

Gens tua comprobauit te Regem, propterea præcipio te primum flagellari, ſecundum Principum ſtatuta; deinde in Cruce leuari. Verùm hoc ipſo quod flagellationem cum Cruce coniungit, apertè confiĉta ſententia deprehenditur.

Formulæ ſententiarum, perpenduntur, & reijciuntur.

Quod verò ad ſententiæ formulam, qua Chriſtus ad Crucis necem damnatus eſt, attinet; eam quoque maximè apud Doctores controuerſam lego. Lanſpergius lib. 3. elucidationum in Paſsionem Chriſti, hanc formulam exhibet.

Formulæ ſententię, qua Christus ad Crucem damnatus eſt, perpenduntur.

IESVM *Nazarenum, qui contra decretum Imperatoris, filium Dei, & Regem ſe nominauit Iudæorum, iuſsimus extra ciuitatem duci, & Cruci affigi.* S. Vincentius ſerm. de Paſsione, hanc affert.

Secunda formula.

IESVM *ſeducentem populum, blaſphemantem Deum, dicentem ſe Chriſtum Regem Iudæorum eſſe, Cruci affigendum condemno, & adiudico.* Chriſtianus Adricomius, in deſcriptione vrbis Hieruſalem, num. 115. hanc exhibet ex Annalibus, vt dicit acceptam.

Tertia formula.

IESVM *Nazarenum ſubuerſorem gentis, contemptorem Cæſaris, & falſum Meſsiam, vt maiorum ſuæ gentis teſtimonio probatum eſt, ducite ad communis ſupplicij locum, & cum ludibrio Regiæ Maieſtatis, in medio duorum latronum Cruci affigite. I lictor, expedi Cruces. Pipinus Statione ſexta Chriſti patientis, hanc exhibet:* IESV *Nazarene, gens tua te accuſauit, quod volueris ſuper vſurpare regnum Iudæorum in iniuriam Imperatoris Romani; propter quod præcipio te flagellari primum, ſecundum Principum noſtrorum ſtatuta, deinde in Cruce leuari, & ibi mori.* Item iſtam.

Quarta formula.

Quinta formula.

IESV CHRISTE, *gens tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi, dicentes, quod volueris vſurpare regnum Iudæorum, cum non habeant Regem, niſi Cæſarem. Et quia contra decretum Imperatorum Romanorum egiſti, ideò iudico te ad ſubeundam mortem in patibulo Crucis, hodie, in monte Caluariæ; ſimiliter adiudico morti tecum duos latrones,*

Sexta formula.

Digitized by Google

Diſmam, & Giſmam, Diſmam ad dextram, Giſmam ad ſiniſtram, te autem in medio. Alij, ſequentem amplectuntur, quam ex Annalibus antiquis Iudæorum, c. 8. acceptam dicunt, & Hieroſolymis inuentam, quam Chriſtianus Adricomius in deſcriptione Hieruſalem, nu. 115. maximè approbat.

Septima formula.

Nos Pontius Pilatus, Sacri Romani Imperij Præſes, adiudicamus Chriſtum reum mortis, eo quod voluerit regnum Iudæorum vſurpare, vt multipliciter comprobatum eſt teſtimonio Pontificum maiorum ciuitatis Hieruſalem. Et quia contra decretum Principum feciſti, volens te facere Regem, propterea iudico te, & ſentio primò eleuari in Cruce extra ciuitatem Hieruſalem, in loco qui dicitur Golgotha, id eſt Caluariæ, donec completè moriaris, per quam mortem Reſp Iudæorum ſalua fiet. Similiter tecum pariter duos latrones crucifigi coniunctos in ſceleribus ſuis, qui ſunt Diſmas, & Giſmas à dextris, & à ſiniſtris; tu verò, tanquam Rex, in medio ipſorum in Cruce reſidens. Lata eſt ſententia in Hieroſolymis, in loco, qui dicitur Lithoſtrotos, Paraſceue Paſcha, hora quaſi ſexta.

S. Anſelmus in dialogo de Paſsione Domini, hanc exhibet:

Octaua formula.

IESVM *Nazarenum abiudico vitæ, & adiudico morti.*

Verum ferè in omnibus ſupra aſsignatis ſententiæ ſcedulis, plura reperiuntur, quæ minus probabilia meritò cenſenda ſunt, quare, quod ad ſententiæ formulam attinet, incertam rem omnem puto.

QVO IDIOMATE SENTENtia contra Chriſtum à Pilato prolata fuerit.

Sententia non Hæbraicè prolata.

QVIDAM oſcitanter res perpendentes, Hæbraico idiomate ſententiam in Chriſtum prolatam opinati ſunt, illud tantum conſiderantes, quod Pilatus Hæbreorum genti præerat, quare Hæbraicè etiam loqui debuiſſe putabatur.

Neque Hæbraicè, Græcè, & Latinè.

Alij titulum legentes Hæbraicè, Græcè, & Latinè conſcriptum, ſententiam quoque Hæbraicè, Græcè, ac Latinè prolatam arbitrabantur.

Latinè tantum prolata.

Verùm, qui accuratiùs rem contemplantur, facilè agnoſcunt ſententiam Latino tantum idiomate eſſe pronunciatam. Romani enim toti orbi dominantes, vbique tamen Latino tantum ſermone ad maiorem pompam, ac Latini nominis maieſtatem conſeruandam, vtebantur; ſicuti apertè teſtatur Valerius Maximus, lib. 2. cap. 2. dicens: *Magiſtratus verò priſci, quantoperè ſuam, populique Romani maieſtatem retinentes, ſe geſſerint, hinc cognoſci poteſt, quod inter cætera obtinendæ grauitatis indicia, illud quoque magna cum perſeuerantia cuſtodiebant, ne Græcis vnquam, niſi Latinè reſponſa darent. Quin etiam ipſa linguæ volubilitate, qua plurimum valent excuſſa, per interpretem loqui cogebantur, non in vrbe tantum noſtra, ſed etiam Græcia, & Aſia, quo ſcilicet Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur.*

Romani Latino tantum ſermone etiam apud exteras nationes loquebantur.

Quin etiam refert Suetonius in Tyberio, quod quamuis ſermone Græco optimè excultus eſſet, ipſe tamen adeò Græco ſermone præcipuè in Senatu abſtinuit, vt cum quadam vice μονοπώλιον, nominare, vocum inopia, compelleretur, veniam poſtularet. Idem ibidem teſtatur eundem Tyberium cũ in quodam decreto Patrum legeretur ἐμβλημα, præcepiſſe eam mutari vocem, & aliam patriam, & Latinam vocem innouandam, ſin minus, eius vocis vim, verborum circuitione exprimendam. Cum igitur tanti fieret à Romanis Latina locutio, credi vix poteſt, Pilatus in actu iudiciali in quo pro tribunali ſedebat, alio, quam Latino ſermone eſſet locutus.

Tyberius in Senatu Græco vocabulo vti coactus, veniam petit.

Latina locutio quanti à Romanis æſtimata.

CVR PILATVS SENTENTIAM mortis contra Chriſtum laturus manus lauerit.

CAVSA huius dubitationis excitandæ, eſt, quia in pronunciandis ſententijs in caput hominum latis,

nouimus

Iudices mortis in ſontes laturi ſententiam, cur certis cæremonijs vterentur.

nouimus antiquitus iudices eos cæremoniarum ritus adhibuiſſe, quibus declararent ex mente eorum non eſſe, quod homines necandos condemnarent: adeò enim ab humanitatis lege alienum eſſe ducebant, hominem vltimo ſupplicio necare, vt ſi quando ſuadente iuſtitia, commune bonum Reip. hominem è viuentibus tollere ſuaſiſſet, omninò neceſſarium arbitrarentur omnibus patefacere, non id ex eorum voluntate, ſed ex delictorum, quę ſontes patraſſent, acerbitate, eſſe profectum. Ideò Iudices capitalem ſententiam contra noxios promulgaturi, interdum manus ad ſolem (quem vt Deum venerabantur) attollebant, vt hoc facto conteſtarentur, ſe à cæde viri eſſe immunes, quem non ex odio, aut praua ipſorum voluntate, ſed ex præſcripto legum (ſic eorum facinoribus exigentibus) capite damnabant. Ita morem hunc atteſtatur Clemens Romanus, lib. 2. Conſtitutionum Apoſtolicarum, cap. 56. Baſilius, epiſtola 79. Interdum verò etiam manus lauabant, vt hac luſtratione oſtenderent ſe inuoluntariæ necis pœnas non daturos. Ita apud Dionyſium Halicarnaſſeum legimus lib. 3. Ablutionē, tanquam inuoluntariæ cædis luſtrationem. *Iuſſit*, inquit, *Horatium expiari iis luſtrationibus, quas inuoluntariæ cædi præſcripſerant leges.* Legimus & Deuteronom. cap. 21. hanc legem à Deo datam, quod ſi inuentum fuiſſet cadauer hominis occiſi, acciperent vitulam ruffam, & primates ciuitatis cedentes vitulam, aqua lauarent manus ſuper vitulam, dicentes: *Manus noſtra non effuderunt ſanguinem hunc, neque oculi viderunt. Propitius eſto populo Iſrael quem redemiſti Domine.* Cum igitur multiplici de cauſa fieret, quod iudices manus in morte hominum lauarent, ideò huic quæſtioni locus patens aperitur, cur Pilatus manus lauerit. Origenes tract. 35. in Matth. dicit Pilatum lauiſſe manus, quia cum videret, *quod nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret,* Iudaico more vſus eſt, volens Iudæos non ſolùm verbo, ſed etiam facto placare. Alij dicunt lauiſſe manus, vt antiquorum Iudicum morem ſeruaret. Sed quicquid alij dixerint, certè, cur id Pilatus fecerit, Euangelica nos docet hiſtoria, quæ aſſerit, Pilatum dum manus lauaret, acclamaſſe, *Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius, vos videritis.* Tunc acclamarunt Iudæi, *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Ita enim Pilatus vt piè credi poteſt, declarare voluit ſe inuitum, & quodammodo ingemiſcentem, vt Iudæorum furori ſatisfaceret, Chriſtum necandum tradidiſſe.

Iudices declarant iuſtitia ſuadente mortem reis infligi.

Iudices ſententias laturi, manus ad ſolem leuabant, & cur.

Iudices interdum manus lauabant.

Luſtrationes inuoluntariæ necis.

Purgatio Iudæorum ſuper occiſis cadaueribus.

Pilatus manus lauans innocētiam ſuam proteſtatur.

QVIS FVERIT PILATVS.

Vita Pilati.

VT exactam impijſſimi ac profligatiſſimi huius viri ad perpetuam ipſius ignominiam, notitiam habeamus, conabor hic eius patriam, parentes, natalitia, actiones in vita geſtas, mortem, eaque quæ mortem ipſius conſecuta ſunt, quantum fieri poterit ſcribere.

Pilatus Gallus Lugdunenſis.

Pilatum, natione Gallum, patria Lugdunenſem, tradunt Sixtus Senenſis, lib. 2. Bibliothecæ ſanctæ, verbo, Pontius Pilatus, Petrus Meſſias parte ſecunda Syluæ variarum lectionū, cap. 8. Guilielmus Pipinus, ſtatione tertia, & quarta, Chriſti patientis. Auctor Supplementi Chronicorum, anno Chriſti 25. Iacobus Voragineus de Paſſione Domini. Petrus Comeſtor in hiſtoria Euangelica.

Pilatus ſpurius.

Pilati pater Regulus.

Spurius fuit Pilatus, Patre nobiliſſimo, ſed Matre ſordida. Patrem eius tradunt Regulum fuiſſe nomine Tyrum; ita auctor Supplementi Chronic. Voragin. & Pipinus vbi ſupra. Mater verò puella fuit filia cuiuſdam, qui molendo tritico operam nauabat. Ita Voragineus, & Pipinus. Fuit peſſimis moribus, ſeditioſus, verſipellis, & probris omnibus inquinatus, homicidiorum verò in primis facinoribus

Mater molei triticum.

Pilatus fratricida.

Digitized by Google

maximè implicatus. Is enim germanum fratrem, cum adhuc puer eſſet, occidiſſe fertur; cum verò magis adoleuiſſet, etiam legati Francorum Regis Filium ex inſidijs interemit, aliaque plura homicida perpetrauit. Ad omnia ſcelera patranda paratiſsimus. Tantæ hominis improbitati, magna animi perturbatio, ac timor comes fuit. *Fugit enim impius nemine perſequente.* Philo lib. de Legatione ad Caium, vocat eum *hominem rigidum, iracundum, peruicaci, duroque ingenio, qui vt n ultorum ſibi ſcelerum conſcius erat, ita ſemper timebat, ne ſi mitteretur legatio, cætera quoque eius delicta detegerentur, propter venditas ſententias, rapinas, iniurias, clades, tormenta, crebras cædes, indemnatorum ſæuiſſimam crudelitatem.* Hęc Philo.

Pilatus ad omnia ſcelera perpetranda natus.

Pilatus procax, perditiſq; moribus præditus.

Pilatus autem Iudeæ Procurator conſtitutus, omnia loca Sacra profanauit, & iuxta Danielis prophetiam, de Templo Domini ſacrificia, & libamina abſtulit. In qua quidem adminiſtratione flagitioſiſſimum illud ſcelus commiſit, quòd IESVM CHRISTVM Dei filium, ignominioſæ Crucis morte damnauit. Hoc ſolùm boni inter tot, tantaque mala Pilatus fecit, quod epiſtolam Tyberio Imperatori ſcripſit, in qua Chriſti innocentiæ teſtimonium reddidit, quòd factum perpendens Tertullianus in Apologetico aduerſus Gentes, cap. 21. dixit, Pilatum pro ſua conſcientia Chriſtianum, Cæſari tunc Tyberio quæ circa Chriſtum acciderant, ſua epiſtola declaraſſe. Cuius quidem epiſtolæ tenorem eum eſſe, qui ſequitur ex Bibliotheca Vaticana, teſtatur Xiſtus Senenſis lib. 2. Biblioth. Sanctæ, verbo, Pontius Pilatus. Quamuis eam epiſtolam ad ſui excuſationem à Pilato conſcriptam extrema illius verba commonſtrent.

Pilatus ſcelerum conſcius ſibi timet.

Pilatus Iudæis multa mala infert. Pilati ſcelus maximum. Quid boni in vita Pilatus egerit.

PONTIVS PILATVS
Tyberio Imperatori.

NVPER *contigit, cuius rei ipſe teſtis eſſe poſſum, Iudæos ſeſe ipſos, poſteroſque ſuos vniuerſos, per inuidiam crudeli damnatione perdidiſſe. Cum enim ex oraculorum promiſsis maiorum ipſorum auctoritate receptis, hoc expectarent, vt Deus illorum, per Virginem iuuenculam mitteretur, qui iure Rex eorum diceretur, hunc me præſente miſit in Iudæam. Is, quod omnibus notum eſt, cæcis viſum reſtituebat, lepróſos mundabat, reſolutos neruis curabat, viderunt quoque ipſum dæmonia abegiſſe, atque obſeſſos ſpiritibus immundis liberaſſe, mortuos item ex ſepulchris ipſis reſuſcitauit; obediebant ipſi ventorum turbines, ſiccis pedibus mare inambulabat, fecit alia quoque permulta miracula, vt vulgo etiam inter Iudæos, & plebem, Dei filius diceretur. Principes verò Sacerdotum æmulatione & liuore inſtructi, aduerſabantur illi, captumque illum mihi tradiderunt, ementitis ſceleribus eum reum facientes, magum appellabant, atque legis deſertorem, & contradictorem. Quibus perſuaſionibus ſeductus ipſe, fidem querelis eorum adhibui, flagellatumque ipſis tradidi, vt pro arbitrio in eum animaduerterent. Crucifixerunt igitur illum, & ſepulchro, quo conditus erat, cuſtodes adhibuerunt, inter quos etiam ex meis militibus nonnulli erant, qui tertio die ipſum à mortuis reſurgentem viderunt. Nequitia autem Iudæorum magis hoc facto exarſit, numeraruntque magnam pecuniarum vim ipſis militibus, quatenus Diſcipulos ipſius noctu corpus rapuiſſe prædicarent; acceperuntque hi quidem pecunias, nihilominus tamen publicè vbique profeſsi ſunt, atque teſtati, ſe viſiones Angelorum vidiſſe, ac IESVM illum à mortuis verè reſurrexiſſe. Hæc autem ideò ſcripſi, ne quis nugis, aut mendacijs Iudæorum, ſi de re geſta aliter loquantur, fidem adhibeat. Vale.* Hucuſque Pilati Epiſtola. Tam horrendum flagitium, Deus inultum eſſe noluit; nam pauló poſt Pilatus ob frequentes ſimultates, & extorſiones, rixas, & clades, à Iudæis tam apud Tyberium, quàm apud Caium accuſatus fuit. Veritus autem, ne in ipſum grauius animaduerteret Tyberius, dicitur ſe Romam contuliſſe, atque vt gratiam apud Cæſarem iniret, illi velamen attuliſſe, in quo Chriſtus faciē ſuam Veronica exhibēte impreſſerat, eaque ratione ſudariū Veronicę Romam delatum. Sed hoc minus proba-

Pilati epiſtol. de IESV CHRISTO.

Pilatus Chriſti miracula profitetur.

Quæ crimina in Chriſtum obiecta à Pontificibus Iudæorum.

Pilatus Chriſti reſurrectionem fatetur.

Magna pecuniarum copia Iudæi cuſtodes corrũpunt, & quare.

Milites publicè Chriſti reſurrectionem prædicant.

Vltio Dei in Pilatũ.

Tyberio Pilatus ſudarium donat.

Veronicæ ſudarium Romam detulit.

probabile videtur: nam vt in Supplemento Chronicorum dicitur, & ex libello, qui in Vaticana Bibliotheca aſſeruatur, de modo quo verum ſudarium Veronicæ, quam alij Berenicem nominant, Romam peruenerit. *Sub annum Christi 33. Veronica Hieroſolymitana Matrona nobilitate, ac ſanctitate inſignis, Romam ſe contulit, ac ſacrum Sudarium ſecum detulit, quo graui morbo laborantem Tyberium Imp. ſanaſſe fertur, & poſtea ad manus Clementis Romani Pontif. deueniſſe, & ſic ſucceſsiuè per manus traditum apud ſanctiſsimos viros perduraſſe, quo ad vſque reddita Eccleſiæ pace, publicæ venerationi in Baſilica Vaticana fuit expoſitũ.* Sed ad Pilati vitam explicandam redeamus. Abſolutus à Tyberio, Hieroſolymam iterum reuertitur, vbi facinora facinoribus, furta furtis, cædes cædibus, ſeditiones ſeditionibus addens, denuò à Iudæis apud Caium Caligulam Tyberij ſucceſſorem accuſatur, poſtquam annos decem Hieruſalem vrbi præfuiſſet, vt dicit Ioſephus lib. 18. Antiquitatum, cap. 3. & 4. lib. 2. de bello Iudaico, cap. 8. Romam euocatus, tandem condemnatus, & perpetuo exilio Lugdunum relegatus eſt, vbi maximis ærumnis vexatus, diuinam in ſe paſſus eſt vltionem, tot enim calamitatibus afflictus, tandem in deſperationem actus, ſibi ipſi mortem conſciuit, vt qui iniqui Iudicis officio functus, vitæ auctorem morte damnaret, iniquæ mortis in ſe auctor eſſet. Ita enim decebat, vt diuina ſic vlciſcente vindicta, peſſimus vir, propria ſe manu transfoderet, cum peiorem ſe iudicem inuenire non poſſet, cuius auctoritate necaretur. Ita Euſebius Cæſarienſ. lib. 2. hiſt. Eccleſiaſt. c. 6. Auctor Supplementi Chronicorum, Pipin. Voragineus, Petrus Meſsias, vbi ſupra, Oroſius lib. 7. hiſtoriarum. His quædam Apocrypha adduntur.

Veronica inſignis nobilitate & ſanctitate matrona.

Veronicæ ſudarium in Vaticana Eccleſia collocatum adoratur.

Pilatus in exilium relegatur.

Pilatus ſibi ipſi mortem conſciuit

Pilatus ſe ipſum occidit, quia nullus ipſo peior erat à quo occideretur.

Alij enim aſſerunt, eum ſubmerſum eſſe in fluuio Rhodano, extra muros Viennæ in Gallia, ſed quod in eo fluuio multæ naues ſubmergerentur, inde extractum miſerum eius cadauer, in lacum decem leucas diſtantem ad radices montis fuiſſe proiectum, vbi quotannis in ea forma & habitu ſtatuta die, qua in Chriſtum ſententiam protulit apparere dicitur, quem qui viderit, ad annum tantum ſuperuiuere: lacum etiam nunc Pilati lacum, vel puteũ dici. Sed hæc vt Apocrypha dimittantur: eius tamen domum etiam nunc inter Viennam, & Valentiam in Delfinatu Galliæ prouincia videri dicunt.

Pilatus in Rhodano dicitur ſubmerſus.

Pilati apocryphũ prodigiũ. Pilati lacus.

QVAENAM PILATI SENTENtiam fuerint ſubſecuta.

PESSIMI, atque omnium profligatiſsimi Iudicis Pilati in Chriſtum prolatam ſententiam, præco mox de more proclamat. Morem enim hũc Apuleius lib. 1. Floridorum inſinuat. Imò, vt contemplatur Pipinus, ſtatione ſexta Chriſti patientis, *per famoſiora vrbis loca excurrit præco, proclamat, intonat, tandem Pilati iuſſu Chriſtum ad Crucis ſupplicium damnatum, iam iamque Cruci cum latronibus publicè in Caluariæ monte figendum.* Interim, vt in meditationibus ſuis excogitat Ludou. Granatenſis, terrificum iuſtitiæ vexillum publicè exponitur, Crux Chriſto mira celeritate fabricatur, Chriſti humeris ſuperponitur, buccinatores Chriſtum, latroneſque præcedunt; conſueuiſſe enim buccinatores crucifigendis præire, teſtatur Vegetius, lib. 2. de re militari, cap. 22. Tacitus lib. 2. Annalium, Varro lib. 2. de lingua Latina. Egrediturque IESVS baiulans ſibi Crucem, ſubſequuntur duo Latrones, Cruces ſuas geſtantes. Licet enim Lanſperg. hom. 37. in Paſsionem Domini, cẽ fuerit ſolùm Chriſtum humeris Crucem ſuam geſtaſſe, non autem latrones, vt Chriſtus latronibus iniquior, & ſceleratior videretur, tamen iam ſupra ſatis copiosè comprobatum eſt, vnum-

Sententiam Pilati præco publicè proclamat.

Crux Chriſto fabricatur.

Chriſtum buccinatores ad ſupplicium præcurrunt.

Digitized by Google

quemque crucifigendorum Crucem ſuam geſtare ſolitum.

Lachryma bile ſpectaculum.

Heu quàm dirum, quàm lachrymabile ſpectaculum, ſi Chriſtum crucem ſuam baiulantem, tantoque oneri ſuccumbentem contempleris. Durius longè, longèque acerbius ſi reliqua mediteris, ſi mente conſpicias, & lachrymis proſequaris, ſi Virginem matrem mœroribus plenam, lachrymis profuſam, ſubſequentem, Chriſtique agones, ignominias, ludibria, opprobria conſpicientem intelligas, ſtimulis agitari Chriſtum, huc, illucque protrahi, impelli, atque iumenti inſtar percuti, pungi, vexari, agitari, idque præſente, atque inſpiciente Matre. Quis ſine ingenti lachrymarum profluuio excogitari valeat? ſtimulis enim agitari ſolitos, & cum vexatione deduci ad Crucem noxios, claſsici auctores nos edocent; Plautus in Moſtell.

Chriſti ac B V agones.

In via ſtimulis agitatur Chriſtus.

O carniſicinum cribrum, quod credo fore
Ita te forabunt patibulatum per vias
Stimulis.

Chriſtum verò ſic ſtimulis agitatum, ſaxis, pugnis, alijſque id genus ludibrijs deductum, apertè pij Auctores tradunt, Sanctus Vincentius, ſermone de Paraſceue. *Alij*, inquit, *rident, alij lutum ſuper benedictum caput* IESV *projiciebant, & in faciem.* Similia docet Sanctus Anſelmus dialogo de Paſsione Domini. *Alij lutum in Chriſtum projiciunt, alij lapides, alij ligna; quidam pictores ad* IESV *pedes retro tabellam in ſaxis clauis pingunt, quibus* IESVS *in itinere pungatur, & cum vexatione deducatur.* Sed & Beata Virgo hoc ipſum Glorioſæ Brigittæ reuelabat libro primo, capite decimo, dicens: *Interim eunte filio meo ad locum Paſsionis, alij percuſſerunt eum in collo, alij in faciem ceciderunt; & tam fortiter, & valenter percuſſit eſt, vt, licet ego non viderem percutientem, audirem tamen ſonitum percuſsionis.*

Chriſti opprobria dum ad Caluariũ montem ducitur.

Percuſſiones Chriſto illatę.

QVAM LONGA FVERIT VIA *Chriſti à Pilati Pretorio vſque ad Caluariæ montem.*

PLVRIMI pietatis ardore ſuccenſi, viam Chriſti, qua à Pilati domo vſque ad Caluariæ montem, in ſumma miſeriarum, ac dolorum, & opprobriorum colluuie deductus eſt, quam ſuo cruore ſignauit, & paſsionibus illuſtrauit, quam etiam viam crucis appellant, diligentiſsimè metiri, & conſcribere conati ſunt, quorum deſcriptionem cum ea quã infra ex Chriſtiano Adricomio deſcribemus, conuenire teſtatur ipſe Adricomius. Hi fuerunt Petrus Potens, Matth. Steemberg. Io. Paſchaſ. Sed quoniam eam valdè accuratè deſcribit Chriſtian. Adricom. quæ nos etiam pietatis igniculis excalefacere poterit, ſtatui eam ex Adricomio totidem verbis exarare; Ita igitur ipſe habet in deſcriptione vrbis Hieruſalem, num. 118.

Via Crucis ad Caluariæ mõtem.

Via Chriſtus ſuo ſanguine ſignauit.

Via Crucis, qua Chriſtus in tribunali Cruci adiudicatus, acerrimis, ac cruentis greſſibus ad montem Caluariæ iuit. Incipiens enim à palatio Pilati, per viginti ſex greſſus, qui faciunt ſexaginta quinque pedes, ad locum proceſſit, vbi Crux ei impoſita eſt. Vnde tota ſpectante vrbe, ſuper ſaucios humeros ſuam baiulans Crucem verſus Caurum, ſeu Corum per 80. greſſus hoc eſt 200. pedes ad locum, vbi primò cum Cruce cecidiſſe traditur, progreſſus eſt. Inde ſtatim per ſexaginta greſſus, & tres pedes, id eſt centum quinquaginta tres pedes, ad locum vbi B. Maria cum Ioanne filio ſuo occurrit. Hinc autem per ſeptuaginta vnum greſſus, & ſeſquipedem, ſeu centum ſeptuaginta nouem pedes, ad quoddam triuium vbi Simon Cirenæus Crucem poſt IESVM *portare coactus eſt. Iſthinc porrò per centum nonaginta vnum greſſus, & ſemipedem, vel quadringentos ſeptuaginta octo pedes, ad locum vbi ipſi Veronica occurrit. Atque illinc per trecentos triginta ſex greſſus, & duos pedes, aliàs octingentos quadraginta duos pedes, ad portam Iudiciariam, vbi rurſum cum Cruce lapſus eſt. Deinde verò ardua, ſaxoſa, atque paulatim aſcendente via verſus Septentrionem proceſſit per* trecentos

Crux quãdo Chriſto impoſita.

Chriſtus primò ſub Crucis pondere cadit.

Simon Cirenæus crucẽ poſt Chriſtum baiulat.

Veronica vbi Chriſto occurrit.

Chriſtus iterũ cũ cruce collapſus.

trecentos quadraginta octo greſſus, & duos pedes, ſeu octingentos ſeptuaginta duos pedes, ad binium quoddam, vbi mulieres plorantes allocutus eſt. At iſthinc continuo per centum ſexaginta vnum greſſus, & ſeſquipedem, hoc eſt, quadringentos, & quatuor pedes, ad pedem, ſeu radicem montis Caluariæ vbi vltimò cecidit. Deinde vlterius per octodecim greſſus, aut quadraginta quinque pedes, ad locum vbi carnifices ipſi veſtes extraxerunt, vbi & vino mirrhato felle mixto potatus eſt. Dehinc per duodecim greſſus, ſiue triginta pedes, ad locum vbi clauis Cruci affixus eſt. Inde poſtremo per quatuordecim greſſus, id eſt triginta quinque pedes ad locum vbi de Cruce pendens in foramine rupis Caluariæ fixus eſt. A palatio itaque Pilati, vſque ad locum vbi Crux rupi infixa fuit, ſunt greſſus mille trecenti viginti, & vnus, ſiue alia ſupputatione pedes tres mille trecenti, & tres.

Chriſtus vbi plorãtes mulieres eſt cõſolatus.

Tertiò Chriſtus Crucem baiulans cadit.

Chriſtus vinũ guſtat mirrhe tum felle mixtum.

Summa itineris Chriſti pedum 3303.

HAEC AVTEM LINEA EST quarta pars pedis cuius mentionem fecimus.

Quarta partis pedis menſura.

A*C huius quidem pedis, & viæ Crucis, atque infra ſub nu 207 Viæ captiuitatis menſuram, quam poſt multam, ſedulamque indaginem tandem inueni, idcirco hic tam exactè poſuimus, vt quilibet Chriſtianus quouis in loco, etiam inter domeſticos parietes in ambitum domus, aut horti ſæpius circumeundo, vel iter reſliciando poſſit ſimilem ſibi viam ordinare, aut in templo, ſeu cubiculo mentis imaginatione ſimilem concipere, & pio cordis affectu Chriſti paſſionem meditari, quod ipſi gratum, nobiſque ſalutare dubium non eſt: cum ad hæc tam Sacra Scriptura, quàm Sanctorum ſcripta nos crebro exhortentur,* hæc Adricomius.

Via crucis accuratè deſcripta.

Crucis viæ in domibus quomodo diſponẽdę.

VTRVM CHRISTVS A PILATI domo, vſq; ad Caluariæ montem Crucem ſemper geſtarit, aut ſolus, aut cum Simone Cirenæo.

CHRIST. Adricomius vbi ſupra à Pilati Prætorio enumerat greſſus 26. id eſt, pedes 65. quibus Chriſtum abſque Crucis onere inceſsiſſe dicit, poſt quod ſpatium Chriſto Crucem impoſitam docet. At B. Hieronymus in Matth. docet in Pilati domo Crucem Chriſto impoſitam, quod etiam colligi videtur ex illo Ioan. 19. *Et baiulans ſibi Crucem exiuit*, &c. Grauior difficultas eſt.

An Chriſtus ſemper Crucem geſtarit.

AN CHRISTVS CRVCEM VSque ad Caluariæ montem geſtarit.

CAVSA difficultatis eſt, quia Euangeliſtæ teſtantur angariatum fuiſſe Simonem quendam Cirenæum, quem proſelytum fuiſſe teſtatur in hiſtor. Paſsionis Dominicæ Io. Ferus, vt crucem portaret poſt IESVM, hoc autem dupliciter poteſt intelligi; primò quidem, quod ipſe Chriſtum ſequens, Dominicam Crucem ex toto geſtarit; ſecũdo modo, quod Chriſtus anteriorem crucis partem, & Simon poſteriorem geſtarit; vterque autem totam crucem ſimul: ideò Doctores alij quidem primum, alij ſecundum modum, vt probabiliorem, amplectuntur.

Simon Cirenæus proſelitus.

QVOMODO SIMON CIRENÆVS Crucem portauit poſt IESVM.

D. Auguſtinus lib. 3. de conſenſu Euangeliſtarum, cap. 10. Origenes tractatu 35. in Matth. Athanaſ. de Paſsione, & Cruce Domini. Hieronymus & Theophylactus in Matth. docent, Chriſtum primò ſolum Crucem totam geſtaſſe, mox ab ipſo in Simonem Cirenæum totam tranſlatam. Fauet S. Leo, ſerm. 8. de Paſsione, dicẽs: *Inuentus eſt Simon Cirenæus, in quem lignum ſupplicij transferretur à Domino.* Idipſum teſtatur B. V. glorioſæ Brigittæ lib. 1. cap. 10. dicens: *Impoſuerunt filio meo Crucem portandam, quam cum ad modicum portaſſet, veniens vnus aſſumpſit eam portandam ſibi.* & lib. 4. cap. 70. *Deinde iudicatus, Crucem portans educitur, ſed in via alius ſubſtituitur.* Eandem ſententiam inter recentiores amplectuntur, Ianſen. Michael Palat. & Tolet Card. in cap.

Prima ſententia quod Simon Cirenæus crucem ex toto geſtarit.

Digitized by Google

in cap. 19. Franc. Suarez, 3. parte, diſput. 46. ſectione 2. Ioan. Gretſerus lib. 1. de Cruce, cap. 15.

Secunda ſententia, quod Simon Cirenæus crucem ex toto non geſtauit.

Verum oppoſita ſententia videtur D. Ambroſij in Lucam, qui dicit, *Crux Chriſto imponitur ſuper humeros, vt trophæum, quod ſiue Simon, ſiue Chriſtus portauerit: An Chriſtus in homine, an homo portauit in Chriſto.* Hanc inter recentiores ſequuntur Cardinalis Baronius, anno 34. Chriſti, num. 94. Chriſtianus Adricomius in deſcriptione vrbis Hieruſalem, num. 118. Didacus Stella in Lucam; Guilielm. Pipin. ſtatione ſexta Chriſti patientis; Caietan. in cap. 22. Lucæ. Videtur hæc ſententia colligi ex verbis Lucæ dicentis, *Impoſuerunt illi Crucem portare poſt* IESVM. Grecè ὄπισθεν, id eſt, retrò IESVM. Videtur hoc quoque ratione confirmari poſſe, quia Crucem totam geſtare nimis erat indecorum, nimiſque vituperabile, ſic enim Simon Crucem quaſi Crucis ſupplicij reus geſtaſſe videretur; Si autem crucem ſimul cum IESV geſtaſſet, non ita Crucem tanquam ſibi debitam geſtare viſus eſſet.

Vtraque ſententia pia & probabilis.

Verùm neutra ſententia ita certa eſt, vt oppoſita validè confutari queat; Quare ea ratione Chriſtum aut totam, aut partem geſtare quis contemplari tuto poterit, prout pietatis zelo magis ſe affici ſentiet.

Chriſtus nos inuitat vt crucem noſtram portemus poſt ipſum. Terribilis Chriſti ſententia.

Lachrymis huiuſque opus eſſe dixi, vt Chriſti Domini agones fructuosè proſequi valeamus. Iam verò non ſolùm lachrymis, ſed imitatione etiam opus eſt: is demũ intelliget, qui Chriſti vocem audierit dicentis: *Qui non baiulat Crucem ſuam poſt me, non eſt me dignus.* Et, *Qui mihi miniſtrat me ſequatur. Exeamus igitur & nos extra caſtra cum Chriſto, vt cum ipſo crucifigamur mundo, vitijs, & concupiſcentijs eius.* O quam multi ſunt, qui Simonis Cirenæi factum imitari ſe velle præſumerent,

Multi Crucem portare præſumunt.

quique ſi Chriſtum Cruci pondere ſuccumbentem viderent, libenter ipſi quoque Cruci humeros ſupponere parati eſſe ſibi videntur, & tanto pondere Chriſtum aliqua ex parte leuare poſſe confiderent.

Pia apparatio.

Iam verò, quantum iſti virium ſuarum imbecillitatem iactitent, ex hoc facto cognoſcamus. Refert enim Dionyſius Carthuſ. opuſculo de inſtitutione nouitiorum, nouitium quendam Ciſtercienſ. ordinis bona indole, religioſiſque moribus excultum, libenter ſeſe religioſis operibus exercere ſolitum, qui tamen alba veſte adeò delectabatur, vt nigram patientiam ſupra albam tunicam ægrè geſtaret, imò, cũ ab aliorum conſpectibus procul abeſſet, in cella etiam deponeret. Accidit autem quadam die, vt cum alios Monachos procul abeſſe cognoſceret, è cellula nigra abiecta ſtola, alba tantum veſte circundatus egrederetur; cum ecce tibi: eloquar, an ſileam? Mirabile dictu? nouitio Chriſtus magnæ, & grauis crucis pondere preſſus, ſub tanto pondere anhelans, exæſtuans, deſudans apparet; qui magnam eam crucem ſupra eam ſcalam ferre velle monſtraret, per quam nouitius deſcenderat. At dum Chriſtus prægrandem eũ crucis ſtipitem ſupra ſcalam ferre tentaret, crucis brachia modò ad parietes hinc indè, modò ad ſcalæ gradus allidere videbantur, adeò vt Chriſto nouum, magnumque laborem, atque dolorem incuterent. Exhorruit tanto proſpectu Nouitius, atque inſigni pietatis ſpectaculo perterritus, obſtupeſcit, Chriſti agones, lachrymas, ſudores miratur; tandemque, *O bone* IESV, inquit, *talia, ac tanta pro me pateris? Sine bone* IESV *Cruci huic humeros meos ſubijciam, tecumque feram Crucem.* Acceſsit Nouitius, vt crucem portaret poſt IESVM. At IESVS Nouitium cruci accedentem videns, aſpera facie, toruiſque oculis aſpiciens, obiurgauit dicens, *Vt quid te pergrandem hanc Crucem mecum ferre iactitas, qui mei amore nigram veſtem ferre recuſas?* Soluitur in lachrymas nouitius, Chriſtus ab eius oculis euane-

Nouitius monachus alba veſte delectatus, nigram patientiam reſpicit.

Chriſtus grauis crucis pondere defatigatus, nouitium increpat.

Nouitij in Chriſtum pietas.

Chriſti obiurgatio notanda.

euaneſcit. Nouitius mentis compos factus nigram veſtem nunquam deponit amplius. Quid igitur diceret Chriſtus ijs qui petulanter poſt ipſum Crucem portare poſſe præſumunt, ieiunare autem, iniurias inimico condonare, eleemoſinas dare, aliaque longè faciliora opera facere, recuſant?

Pia Patrum meditationes.

3. *Quin etiam Cyrillus Chriſtum tanquam Seruatorem conſiderat*, &c. Maxima planè pietate Patres humillimum hoc Chriſti Domini crucem geſtantis myſterium contemplantur. Cyrillus eum, vt Redemptorem, qui Crucem nobis ferret ad nos liberandos. Euthymius, & Theophylactus tanquam fortem militem, qui lanceam ferat, qua deiecturus erat aduerſarium. Ambroſ. dicit: *Pulchrè Chriſtus aſſ.nſurus Crucem regalia veſtimenta depoſuit, vt ſcias quaſi hominem paſſum, non quaſi Deum Regem*. D. Auguſtin. tract. 118 in Ioan. conſiderat Chriſtum vt Regem, qui Crucem pro virga gerat. Paulò poſt, eundem contemplatur tanquam Regem, qui humeris geſtabat ſignum, quod fixurus erat in frõtibus Regum. Ac non ita multo poſt, eum contemplatur crucem geſtãtem, tanquam candelabrum lucernæ arſuræ quæ ſub modio collocanda non erat. Auguſt. de conſenſu Euangeliſtarum dicit, alij iñ ſignum dignitatis, baltheum, alij mitrã, Chriſtus verò crucem geſtat, & in lib. de ſymbolo ad cathecumenos, c. 6. Chriſtum contẽplatur tanquam Sponſum, & crucem tanquam lectum, ſuper quẽ dormiẽdo formaturus eſſet Eccleſiam, *Aſcendat*, inquit, *Sponſus noſter thalami ſui lectum, vt dormiat moriendo. Aperiatur latus eius, & Eccleſia prodeat Virgo, vt quomodo Eua facta eſt ex latere Adæ dormientis, ita Eccleſia formetur ex latere Chriſti in Cruce pendentis*. Et Gloſſa ordin. in eum locum Ioannis dicit: *Et Crux eſt candelabrum lucernæ, quæ non erat ſub medio ponenda*. Chryſoſt. autem contemplatur Chriſtum, vt ferentem Crucem tamq; profanum, & maledictum, quod homines tangere verebantur, D. Ambroſ. ſerm. de Cruce, qui eſt ſermo 56. contemplatur Chriſtum crucem geſtantem tanquã aratrum, quo terram ſcinderet vt mortuos redderet, quos tenebat, Chryſoſt. hom. 84. in Ioan. Chriſtum crucem geſtantem contemplatur tanquam victorem, triumphos agentem, & ſuę victorię trophæum in Caluariæ monte figentem, vbi primum Adam mors victum proſtrauerat. Verum exclamat hoc loco Auguſtinus, ſuoque nos clamore ad myſticum hoc facinus contemplandum excitat, *Grande*, inquit, *ſpectaculum: ſed ſi ſpectet impietas, grande ludibrium; ſi pietas, grande myſterium; ſi ſpectet impietas, grande ignominiæ documentum: ſi pietas grande fidei munimentum; ſi ſpectet impietas, ridet Regem, pro virga, regni, lignum ſui portare ſupplicij; ſi pietas, videt Regem baiulantem lignum ad ſemetipſum figendum, quod fixurus erat in frontibus Regum*. Verum altius quid, & ad mores noſtros emendandos accommodatius contemplatur Apoſtolus ad Hæbreos ſcribens, cap. 13. dicens: *Exeamus & nos extra caſtra cum Chriſto*, &c.

Chriſtus pro nobis Crucem portat.

Chriſtus vt miles lanceam geſtat.

Chriſtus abſque Regijs ornamentis ad mortem properat, & cur.

Chriſtus Rex.

Chriſti candelabrũ Crux.

Chriſti ſceptrum Regium.

Chriſtus vt ſponſus Crucẽ veluti lectum conſcendit.

Chriſtus Crucem veluti aratrum geſtat.

Chriſtus victoriæ triumphũ portat.

Grande ſpectaculum.

Exeamus & nos extra caſtra cum Chriſto.

4. *Cæterum Domino Crucem geſtante*, &c. Egregiè Theophylactus figuram hanc explicat in cap. 19. Ioan. dicens: *Vide autem in veteri typo hoc factum: Iſaac enim, & illic ligna portans vadit, vt immoletur: ita & hoc loco Dominus Crucem habens, vadit, quaſi miles arma gerit, quibus aduerſarium proſternat*. Quod autem Iſaac figura ſit Domini manifeſtum eſt, Iſaac enim interpretatur riſus, vel gaudium. Quis autem alius gaudium noſtrum factus eſt, quam is, qui in conceptione humanæ naturæ, per Angelum χαῖρε, hoc eſt, gaude, communicauit. Gloſſa Iſidori, in cap. 22. Geneſis dicit: *Sicut Abraham vnicum, & dilectum filium pro nobis tradidit; & ſicut Iſaac ligna portabat, quibus imponendus erat: ſic Chriſtus Crucem in qua figendus erat*. Qui autem huius figuræ explicationem deſiderat, legat quę D. Auguſt. fusè conſcripſit

Iſaac Chriſti figura.

Chriſtus eſt gaudium noſtrum.

Digitized by Google

ſcripſit in ſerm. 71. 72. & 73. de tempore, & lib. 16. de Ciuitate Dei, c. 32.

Figuræ Chriſti Crucem geſtantis. Chriſtum verò ad Crucis ſupplicium properantem multæ, eædemque inſignium virorum illuſtres figuræ præmonſtrarunt; Chriſtum enim ad mortem ſibi ab inuida gente inferendam, properantem, figurauit Abel, dum à Cain inuido in agrum ducebatur, vt ibi ligno necaretur. Gen. 4. Hunc Ioſeph in ſolitudinem properans, à fratribus deluſus, atque in ciſternam veterem immiſſus, extractus, & venditus.

Abel. Ioſeph.

Rex Iſrael. Hunc Rex Iſrael alieno amictu circundatus, in aciem properans, vbi accepto vulnere necatus eſt.

Naboth. Hunc Naboth pro vineæ ſuæ amore in agrum ductus, vt ibi necaretur.

Iacob. Hunc Iacob ſcalam videns, quam portat IESVS.

Crux Chriſti ſignificat principatum. 5. *Itidem crucem geſtandi modus*, &c. Auguſtinus ſerm. 71. de tempore, locum hunc explicans dicit: *Non incongruè Crux Chriſti ſignificat principatum; nam per ipſam diabolus vincitur, & totus mundus ad Chriſti notitiam, vel gratiam reuocatur.* Hieron. lib. 3. comm. in Pſ. in cap. 9. *Propheta*, inquit, *dicit factum illius principatum ſuper humerum eius; vel quod Crucem ſuam ipſe portauerit; vel per humerum oſtendens brachij fortitudinem.* Eundem locum eadem ratione interpretantur Ambroſ. lib. 3. de fide, cap. 4. & Tertull. lib. contra Iudæos.

Cum Ioannes Euangeliſta ſupercæleſtium myſteriorum futura arcana præſtolaretur, ſigillorumque myſteria exoptaret cognoſcere, vocem audiuit dicentem: *Veni, & vide.* Quid autem viderit, attende. *Vidi*, inquit, *& ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper illum, habebat arcum, & data eſt ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret, poſt hunc alij equi ruſi, nigri, pallidi.* Quid hoc eſt? In equo albo Chriſtum communiter Doctores intelligunt. Hic enim candidus eſt in innocẽtia ſua, ſed equi emblemate declaratus. Equus enim animal pugnax eſt: Chriſtus ergo, licet candore ſuo pacem prænuntiet, eam tamen dare non poteſt in bello, niſi prius hoſtem proſternat, & ſubigat; ideò arcum geſtat, qui crucem portat; diademata multa habet, quia, *Factus eſt principatus ſuper humerum eius.* Et quamuis alij equi nigri, rufi, pallidi obijciantur, aduerſenturque; ipſe tamen egreditur vincens, vt vincat, vt ſcilicet victorijs onuſtus, triumphum agat ampliſsimum: *ideò fit principatus ſuper humerum eius.*

Equus albus Chriſtum ſignificat. Apocal 6.

Crux Chriſti in arcu figurata.

Crux eſt clauis Dauid. 6. *Iſtiuſmodi verò crux à Chriſto geſtata*, &c. S. Hieron. lib. 7. comm. in Eſaiam, cap. 22. locum hunc explanans, ait: *Dabo*, inquit, *ei clauem domus Dauid, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit. Et hæc ipſa clauis erit ſuper humerum eius*, hoc eſt, in paſsione, iuxta illud quod in alio loco ſcribitur, *Cuius principatus ſuper humerum eius.* Quod enim ille ſua paſsione reſerauerit, claudi non poterit; & quod clauſerit, in cęremonijs Iudæorum à nullo alio aperietur. At verò Arethas in collectaneis in Apocalypſin, 3. vbi ferè idem locus habetur, interpretatur poteſtatem; Ribera ibidem per clauem Dauid, intelligit templum, quam dicit eſſe explicationem Hier. Cyrilli, Procopij, Haimonis, D. Thomæ, Lirani, Dionyſ. ſed tamen Patres per clauem magis poteſtatem ſiue iuriſdictionem interpretantur. Cælius Pannon. intelligit per clauem, gratiam Spiritus ſancti, & per domum Dauid, Eccleſiam. Abbas Ioachim. per clauem Dauid, intelligit iubilationem aſsiduam Pſalmorum, per Spiritum ſanctum, qua Pſalmorum & Prophetarum oracula intelliguntur. Verùm, quamuis loci huius explicatio multiplex ſit, & varia, negare tamen non poſſumus, quin valdè probabiliter per clauem, Crucem intelligere poſsimus. Cum etiam ita clauem interpretatus ſit pro cruce, Origen. hom. 14. in Ezechielem. Hilarius in prologo in Eſaiam. Hieronymus, Eſaiæ 22. Auguſtinus homil. 3. in Apocalypſ. Rupertus hoc loco.

Clauis poteſtatem ſignificat.

7. At

Digitized by Google

7. *At quantum doloris id Crucis*, &c. Acerbitatem dolorum, ac paſsionum, quas Chriſtus crucem geſtans pertulit, plurimi pietate, atque eruditione inſignes Viri, ſuis meditationibus proſecuti ſunt, qui etiam docent, per hanc crucis baiulationem, omnem ſcapularum cutem vſque ad crudæ carnis reuelationem, ita concuſſam, exagitatã, & contritam fuiſſe; vt priorum plagarum vulnera, aut innouata ſint, aut in vnum vulnus nimia laceratione redacta. Cum enim lignum crucis longum, & ponderoſum valdè eſſet, non aliter eam portare potuit nimium fatigatus IESVS, niſi vna pars ſcapulis, altera terræ incumberet, quo factum eſt, vt per lapidum aſperitates, & terræ calloſitatem tractum, ſuo tremore vulneratas Domini ſcapulas, ſine intermiſsione grauius vulneraret, nonnunquam etiam capiti illiſum, dolorẽ ſpineæ coronæ innouaret. Quare Lanſperg. lib. 3. elucidationum in Paſsionem Chriſti, dicit: *Legitur in quorundam deuotorum libris, Dominum* IESVM *ex multis vulneribus in flagellatione receptis, etiam per lignũ crucis graue quod humeris in vnum conquaſſatis, magnum inter ſcapulas habuiſſe vulnus, propter crucis longiſsimæ pondus, quæ ſuper dorſum eius iacẽs ex indirecta via vulnera perfricabat. Et quia* IESVS *ſæpè huc, illucq; impellebatur, continuo agentia multa parua vulnera in vulnus vnũ contriuerat.* Hoc ſolet vulnus à deuotis pijſq; hominibus venerari, quoniã ſic cuidam legitur reuelatũ, ideò officio aliquo deuotionis honorari, Deo valdè eſſe gratum; Lanſperg. elucid. in Chriſti paſsionẽ, lib. 3.

Chriſti ingens in ſcapulis plaga, ex crucis baiulatione.

8. *Hos autem dolores*, &c. Locus hic Dauidis clarus eſt, vt clariori non egeat illuſtratione, cui addi poteſt aliud egregium Eſ. teſtimonium, cap. 50. vbi nos legimus, *Dedi corpus meum percutientibus*, 70. interpretes legunt; *Dorſum meum dedi percutientibus*, & Franciſcus Forerius in eum locum à ſe tranſlatum legit. *Tergum meum dedi percuſſoribus.* Hieronym. in eum locum legit, *Corpus meum, ſiue dorſum meum*, &c.

Dorſum Chriſti flagellantibus datum.

Verùm valdè efficax eſt tranſlatio, quam Petrus Galatinus lib. 8. de arcanis, cap. 13. ex Hæbreo affert: ita enim legit, *Super corpus meum arauerunt; arantes prolongauerunt ſulcum ſuum.* Quare ipſe addit, Super corpus Meſsiæ arantes araturi erant, quia illud Iudæi crudeliſsimè cedere debebant, & ſuper ipſum ſulcum, & arationes prolongaturi; quia illud plagis, & percuſsionibus totum repleturi erant. Huius autẽ vaticinij veritatẽ B. V. quę Chriſti flagellationi interfuit, explicauit ſic B. Brigittæ lib. 4. c. 70. loquens, *Flagellis aculeatis infixis aculeis, & retractu non euellendo, ſed ſulcando totum corpus eius laceratur.* Ecce ſulcationes arationis.

Super corpus Chriſti dorſum arantes arauerunt, & quomodo.

Acerbæ Chriſti flagellationis mira deſcriptio.

9. *Hic verò qui deuotionis affectu*, &c. Quis ſapientiſsimam Virginem nobiliſsimum filij ſui corpus ſinu ſuo ſuſtentantem videat, & ſtatim nõ agnoſcat magnum in eo, atq; mirabile myſterium contineri? Si enim ſapientiſsimi Archimedis tãtum potuit ingeniũ, vt circulos, ſphæricoſque globos manu contrectans vitreis globulis ſphærulis cæleſtium orbium motiones, aſtrorum curſus, ſyderũ errantium conſtitutiones expreſſerit: quid tandem de regia Deipara ſentiendum erit, quæ Archimedem ingenij laude, eò altius ſuperauit, quò ipſa non tam humano artificio, quàm Dei dono, ſapientiam hauſit? dum non æneos circulos, non cupreos globulos, non ligneas ſphæras, ſed ſacroſanctum Chriſti corpus Spiritus ſancti virtute formatũ, in quo inhabitat plenitudo diuinitatis corporaliter, ita complectitur gremio, vlniſque ſuſtentat, vt circumquaque minutiſsimas eius plagas luſtrans, videat Chriſti corpus ita fœdè laceratum, vt leproſi corpus videatur, ita enim ipſa lib. 1. reuelationum, cap. 10. ait: *Depoſitũ de cruce excepi in ſinu meo quaſi leproſum, & totũ liuidum.* Quid in minuta hac Chriſti corporis luſtratione ſapiẽtiſsimã Virginem feciſſe credas? Equidẽ, ſi conjectu-

Quid in B. V. Chriſtum ſinu ſuo ſuſtẽtante concipere debeamus.

Archimedis ſphæra vitrea.

B. V. Archimede ſapientior.

Chriſti corpus leproſum videbatur.

Digitized by Google

coniecturę locus ſit, dum è Crucis ſtatera in nouam Virginei ſinus ſtateram impoſitum Chriſtum, Beatamq; Virginem, ſacerrimumque corpus ſuſtentantem, ac veluti librantem intueor, in eam adducor ſententiam, vt credam, regiam Deiparam id præſtare, quod ſapientiſsimo Eſdrę pręſtandum propoſuit Vriel. 4. Eſd. 4. dicens: *Pondera mihi pondus ignis.* Nouum, inauditumque, imò quod omnes humanas vires tranſcendat Eſdræ viſum quæſitum fuit: ideò fieri id non poſſe reſpondit. At quod ipſe facere non potuit, en qua pietate B. V. præſtet. Ponderat enim pondus ignis: Sed quomodo? Attende, Charitatis igne, vt pro nobis pateretur adductus eſt Chriſtus; ignis hic in Chriſti pectore tantum pondus habuit, quantum cruciatum Chriſto intulit. Rimatur ſacerrima Virgo cruciatus, luſtrat plagas, horribilem fabricationis ſtruem Chriſti humeris impactam Lesbia menſura metitur, humerorum plagas Crucis pondere profundiùs impreſſas deprehendit: ex magnitudine, & multitudine vulnerum pondus Charitatis deprehendit, tandemque pondus ignis incomparabile, atque ineffabile deprehendit, & agnoſcit, dicens cũ Bernardo, *Maiorem Charitatem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Vere tu fili maiorẽ habuiſti ponens eã pro inimicis.

B V pondus ignis ponderauit.

Ignis in Chriſti pectore exardeſcit.

B. V. ex magnitudine, & multitudine vulnerum Chriſti charitatem eius metiebatur.

10. *Hiccine mi Domine*, &c. Sæuum, horrendumque ſpectaculum mortalibus videbatur, cum Cræſus ille inter Reges opulentiſsimus ad tormenta vinctis poſt terga manibus ducebatur. Nouum, ac lachrymabile ſpectaculum etiam Romanis præbuit inſignis illa Zenobia virtutibus omnibus, maximè verò caſtimonia illuſtris Regina Palmirenorum, cum ab Aureliano aureis vincta catenis, in triumphũ ducta fuit. O quale ſpectaculum pijs exhibuit Chriſtus, cum toto flagellis diſſectus corpore, alapis, colaphis, pugnis percuſſus, ſpineo diademate coronatus, inter multiplicia petulantium miniſtrorum opprobria, Crucem, cui figendus erat, baiulabat? Hoccine eſt ſceptrum imperij tui, ô Rex Iſrael? Atque vtinam vocem tuam audiamus, Domine, dum nos ad Crucem noſtram ferendam inuitas, dicens: *Qui mihi miniſtrat, me ſequatur.*

Cræſi ſpectaculum ſæuum.

Zenobia aureis vincta catenis in triumphum ducta.

Lachrymabile Chriſti ſpectaculum.

11. *Dauid hanc tibi dolorum ſuper humeros*, &c. Inter ſublimia ea myſteria, quæ in Hieroſolymitani Templi prima ędificatione maximè obſeruari voluit Spiritus ſanctus, hoc valdè inſigne nobis eſt commendatum; quod in eo ædificando, nullus malleorum ſonitus, nulla percuſsio audita eſt. At dum vaſtaretur, æramentorum ictus, arietum fremitus, concuſsionum ſtrepitus, ruinarum fragor obaudiebatur. Cum verò reædificaretur, hac ratione reædificatum fuit, vt quilibet artifex altera manu gladium teneret, altera lapides parietibus ſuperponeret. Quod igitur eſt hoc templum, niſi Chriſti corpus, de quo ipſe Chriſtus Ioan. 2. dixit: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus reædificabo illud.* Cum primùm in caſtiſsimæ Virginis vtero formatum eſt, nullus malleorum ictus, nullus æramentorum ſtrepitus auditus eſt, non enim virili ſemine; ſed ſola Spiritus ſancti virtute perfectum eſt. At cum vaſtatum in morte fuit, heu quantus armorum ſtrepitus, æramẽtorum fragor, malleorum ictus, clauorum fremitus auditus eſt. Sed cum iam in proximo eſſet, vt reædificaretur, iam iamque vnguentis deliniendum, quaſi clauos vna manu tenentes, altera corpus vngebant, ſacerrimaque Virgo manus in filij ſanguine intingebat, dum ſanguinem è Chriſti vulneribus abſtergebat. O quale ſpectaculum viſura fuiſſes anima mea, ſi ibi fuiſſes. Hoc igitur ſaltem nunc pio pectore recolens, ſacerrimæ Virgini compatere, Chriſtique charitati gratias age.

In templo ædificando malleorum ſonitus nullus auditus eſt.

Artifices templi ſecundi altera manu ſaxa, altera gladium tenentes.

Chriſtus Spiritus ſancti virtute conceptus.

Qualiter hoc de Chriſto verificetur cũ lachrymis eſt meditandum.

ALPHON-

ALPHONSI PALEOTI
ARCHIEPISCOPI II. BONONIENSIS.

SACRAE SINDONIS EXPLICATIO.

De Capillis Domini Seruatoris in partibus illis, quæ ſanguine infecta ſunt, deque illis euulſis. *Caput Vndecimum.*

Inſpiciatur exemplar vbi D. eſt appoſita nota.

CVM, 1. Domini caput ſanguine circunquaque difflueret, ſanguis ipſe magis exuberans, ſacroſanctos illius capillos inundauit; qui quidem ex apparentibus in Sindone ſignis, natiuum colorem amiſerunt. *Vaticinia de Christi capillis ſanguine deturpatis.*
2. Eiuſmodi verò ſanguinis exundationem Ieremias antea prædixerat, *Inundauerunt*, aiebat, *aquæ ſuper caput meum, & dixi, perij.* *Threnor. cap. 4.* 3. Idem etiam hos eundem ob exundantem cruorem, colorem immutaturos fore, prænunciarat, *Quomodo obſcuratum eſt*, inquit, *aurum, mutatus eſt color?* 4. Sed eiſdem de capillis, ſanguine deturpatis, Salomonis exſtat illa ſententia, *Aperi mihi, ſoror mea, amica mea, columba mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* *Cantic. cap. 5.* Cum Sapiens indicaret, quanto cum amoris affectú, animæ noſtræ Sponſus nos, vt illi cordis ianuam aperiremus, compellaret, & ad miſerandum illum nos omnes prouocare ſtuderet; nam, domo excluſus, iacebat ad ianuam, caput rore madidum, & cincinnos guttis noctium vndequaque madentes habebat, fuerant enim capilli partim euulſi, & partim ita depi-

latum caput geſtabat, vt nuda pellis appareret: nam ſacra in Sindone ſupra frontem, pars adeò depilata conſpicitur, vt pellis ipſa prorsùs denudata videatur. 5. At, ex eo, quod Sponſus adeò ſuauiter ſponſam compellaret, apertè colligere valemus, quanto charitatis ardore deflagrans, Seruator noſter Chriſtus pro nobis ſupplicia ſubire contenderet, & nobis ſalutem afferre geſtiret: quamuis enim viuidus cruor ille per capillos vndique difflueret, & totum corpus inundaret; cum pungentium acumine ſpinarum vndequaque manaret; attamen illum ſtillanti manè rori comparabat; qui cum gelidus exiſtat, vel refrigerare, vel parum moleſtiæ ſolet inferre, non ſecus, ac ſi duriora perpeti, alacri prorsùs animo cuperet. Si grauius tamen quidquam pati potuiſſet, vt ſanguis ille, qui per ſemetipſum, vel in immenſum promereri valebat, maiorem vim, quoque inter operandum noſtram ſalutem, haberet. 6. Iſtiuſmodi verò capilli ſanguine deturpati, facilè quidem corda noſtra ferire valeant, & ideò ſcriptum fuiſſe videmus, *Vulneraſti cor meum, Soror mea, Sponſa, in vno crine colli tui.* 7. Huius autem conuulſionis Sampſon figuram geſtat, qui nouacula Dalidæ manu capillis præciſis, comam amiſit. D. Ambroſ. ita teſtatur, aſſerens in Sampſone Chriſtum Nazaræũ expreſſum fuiſſe. De cute verò non delicata modo, ſed etiam exangui, & aduſta, Ieremias dixit: *Adhæſit cutis oſſibus meis, aruit, & facta eſt quaſi lignum.* 8. Ergo ad miſeram eiuſmodi conditionem iſthæc coma flaueſcens, ob noctis, & tenebrarũ guttas, quæ ſanguinis guttæ ſunt, propter omnium noſtrûm peccata manantis, & ad redimendã tanto charitatis affectu, Sponſam, id eſt animam noſtram, conſperſi, redacta fuit in ſanguinem. Hanc autem cruore purpuraſcentem comam Salomon ante præuiderat, dum dixerat: *Coma capitis tui, ſicut purpura Regis.* Quod ſanè declarat, quo diuinæ charitatis ardore totum ſe nobis traderet, 9. cum extremas quoque corporis partes, id eſt capillos præclarum profectò capitis, & decus, & ornamentum, ſuo adſpergi cruore, ſuſtinuerit, quin etiam ſibi euelli ſit paſſus, & ſanguinem ſupra capillos, amoris ergo collegerit. 10. Hoc autem loco, & meditandi pio Lectori ſeſe offert occaſio, & contemplandi, quinam dolor Sacratiſſimæ Virginis pectus occuparit; quæ quando nullam tam chari capitis, aut inconcinnam, aut neglectam partem ſineret, quin totum decentiſſimè quidem componeret, per illud temporis dulciſſimi nati capillos eoſdem, & incomptos, & euulſos, ſanguine tandem, quaſi viſco, concretos, aurea venuſtate deperdita, præſens inſpiceret. Hinc lachrymis è præcordijs excuſſis, pius lector cum Ieremia exclamare poterit, *Quomodo obſcuratum eſt aurũ;* cum aquæ tuum ſuper caput inundarint, Chriſte Seruator? vt iſthac ſacratiſſima tua de coma, Salomonis illa ſententia ad exitum perducta,

Cantic. c. 4.

Threnor. cap. 4.

Sampſon figura ſeruatoris.

Cant. c. 7.

Chriſtum dediſſe nobis extremas etiam corporis ſui partes.

Conuerſio ad Beatiſſimam Virginẽ.

ducta, *Coma capitis tui, ſicut purpura Regis*? Mi Domine, quiſnã tibi capillos ſacra de fronte reuellere, æquè improbus, atque crudelis, eſt auſus' hoſce capillos, inquam, vnde tibi tantum decoris adauctum? O capilli ſanguine exundantes, quanquam Sponſæ cauſa, cruorem haud ſenſiſtis; ingentem tamen in immaculatæ Virginis, vos deturpatos adeò conſpicientis, animam dolorem transfudiſtis.

FRATRIS
DANIELIS MALLONII
DE CHRISTI CAPILLIS
ELVCIDATIONES.

IN CAPVT VNDECIMVM.

CVM, 1. *Domini caput*, &c. Inter cætera quæ glorioſa Brigitta B. V. reuelante didicit, hoc non ſine maximo animi ſenſu, ac dolore conſiderandum nobis proponit, quod Chriſti Domini caput ita ſanguine redundabat, vt vndique ſanguis effluerit. Ita enim lib. 2. reuelationum, cap. 10. *Filius meus cum duceretur quaſi latro, exterſit ſanguinem ab oculis ſuis*, & infra. *Aptauerunt coronam de ſpinis capiti eius, quæ tam vehementer reuerendum caput filij mei pupugit, vt ex ſanguine fluente replerentur oculi eius, obſtruerentur aures, & barba tota decurrente ſanguine deturparetur. Cumque ſic ſanguinolentus ſtaret, condolens mihi aſtanti, & gementi, reſpexit ſanguinolentis oculis*, & lib. 4. cap. 70. dicit: *Tunc corona ſpinea capiti eius arctiſsimè impoſita fuit, quæ ad medium frontis deſcendebat plurimis riuis ſanguinis, ex aculeis infixis, decurrentibus per faciem eius, & crines, & oculos, & barbam replentibus, vt quaſi nihil niſi ſanguis totus videretur, nec ipſe me aſtantem Cruci videre potuit, niſi ſanguine expreſſo per ciliorum compreſsionem.* Hæc illa. Ex quibus facilè dignoſci poteſt, quam aptè copioſam hanc ſanguinis defluxionem inundationis nomine pientiſsimus auctor nominandam cenſuerit: vt enim in vehementi aquarum inundatione, ita copiosè aqua exæſtuat, vt foramina omnia repleat, ita ſanguis è Chriſti capite profluens, oculos, nares, imò & os totum oppleuit adeò, vt B. Brigitta lib. 1. cap. 10. dixerit: *Morte Chriſti inſtante cum dixit: Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me; viſos fuiſſe Chriſti oculos ſemimortuos, os eius apertum eſt, lingua ſanguinolenta.* Et cap. 27. *Spinea corona ſic immaniter pupugit caput eius ſanctiſsimum, vt ſanguis defluxeret in ore eius, & in barbam, & in aures eius.* Et in lib. extrauag. reuelat. cap. 51. Brigittam ſic alloquitur Chriſtus, *Vertex meus, & caput, totâ puncturis ſpinarum lacerabantur, ſanguis*

Caput Chriſti ſanguine fluens.

Chriſti facies ſanguine rigatus.

Sanguis inundans.

Os Chriſti ſanguine plenum.

Digitized by Google

defluens coagulatus deturpabat faciem totam, & barbam. Os, & lingua ſimiliter inficiebantur ſanguine. Hoc piè B Laurentius Iuſtinianus intellexit, ideò lib. de triumphali agone, cap. 14. Chriſtum alloquens dicit: *Obtexit cruor defluens imaginem vultus, ſputa humanam deturpauere formam, ſicque factus eſt opprobrium hominum.*

2. *Eiuſmodi verò ſanguinis*, &c. Locum iſtum explicans B. Hieronymus dicit: *Aquæ verò ſuper caput Redemptoris inundauerunt, quando ſeditioſi populi Iudæorum perſecutionem mouentes, Diuinitati Redemptoris detraxerunt.*

Quæ de templo dicuntur, myſticè de Chriſto intelliguntur.

3. *Idem etiam hos eodem*, &c. D. Hieron. dum locum illum Ierem. contemplaretur, dicebat: *Quamuis hæc, quæ hoc capite dicũtur hiſtorialiter euerſionem Hieroſolymitani Templi, tamen altiore ſenſu templi myſtici deiectionem ſignificant.* Et verè explicatio hæc Chriſti capillis nõ vt literalis, ſed vt myſtica explicatio accommodata eſt. Cum Deus Optimus Maximus, ſacerdotij dignitatem maximè examplificaſſet, inter ea quæ ſacerdotum propria eſſent, voluit eſſe iudicium inter lepram, & lepram, ideò Leuit. 13. talem regulam conſtituit,

Regula inter lepram, & lepram dijudicandi.

Si capilli colorem mutarint, fuerintque flaui, vel rufi, ſignum lepræ eſt, contaminabitque eum ſacerdos, habebitque veſtimenta diſſuta, caput nudum, os veſte contectum, contaminatum ac ſordidum, ſe clamabit. En igitur Chriſtus *tanquam leproſus, & percuſſus à Deo reputabatur.* Eſ. 53. ideò capillos flauos habuit ſanguine rubentes, veſtimenta diſſuta, caputque nudum, ita, vt etiam cutis perforata eſſet, & ſpinea corona tectum videretur, os autem tumens ſputis, ac liuoribus tectum, ideò ſe Chriſtus contaminatum, ac ſordidum appellat, dicens: *Ego autem ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Quare expellitur extra vrbem, & extra caſtra.

Leproſorum contaminatio.

Chriſtus tanquam leproſus leproſorum inſignia geſtat.

4. *Sed eiſdem de capillis*, &c. Mira, ſublimiſque explicatio, vt per rorẽ Chriſti ſanguis intelligatur, longè mirabilior, longèque ſublimior eſt Chriſti ſanguinis ad rorem conuenientia; vtrumque hoc loco præſtandum, vt in rore Chriſti ſanguinem intelligẽdum oſtendamus, ac deinde, vt conuenientiam ſanguinis Chriſti cum cæleſti rore declaremus. Quod ad primum attinet, paulò altiùs ducendum nobis eſt principium, vt ſublimia quæque cæleſtium Chariſmatum munia roris ſimilitudine explicata monſtremus. Rorem miſericordiæ nobis infundi precatur Eccleſia. Rore vellus inſpergente Verbi illapſus in Virgine, vt carnem ſumeret ab ipſa, eiuſdem quoque Virginis illibata fæcunditas, ſignificata eſt. Iudic. 6. Doctrinam quoque cæleſtem nobis deſuper inſpiratam rori aſſimilat Moyſes. In rore cœli cœleſtis contemplationis affluentiam, qua anima per cincinnum capitis eleuata, Dei magnalia ſuauius perſcrutatur. Rupertus in cap. 27. Geneſ. agnoſcit, dona quoque Spiritus ſancti cœleſtis roris irrigatione indicantur. Sed ecce, nouam interpretationem, vt in rore Chriſti ſanguinem agnoſcamus, dicente Chriſto, *Caput meum plenum eſt rore*, id eſt ſanguine, *& cincinni mei guttis noctium.* Sed quid agimus? Nam Patres ab hac explicatione longè abeſſe videntur. Alij enim per caput, fidem intelligunt, per rorem, fælicitatem æternam, qua fides terrenorum amore frigeſcit, per cincinnos, fideles, per guttas noctium, perſecutionum incommoda agnoſcunt. Alij per caput, Prælatos, per rorem, diuitias terreſtres, per cincinnos, ſubditos, per guttas noctium, tentationum delicias intelligunt. Alij Anagogicè, per caput, diuinitatem, per rorem, cœleſtes gratias, per cincinnos, humanitatẽ Chriſti, per guttas noctium, dona gratiarum, quæ in huius vitæ tenebris nobis dantur, interpretantur. Quomodo igitur nos in rore ſanguinem intelligemus? noua igitur videbitur explicatio; ſed ta-

Sanguis Chriſti rore deſignatus.

Mira ſanguinis Chriſti cum rore conueniẽtia.

Suauitas contemplationis.

Canticorum locus explicatus.

Allegoricè explicatur.

Idem locus.

Idem Anagogicè declaratur.

Digitized by Google

ſed tamen non omnino noua, ſi in hac explicatione Patrum veſtigia obſeruemus. In ſponſo igitur ſpōſam in Canticis alloquentem Chriſtum communis Patrum ſchola cognoſcit, ita Origenes homil. 1. in Cantica, Magnæ nobis auctoritatis in Canticis explicandis eſt Origenes, de quo Hieron. in præfatione in quatuor homil. Origenis dixit, quod in alijs Scripturarum libris explicandis Origenes omnes ſuperauit, at in Canticis explicandis, ſuperauit etiam ſe ipſum. Bernardus in lib. Cant. paſsim, Rupertus, Gregorius, vtraque Gloſſa, Baſil. lib. de Spiritu ſancto, cap. 8. Hieron. in cap. 62. Eſaiæ, Auguſt. lib. 83. quæſtionum, quæſt. 59. & epiſt. 120. cap. 32. Si Chriſtus eſt Sponſus, quodnam erit caput huius ſponſi, niſi caput illud ſpineo ſerto pro nobis coronatum? In hoc ergo capite rubeſcit ros ſanguinis eius. Sed ne omninò noua videatur explicatio, accedat Ruperti auctoritas, qui locum hunc explicans ad literam, in ſponſo, Chriſtum, in capite, Chriſti caput, in rore, opprobria Iudæorum in Chriſtum illata, cognoſcit. Ideò Chriſtum plorantem, locumque refrigerationis apud Sponſam optantem, ſic loquentem inducit, *Aperi mihi Sponſa mea compatere mihi quia caput meũ plenum eſt opprobrijs, & perſecutionibus Iudæorum, & cincinni mei guttu noctium, quæ nocturno infidelitatis tempore contra me moliti ſunt*. In quibus quidem opprobrijs ſanguinis guttæ ſuper Chriſti caput vbertim redundarunt. Atque hæc de primo. Venio nunc ad alterum caput ſupra propoſitum, vt ſanguinis Chriſti cum cæleſti rore conuenientiam explicem. Congrua erit hæc explicatio: cum enim hæc mihi explicatio in S. Ioan. Baptiſtæ feſto acciderit, in cuius nocte cæleſtis roris copia mirificè recreamur, non ita dificilè erit cæleſtis roris beneficia agnoſcere, & explicare. Ros enim humor eſt nocturno tempore fluens: ita Chriſti ſanguis nocturno perſecutionis tempore ad nos fluxit; ſed ros in hortis fluit, & herbulas irrigat, vt in earum vertice fluens, caputque tangens in radices inſtillet: ita Chriſti ſanguis hortulum naſcentis Eccleſiæ irrigans, in caput primò deſcendit, quod eſt Chriſtus, moxque ab ipſo influens, membra irrigat. Ros plantulas recreat; Chriſti ſanguis fideles reficit. Ros æſtum refrigerat; Chriſti ſanguis concupiſcentiarum æſtum comprimit. Ros ita plantulas irrigat, vt in earum alimētum vertatur; Chriſti ſanguis ita animos irrigat, vt in earum tranſeat alimentum. Ros terram inebriat, & germinare eam facit, Chriſti ſanguis arentē humani cordis terrā inebriat, & germinare eam facit. Ros herbulas recreat, quas diurnus calor vexarat; ſanguis Chriſti animas reficit, quas noxius concupiſcentiarum calor decoxerat. Tandem Ros cælitus datur, vt fructuum copiam terra progignat; ita Chriſti ſanguis nobis infunditur, vt opera lucis proferamus. Ideò Chriſtus ſponſam alloquitur dicens: *Aperi m hi, quia caput meum plenum eſt rore*, id eſt, ſanguine, quo cor tuum irrigatum in opera lucis effluat. *Et cincinni mei guttis noctium*, id eſt, capilli mei referti ſunt guttis ſanguineis noctium multarum, quæ opprobria exprobrantium inuexerunt in caput meum. Niſi (quod cordibus noſtris amariùs eſt) quod Chriſtus ita nos ſollicitat, vt ei aperiamus, quia vix eſt, qui Chriſti caput ſpinis reuinctum excipiat: nam vnuſquiſque ſpinas refugit: Chriſtus verè vt nos ad pietatem flectat, ita ſpinarum aculeis ſe laceratum conqueritur, vt caput totum ſanguine ſit conſperſum, ideò clamat, *Aperi mihi Soror mea, Columba mea imm aculata*, id eſt, vt Hugo Carenſis explicat, ſanguine meo purificata aperi mihi, quia ſi ſanguine meo mundata es, cur non aperis mihi, ſi caput meum ſanguineo rore, ſanguineiſque guttis vndique conſperſum eſt?

Sponſus Chriſtus.

Bernard. & alij.

Sponſi caput ſpinis obſitum.

Ros in Chriſti capite ſignificat opprobria Chriſti.

Chriſti ſanguinis ad rorem Analogia.

Chriſti ſanguis roris munia explet.

Chriſto hoſtium aperire tenemur, quia caput eius plenum eſt rore.

Chriſtum vix eſt qui hoſpitio excipiat, quia caput eius ſpinis eſt obſitum.

Digitized by Google

Chriſti charitatem commendat fortis in uictuſque animus ad patiendum.

5. *At ex eo quod ſponſus*, &c. Plurima quidem ſunt, quæ immenſum Chriſti erga nos amorem mirificè commendant; ſed inter ea omnia illud mirum in modum Chriſti erga nos charitatem oſtendit ampliſsimam, quod ipſe licet horrendos mortis ſuæ cruciatus præuideret, eos tamen pro nobis forti, inuictoque pectore ſubire voluerit. Sed quamuis hoc maximum, ampliſsimumque Dei erga nos pietatis ſignum ſit, adhuc tamen magis heroicum immenſæ eius erga nos pietatis ſignum habemus, illudque eſt, quod quamuis acerbiſsimos cruciatus pro nobis ſuſtinuerit, eius tamen patiendi pro nobis deſiderium, ſi opus eſſet, expletum non eſt.

Chriſti deſideriũ patiendi pro nobis adhuc expletum non eſt. Chriſtus iterum mori paratus, ſi opus, & poſsibile eſſet.

Nam & B. Carolo reuelauit, ſe iterum mori paratum, ſi opus eſſet, & poſt Reſurrectionem, euntibus diſcipulis in Emaus, cum apparuiſſet, interrogantibuſque diſcipulis de ijs, quæ facta eſſent in Hieruſalem, reſpondiſſet, dixit: Quæ? quaſi verò eorum, quæ paſſus eſſet omnino eſſet oblitus. Et Chriſtus glorioſam Brigittam alloquens lib. 1. reuelationum, c. 32. dixit: *Adhuc quippe ex charitate libenter morerer pro homine, ſi eſſet poſsibile.* Et eodem lib. cap. 35. oſtendit Chriſtus incomparabile ſalutis noſtræ deſiderium, quod ſi poſsibile eſſet, pro vnica tantum anima pateretur libentiſsimè vnam talẽ pœnam, in quolibet membro, qualem ſemel in cruce paſſus eſt, in omnibus membris, & lib. 1. reuelationum, cap. 59. Chriſtus dicit: *O amici mei, ſic tenerè diligo oues meas, quod ſi poſsibile eſſet, adhuc mori propter quamlibet ouem ſpeciali morte, qualem in Cruce ſemel pro omnibus paſſus ſum, magis eam redimerem, quam ea carerem.* Quæ quidem loca quidam legentes, ita Chriſti miſericordiam exaggerant, vt eum, pro vnica etiam anima, iterum ad crucis mortem ſuſtinendam paratum dicant. At Bartholom. Medina, in 3. part. D. Tho. art. 3. Nimis magnam exemplificationem eſſe hanc oſtẽdit, ideò concionatores quoſdam Paſsionis Chriſti, veluti æris alieni nimis æquo liberaliores diſpenſatores, prodigè Chriſtum ad mortem denuò ſuſtinendam paratum exponere. Ideò ita reuelationes ſanctis factas eſſe intelligendas, vt Chriſti charitatem immenſam agnoſcamus, & quod ſi nulla alia pateret, ad animam aliquẽ ſaluandam, via, niſi via mortis Chriſti, tunc Chriſtus ſponte denuò paſsioni, ac morti ſe ſubijceret, ne anima illa, omni auxilio deſtituta, in æternum periret.

Chriſtus ſi fieri poſſet pro vnica tantum anima mori paratus eſt.

Quam tenerè Chriſtus oues ſuas diligat.

Qualiter hæc ſint intelligenda.

6. *Iſtiuſmodi verò capilli*, &c. Chriſti Seruatoris capilli ſanguine aſperſi, adeò ad cor, ſiue feriendum, ſiue emolliendum apti ſunt, vt ne vnum quidem tantum Chriſti capillum ſanguine aſperſum abſque lachrymis videre quis poſsit. Certè nouimus in agro Typhernate, in Eccleſia Cathedrali aſſeruari vnam è ſpinis coronæ Chriſti Domini, in cuius cuſpide, ſubtilis quidam Chriſti capillus eiuſdem ſanguine ſpinæ agglutinatus adhæret, qui quidem ſanguis quolibet anno in die Paraſceues, qua hora Chriſti capiti corona fuit impoſita rurſus colliquefieri, rubeſcere, & quodam modo ebullire, purpureumque colorem recipere cernitur. Illud tamen maxime mirum, quod pretioſiſsimum Chriſti ſanguinem refloreſcẽtem, nullus abſque internis cordis lachrymis cernere poteſt. Cui verò cor duriùs fuerit, atque peccati ſordibus obductum, neque aptum vt feriatur, is ſpinam quidem videbit, capillum tamen, ſanguinemque refloreſcentem videre non poterit. Benè igitur dicetur, *Vulneraſti cor meum ſoror mea.*

Capilli Chriſti ſanguine conſperſi, quantum valeant ad cor feriẽdum.

Inſigne miraculum ſpinæ Chriſti ſanguine tinctæ.

Chriſti refloreſcentem ſanguinẽ abſque lachrymis videre vix poſsibile eſt.

At non immeritò dubitare quis poterit, cum ſententiam hanc cognoſcamus à Sponſo ipſi Sponſæ eſſe prolatam, dum dicit: *Vulneraſti cor meum Soror mea Sponſa*. Quomodo igitur de Chriſti capillis explicari poteſt, cum potius de eccleſiæ, vel B. V. capillis explicãdus locus videretur. Solet enim

Canticorum locus explicatur.

explicari

explicari de Eccleſia, quę Sponſum Chriſtum vulnerauit in vno crine colli, id eſt in vno populo, qui immediatè ſub Chriſto capite quaſi in collo contineatur. Vulnerauit autem, quatenus amore ſponſum traxit, vt pro eo pateretur. Aliam etiam explicationem adhibet Iacobus de Valentia, quod B. V. collum dicatur. Cum enim tota Eccleſia ſit vnum corpus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra; Chriſtus autem ſit caput Eccleſiæ, ideò B. V. erit collum; ſi enim collum eſt, quod immediatè capiti ſubſidet, caputque flectit, ita B. V. primum eſt poſt Chriſtum membrum, ipſumque Chriſtum flectit. Dicit enim D. Bernardus de B. V. quòd *ſtat ante filium Mater, oſtendens ei pectus, & vbera*. In capillo autem colli, quod eſt excrementum quoddam, notatur humilitas Marię; hęc igitur eſt, quę vulnerauit ſpõſum Chriſtum, ideò dicit: *Vulneraſti cor meum Soror mea ſponſa:* at vtrouis modo explicetur, explicatio ijs quę ab auctore ſcribuntur, non conuenit. Si verò accipiantur tanquam verba Patris ęterni, & ad filium in humanitate dicta intelligantur, optimè patebit quomodo Pater dicere potuerit, *Vulneraſti cor meum in vno crine colli tui*. Capilli enim Chriſti ſanguine ita concreuerant, vt B. V. apud S. Brigittam referente, quaſi reſtis viderentur, ideò capillus Chriſti ſanguine tinctus cor Patris ęterni vulnerare poterat, vt humani generis peccata condonaret.

Crinis colli quis ſit.

B. V. Eccleſię collum.

B. V. humilitas colli crine declarata.

7. *Huius autem conuulſorum*, & cęt. Quod in Sampſone, Ambr. lib. 2. de Spiritu ſancto Chriſtum agnoſcit, idē etiam agnoſcunt, Origenes homil. 35. in Matth. Hieronym. in cap. 12. Iob, & in epiſtola ad Euagrium, & lib. aduerſus Iouinianum, & Auguſtin. in Pſal. 80. & 107. & Gregor. homil. 21. in Euangelia. Quàm verò aptè de Chriſto hæc figura explicetur, ſic doctè, acutèque Hierony. Lauretus Ceruarien. explicat in ſua Sylua Allegoriarum, verbo, Sampſon, dicens: *Sampſon ſolet eſſe typus Chriſti, & vt occidit Leonem, eſt Chriſtus conuertens Gentiles, & vt ingreſſus eſt ad meretricem, eſt Chriſtus veniens ad Gentes. Idē ligatus, & illuſus, &c. eſt Chriſtus à Iudæis illuſus; & vt Sampſon multo plures occidit in morte, quam viuens, manifeſtè oſtendit excellentiam victoriæ Chriſti in morte habitæ de Dæmonibus, & cæteris hoſtibus. Et vt obſeſſus in ciuitate Gaza, ſurrexit media nocte, & tulit portas ciuitatis, eſt Chriſtus reſurgẽs ex mortuis: & vt Sampſon fuit fortis, & infirmus: ita Chriſtus apparuit fortis, & infirmus. Vel ipſa Eccleſia, quæ eſt corpus Chriſti, habet fortes, & infirmos; in Sampſon etiam qui Leonem tenuit, & occidit, & in ore mortui Leonis fauum mellis inuenit ſignificatum eſt, quod in ſuperbis, in quorum ore prius fuerat blaſphemia, eſſet poſtmodum dulcedo laudis, & gratia Dei. Et vt ille Sampſon ſitiens, de molari dente aſini inuocato Deo, aquam vt biberet, hauſit, ita & Chriſtus de immundo, & duro gentium populo, fide credentium tanquam refrigerij poculo ſaturatus eſt. Maxillæ quoque eiuſdem aſini, de cuius molari aqua copioſè effluxerat, occidit mille viros; in maxillis, & dentibus oris eloquium intelligitur. Doctrina igitur eorum, qui ex Gentibus crediderunt, perfecto quodam numero finitur. Sampſon verò hoſtes ſuos, atque aduerſarios tribus modis interfecit, & occidit; dum alij non credendo pereunt, alij verò credendo fidei, moriuntur peccato. Opus hoc maxillæ eleuatio appellatur, ita enim doctrina, & prædicatio Euangelij magnificata ſuperat omnem terram, vt eam omnes gentes vbique eleuatam mirentur. In illis igitur vulpibus figuratum eſt, vt per doloſos, & ſanæ fidei inimicos, quorum principatus in caudis eſt pars poſt tergum relicta, pars circa fructus Chriſto aduerſantium vaſtaretur.*

Sampſon illuſtris Chriſti figura.

Sampſon Chriſto comparatur.

Maxilla aſini quid ſignificet.

Verum quomodo in capillis Sãpſonis Chriſtus Dominus figuratus fuit ſubtiliter, accuratèq; explicat Rupert. Abbas, lib. 1. de Trinit. & eius operib. in lib. Iudicum cap. ſuo 22 vbi ait: *In Dalila Sinagoga Iudæorum indicatur, quæ Chriſtum multoties tentauit, nec tamen eum in ſermone capere potuit. Tandem autem aliquando quaſi caput eius radendo tentauit, & præualuit, quia Chriſtum Dei filium Regem ſuum negando, ac blaſphemando, in*

In Sampſonis capillis fortitudo.

Digitized by Google

ſcripſit in ſerm. 71. 72. & 73. de tempore, & lib. 16. de Ciuitate Dei, c. 32.

Figuræ Chriſti Crucem geſtantis.

Chriſtum verò ad Crucis ſupplicium properantem multæ, eædemque inſignium virorum illuſtres figuræ præmonſtrarunt; Chriſtum enim ad mortem ſibi ab inuida gente inferendam, properantem, figurauit Abel, dum à Cain inuido in agrum ducebatur, vt ibi ligno necaretur. Gen. 4. Hunc Ioſeph in ſolitudinem properans, à fratribus deluſus, atque in ciſternam veterem immiſſus, extractus, & venditus.

Abel. Ioſeph.

Rex Iſrael.

Hunc Rex Iſrael alieno amictu circundatus, in aciem properans, vbi accepto vulnere necatus eſt.

Naboth.

Hunc Naboth pro vineæ ſuæ amore in agrum ductus, vt ibi necaretur.

Iacob.

Hunc Iacob ſcalam videns, quam portat IESVS.

Crux Chriſti ſignificat principatum.

5. *Itidem crucem geſtandi modus*, &c. Auguſtinus ſerm. 71. de tempore, locum hunc explicans dicit: *Non incongruè Crux Chriſti ſignificat principatum; nam per ipſam diabolus vincitur, & totus mundus ad Chriſti notitiam, vel gratiam reuocatur.* Hieron. lib. 3. comm. in Pſ. in cap. 9. *Propheta*, inquit, *dicit factum illius principatum ſuper humerum eius; vel quod Crucem ſuam ipſe portauerit; vel per humerum oſtendens brachij fortitudinem.* Eundem locum eadem ratione interpretantur Ambroſ. lib. 3. de fide, cap. 4. & Tertull. lib. contra Iudæos.

Equus albus Chriſtum ſignificat. Apocal 6.

Cum Ioannes Euangeliſta ſupercæleſtium myſteriorum futura arcana præſtolaretur, ſigillorumque myſteria exoptaret cognoſcere, vocem audiuit dicentem: *Veni, & vide*. Quid autem viderit, attende. *Vidi*, inquit, *& ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper illum, habebat arcum, & data eſt ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret, poſt hunc alij equi rufi, nigri, pallidi*. Quid hoc eſt? In equo albo Chriſtum communiter Doctores intelligunt. Hic enim candidus eſt in innocẽtia ſua, ſed equi emblemate declaratus. Equus enim animal pugnax eſt: Chriſtus ergo, licet candore ſuo pacem prænuntiet, eam tamen dare non poteſt in bello, niſi prius hoſtem proſternat, & ſubigat; ideò arcum geſtat, qui crucem portat; diademata multa habet, quia, *Factus eſt principatus ſuper humerum eius*. Et quamuis alij equi nigri, rufi, pallidi obijciantur, aduerſenturque; ipſe tamen egreditur vincens, vt vincat, vt ſcilicet victorijs onuſtus, triumphum agat ampliſsimum: *ideò ſit principatus ſuper humerum eius*.

Crux Chriſti in arcu figurata.

Crux eſt clauis Dauid.

6. *Iſtiuſmodi verò crux à Chriſto geſtata*, &c. S. Hieron. lib. 7. comm. in Eſaiam, cap. 22. locum hunc explanans, ait: *Dabo*, inquit, *ei clauem domus Dauid, qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit. Et hæc ipſa clauis erit ſuper humerum eius*, hoc eſt, in paſsione, iuxta illud quod in alio loco ſcribitur, *Cuius principatus ſuper humerum eius*. Quod enim ille ſua paſsione reſerauerit, claudi non poterit; & quod clauſerit, in cæremonijs Iudæorum à nullo alio aperietur. At verò Arethas in collectaneis in Apocalypſin, 3. vbi ferè idem locus habetur, interpretatur poteſtatem; Ribera ibidem per clauem Dauid, intelligit templum, quam dicit eſſe explicationem Hier. Cyrilli, Procopij, Haimonis, D. Thomæ, Lirani, Dionyſ. ſed tamen Patres per clauem magis poteſtatem ſiue iuriſdictionem interpretantur. Cælius Pannon. intelligit per clauem, gratiam Spiritus ſancti, & per domum Dauid, Eccleſiam. Abbas Ioachim. per clauem Dauid, intelligit iubilationem aſsiduam Pſalmorum, per Spiritum ſanctum, qua Pſalmorum & Prophetarum oracula intelliguntur. Verùm, quamuis loci huius explicatio multiplex ſit, & varia, negare tamen non poſſumus, quin valdè probabiliter per clauem, Crucem intelligere poſsimus. Cum etiam ita clauem interpretatus ſit pro cruce, Origen. hom. 14. in Ezechielem. Hilarius in prologo in Eſaiam. Hieronymus, Eſaiæ 22. Auguſtinus homil. 3. in Apocalypſ. Rupertus hoc loco.

Clauis poteſtatem ſignificat.

7. At

Digitized by Google

7. *At quantum doloris id Crucis*, &c. Acerbitatem dolorum, ac paſsionum, quas Chriſtus crucem geſtans pertulit, plurimi pietate, atque eruditione inſignes Viri, ſuis meditationibus proſecuti ſunt, qui etiam docent, per hanc crucis baiulationem, omnem ſcapularum cutem vſque ad crudæ carnis reuelationem, ita concuſſam, exagitatã, & contritam fuiſſe; vt priorum plagarum vulnera, aut innouata ſint, aut in vnum vulnus nimia laceratione redacta. Cum enim lignum crucis longum, & ponderoſum valdè eſſet, non aliter eam portare potuit nimium fatigatus IESVS, niſi vna pars ſcapulis, altera terræ incumberet, quo factum eſt, vt per lapidum aſperitates, & terræ calloſitatem tractum, ſuo tremore vulneratas Domini ſcapulas, ſine intermiſsione grauius vulneraret, nonnunquam etiam capiti illiſum, dolorẽ ſpineæ coronæ innouaret. Quare Lanſperg. lib. 3. elucidationum in Paſsionem Chriſti, dicit: *Legitur in quorundam deuotorum libris, Dominum* IESVM *ex multis vulneribus in flagellatione receptis, etiam per lignũ crucis graue quod humeris in vnum conquaſſatis, magnum inter ſcapulas habuiſſe vulnus, propter crucis longiſsima pondus, quæ ſuper dorſum eius iacẽs ex indirecta via vulnera perfricabat. Et quia* IESVS *ſæpè huc, illucq; impellebatur, continuo egentia multa parua vulnera in vulnus vnũ contriuerat.* Hoc ſolet vulnus à deuotis pijſq; hominibus venerari, quoniã ſic cuidam legitur reuelatũ, ideò officio aliquo deuotionis honorari, Deo valdè eſſe gratum; Lanſperg. elucid. in Chriſti paſsionẽ, lib. 3.

Chriſti ingens in ſcapulis plaga, ex crucis baiulatione.

8. *Hos autem dolores*, &c. Locus hic Dauidis clarus eſt, vt clariori non egeat illuſtratione, cui addi poteſt aliud egregium Eſ. teſtimonium, cap. 50. vbi nos legimus, *Dedi corpus meum percutientibus*. 70. interpretes legunt, *Dorſum meum dedi percutientibus*, & Franciſcus Forerius in eum locum à ſe tranſlatum legit, *Tergum meum dedi percuſſoribus*. Hieronym. in eum locum legit, *Corpus meum, ſiue dorſum meum*, &c.

Dorſum Chriſti flagellantibus datum.

Verùm valdè efficax eſt tranſlatio, quam Petrus Galatinus lib. 8. de arcanis, cap. 13. ex Hæbreo affert: ita enim legit, *Super corpus meum arauerunt; arantes prolongauerunt ſulcum ſuum*. Quare ipſe addit, Super corpus Meſsiæ arantes araturi erant, quia illud Iudæi crudeliſsimè cedere debebant, & ſuper ipſum ſulcum, & arationes prolongaturi; quia illud plagis, & percuſsionibus totum repleturi erant. Huius autẽ vaticinij veritatẽ B. V. quę Chriſti flagellationi interfuit, explicauit ſic B. Brigittæ lib. 4. c. 70. loquens, *Flagellis aculeatis infixis aculeis, & retractis non euellendo, ſed ſulcando totum corpus eius laceratur*. Ecce ſulcationes arationis.

Super corpus Chriſti dorſum arantes arauerunt, & quomodo.

Acerbæ Chriſti flagellationis mira deſcriptio.

9. *Hic verò qui deuotionis affectu*, &c. Quis ſapientiſsimam Virginem nobiliſsimum filij ſui corpus ſinu ſuo ſuſtentantem videat, & ſtatim nõ agnoſcat magnum in eo, atq; mirabile myſterium contineri? Si enim ſapientiſsimi Archimedis tãtum potuit ingeniũ, vt circulos, ſphæricoſque globos manu contrectans vitreis globulis ſphærulis cæleſtium orbium motiones, aſtrorum curſus, ſyderũ errantium conſtitutiones expreſſerit: quid tandem de regia Deipara ſentiendum erit, quæ Archimedem ingenij laude, eò altius ſuperauit, quò ipſa non tam humano artificio, quàm Dei dono, ſapientiam hauſit? dum non æneos circulos, non cupreos globulos, non ligneas ſphæras, ſed ſacroſanctum Chriſti corpus Spiritus ſancti virtute formatũ, in quo inhabitat plenitudo diuinitatis corporaliter, ita complectitur gremio, vniſque ſuſtentat, vt circumquaque minutiſsimas eius plagas luſtrans, videat Chriſti corpus ita fœdè laceratum, vt leproſi corpus videatur, ita enim ipſa lib. 1. reuelationum, cap. 10. ait: *Depoſitũ de cruce excepi in ſinu meo quaſi leproſum, & totũ liuidum.* Quid in minuta hac Chriſti corporis luſtratione ſapiẽtiſsimá Virginem feciſſe credas? Equidẽ, ſi conіectu-

Quid in B. V. Chriſtum ſinu ſuo ſuſtẽtante concipere debeamus.

Archimedis ſphæra vitrea.

B. V. Archimede ſapientior.

Chriſti corpus leproſum videbatur.

Digitized by Google

coniecturę locus ſit, dum è Crucis ſtatera in nouam Virginei ſinus ſtateram impoſitum Chriſtum, Beatamq; Virginem, ſacerrimumque corpus ſuſtentantem, ac veluti librantem intueor, in eam adducor ſententiam, vt credam, regiam Deiparam id præſtare, quod ſapientiſsimo Eſdrę pręſtandum propoſuit Vriel. 4. Eſd. 4. dicens: *Pondera mihi pondus ignis.* Nouum, inauditumque, imò quod omnes humanas vires tranſcendat Eſdræ viſum quæſitum fuit: ideò fieri id non poſſe reſpondit. At quod ipſe facere non potuit, en qua pietate B. V. præſtet. Ponderat enim pondus ignis: Sed quomodo? Attende, Charitatis igne, vt pro nobis pateretur adductus eſt Chriſtus; ignis hic in Chriſti pectore tantum pondus habuit, quantum cruciatum Chriſto intulit. Rimatur ſacerrima Virgo cruciatus, luſtrat plagas, horribilem fabricationis ſtruem Chriſti humeris impactam Lesbia menſura metitur, humerorum plagas Crucis pondere profundiùs impreſſas deprehendit: ex magnitudine, & multitudine vulnerum pondus Charitatis deprehendit, tandemque pondus ignis incomparabile, atque ineffabile deprehendit, & agnoſcit, dicens cũ Bernardo. *Maiorem Charitatem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Vere tu fili maiorẽ habuiſti ponens eã pro inimicis.

B V pondus ignis ponderauit.

Ignis in Chriſti pectore exardeſcit.

B. V. ex magnitudine, & multitudine vulnerum Chriſti charitatem eius metiebatur.

10. *Hiccine mi Domine*, &c. Sæuum, horrendumque ſpectaculum mortalibus videbatur, cum Cræſus ille inter Reges opulentiſsimus ad tormenta vinctis poſt terga manibus ducebatur. Nouum, ac lachrymabile ſpectaculum etiam Romanis præbuit inſignis illa Zenobia virtutibus omnibus, maximè verò caſtimonia illuſtris Regina Palmirenorum, cum ab Aureliano aureis vincta catenis, in triumphũ ducta fuit. O quale ſpectaculum pijs exhibuit Chriſtus, cum toto flagellis diſſectus corpore, alapis, colaphis, pugnis percuſſus, ſpineo diademate coronatus, inter multiplicia petulantium miniſtrorum opprobria, Crucem, cui figendus erat, baiulabat? Hoccine eſt ſceptrum imperij tui, ô Rex Iſrael? Atque vtinam vocem tuam audiamus, Domine, dum nos ad Crucem noſtram ferendam inuitas, dicens: *Qui mihi miniſtrat, me ſequatur.*

Cræſi ſpectaculum ſæuum.

Zenobia aureis vincta catenis in triumphum ducta.

Lachrymabile Chriſti ſpectaculum.

11. *Dauid hanc tibi dolorum ſuper humeros*, &c. Inter ſublimia ea myſteria, quæ in Hieroſolymitani Templi prima ędificatione maximè obſeruari voluit Spiritus ſanctus, hoc valdè inſigne nobis eſt commendatum; quod in eo ædificando, nullus malleorum ſonitus, nulla percuſsio audita eſt. At dum vaſtaretur, æramentorum ictus, arietum fremitus, concuſsionum ſtrepitus, ruinarum fragor obaudiebatur. Cum verò reædificaretur, hac ratione reædificatum fuit, vt quilibet artifex altera manu gladium teneret, altera lapides parietibus ſuperponeret. Quod igitur eſt hoc templum, niſi Chriſti corpus, de quo ipſe Chriſtus Ioan. 2. dixit: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus reædificabo illud.* Cum primùm in caſtiſsima Virginis vtero formatum eſt, nullus malleorum ictus, nullus æramentorum ſtrepitus auditus eſt, non enim virili ſemine; ſed ſola Spiritus ſancti virtute perfectum eſt. At cum vaſtatum in morte fuit, heu quantus armorum ſtrepitus, æramẽtorum fragor, malleorum ictus, clauorum fremitus auditus eſt. Sed cum iam in proximo eſſet, vt reædificaretur, iam iamque vnguentis deliniendum, quaſi clauos vna manu tenentes, altera corpus vngebant, ſacerrimaque Virgo manus in filij ſanguine intingebat, dum ſanguinem è Chriſti vulneribus abſtergebat. O quale ſpectaculum viſura fuiſſes anima mea, ſi ibi fuiſſes. Hoc igitur ſaltem nunc pio pectore recolens, ſacerrimæ Virgini compatere, Chriſtique charitati gratias age.

In templo ædificando malleorum ſonitus nullus auditus eſt.

Artifices templi ſecundi altera manu ſaxa, altera gladium tenentes.

Chriſtus Spiritus ſancti virtute conceptus.

Qualiter hoc de Chriſto verificetur cũ lachrymis eſt meditandum.

ALPHON-

ALPHONSI PALEOTI
ARCHIEPISCOPI II. BONONIENSIS.

SACRAE SINDONIS EXPLICATIO.

De Capillis Domini Seruatoris in partibus illis, quæ ſanguine infecta ſunt, deque illis euulſis. *Caput Vndecimum.*

Inſpiciatur exemplar vbi D. eſt appoſita nota.

CVM, 1. Domini caput ſanguine circunquaque diffflueret, ſanguis ipſe magis exuberans, ſacroſanctos illius capillos innundauit; qui quidem ex apparentibus in Sindone ſignis, natiuum colorem amiſerunt. 2. Eiuſmodi verò ſanguinis exundationem Ieremias antea prædixerat, *Inundauerunt*, aiebat, *aquæ ſuper caput meum*, *& dixi*, *perij*. 3. Idem etiam hos eundem ob exundantem cruorem, colorem immutaturos fore, prænunciarat, *Quomodo obſcuratum eſt*, inquit, *aurum*, *mutatus eſt color?* 4. Sed eiſdem de capillis, ſanguine deturpatis, Salomonis exſtat illa ſententia, *Aperi mihi, ſoror mea, amica mea, columba mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Cum Sapiens indicaret, quanto cum amoris affectu, animæ noſtræ Sponſus nos, vt illi cordis ianuam aperiremus, compellaret, & ad miſerandum illum nos omnes prouocare ſtuderet; nam, domo excluſus, iacebat ad ianuam, caput rore madidum, & cincinnos guttis noctium vndequaque madentes habebat, fuerant enim capilli partim euulſi, & partim ita depi-

Vaticinia de Christi capillis ſanguine deturpatis.

Threnor. cap. 4.

Cantic. cap. 5.

Digitized by Google

latum caput geſtabat, vt nuda pellis appareret: nam ſacra in Sindone ſupra frontem, pars adeò depilata conſpicitur, vt pellis ipſa prorſùs denudata videatur. 5. At, ex eo, quod Sponſus adeò ſuauiter ſponſam compellaret, apertè colligere valemus, quanto charitatis ardore deflagrans, Seruator noſter Chriſtus pro nobis ſupplicia ſubire contenderet, & nobis ſalutem afferre geſtiret: quamuis enim viuidus cruor ille per capillos vndique difflueret, & totum corpus inundaret; cum pungentium acumine ſpinarum vndequaque manaret; attamen illum ſtillanti manè rori comparabat; qui cum gelidus exiſtat, vel refrigerare, vel parum moleſtiæ ſolet inferre, non ſecus, ac ſi duriora perpeti, alacri prorſùs animo cuperet. Si grauius tamen quidquam pati potuiſſet, vt ſanguis ille, qui per ſemetipſum, vel in immenſum promereri valebat, maiorem vim, quoque inter operandum noſtram ſalutem, haberet. 6. Iſtiuſmodi verò capilli ſanguine deturpati, facilè quidem corda noſtra ferire valeant, & ideò ſcriptum fuiſſe videmus, *Vulneraſti cor meum, Soror mea, Sponſa, in vno crine colli tui.* 7. Huius autem conuulſionis Sampſon figuram geſtat, qui nouacula Dalidæ manu capillis præciſis, comam amiſit. D. Ambroſ. ita teſtatur, aſſerens in Sampſone Chriſtum Nazaræū expreſſum fuiſſe. De cute verò non delicata modo, ſed etiam exangui, & aduſta, Ieremias dixit: *Adhæſit cutis oſſibus meis, aruit, & facta eſt quaſi lignum.* 8. Ergo ad miſeram eiuſmodi conditionem iſthæc coma flaueſcens, ob noctis, & tenebrarū guttas, quæ ſanguinis guttæ ſunt, propter omnium noſtrûm peccata manantis, & ad redimendā tanto charitatis affectu, Sponſam, id eſt animam noſtram, conſperſi, redacta fuit in ſanguinem. Hanc autem cruore purpuraſcentem comam Salomon ante præuiderat, dum dixerat: *Coma capitis tui, ſicut purpura Regis.* Quod ſanè declarat, quo diuinæ charitatis ardore totum ſe nobis traderet, 9. cum extremas quoque corporis partes, id eſt capillos præclarum profectò capitis, & decus, & ornamentum, ſuo adſpergi cruore, ſuſtinuerit, quin etiam ſibi euelli ſit paſſus, & ſanguinem ſupra capillos, amoris ergo collegerit. 10. Hoc autem loco, & meditandi pio Lectori ſeſe offert occaſio, & contemplandi, quinam dolor Sacratiſſimæ Virginis pectus occuparit; quæ quando nullam tam chari capitis, aut inconcinnam, aut neglectam partem ſineret, quin totum decentiſſimè quidem componeret, per illud temporis dulciſſimi nati capillos eoſdem, & incomptos, & euulſos, ſanguine tandem, quaſi viſco, concretos, aurea venuſtate deperdita, præſens inſpiceret. Hinc lachrymis è præcordijs excuſſis, pius lector cum Ieremia exclamare poterit, *Quomodo obſcuratum eſt aurū;* cum aquæ tuum ſuper caput inundarint, Chriſte Seruator? vt iſthac ſacratiſſima tua de coma, Salomonis illa ſententia ad exitum perducta,

Cantic. c. 4.

Threnor. cap. 4.

Sampſon figura Seruatoris.

Cant. c. 7.

Chriſtum dediſſe nobis extremas etiam corporis ſui partes.

Conuerſio ad Beatiſſimam Virginē.

Digitized by Google

ducta, *Coma capitis tui, ſicut purpura Regis*? Mi Domine, quiſnã tibi capillos ſacra de fronte reuellere, æquè improbus, atque crudelis, eſt auſus' hoſce capillos, inquam, vnde tibi tantum decoris adauctum? O capilli ſanguine exundantes, quanquam Sponſæ cauſa, cruorem haud ſenſiſtis; ingentem tamen in immaculatæ Virginis, vos deturpatos adeò conſpicientis, animam dolorem transfudiſtis.

FRATRIS DANIELIS MALLONII DE CHRISTI CAPILLIS ELVCIDATIONES.

IN CAPVT VNDECIMVM.

CVM, 1. *Domini caput*, &c. Inter cætera quæ glorioſa Brigitta B. V. reuelante didicit, hoc non ſine maximo animi ſenſu, ac dolore conſiderandum nobis proponit, quod Chriſti Domini caput ita ſanguine redundabat, vt vndique ſanguis efflueret. Ita enim lib. 2. reuelationum, cap. 10. *Filius meus cum duceretur quaſi latro, exterſit ſanguinem ab oculis ſuis*, & infra. *Aptauerunt coronam de ſpinis capiti eius, quæ tam vehementer reuerendum caput filij mei pupugit, vt ex ſanguine fluente replerentur oculi eius, obſtruerentur aures, & barba tota decurrente ſanguine deturparetur. Cumque ſic ſanguinolentus ſtaret, condolens mihi aſtanti, & gementi, reſpexit ſanguinolentis oculis*, & lib. 4. cap. 70. dicit: *Tunc corona ſpinea capiti eius arctiſsimè impoſita fuit, quæ ad medium frontis deſcendebat plurimis riuis ſanguinis, ex aculeis infixis, decurrentibus per faciem eius, & crines, & oculos, & barbam replentibus, vt quaſi nihil niſi ſanguis totus videretur, nec ipſe me aſtantem Cruci videre potuit, niſi ſanguine expreſſo per ciliorum compreſsionem.* Hæc illa. Ex quibus facilè dignoſci poteſt, quam aptè copioſam hanc ſanguinis defluxionem inundationis nomine pientiſsimus auctor nominandam cenſuerit: vt enim in vehementi aquarum inundatione, ita copioſè aqua exæſtuat, vt foramina omnia repleat, ita ſanguis è Chriſti capite profluens, oculos, nares, imò & os totum oppleuit adeò, vt B. Brigitta lib. 1. cap. 10. dixerit: *Morte Chriſti inſtante cum dixit: Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me; viſos fuiſſe Chriſti oculos ſemimortuos, os eius apertum eſt, lingua ſanguinolenta.* Et cap. 27. *Spinea corona ſic immaniter pupugit caput eius ſanctiſsimum, vt ſanguis deflueret in ore eius, & in barbam, & in aures eius.* Et in lib. extrauag. reuelat. cap. 51. Brigittam ſic alloquitur Chriſtus, *Vertex meus, & caput, totū puncturis ſpinarum lacerabantur, ſanguis*

Caput Chriſti ſanguine fluens.

Chriſti facies ſanguine rigatus.

Sanguis inundans.

Os Chriſti ſanguine plenum.

Digitized by Google

defluens coagulatus deturpabat faciem totam, & barbam. Os, & lingua ſimiliter inficiebantur ſanguine. Hoc piè B Laurentius Iuſtinianus intellexit. ideò lib. de triumphali agone, cap. 14. Chriſtum alloquens dicit: *Obtexit cruor defluens imaginem vultus, ſputa humanam deturpauere formam, ſicque factus eſt opprobrium hominum.*

2. *Eiuſmodi verò ſanguinis*, &c. Locum iſtum explicans B. Hieronymus dicit: *Aquæ verò ſuper caput Redemptoris inundauerunt, quando ſeditioſi populi Iudæorum perſecutionem mouentes, Diuinitati Redemptoris detraxerunt.*

3. *Idem etiam hos eodem*, &c. D. Hieron. dum locum illum Ierem. contemplaretur, dicebat: *Quamuis hæc, quæ hoc capite dicũtur hiſtorialiter euerſionem Hieroſolymitani Templi, tamen altiore ſenſu templi myſtici deiectionem ſignificant.* Et verè explicatio hæc Chriſti capillis nõ vt literalis, ſed vt myſtica explicatio accommodata eſt. Cum Deus Optimus Maximus, ſacerdotij dignitatem maximè examplificaſſet, inter ea quæ ſacerdotum propria eſſent, voluit eſſe iudicium inter lepram, & lepram, ideò Leuit. 13. talem regulam conſtituit, *Si capilli colorem mutarint, fuerintque flaui, vel rufi, ſignum lepræ eſt, contaminabitque eum ſacerdos, habebitque veſtimenta diſſuta, caput nudum, os veſte contectum, contaminatum ac ſordidum, ſe clamabit.* En igitur Chriſtus *tanquam leproſus, & percuſſus à Deo reputabatur.* Eſ. 53. ideò capillos flauos habuit ſanguine rubentes, veſtimenta diſſuta, caputque nudum, ita, vt etiam cutis perforata eſſet, & ſpinea corona tectum videretur, os autem tumens ſputis, ac liuoribus tectum, ideò ſe Chriſtus contaminatum, ac ſordidum appellat, dicens: *Ego autem ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Quare expellitur extra vrbem, & extra caſtra.

Quæ de templo dicuntur, myſticè de Chriſto intelliguntur.

Regula inter lepram, & lepram dijudicandi.

Leproſorum contaminatio.

Chriſtus tanquam leproſus leproſorum inſignia geſtat.

4. *Sed eiſdem de capillis*, &c. Mira, ſublimiſque explicatio, vt per rorẽ Chriſti ſanguis intelligatur, longè mirabilior, longèque ſublimior eſt Chriſti ſanguinis ad rorem conuenientia; vtrumque hoc loco præſtandum, vt in rore Chriſti ſanguinem intelligẽdum oſtendamus, ac deinde, vt conuenientiam ſanguinis Chriſti cum cæleſti rore declaremus. Quod ad primum attinet, paulò altiùs ducendum nobis eſt principium, vt ſublimia quæque cæleſtium Chariſmatum munia roris ſimilitudine explicata monſtremus. Rorem miſericordiæ nobis infundi precatur Eccleſia. Rore vellus inſpergente Verbi illapſus in Virgine, vt carnem ſumeret ab ipſa, eiuſdem quoque Virginis illibata fæcunditas, ſignificata eſt. Iudic. 6. Doctrinam quoque cæleſtem nobis deſuper inſpiratam rori aſſimilat Moyſes. In rore cœli cœleſtis contemplationis affluentiam, qua anima per cincinnum capitis eleuata, Dei magnalia ſuauius perſcrutatur, Rupertus in cap. 27. Geneſ. agnoſcit, dona quoque Spiritus ſancti cœleſtis roris irrigatione indicantur. Sed ecce, nouam interpretationem, vt in rore Chriſti ſanguinem agnoſcamus, dicente Chriſto, *Caput meum plenum eſt rore*, id eſt ſanguine, *& cincinni mei guttis noctium.* Sed quid agimus? Nam Patres ab hac explicatione longè abeſſe videntur. Alij enim per caput, fidem intelligunt, per rorem fælicitatem æternam, qua fides terrenorum amore frigeſcit, per cincinnos, fideles, per guttas noctium, perſecutionum incommoda agnoſcunt. Alij per caput, Prælatos, per rorem, diuitias terreſtres, per cincinnos, ſubditos, per guttas noctium, tentationum delicias intelligunt. Alij Anagogicè, per caput, diuinitatem, per rorem, cœleſtes gratias, per cincinnos, humanitatẽ Chriſti, per guttas noctium, dona gratiarum, quæ in huius vitæ tenebris nobis dantur, interpretantur. Quomodo igitur nos in rore ſanguinem intelligemus? noua igitur videbitur explicatio; ſed ta-

Sanguis Chriſti rore deſignatus.

Mira ſanguinis Chriſti cum rore conueniẽtia.

Suauitas contemplationis.

Canticorum locus explicatus.

Allegoricè explicatur.

Idem locus.

Idem Anagogicè declaratur.

Digitized by Google

ſed tamen non omnino noua, ſi in hac explicatione Patrum veſtigia obſeruemus.

Sponſus Chriſtus.

In ſponſo igitur ſpōſam in Canticis alloquentem Chriſtum communis Patrum ſchola cognoſcit, ita Origenes homil. 1. in Cantica, Magnæ nobis auctoritatis in Canticis explicandis eſt Origenes, de quo Hieron. in præfatione in quatuor homil. Origenis dixit, quod in alijs Scripturarum libris explicandis Origenes omnes ſuperauit, at in Canticis explicandis, ſuperauit etiam ſe ipſum.

Bernard. & alij.

Bernardus in lib. Cant. paſsim, Rupertus, Gregorius, vtraque Gloſſa, Baſil. lib. de Spiritu ſancto, cap. 8. Hieron. in cap. 62. Eſaiæ, Auguſt. lib. 83. quæſtionum, quæſt. 59. & epiſt. 120. cap. 32.

Sponſi caput ſpinis obſitum.

Si Chriſtus eſt Sponſus, quodnam erit caput huius ſponſi, niſi caput illud ſpineo ſerto pro nobis coronatum? In hoc ergo capite rubeſcit ros ſanguinis eius. Sed ne omninò noua videatur explicatio, accedat Ruperti auctoritas, qui locum hunc explicans ad literam, in ſponſo, Chriſtum, in capite, Chriſti caput, in rore, opprobria Iudæorum in Chriſtum illata, cognoſcit.

Ros in Chriſti capite ſignificat opprobria Chriſti.

Ideò Chriſtum plorantem, locumque refrigerationis apud Sponſam optantem, ſic loquentem inducit, *Aperi mihi Sponſa mea compatere mihi quia caput meū plenum eſt opprobrijs, & perſecutionibus Iudæorum, & cincinni mei guttis noctium, quæ nocturno infidelitatis tempore contra me moliti ſunt*. In quibus quidem opprobrijs ſanguinis guttæ ſuper Chriſti caput vbertim redundarunt. Atque hæc de primo. Venio nunc ad alterum caput ſupra propoſitum, vt ſanguinis Chriſti cum cæleſti rore conuenientiam explicem.

Chriſti ſanguinis ad rorem Analogia.

Congrua erit hæc explicatio: cum enim hæc mihi explicatio in S. Ioan. Baptiſtæ feſto acciderit, in cuius nocte cæleſtis roris copia mirificè recreamur, non ita difficilè erit cæleſtis roris beneficia agnoſcere, & explicare. Ros enim humor eſt nocturno tempore fluens: ita Chriſti ſanguis nocturno perſecutionis tempore ad nos fluxit; ſed ros in hortis fluit, & herbulas irrigat, vt in earum vertice fluens, caputque tangens in radices inſtillet: ita Chriſti ſanguis hortulum naſcentis Eccleſiæ irrigans, in caput primò deſcendit, quod eſt Chriſtus, moxque ab ipſo influens, membra irrigat.

Chriſti ſanguis roris munia explet.

Ros plantulas recreat; Chriſti ſanguis fideles reficit. Ros æſtum refrigerat; Chriſti ſanguis concupiſcentiarum æſtum comprimit. Ros ita plantulas irrigat, vt in earum alimētum vertatur; Chriſti ſanguis ita animos irrigat, vt in earum tranſeat alimentum. Ros terram inebriat, & germinare eam facit, Chriſti ſanguis arentē humani cordis terrā inebriat, & germinare eam facit. Ros herbulas recreat, quas diurnus calor vexarat; ſanguis Chriſti animas reficit, quas noxius concupiſcentiarum calor decoxerat. Tandem Ros cælitus datur, vt fructuum copiam terra progignat; ita Chriſti ſanguis nobis infunditur, vt opera lucis proferamus.

Chriſto hoſtium aperire tenemur, quia caput eius plenum eſt rore.

Ideò Chriſtus ſponſam alloquitur dicens: *Aperi mihi, quia caput meum plenum eſt rore*, id eſt, ſanguine, quo cor tuum irrigatum in opera lucis effluat. *Et cincinni mei guttis noctium*, id eſt, capilli mei referti ſunt guttis ſanguineis noctium multarum, quæ opprobria exprobrantium inuexerunt in caput meum.

Chriſtum vix eſt qui hoſpitio excipiat, quia caput eius ſpinis eſt obſitum.

Niſi (quod cordibus noſtris amariùs eſt) quod Chriſtus ita nos ſollicitat, vt ei aperiamus, quia vix eſt, qui Chriſti caput ſpinis reuinctum excipiat: nam vnuſquiſque ſpinas refugit: Chriſtus verè vt nos ad pietatem flectat, ita ſpinarum aculeis ſe laceratum conqueritur, vt caput totum ſanguine ſit conſperſum, ideò clamat, *Aperi mihi Soror mea, Columba mea immaculata*, id eſt, vt Hugo Carenſis explicat, ſanguine meo purificata aperi mihi, quia ſi ſanguine meo mundata es, cur non aperis mihi, ſi caput meum ſanguineo rore, ſanguineiſque guttis vndique conſperſum eſt?

Digitized by Google

Chriſti charitatem commendat fortis in uictuſque animus ad patiendum.

5. *At ex eo quod ſponſus*, &c. Plurima quidem ſunt, quæ immenſum Chriſti erga nos amorem mirificè commendant; ſed inter ea omnia illud mirum in modum Chriſti erga nos charitatem oſtendit ampliſsimam, quod ipſe licet horrendos mortis ſuæ cruciatus præuideret, eos tamen pro nobis forti, inuictoque pectore ſubire voluerit. Sed quamuis hoc maximum, ampliſsimum que Dei erga nos pietatis ſignum ſit, adhuc tamen magis heroicum immenſæ eius erga nos pietatis ſignum habemus, illudque eſt, quod quamuis acerbiſsimos cruciatus pro nobis ſuſtinuerit, eius tamen patiendi pro nobis deſiderium, ſi opus eſſet, expletum non eſt. Nam & B. Carolo reuelauit, ſe iterum mori paratum, ſi opus eſſet, & poſt Reſurrectionem, euntibus diſcipulis in Emaus, cum apparuiſſet, interrogantibuſque diſcipulis de ijs, quæ facta eſſent in Hieruſalem, reſpondiſſet, dixit: Quæ? quaſi verò eorum, quæ paſſus eſſet omnino eſſet oblitus. Et Chriſtus glorioſam Brigittam alloquens lib. 1. reuelationum, c. 32. dixit: *Adhuc quippe ex charitate libenter moverer pro homine, ſi eſſet poſsibile.* Et eodem lib. cap. 35. oſtendit Chriſtus incomparabile ſalutis noſtræ deſiderium, quod ſi poſsibile eſſet, pro vnica tantum anima pateretur libentiſsimè vnam talẽ pœnam, in quolibet membro, qualem ſemel in cruce paſſus eſt, in omnibus membris, & lib. 1. reuelationum, cap. 59. Chriſtus dicit: *O amici mei, ſic tenerè diligo oues meas, quod ſi poſsibile eſſet, adhuc mori propter quamlibet ouem ſpeciali morte, qualem in Cruce ſemel pro omnibus paſſus ſum, magis eam redimerem, quam ea carerem.* Quæ quidem loca quidam legentes, ita Chriſti miſericordiam exaggerant, vt eum, pro vnica etiam anima, iterum ad crucis mortem ſuſtinendam paratum dicant. At Bartholom. Medina, in 3. part. D. Tho. art. 3. Nimis magnam exampliſicationem eſſe hanc oſtẽdit, ideò concionatores quoſdam Paſsionis Chriſti, veluti æris alieni nimis æquo liberaliores diſpenſatores, prodigè Chriſtum ad mortem denuò ſuſtinendam paratum exponere. Ideò ita reuelationes ſanctis factas eſſe intelligendas, vt Chriſti charitatem immenſam agnoſcamus, & quod ſi nulla alia pateret, ad animam aliquẽ ſaluandam, via, niſi via mortis Chriſti, tunc Chriſtus ſponte denuò paſsioni, ac morti ſe ſubijceret, ne anima illa, omni auxilio deſtituta, in æternum periret.

Chriſti deſideriũ patiendi pro nobis adhuc ex pletum non eſt. Chriſtus iterum mori paratus, ſi opus, & poſsibile eſſet.

Chriſtus ſi fieri poſſet pro vnica tantum anima mori paratus eſt.

Quam tenerè Chriſtus oues ſuas diligat.

Qualiter hæc ſint intelligenda.

6. *Iſtiuſmodi verè capilli*, &c. Chriſti Seruatoris capilli ſanguine aſperſi, adeò ad cor, ſiue feriendum, ſiue emolliendum apti ſunt, vt ne vnum quidem tantum Chriſti capillum ſanguine aſperſum abſque lachrymis videre quis poſsit. Certè nouimus in agro Typhernate, in Eccleſia Cathedrali aſſeruari vnam è ſpinis coronæ Chriſti Domini, in cuius cuſpide, ſubtilis quidam Chriſti capillus eiuſdem ſanguine ſpinæ agglutinatus adhæret, qui quidem ſanguis quolibet anno in die Paraſceues, qua hora Chriſti capiti corona fuit impoſita rurſus colliquefieri, rubeſcere, & quodam modo ebullire, purpureumque colorem recipere cernitur. Illud tamen maximè mirum, quod pretioſiſsimum Chriſti ſanguinem refloreſcẽtem, nullus abſque internis cordis lachrymis cernere poteſt. Cui verò cor duriùs fuerit, atque peccati ſordibus obductum, neque aptum vt feriatur, is ſpinam quidem videbit, capillum tamen, ſanguinemque refloreſcentem videre non poterit. Benè igitur dicetur, *Vulneraſti cor meum ſoror mea.*

Capilli Chriſti ſanguine conſperſi, quantum valeant ad cor ferendum.

Inſigne miraculum ſpinæ Chriſti ſanguine tinctæ.

Chriſti refloreſcentem ſanguinẽ abſque lachrymis videre vix poſsibile eſt.

At non immeritò dubitare quis poterit, cum ſententiam hanc cognoſcamus à Sponſo ipſi Sponſæ eſſe prolatam, dum dicit: *Vulneraſti cor meum Soror mea Sponſa.* Quomodo igitur de Chriſti capillis explicari poteſt, cum potius de eccleſiæ, vel B. V. capillis explicãdus locus videretur. Solet enim

Canticorum locus explicatur.

explicari

explicari de Eccleſia, quę Sponſum Chriſtum vulnerauit in vno crine colli, id eſt in vno populo, qui immediatè ſub Chriſto capite quaſi in collo contineatur. Vulnerauit autem, quatenus amore ſponſam traxit, vt pro eo pateretur. Aliam etiam explicationem adhibet Iacobus de Valentia, quod B.V. collum dicatur. Cum enim tota Eccleſia ſit vnum corpus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra; Chriſtus autem ſit caput Eccleſiæ, ideò B.V. erit collum; ſi enim collum eſt, quod immediatè capiti ſubſidet, caputque flectit, ita B.V. primum eſt poſt Chriſtum membrum, ipſumque Chriſtum flectit. Dicit enim D. Bernardus de B.V. quòd *ſtat ante filium Mater, oſtendens ei pectus, & vbera*. In capillo autem colli, quod eſt excrementum quoddam, notatur humilitas Marię; hęc igitur eſt, quę vulnerauit ſpõſum Chriſtum, ideò dicit: *Vulneraſti cor meum Soror mea ſponſa:* at vtrouis modo explicetur, explicatio ijs quę ab auctore ſcribuntur, non conuenit. Si verò accipiantur tanquam verba Patris ęterni, & ad filium in humanitate dicta intelligantur, optimè patebit quomodo Pater dicere potuerit, *Vulneraſti cor meum in vno crine colli tui*. Capilli enim Chriſti ſanguine ita concreuerant, vt B. V. apud S. Brigittam referente, quaſi retis viderentur, ideò capillus Chriſti ſanguine tinctus cor Patris ęterni vulnerare poterat, vt humani generis peccata condonaret.

Crinis colli quis ſit.

B. V. Eccleſię collum.

B. V. humilitas colli, crine decla rata.

7. *Huius autem conuulſionis*, & cęt. Quod in Sampſone, Ambr. lib. 2. de Spiritu ſancto Chriſtum agnoſcit, idē etiam agnoſcunt, Origenes homil. 35. in Matth. Hieronym. in cap. 12. Iob, & in epiſtola ad Euagrium, & lib. aduerſus Iouinianum, & Auguſtin. in Pſal. 80. & 107. & Gregor. homil. 21. in Euangelia. Quàm verò aptè de Chriſto hæc figura explicetur, ſic doctè, acutèque Hierony. Lauretus Ceruarien. explicat in ſua Sylua Allegoriarum, verbo, Sampſon, dicens: *Sampſon ſolet eſſe typus Chriſti, & vt occidit Leonem, eſt Chriſtus conuertens Gentiles, & vt ingreſſus eſt ad meretricem, eſt Chriſtus veniens ad Gentes. Idē ligatus, & illuſus, &c. eſt Chriſtus à Iudæis illuſus; & vt Sampſon multo plures occidit in morte, quam viuens, manifeſtè oſtendit excellentiam victoriæ Chriſti in morte habitæ de Dæmonibus, & cæteris hoſtibus. Et vt obſeſſus in ciuitate Gaza, ſurrexit media nocte, & tulit portas ciuitatis, eſt Chriſtus reſurgēs ex mortuis: & vt Sampſon fuit fortis, & infirmus: ita Chriſtus apparuit fortis, & infirmus. Vel ipſa Eccleſia, quæ eſt corpus Chriſti, habet fortes, & infirmos; in Sampſon etiam qui Leonem tenuit, & occidit, & in ore mortui Leonis fauum mellis inuenit ſignificatum eſt, quod in ſuperbis, in quorum ore putor fuerat blaſphemia, eſſet poſtmodum dulcedo laudis, & gratia Dei. Et vt ille Sampſon ſitiens, de molari dente aſini inuocato Deo, aquam vt biberet, hauſit, ita & Chriſtus de immundo, & duro gentium populo, fide credentium tanquam refrigerij poculo ſaturatus eſt. Maxillæ quoque eiuſdem aſini, de cuius molari aqua copioſè effluxerat, occidit mille viros; in maxillis, & dentibus oris eloquium intelligitur. Doctrina igitur eorum, qui ex Gentibus crediderunt, perfecto quodam numero finitur. Sampſon verò hoſtes ſuos, atque aduerſarios tribus modis interfecit, & occidit; dum alij non credendo pereunt; alij verò credendo fidei, moriuntur peccato. Opus hoc maxillæ eleuatio appellatur, ita enim doctrinæ, & prædicatio Euangelij magnificata ſuperat omnem terram, vt eam omnes gentes vbique eleuatam mirentur. In illis igitur vulpibus figuratum eſt, vt per doloſos, & ſanæ fidei inimicos, quorum principatus in caudis eſt pars poſt tergum relicta, pars circa fructus Chriſto aduerſantium vaſtaretur.*

Sampſon illuſtris Chriſti figura.

Sampſon Chriſto comparatur.

Maxilla aſini quid ſignificet.

Verum quomodo in capillis Sãpſonis Chriſtus Dominus figuratus fuit ſubtiliter, accuratèq; explicat Rupert. Abbas, lib. 1. de Trinit. & eius operib. in lib. Iudicum cap. ſuo 22 vbi ait: *In Dalila Sinagoga Iudæorum indicatur, quæ Chriſtum multoties tentauit, nec tamen eum in ſermone capere potuit. Tandem autem aliquando quaſi caput eius radendo tentauit, & præualuit, quia Chriſtum Dei filium Regem ſuum negando, ac blaſphemando, in*

In Sampſonis capillis fortitudo.

 mente

monte Caluariæ crucifixit. Et infra. *Tertij*, inquit, *quod nunc agitur temporis peccata ſeptem Nazarei capillis cum licio plexis, clauoque circumligatis rectè ſignantur, quia videlicet peccata noſtra Chriſti capiti propiùs admota, licioque telæ euangelicæ complexa clauis Crucis Chriſti circumnexa ſunt*,

Caput Chriſti Deus.

& cap. 23. *Caput*, inquit, *Chriſti Deus, quod tunc raditur, quando nouacula acuta, lingua blaſphemantis virtus eius, & diuinitas denegatur; hoc ſi radatur erit Chriſtus, vt cæteri homines.* Sed eleganter admo-

Pilatus vt tonſor qualiter Chriſti crines raſit.

dum cap. 24. ſubdit, *Tonſor quem meretrix illa conduxit, vt raderet ſeptem crines dormientis Nazaræi, Pilatus fuit, cui vinctum Dominum noſtrum Sanctum Sanctorum tradidit, & negauit, & in monte Caluariæ crucifigi poſtulauit; ibi raſit ſeptem crines capitis dormientis, id eſt, Regem ſuum deteſtata eſt, & vniuerſum ius eius abdicauit, capitque cum abijcere, & repellere; inſuper, & inſultare dicendo, Vah qui deſtruis templum Dei*, &c.

8. *Ergo ad miſeram eiuſmodi conditionem.* &c. Locum iſtum contemplans

Chriſti paſsio purpura declarata.

B. Rupertus Abbas dicit, *Et cuncta referendo ad ſacramentum paſſionis filij Dei, qui propter id quod paſſus eſt Rex conſtitutus, & gloria, & honore coronatus, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. Et rectè paſſio Regis dicitur purpura Regis, non ſolum propter purpureum colorem ſanguinis, quem in Paſſione effudit, verum etiam propter purpuram deriſoriam, quam circundederunt ei protinus tribus pœnis paſſionum conſummandum, ſcilicet flagellandum, crucifigendum, lancea percutiendum, &c. Proinde purpura illa dicitur iuncta canalibus, quia ſicut purpura eò magis tingitur, & pretioſior fit, quò vicinius, atque diutius iuncta fuerit tinctura canalibus; ita paſſio dilecti, & glorioſior eſt, quò amplius præ cæteris ſacrificijs præceſſit, ſecundum conſilium diuinitatis, cuius videlicet conſilij arcana, quaſi quidam canales ſunt, per quos cucurrit pretioſiſsima hæc tinctura purpurea, qua dilectus factus eſt in morte rubicundus, qui in natiuitate candidus fuerat.* Hæc ille verùm allegoricè comæ capitis Chriſti dicuntur Prælati, Reges, Principes, qui Eccleſiæ caput, quod eſt Chriſtus

Purpura iuncta canalibus, quid ſit.

Chriſtus candidus & rubicundus.

Comæ capitis Reges, & Principes dicuntur.

exornantes, ſunt vt purpura Regis Chriſti ſanguine inebriati, iuncta canalibus plagarum Chriſti; quam explicationem fusè proſequitur Iacobus de Valentia, in cantico ſuo 9.

Capilli capitis an partes ſint corporis humani.

9. *Cum extremas quoque corporis partes*, &c. Mirabitur hoc loco quis, quòd capilli, pilique corporis, quæ vtique excrementa communiter cenſentur, ſint ab eruditiſsimo Antiſtite corporis partes appellatæ; atque adeò ſi defenſioni locus neceſſariò nobis excogitandus eſſet, facilè nobis fortè excuſationem afferret eruditiſsimus, ac noſtræ ætatis celeberrimus Medicus Marcus Antonius Vlmus, qui in eo maximo vtique pro rei argumento opere, quod de fine barbæ humanæ conſcripſit, ingenioſè, acutèque ſuſtinet capillos, reliquoſque humani corporis pilos, non excrementa eſſe, ſed partes naturalis corporis integrantes. At nos, etſi partes integrantes minimè nominemus, inficiari tamen nullus poterit, quin ſaltem aliquo modo partes ſint appellandæ, ſaltem, vt excrementitiæ partes, quæ paſsim ita ab omnibus nominantur. Nobile hoc, generoſumque corporum ornamentum, tanti legimus antiquitus æſtimatum, vt congenitæ libertatis eſſet indicium, ideòque ſeruis comam enutrire nefas maximum duxerint Græci, prout auctor eſt Cælius Rhodigin. lib. 7. cap. 31. Apud Francos verò ſummum nefas habebatur, ſi quis ingenuus ſibi comam raſiſſet, cæſariemque adeò Gallia excoluit, vt inde Comatæ Galliæ nomen hauſerit. Lycurgus autem vt refert Plutarchus in vita Liſandri, etſi ornamenti acerrimus impugnator extiterit, ſuis tamen populis comæ nutriendæ poteſtatem non abſtulit; imò prolixa coma delectabatur, quod inter omnia ornamenta minimi ſtaret, & quod pulchros redderet pulchriores, deformes verò redderet horribiliores. Hac fortè de cauſſa Turcæ, Arabeſque prolixa coma, barbaque im-

Pili corporis aliquo modo partes dicuntur.

Coma congenitæ libertatis ſignum.

Seruis coma interdicta.

Lycurgus comæ nutriendæ ſuis copiam facit.

Turcæ Arabeſque calamiſtrati.

pexi,

Digitized by Google

pexi, ac calamiſtrati Sicambroque more incedunt, de quibus Martialis lib. 1. Epigrammatum ſcribit:

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri,

Et Virgil. Georg. 3.

Stiriaque impexis inanruit horrida barbis.

Caluitij horror.

Adeòque non Græcis ſolum, ſed Hæbreis etiam, ac Palæſtinis nutriendæ comæ vſus viguit; vt ſi quis caluitium abraſiſſet, luctus, mæſtitiæque argumentum afferret, lege quæ hac de re Cælius Rhodiginus lib. 7. cap. 13. ſcribit, quod etiam ex Scripturis ſacris confirmari poſſet. Eſa. 3. Maximum malum comminatur Dominus, & dicit: *Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & erit pro criſpante crine caluitium.* Et Ier. 47. *Venit caluitium ſuper Gazam.* Et cap. 48. Inducitur afflictio magna, luctuſque maximus, & dicit: *Omne caput caluitium erit, & omnis barba raſa erit, & ſuper omne dorſum cilicium.* Et Ezech. 7. *Accingent ſe cilicijs, & operiet eos formido, & in omni facie confuſio, & in vniuerſis capitibus eorum caluitium.* Et cap. 27. *Radent ſuper te caluitium, & accingentur cilicijs, & plorabunt in amaritudine animæ, fletu amariſſimo.* Amo 8. *Conuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & inducam ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum, & ſuper omne caput caluitium, & ponam eum quaſi luctum vnigeniti, & nouiſſima eius quaſi diem amariſſimum.* Eo verò dementiæ res apud quoſdam deducta eſt, vt capillos vna ex parte valdè demiſſos, ac prolixos geſtarent, alia verò ex parte abraſos. Machlios quidem populos anteriorem capitis partem abraſam, poſteriorem verò capillis protenſis velatam geſtaſſe auctor eſt Herodotus. Econtra verò Anaſion occiput quidem raſum, ſinciput villis candẽtibus conſperſum ſcribit Strabo. Machos verò ſolum capitis verticem raſiſſe auctor eſt Plutarchus, hoc verò dementiæ vitio aſcribit Cælius Rhodiginus, vbi ſupra, qui etiam lib. 7. cap. 13 docet, conſueuiſſe quoſdam primitias barbæ, & comæ, Appollini crinito ſacrare. Quantum verò in delicijs fuerit Abſaloni, licet ex 2. Reg. cap. 14. cognoſcere, is enim ſemel in anno tondebat caput ſuum, quia grauabat eum cæſaries, ponderabatque capillos capitis ſui ducentis ſiclis pondere publico, lib. 2. Reg. cap. 14. S. Hieron. lib. quæſtionum, ſeu traditionum Hæbraicarum in Geneſ. dicit, *Sechel corruptè latino ſermone Siclus, vnciæ pondus habet.* At lib. 1. in Ezech. cap. 4. dicit. Siclum eſſe pondus mediæ vnciæ; conciliari poteſt, quia Siclus erat alius pondere publico, quo omnes communiter vtebantur, de quo in dicto cap. 14. Reg. Alter erat ſanctuarij, & duplo grauior erat, habens pondus vnius vnciæ, pondus ergo capillorum erat librarum octo, vnciarum quatuor. Chriſtus igitur *Specioſus forma præ filijs hominum*, nobiliſſima cæſarie præditus, hanc tamen purpureo ſanguine conſperſam, vſui, ac commodo noſtro conceſſit.

Caluitiũ inducere quid ſit.

Caluitio calamitas denotatur.

Machlij populi.

Variarum nationum mores.

Primitiæ barbæ Apollini conſecratæ.

Abſalonis cæſaries.

Siclus vnciam, & dimidiam vnciæ cõtinet.

Pondus capillorum Abſalonis.

10. *Hoc autem loco*, &c Sacrum Nazaræis ornamentũ cæſaries, qua Deus quoque oblectari videbatur, non ſolum quod legem Nazaræis de non condendo crine dederat; ſed etiam quod Nazaræum Sampſonem tanto fortitudinis robore communiſſet: ideò Nazaræorum capillis religio acceſſit, qua in votis piorum diceretur, *Nouacula ſuper caput eius non aſcendet*, Chriſtus igitur non ſolum Nazarænus, ſed etiam Nazaræus; inſignem tulit Cæſariem, vt ſupra cap. 3. oſtenſum eſt, qua eius pulchritudo mirum in modum commendabatur. Erat autem Chriſti cæſaries flaui coloris, quos aureos crines vocare conſueuimus. Sed heu, *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus.* In paſſione enim Chriſti, adeò ſanguine inundauerant, vt ſanguine conglutinati non amplius crines, ſed reſtis viderentur, neque amplius multi crines, ſed vnicus crinis videretur; Ita B. V. apud Brigittam lib. 1. cap. 10. & lib. 4. cap. 70.

Cæſaries Nazaræorum ornamentum. Nazaræorum capillis religio acceſſit.

Chriſtus Nazaræus & Nazarænus.

Capilli Chriſti ſanguine fluentes reſtis formam induunt.

Digitized by Google

Capilli eius quaſi reſtis. Ideò bene dicere poterat, *Vulneraſti cor meum in vno crine colli tui.*

Capillorum Chriſti, & B. V eſt idē color.

11. *Hoſce capillos inquam*, &c. Etſi ornamento maximo ſunt capilli, tamen tam in Chriſto, quàm etiam in B. V. præter inſigne capillorum decus, eiuſdem enim coloris, ac pulchritudinis vtrique capilli erant, nam & filio ſimilis erat mater, & filius matri, aliud inſigne erat ornamentum, quod non ſolum è facie, ſed & è capillis affulgere cælitus videbatur, hoc autem erat radius quidam claritatis, quam Chriſtus ex humanitatis ad Verbum hypoſtatica vnione hauriebat; regia autem mater, ex filij dignitate ducebat. Et inſignem quidem hoc radio Chriſti faciem emicuiſſe, ſatis copiosè oſtendimus alibi, adeò, vt hoc loco ſatis nobis futurum videatur, ſi cæleſti hoc radio virgineam Mariæ faciem condecoratam oſtendamus: hoc enim inſigni ſplendore B. V. faciem irradiaſſe probat Dionyſius Carthuſ. lib. 1. de laudibus B. V. cap. 36. quia ſi Moyſes, alijque ſancti viri ex conſortio diuinæ contemplationis viſibiles pijs radios hauriebant, quos etiam in B. Philippi Nerij vita legimus ab eodem in pluribus, præcipue autem Sacerdotibus ſæpiſsimè viſos. Tantumque è B. Matris vultu decoris, ac Maieſtatis ſpirabat, vt D. Dionyſius, cum primò ſacram Deiparam conſpexiſſet, dixerit, ſe, niſi à D. Paulo edoctus fuiſſet, vnicum tantum eſſe Deum, qui in cœlis regnat, B. V. tanquam Deam adoraturum fuiſſe, quod cœleſtis maieſtatis decus, quod in eius facie relucebat, Deam eam indicare videretur. Mirum autem eſt, quod D. Ambroſ. lib. de inſtitutione Virginis, cap. 7. S. Bonauentura 3. diſt. 3. prima parte diſtinctionis, art. 2. quod etiam ante ipſum docuerant Alex. Alenſ. 3. parte Summæ quæſt. 9. in 3. art. 1. & S. Thom. 3. diſt. 3. quæſt. 1. art. 2. quæſtiuncula prima. Quod cum tanta eſſet B. Matris pulchritudo, tamen tantum abeſt, vti eius aſpectu quis ad libidinem incitaretur, vt potius quos B. V. conſpexiſſet, concupiſcentiæ in eis motus extingueret: ideò tantæ pulchritudinis excellentiam in Virgine nullus videre poterat, qui eam mundo corde non conſpexiſſet. O glorioſam Virginem in delitijs Virginitatis tripudiantem, ſed ſeu præclara hæc luminaria, inſignis vtriuſque maieſtas, in Chriſti morte extincta videbatur; Luminaria cœli, portentoſa Ecclipſi, obſcurata erãt; nam cum per omnia Mater filio ſimilis fuerit, Nicephor. lib. 1. cap. 41. quomodo mortuo filio viuere mater poterat? Vixit tamen ſed ſemimortua, quamdiù mortuus filius iacuit in ſepulchro, eoque reſurgente reuixit mater.

Radius claritatis è Chriſti facie & capillis effulgebat.

B V facies radijs colluſtrata.

Moyſis facies ſplēdida.

D Dioniſius Areopagita B. V. Deam putat.

Mirabilis prærogatiua.

B. V pulchritudo concupiſcentiæ faces extinguebat.

B V. pulchritudinem ſoli mundi oculi conſpiciunt.

Ecelipſis myſtica.

ALPHON-

Digitized by Google

ALPHONSI PALEOTI
ARCHIEPISCOPI II.
BONONIENSIS.

SACRAE SINDONIS
EXPLICATIO.

De Spinea Corona nemini, præterquam Chriſto Seruatori incuſſa;
Cur illi impacta: tum, quinam fructus inde manarint.
Caput Duodecimum.

Inſpiciatur exemplar, quo loci inſcripta litera F.

EVANGELISTÆ, 1. conſentiunt omnes,
Seruatori coronam ſpineam,ab Pilati mi-
niſtris intextam, in caput adactam fuiſſe.
Nam ſic D. Matthæus, ſcribit: *Plectentes,* *Cap. 27.*
coronam de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius.
Tum D. Marcus, *Impoſuerunt*, inquit, *ei ple-* *Cap. 15.*
ctentes coronam de ſpinis. Denique D. Ioan- *Cap. 19.*
nes, *Milites*, inquit, *plectentes coronam de*
ſpinis, impoſuerunt capiti eius. 2. At quod eiu-
ſmodi corona eidem impoſita ſit, permit- Chriſtus
tente potius,quā imperante Pilato;& quod milites forſan ab Iudæis non im-
pecunia ſubornati, illam Chriſto impegerint, vt maiorem tum do- perante,
Cap. 19. lorem, tum ignominiæ notam illi inurerent, D. idem Ioannes a- ſed per-
pertè ſignificat, indicans, Pilatum iuſſiſſe, vt flagellis cæderetur. mittente
Apprehendit Pilatus, inquit, IESVM, *& flagellauit.* At de corona, *Mi-* Pilato ſpi-
lites, inquit, *plectentes*. Quod quidem D. Ioannes Chryſoſtomus ob- nea coro-
Tractat. ſeruat, quamuis D. Auguſtinus iure merito ſibi perſuadet, quod ni na corona
116. Pilatus imperauit, at ſaltem permiſit. D. etiam Leo Pont. iſtud ani- tus fuit.
maduertens: *Pilatus*, inquit, IESVM *multis dehoneſtari ludibrijs*, *&* *In Ioann. hom. 83.* *De Paſſ. Dom ſermo. 10.*

immodi-

immodicis vexari permiſit iniurijs.

3. Verum eiuſmodi coronæ tormentum ex duriſſimis, & acutiſſimis ſpinis compactum fuit;

4. Nam tales eſſe videntur ij, qui ſacras inter reliquias ſumma in veneratione ab omnibus habentur: & tales extitiſſe credamus, oportet; ſi plagarum, quæ per illas in Chriſti capite fuerunt inflictæ, formam ſpectemus in Sindone.

Ex quonam ſpinarum genere Chriſti corona conflata.

5. Nonnulli, & quidem veriſimiliter, opinantur, id ſpinarum genus ex quadam exortum planta, quæ vulgo ſpina Chriſti ſolet appellari; & ſatis copioſè Hieroſolymorum in agro naſcitur, tum quod militibus commodiùs incidit, vt illam citiùs reperirent, tum quod ſpinas duras admodum, & acutas habeat. Huic fides augeſcit inde, quod Marcellus Empyricus Herbam ſalutarem ipſam nuncupet, Salutaris, inquit, herbæ faſciculum, id eſt, ſpinæ albæ, qua Chriſtus coronatus fuit. Hanc autem Dioſcorides Rhamnum primum nominat. Id autem ne prætermittamus, maximè decet exiſtimare Eccleſiæ Patres, vti Gregorium Turonenſem, Hugonem Cardinalem, & omnes alios, crediſſe, Chriſti coronam ex marinis iuncis, ijſque pungentiſſimis extitiſſe: quibus inter iuniores Toletus Cardinalis, & Gulielmus Durantes aſſentiunt; quinimo Durantes ipſam hoc nomine appellans, eandem in Gallia, inter Regias Gazas.

De remed. lib 3.

Gregor. Turon. de miraculis & glor. Mart. lib. 1. num. 7. & alij.

6. Gallorum Regem ſe vidiſſe teſtatur. At quonam de plantarum genere ſit exorta, id alijs definiendum relinquemus; hoc nobis in præſentiarum ſatis erit, quod ex duriſſimis, & acutiſſimis intexta ſpinis fuerit.

7. Sed iſtud diligenti diſquiſitione dignum eſt, curnam ij Præſidis miniſtri Romanorumque lictores, ſpineam coronam Chriſto impegerint, cum nullibi legamus, vel ad illa tempora, nemini, vel ad ſupplicium, vel ad dedecus, vel ad contemptũ impoſitam fuiſſe.

8. Cum præſertim coronas donare conſueuiſſent ad præmiorum, ac triumphi ſpecimen; & eaſdem pro pulcherrimis exantlatis operibus, peregregijſque facinoribus, diuerſa ex materia conficere ſolerent, ex quercu, ex hedera, ex lauro, ex alijs quoque plantis, aliquando ex auro, aut murales, aut etiam vallares, alias item plures pro conditione, & diuerſitate victoriarum, quemadmodum Caſſanæus in Catalogo de Mundi gloria recitat.

Prima parte de glor. mundi, conſid 38. conſid. 2.

9. Quam igitur ob cauſam factum, vt iſtud nouæ coronæ genus Seruatori impoſuerint? Cur id tulerunt etiam, vt quem veluti Cæſaris rebellem, atque ſeductorem ſupplicio Crucis necandum ſanciuerant, eundem etiam præter damnatorum morem, vbi flagris cæſus eſſet, ſpinis coronandum, & ipſamet cum corona Cruci ſuffigendum

figendum decreuerint? Atqui illico reſponderi quiuerit, id totum ob eam rem factitatum, vt maiore ludibrio Seruator afficeretur; quod ipſum deridendum ſibi ſumpſiſſent, hoc ob vnum, quod ſe Regem feciſſet, quemadmodum etiam & arundinem, & purpuram addiderunt. Cur ſeruatori ſpinea corona præcinctum caput.

Sed vt altius Diuinæ iſtiuſmodi prouidentiæ conſilium inueſtigemus, ſcire oportebit, ob plures rationes, & cauſſas, Chriſti caput, hac corona præcinctum exſtitiſſe. Primùm, vt Arietis figura, qui Abrahamo apparuit, hærens cornibus inter vepres, vnde legimus in Geneſi, *Vidit arietem inter vepres hærentem cornibus*, ad exitum perueniret. Sic enim & Gloſſa, & D. Hieronymus interpretantur, & D. præſertim Hieronymus ita loquitur, *Dominus erat affligendus ſpinis peccatorum, ſic Diuinitas fuit illæſa, vt Iſaac manu Angeli fuit liberatus; ſed Aries inter vepres fuit mactatus, ſic humanitas Chriſti inter vepres peccatorum noſtrorum eſt paſſa.* Gen. 22. Gloſſ. ordinar. de ſacrificio Iſaac.

10. Deinde cum Deus ob Adami peccatum telluri maledictum intuliſſet, & ad hominem pœna afficiendum, eandem ſpinas, & tribulos germinare iuſſiſſet; ſic enim ſacra teſtatur hiſtoria, *Maledicta terra in opere tuo, ſpinas, & tribulos germinabit tibi*; hanc ob cauſam Seruator interficiendus erat, non ſolum, vt noſtrum omnium culpam expiaret; ſed etiam, vt nos à peccati pœna prorſus immunes redderet, vt apertè conſtaret, ipſum ſua nos paſſione ab vtroque malo vendicaſſe. Hoc totum Sanctorum Patrum teſtimonijs manifeſtè comprobatur, & præcipuè D. Hieronymi ſententia, dicentis: *In corona ſpinea maledictum ſoluit antiquum*; *Spinas, & tribulos germinabit tibi*. Et D. Iſidorus, *Quandoquidem*, inquit, *execrationis illius, qua terra poſt mandatum violatum à nobis, mulctata eſt, ſeges ſpina erat: Dominus autem, vt omnem in ſe ipſo morbum curaret, aduenerat: idcirco ſpinea corona, vt victor redimitus eſt.* Geneſ. 3. In Matth. c. 27. Lib. epiſt. 91.

11. D. item Ambroſius, *Corona de ſpinis*, inquit, *capiti eius annexa, quid aliud, quam diuini operis amplitudinem oſtendit? quod de peccatoribus mundi, tanquam ſæculi pœnis, triumphalis Deo gloria quæreretur?* Ad Euth. Diac.

12. Præterea Tertullianus, *Ex ſpinis*, inquit, *& tribulis in figuram delictorum, quæ nobis protulit terra carnis, omnes aculeos mortis in Dominici capitis tolerantia obtundens*. Quod totum ad amuſſim Cornelius Ianſenius exprimit ita, *Spinea corona intelligimus Dominum ſpinas peccatorum noſtrorum in ſe ſuſcepiſſe, quas maledicta terra cordis noſtri portulit.* Nec ab his, ne latum quidem vnguem Rupertus Abbas recedit, *Per ſpineam coronam*, inquit, *illud viſibiliter ſignificatur, quod de illo Propheta dixit: Et peccata noſtra ipſe tulit. Spinæ namque peccata deſignant.* Lib. 10. in Luc. c. 23. De corona milit. c. 14. Concord. Euang. c. 142.

13. D. inſuper Athanaſius, *Alia quoque ratione*, inquit, *ſpineam coronam geſtari videri poteſt, nimirum vt ſolicitudines vitæ noſtræ extirparet.* In Ioann. c. 19. lib. 13.

Quæ

Spinas ſignificare huius vitæ ſolicitudine.

Quæ ſolicitudines ideò per ſpinas interpretantur; quoniam vt doctiſſimus Toletus Cardin. arbitratur, etiam ipſæ in peccati pœnam nobis obtruduntur.

In c. 19. Ioan. annot. 3.

Clem. Alex. lib. 2. c. 8.

14. Ad hoc, vti Clemens Alexandrinus obſeruat, ad nos ipſos deſignandos, hac ipſa corona illi caput incinctum fuit, *Dominus, corona,* inquit, *non prophetice ſignificat, qui fuimus aliquando infrugiferi, qui circa illum poſiti fuimus, per excellentiam cuius ipſe caput eſt.*

Pædagogi Chriſtus ſpinis coronatus, vti nos frugiferos efficeret.

Grauiſſima Seruatoris pœna dum ſpinis ingeretur.

15. Voluit adhuc Seruator noſter ex acutiſſimis eiuſmodi ſpinis inſigne Regium ſibi contexi, idque permiſit, nimirum capitis partes, in quibus ſenſus ipſe magis vigeret, ſibi à ſpinis altiùs adeò penetrari, quod illi ſanè dolorem incredibilem attulit, quemque Dauid iam antea præuidit, cum inquit, *Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina*; vt magis extolleret id, quod ad afflictorum hominum ſolatium dictum fuit, non decere ſub capite ſpinis perforato, membra delicata conſiſtere; & vt Iſaiæ vaticinium impleretur, dicentis: *Coronans coronabit te tribulatione; quaſi pilam mittet te in terram latam, & ſpatioſam, ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ.* Vaticinium ſanè illuſtre, & noſtro conſilio peraptiſſimum in modum quadrans, cum re vera hæc ſpinea corona cruciatuum, ac afflictorum corona exiſtat, Domino noſtro impoſita, & per quam in Cruce, quæ triumphalis illius currus fuit, mortem obiuit atrociſſimam.

Pſal. 31.

Cap. 22.

Vaticinia de Chriſto ſpinis coronato.

16. Dum verò Chriſtus iſtiuſmodi coronæ ſupplicium pertulit, illud Salomonis veriſſimum extare, manifeſtiſſimè demonſtratum eſt, qui de Seruatoris capite loquens, & inſignem ipſius pulchritudinem, lilium vocitans, ſic aiebat: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Nam tali Chriſti humanitas eſſe debebat, vt ipſe candidiſſimus tanquam lilium inter filias hominum, quæ ſpinæ, & vepres omnes erant, talis appareret, quale caput ipſius inter ſpinas, à quibus perforatum erat, extare videbatur.

Cant. cap. 2.

Sybillas Chriſtum ſpinis coronãdum prædixiſſe. lib. Oraculor.

17. Nec per vates ſanctos iſtiuſmodi per coronam Chriſti ſupplicium tantummodo prænunciatum fuit; ſed ipſemet Sybillæ illud ipſum apertiſſimè prædixerunt; quarum vna, Erithrea nimirum, cum de Chriſto vaticinaretur, ita dixit: *Atque coronam de ſpinis tulerit.* Alia quoque à Lactantio relata, futuram cæcitatem Synagogæ, cum exprobaret, tanquam ſi iam ſecutam vidiſſet, vſitata vatum diuinandi ratio ſub hanc verborum formam id obiecit illi, *Ipſa ſtulta, Deum tuum non cognouiſti, ſed de ſpinis coronaſti corona.*

18. Cæterum, quàm atrox IESV dolor exſtiterit, non modo quoad acerbitatem, ſed etiam quoad diuturnitatem ſupplicij iſtius, ſatis pia Orig. meditatione nos edocet, dum hoc obſeruat, *De chlamyde ſcriptum eſt*, inquit, *quoniam denuo ſpoliauerunt eum chlamydem coccineam: de corona autem ſpinea nihil tale Euangeliſta ſcripſerunt; propter quod*

& nos

Digitized by Google

& nos quærere voluerunt exitum rei de corona ſemel impoſita, & nunquam detracta.

Quod quidem meditandi occaſionem præbere poteſt, quemnam cruciatum Seruator inde ſit perpeſſus, quod tamdiu ſpinas illas in capite geſtarit infixas; 19. cum per arundinem in caput introrſum fuiſſent impreſſæ, ex quo cum nullibi caput inclinare poſſet, quin dolor in immenſum augeretur, 20. ſummum illi cruciatum inuexit, adeò,vt reliquos dolores acerbitate ſuperarit; quos tamen ſi diuinæ Charitatis ardentiſſimo cum affectu conferantur, eo quo genus humanum ſummoperè diligebat, & cum deſiderio, quo ſalutis noſtræ diuinam ſibi curam ingeſſerat, ſe prorſus ſentire diſſimulabat. Sic D. Cyprianus, ſumma cum admiratione,ac timore ad Chriſtum conuerſus totum id explicat, *Conſideraui*, inquit, *opera tua, & expaui. Clauis ſacros pedes terebrantibus, foſſiſque manibus de vulnerum anxietate non loqueris: de ſpinis Sacrum Caput pungentibus non quæreris; ſed ſatagis, vt innoteſcat poſteris, quare derelictus a Deo videaris, expoſitus contumelijs, & Iudæorum ludibrijs.* *Sermone de Paſſ. Christi.*

21. Hoc autem loco pius lector occaſionem nanciſcatur meditandi ſacratiſſimam Virginem, ſuauiſſimum illud caput antea ſibi præter omnia in delicijs habitum, intuentem tot acutiſſimis ſpinis crudeliter adeò redimitum: quæ profectò, cum ſuis manibus eiuſmodi coronam ipſius de capite detraheret, & eaſdem, vel ad os vſque penetraſſe videret, eodem circumquaque cruēto. 22. Iure cum Iſaia exclamare valebat, vt te dulciſſime fili, tot anguſtiarum, totque ærumnarum corona præcinctum adſpicio; vt te veluti pilam cum ludibrio hinc inde verſatum, & vndique tormentis diſcruciatum contueor. Hinc pius ipſe lector obtutu cum Virgine Matre in caput idem dilaniatum, adeò interno pietatis affectu, defixo, ſic exclamare poterit. Eras tu quidem antea, Chriſte Seruator, candidiſſimum lilium, nunc te cruentum inter ſpinas lilium contemplor: nec amplius tamen miror, ſi caput in Cruce inflectebas, nam per aculeos lignum cruciatus germinando duplicabat. E heu cur incuſſa tibi ſpinea corona, eo magis ignominijs, & ludibrijs referta, quo noua magis, nec prius vſitata? nec vlli vſpiam impacta? 23. Ex hiſce pius ipſe lector meditando mente concipere poterit Virginem Dominam noſtram ſacrum illud caput exoſculantem, & iterum non modo, ſed millies etiam oſcula duplicantem, & ſacrum Capitis exundantem vndequaque cruorem, oſculis fatigantem, & ore virgineo colligentem; illum ſpinis quoque diriſſimis, 24. ſibi cor vndique perforatum, ſentientem; & inde gladij, illi ab Simeone prænuntiati, mucronem pectus haurientem, virtutemque toto pectore excipientem miſerari poterit. *Conuerſio ad B. V.*

FRA-

Digitized by Google

FRATRIS DANIELIS MALLONII DE SPINEA CORONA ELVCIDATIONES.

IN CAPVT DVODECIMVM.

Textus Græcus Chriſti coronationem ſignificatius exprimit.

EVANGELISTÆ, 1. *conſentiunt omnes*, &c. Quoniam textus græcus hoc in loco vberior, ac ſignificantior eſt, ideò operę pretium me facturum eſſe arbitror, ſi græcam quoque lectionem referam, græcè igitur apud Ioan. legitur καὶ οἱ στρατιῶται πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, ἐπέθηκαν αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ, id eſt: *Et milites plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt ipſius capiti*. ἄκανθος enim deriuatur, vt quibuſdam placet ἀπὸ τῆς ἀκῆς καὶ ἀνθῶν quod eſt cum acrimonio florere, & de acutiſsimis propriè dicitur.

Regium nomen Romanis inuiſum, & cur?

Milites ſupra vtique Romani, Chriſto diadema ſpineum impoſuerunt, Romanis enim ob contumacem Tarquinij Superbi Regis arrogantiam, Regium nomen perinde, ac tyrannicum erat infenſum, ideò Chriſtum Regem audientes, antiquatoque odio perſequentes, ſpinis coronandum cenſuerunt.

2. *At quod eiuſmodi corona*, &c. In quodā manu ſcripto antiquo in charta pergamena, aureis etiam literis minio confectis ex Patrum antiquiorum fragmentis compilato, quod vita B. V. inſcribitur, exſtat quoddam caput ex Nicodemo excerptum, in quo dicitur, quod Iudæi timentes, ne Pilatus Chriſtū dimitteret, ei pecuniam multam dederunt, quod ſi verum ſit, facilius eo adigi poſſumus, vt credamus, militibus quoque pecuniam datam, vt Chriſtum peſsimè exciperent, tractarent, mulctarent; imò fuiſſe verè miniſtros pecunia corruptos, teſtatur Claudius Guilliaudus in Ioan. c. 19. Chryſoſtomus citatus in catena aurea in Ioannem dicit: *Non hoc Pilatus iuſsit, ſed milites Iudæis pecuniarum gratia gratificantes, omnia audebant*. Ioan. Lanſpergius homil. 55. de Paſsione, dicit: *Admirabatur Pilatus ſi iam Chriſtus obijſſet. Hinc indicatur, Chriſto multas pœnas fuiſſe irrogatas, quas Pilatus neſciſſet: ſi enim omnia, quæ Chriſtus eſt paſſus pœnota didiciſſet, quomodo admiraretur ipſum eſſe mortuum!* Anſelmus dialogo de Paſſione Domini, dicit: quod dum Chriſtus ab Herode remittebatur ad Pilatum, timentes Iudæi ne Pilatus quoque Chriſtum dimitteret, adeò malè eum in via tractarunt, vt etiam ſi à Pilato dimitteretur, tamen ſuperuiuere non poſſet. Quamuis autem illud videatur incertum, an Pilati præcepto Chriſtus ſpinis fuerit coronatus, tamen negari illud non poteſt, quin ſaltem eius permiſſu milites immane id impietatis facinus in Chriſtum exercuerint, quod ex eo probat Michael Palacius, quod Pilatus cohortem conuocauit. Poteſt etiam ex eo clarè comprobari, quod Pilatus Chriſtum flagelliſque cæſum, ſpiniſque coronatum, populo oſtentauit, dicens: *Ecce homo*. Certè pecunia fuiſſe milites à Iudæis corruptos, vt peſsimè Chriſto inſultarent, teſtatus eſt Pilatus in epiſtola ad Tyberium Cæſarem, quam ſupra cap. 10. retulimus.

Iudæi Pilatum pecunia corrumpunt ne Chriſtum dimittat, & milites, vt acerbius Chriſtum tractent.

Multa ſupplicia in Chriſtum præter Pilati mentem illata.

Iudæorū impietas dum Chriſtus vltro citroque mittitur.

Pilatus coronationis Chriſti conſcius.

3. *Verum eiuſmodi corona*, &c. Fuiſſe Chriſti Domini coronam è duris, acutiſque ſpinis contextam, teſtatur S. Vincen-

Corona è duris ſpinis contexta.

Vincentius ſerm. de die Paraſceues. *Corona* inquit, *Chriſtum in capite crudeliter vulnerauit.* Anſelm. in Speculo Euangelico ſerm. 15. *Spinæ pretioſiſsimum Chriſti verticem vulnerarunt.* Chriſtus ipſe B. Brigittæ hoc reuelauit, vt legitur in lib. extrauag. reuel. cap. 51. *Vertex meus, & caput meum punctu ſpinarum lacerabantur* [illegible] 1. cap. 11. *Cumque caput meum* [illegible] *corona eſſet cruentatum, & undique* [illegible] *sanguis flueret*; & B. V. hoc ipſum eidem B. Brigittę reuelauit lib. 1. cap. 10. dum dicit: *Quo facto, aptauerunt coronam de ſpinis capiti filij mei, quæ tam vehementer reuerendum caput filij mei pupugit, vt ex ſanguine fluente replerentur oculi eius, & obſtruerentur aures, & barba tota decurrente ſanguine deturparetur.* Et rurſus lib. 4. cap. 70. *Corona ſpinea capiti eius arctiſsimè fuit impoſita, quæ ad medium frontis deſcendebat pluribus riuis ſanguinis ex aculeis infixis decurrentibus per faciem eius, & crines, & oculos, & barbam replentibus; vt quaſi nihil niſi ſanguis totum videretur, nec ipſe me aſtantem ad Crucem videre potuit, niſi ſanguine expreſſo per ciliorum compreſſionem.* Atq; adeò cum ipſa B. Brigitta, cui cũ eſſet Hieroſolymis in viſione mẽtis ſeries paſsionis Chriſti prout geſta fuit, reuelata eſt, ita ſe vidiſſe teſtatur lib. 7. c. 15. *Quo facto,* inquit, *coronam de ſpinis, quam depoſuerant de capite eius cũ crucifigeretur, iterum impoſuerunt, & aptauerunt capiti ſuo ſacratiſſimo, quæ tam fortiter pupugit reuerendum caput eius, quod oculi eius repleti fuerunt illico ſanguine fluente, aures quoq; obſtruebantur, & facies, & barba quaſi tegebantur, & intincta erant illo roſeo ſanguine.*

Corona totum Chriſti caput pungit.

E coronæ vulneribus ſanguis fluit.

Chriſtus in Cruce quomodo matrem conſpicere potuit.

S. Brigittę Chriſtus paſsionis ſuę ſeriem oſtendit.

4. *Nam tales eſſe videntur,* &c. In Æde ſanctæ Crucis in Hieruſalem de vrbe, duas ſpinas ex corona Chriſti; in æde S. Euſtachij, pars ſpineæ coronæ; Rhodi duas ſpinas ſeruari tradidit in Topographia Reliquiarũ Franciſc. Maurolicius. Bononiæ in Eccleſia S. Dominici oſtenditur ſpina magnæ longitudinis. In Eccleſia S. Hieron. ordin. Carthuſ. Bononię alia ſpina. In Eccleſia Cathedrali agri Triphernatis ſpectatæ longitudinis ſpina ſeruatur, cui adhæret vnus è capillis Chriſti Domini, ſanguini illi agglutinatus, quæ in die Paraſceues, qua hora Chriſtus ſpinis coronatus fuit, vireſcere, ſanguinemq; e quaſi tunc è Chriſti capite extraheretur ſingulis annis colliquefieri, maxima populi pietate cernitur.

Spinæ coronę Chriſti vbi ſeruentur.

Ingens ſpinæ miraculum.

Venetijs in antiquiſsima ac nobiliſsima Cõfraternitate ſanctiſsimę Charitatis, inter alias pretioſiſsimas, ac maximè venerandas reliquias, quas aureis, argenteis, ac chriſtallinis vaſis incluſas, multis etiam gemmis ornatas Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. fel. record. Beſſarion Card. eiuſdem Confraternitatis fratribus donauit, quatuor acutiſsimæ ſpinæ Chriſti ſanguine aſperſæ aſſeruantur.

5. *Nonnulli & quidem veriſimiliter,* &c. Hinc maximi ponderis controuerſia excitatur, fueritne Chriſti corona è iuncis marinis, an vere ex ſpinis. Iuncos quidem marinos adeò in acutum deſinere, vt acutiſsimam ſpinam referant, conſtans Doctorum fama eſt, ſenſus quoque id indicat.

Iunci marini ſpinarum inſtar acuti.

AN SPINEA CORONA fuerit è iuncis marinis, an verè ex ſpinis.

E IVNCIS quidem marinis fuiſſe, maximè illud probabile reddit, quod Gulielm. Durantes, lib. 6. Rationalis diuin. off. cap. de Paraſceue, tradit, qui ſe oculatum teſtem exhibet docens, eandem ſe vidiſſe in theſauro Regis Francorum: nam, vt refert Genebrard. lib. 4. ſuæ Chronologiæ, *S. Ludouicus Rex Galliæ à Græcis redemit coronã ſpineam, eamque Lutetiam aſportari præcepit: cui ipſe obuiam comitantibus Epiſcopis, & Regni proceribus venit, multis cũ lacrymis, & ſuſpirijs, nudis pedibus, vndique affluente, & ingenuè procũbente populo.* Eam quoque è marinis iuncis teſtatur fuiſſe Gregorius Turonenſ. lib. 1. de gloria Mart. num. 1. 7. & Anſelmus dialogo de Paſsione Domini, Lyran. in c. 27.

Coronam è iuncis marinis fuiſſe qui docuerint.

S. Ludouici Galliarum Regis pietas.

N Matth.

Matth. dicit: *Ex iuncis marinis ad modum ſpinarum acutis. Et ego qui hæc ſcripſi audiui à quodam, qui fuerat vltra mare cum B. Ludouico Rege Franciæ, quod in littore maris ſenſerat puncturas iuncorum per ſotulares inter medios.* Landulphus de vita Chriſti, dicit, in hunc locum, eos, qui accuratius ſpineam coronã inſpexere, deprehendiſſe eam fuiſſe ex iuncis marinis, quæ non ſolum in acutum deſinunt, ſed etiam latera habent ſpinoſa. Idem ſentiunt: Hugo Card. in Io. Tolet. item Card. annot. 2. in c. 19. Franc. Suarez 3. par. quæſt. 46. diſp. 35. ſect. 3. dicit, communiter omnes ſentire, coronam non ex ſpinis, ſed ex iuncis marinis fuiſſe contextam. Ex quo colligit, ex illa corona Chriſto lethalia vulnera nõ fuiſſe inflicta, nec craneum perforare potuiſſe, ſed ſolum cutem, & carnem, licet veriſimile ſit ſpinas ita fuiſſe infixas per ſuperiorem capitis partem, vt per inferiorem ſanguine cõſperſæ prodirent; atque hac ratione fortiter in carne infixæ hærerent.

Iuncimarini quam acuti.

Verum longè aliter apud Laurentium Iuſtinian. lib. de triumphali agone cap. 14. vbi dicit: *Spinarum punctiones cerebrum perforantes.* Et ſubdit, *Debuit planè mori tanto dolore transfixus, ſe tamen reſeruauit ad vitam, vt his etiam grauiora perferret.* Et S. Vincentius de Paſsione Domini dicit: *Quis ſatis cogitare poteſt, quantus dolor venerandum illud caput tot aculeis confixum affecerit, cum nos vel ad vnius ſpinæ puncturam ferè intolerabili dolore vexemur?*

Corona ſpinea lethalia vulnera Chriſto intulit.

Optima argumentatio.

Verum coronam verè ex ſpinis veris, verèque ac propriè dictis, compactam fuiſſe, plurimi ijdemque grauiſſimi auctores prodiderunt. In primis apud ſanctos Patres ſemper ex ſpinis coronam legimus, quos vtique ad literam explicare tenemur. Valdè autem notandum puto quod Illuſt. Card. Baron. to. 1. anno Chriſti 34. nu. 86. monet dum dicit: *At nullatenus audiendos puto, qui ex iunco marino Domino contextam coronam fuiſſe, edixere, cum certum ſit, & Lucæ, & Ioannis Euangeliſtarum aſſertione ex ſpinis eſſe compactam, ambobus ita dicentibus, Plectentes coronam de ſpinis; longè enim diuerſa eſt iunci, ac ſpinarum ratio: nam iunco marino nullæ, nec in ſuſ è, vel ramis inhærent ſpinæ, ſed eius tantũ acumina in ſpinas deſinunt.* Confirmari hoc ratione multiplici poteſt. In pr[illegible]enim cũ Hieroſolyma à mari lo[illegible]et; nam ſi de mare Tyberiadis ſit [illegible]tio, pręterquã quod ſtagnũ illud [illegible] nõ ſit Iordanis fluminis pręcluſione firmatum, ſed lacus, imò ſtagnum Geneſareth dicitur, nec alia ratione maris ſortitur nomen, niſi quatenus cõgregationes aquarum maria vocãtur. Si de mari mortuo ſiue Aſphaltite ſit mentio; at in eo nihil, ne piſces quidem enaſcuntur; imò ne aues quidem ſuperuolare poſſunt; ſed fœtore inde erumpente necãtur, ita Borchardus in deſcriptione Terræ ſanctę. 1. parte c. 7. §. 35. proximè poma nulla, etſi quæ circa littora exoriuntur, licet foriuſecus roſcida, intus tamen ciŋeritia, ſoloque cinere, ac puluere oppleta deprehenduntur, tanta eſt Sadomitici facinoris deteſtatio. Si de mediterraneo, conſtat inter Hieruſalem, & mediterraneum mare, multorũ millium interpatere diſtantiam. Quomodo igitur potuerunt ita in promptu eſſe marini iunci militibus? At ſi de ſpinis, vbique peruię, ſpinas enim, & tribulos ſpontè maledicta terra producit. Amplius autem teſtatur idem Baron. Card. quę in Eccleſijs aſſeruantur ſpinæ, eaſdem verè ſpinas, nõ autem iuncos videri. Accedit & illud, quod ſacræ Scripturę verba ſunt, prout ſonãt, intelligenda, præcipuè autem, cum ad literam explicata, nec fidei ſynceritati, nec morum honeſtati reluctantur: talis enim eſt B. Auguſtini lib. de doctr. Chriſt. cap. 3. Qua de cauſa Baſil. ille magnus hom. 3. & 9. in Hexameron dicebat: *Ego cum audio Moyſem dicentem cœlum, terram, aquam, piſces, fœnum, nil aliud intelligo niſi cœlum, terram, aquam, piſces, fœnum, ſi enim aliter dicere voluiſſet,*

Corona ex ſpinis propriè dictis.

Euangeliſtarũ verbis inſiſtit Baronius Card.

Hieruſalem à mari longè abeſt.

Stagnum Geneſareth que alluitur.

Maris mortui infelix conditio.

Spinæ circa Hieruſalem multæ.

Sacrę ſcripturæ verba, vt ſonant, explicanda.

alij

Digitized by Google

aliјs verbis explicaſſet. Lege quę hac de re notat Georg. Ederus lib. Biblioth. Oeconomicorū. Liceret etiam mihi hoc ipſum ex textu Græco confirmare, ita enim habet καὶ οἱ στρατιῶται πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν; ἄκανθα autē non eſt quodlibet ſpinæ genus, ſed præacutę, prout notat auctor Etymologiarum græcus Adde quòd iuncus marinus Gręcè dicitur ὀξύσχοινος. Ioannes autem non ſcripſit coronam ἐκ τῶν ὀξυσχοίνων, id eſt ex iuncis marinis, ſed ἐκ ἀκανθῶν, id eſt ex ſpinis.

Coronam verè è ſpinis fuiſſe videtur communis ſentētia.

Tandem communis Patrum conſenſus huc accedere videtur: in eo enim quòd Chriſti caput ſpinea corona redimitum legunt; alij quidem impletam eam figuram notant, qua aries inter vepres cornibus hæſiſſe legitur: ita D. Hieron. in cap. 27. Matth. Alij verò vt maledictum ſolueret antiquum, Iſidorus epiſtola 95. Hieronymus vbi ſupra. Alij quod de peccatoribus, qui per ſpinas intelliguntur, gloriam quęrebat: ita Ambroſ. Alij alia, quæ de veris ſpinis intelliguntur. Imò verè nec explicari poſſet, quomodo tot puncturis Chriſti caput corona laceraſſet, cum Bernardus dicat mille puncturis, & alibi denſitate ſpinarum, præcipuè, cum marini iunci appellatione, nullus ſpinas intelligat, nec è contra ſpinarum nomine iuncum marinum interpretetur. Venetijs apud pientiſsimos Societatis Sanctiſsimæ Charitatis Confratres, præter ſacerrimas alias reliquias, quatuor ex Chriſti corona ſpinæ maxima cum veneratione coluntur. Has ſimul cum alijs pretioſiſsimis reliquijs, vt ſupra inſinuaui Beſſarion Cardinalis ampliſsimus, aureis, argenteis, chriſtallinis vaſis occluſas multis etiam gemmis ornatas, prout tanti Antiſtitis pietas, ac magnificentia poſtulabat, nobiliſsimis dictæ Societatis Confratribus donauit. Has enim cum venerabiliſsimo, mihique in primis chariſsimo adm. R. P. Zacharia Leonio, Monaſterij noſtri ſanctæ Mariæ Gratiarum Venetijs Priore, ex ſpeciali gratia magnificorum, ac pientiſsimorum DD. Pauli, ac Guarini de Guarinis, quam diligentiſsimè vidi, perſpexi, perluſtraui, ac quoniam ſpinæ in eam baſim inſedebant, quam euulſæ è ramo ſpinæ ſolent efficere, verè ſpinas, non autem marinos iuncos deprehendi.

Scomma inſigne.

6. *Hanc autem Dioſcorides*, &c. Magnam huic loco explieando claritatem illud allaturum puto, quod Iudicum cap. 9. parabolicè dicitur de lignis Regem ſupra ſe creare certantibus, ita enim legimus, *Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe Regem. Dixeruntque oliuæ, impera nobis; quæ reſpondit, Nunquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & Dij vtuntur, & homines, & venire vt inter ligna promouear? Dixeruntque ligna ad arborem Ficum, Veni, & ſuper nos Regnum accipe; quæ reſpondit eis, Nunquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructuſque ſuauiſſimos, & ire, vt inter cætera ligna promouear? Locutaque ſunt ligna ad Vitem, Veni, & impera nobis; quæ reſpondit eis, Nunquid poſſum deſerere vinum meum, quod Deos, homineſque lætificat, & inter ligna cætera promoueri? Dixeruntque omnia ligna ad Rhamnum, Veni, & impera nobis; quæ reſpondit eis, ſi verè me Regem vobis conſtituiſtis, venite, & ſub vmbra mea requieſcite; ſi autem non vultis, egrediatur ignis de Rhamno, & deuoret Cedros Libani*. In Rhamno enim immites, & doloſi, & ſuperbi, & omnes improbi denotantur, vt Auguſtinus, Hieronymus, & Caſsiodorus in Pſalm. 57. notant, quia Rhamnus eſt aculeis aſperrima, flore gratiſsima, & valdè ſpinoſus eſt fructex, & arbuſcula ſentibus ſpiniſque contexta, quæ tenet quicquid attingit, & retentum vulnerat, & vulneratorum ſanguine delectatur; inſuper, & ignem immittit ex ſe, & cætera ligna conſumit. ideò ſuperbi, & tumidi ambitione maxima per fas, nefaſque dominium captantes, in Rhamno denotantur, & iſti caput Chriſti dilacerant. Verè tamen nunc dicere poteſt Rhānus in Chriſti capite cōquieſcens,

Rhamnus quid ſignificet.

Sub Rhāno quieſcendum.

 Venite

Digitized by Google

Venite requieſcite ſub vmbra mea, nõ enim decet ſub ſpinoſo capite membrum exiſtere delicatum.

Verùm neque apta tantæ diſſenſionis conciliatio ea videtur, quam excogitauit Io. Arboreus in cap. 27. Matth.

Duplicem coronam qui conſuxerint.

dicens primò Chriſto coronam de ſpinis fuiſſe impoſitam, eamque geſtaſſe diu, ſed in Caluariæ monte rurſus illi ex iuncis alteram fuiſſe impoſitam. In manuſcripto antiquo dicitur; cum Chriſtus fuiſſet cruci fixus, conſtrinxerunt aliam coronam de iuncis marinis, quorum ſpinæ ſunt acutiores, & poſuerunt hanc coronam ſuper caput eius, poſtquam Iesvs duriùs pungebatur, & plus vulnerabatur cutis capitis eius ex aculeis illorum iuncorum, quam corona ſpinea, qua fuit antea coronatus. Nam B. Brigittæ reuelatum fuit, eandem numero, quæ prius

Eadem corona ſpinea bis Chriſto impoſita.

Chriſto impoſita fuit perpetuò eius capiti adhæſiſſe, quoad in Caluariæ monte veſtibus nudaretur. Cum enim inconſutilis ea tunica, vt multi piè contemplantur, detrahi non poſſet, niſi & corona ſpinea tolleretur, quicquid hic nobis Suarez obijciat, ideò

Corona Chriſti cur detracta.

detracta eſt corona à Chriſto in crucem acto, eadem denuò eius capiti fuit impoſita; ita enim ſibi reuelatum fuiſſe ſcribit lib. 7. cap. 15. *Quo facto, coronam de ſpinis, quam depoſuerant de capite eius, cum crucifigeretur, iterum impoſuerũt, & aptauerunt capiti ſuo ſacratiſsimo.* Fauet Tertull. lib. contra Iudæos, cap. 13. dicens: Chriſtum cum ſpinea corona fuiſſe crucifixum. Idem Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſt. 95. Aptiorem enim conciliandi rationem crederem, ſi quis diceret, eam coronam quam Iudæi imagini ſanctiſsimi Crucifixi in Berito impoſuerunt, è cuius lateris vulnere exiuit ſanguis, & aqua, cuius hiſtoriam refert Athanaſ. opuſ. de Paſſione imaginis, ex iuncis fuiſſe.

6. *At quonam de plantarum genere,* &c. Pientiſsimi Paſtoris prudentiam mirare, qui in re ardua decretum, quo lis dirimatur, interponere noluit, hac in re B. Gregorium, aliorumque Patrum veſtigia imitatus, qui quod certa auctoritate, vel rationis euidentia non cognoſcebant, id determinare nullo modo volebant; ita etiam D. Gregor. hom. 34. in Euang. dicebat: *Id affirmare nolumus quod apertis teſtimonijs non comprobamus.* Cum igitur coronam ſpineam, alij è iuncis marinis dixerint, alij ex veris ſpinis, ex quo tamen ſpinarum genere conflata corona fuerit, non tradunt. Nam alij ex berberijs, id eſt creſpinis, quæ ſpina vitra dicitur, factam dixere. Petrus Bellon. lib. 2. obſeruation. cap. 88. dicit ex Rhamno quod ſpina ſancta dicitur. Cœl. Rhodiginus lib. 5. antiquarum lectionum cap. 9 videtur innuere, ex ea ſpina fuiſſe coronam contextam, quæ Philaretes ſpina dicitur.

Nil temerè aſſerendum.

Ex quibus ſpinis corona fuerit.

7. *Sed iſtud diligenti diſquiſitione dignum eſt,* &c. Nouimus quidem pientiſsimos Hieroſolymorum Reges, aurea corona ob Chriſti ſeruatoris obſeruantiam inaugurari noluiſſe; ita enim Gottifredus Bullion. poſt recuperatã Hieroſolymam, Deo plenus, humilitatis cauſa, corona aurea, Regum more, in ea ciuitate exhorruit coronari, in qua Saluator humani generis ſpinis eſſet coronatus; ita referunt Gulielmus Tyrius lib. 8. hiſtor. cap. 5. 18. 19. vſque ad 21. & lib. 9. cap. 9. Iacobus de Vitriaco cap. 20. B. Salig. in epiſtola ad Ioan. à Lotharingia. Chriſtianus Adricom. in deſcriptione Terræ ſanctæ, num. 1. ſed tamen ſpinis coronari noluit. Nouimus etiam alios fictis ornamentis regijs fuiſſe deluſos. Ita enim de quodam Carraba ſcribit Philo Iudæus, *Erat,* inquit, *quidam inſanus nomine Carrabas, non ex illo conſpicuo furioſorum genere, ſed leuiore correptus inſania: is interdiu noctuque nudus oberrabat per compita, nec æſtum deuitans, nec frigus, puerorum, & adoleſcentium ludibrium. Hunc miſerum propulſum ad gymnaſium in ſuperiore loco ſtatuunt, vt ſpectari poſſet:*

Gottifredi Bullionis pietas.

Carrabæ ludibrium.

poſſet ab omnibus, moxque capiti eius diadema imponunt papyraceum, pro paludamento corpori ſtoream induunt, pro ſceptro fruſtum arundinis humo ſublatum quidam dedit in manum, ſic ornatum Regijs inſignibus, & in Regem transformatum more hiſtrionum adoleſcentes perticas in humeris geſtantes ſtipabant pro ſatellitio, tum alij ſalutatum accedebant, alij conſulebant eum de Republica. Hæc Philo. Sed tamen adeò horrendum flagitium vnquam nouimus in aliquem perpetratum, vt acutis ſpinis quempiam coronarent. Inauditum igitur hoc impietatis genus in Chriſtum Iudei diabolo pleni, exercendum duxerunt, vt facilius eorum dignoſceretur immanitas.

Corona ſpinea nulli vnquam niſi ſoli Chriſto impoſita.

8. *Cum præſertim coronas*, &c. Culpandum hoc loco Antiſtitem quidam opinabitur, quippè qui varium, diuerſumque coronarum vſum ignorans, coronas honoris, ac præmij tantum gratia antiquitus dictitarit adhibitas. Cum tamen varium coronarum vſum legamus. Certè Bacchum corona hederacea primo vſum nouimus, ſi Plinio hoc dictanti lib. 16. cap. 5. fides ſit habenda. Imò, futiles quoque coronas ſacris cœnis adhiberi ſolitas, mox roſaceas, luxuriaque creſcente, etiam e Nardi folijs adhibitas: imò etiam ab Indis peti ſolitas. Amplius autē mortem etiam imponi ſolitas, idem tradit lib. 21. cap. 3. Imò vero ibidem cap. 9. plurima alia coronarum genera idem auctor prodit. Plura in hanc rem ſi quis deſideret, legat quæ accuratè collegit Cœlius Rhodiginus lib. 27. antiquarum lectionum. cap. 26. Qui igitur conſtare poterit, quod coronæ honoris tantum, aut præmij loco concedebantur.

Coronarum vſus multiplex.

Verum hæc obiectio, etſi grauis, prima, vt aiunt facie, videatur, ea tamen leuiſsima eſt. Non enim dictum eſt coronas ſolum honoris, & præmij in vſu fuiſſe; ſed cum de ijs coronis mentio fieret, quæ publicè dabantur, meritò dixit ſolùm honoris, & præmij laude datas. Non abs re tamen me facturum eſſe credo, ſi quæ quibus facinoribus coronæ decernerentur, ſubiecerim. Ciuicæ quidem ijs, qui ciuem ſeruaſſent. Vallares qui Romanos obſidione liberaſſent. Roſtratæ ijs, qui nauali bello hoſtes deuiciſſent. Murales, qui primi hoſtis muros conſcendiſſent, quibus etiam gramineæ decernebantur. Glandiferæ ijs qui ſtrenuè hoſtes profligaſſent. Frondea primus Romulus Hoſtium Hoſtilium coronauit, quod Fidenam primus irrupiſſet. Aureæ regibus; gemmatæ, ijs etiam, qui triumphum agebant, interdum decernebantur.

Coronæ quæ & quibus darentur antiquitus.

9. *Quam igitur ob cauſam factum*, &c. Nulla verior cauſa aſsignari potuit, cur Chriſto Regalia ornamenta ſic detulerint, niſi vt eum illuderent. Hanc enim ſacræ Euangeliſtæ docuerunt. Matth. cap. 27. *Illudebant ei*, &c. & rurſus: *Et poſtquam illuſerunt ei*, quod etiam Marcus cap. 15. docuit, & Lucas 23. *Illuſit eum veſte alba*, & rurſus: *Illudebant autem ei milites*, &c. Imò & Chriſtus hoc ipſum prædixerat, Matth. 20. *Tradetur gentibus ad illudendum, flagellandum, & crucifigendum.* Lucæ 18. *Illudetur, & flagellabitur*. Et quemadmodum ſupra de Carraba fuit oſtenſum, ita & de Chriſto neceſſario eſt opinandum. Eruditiſsime autem notat Alphonſus Toſtatus queſt. 14. in cap. 9. lib. 4. Reg. plurimas in Regum Iudaicorum coronatione ceremonias obſeruari ſolitas, quas omnes ex Scripturis colligit. Optimè enim Ammon. Alexandrinus in continuatione quatuor Euangeliſtarum dicit: *Mox illi corona ſpinea fuit impoſita, ſalutarique à militibus Rex Iudæorum cœptus per ludibrium:* & nos in Chriſto ἱςορικῶς completa eſſe oſtendemus.

Chriſtus ad opprobrium coronatus fuit.

In Regibus creandis quæ cæremoniæ à Iudæis adhiberentur.

Prima, quod educeretur extra vrbem ad fontem, aut ad arborem, & ibi vngeretur, fundendo oleum ſuper caput eius; Chriſtus igitur, etſi non prius extra vrbem eductus eſt, quam vnge-

Reges ad fontem vngebantur.

nes homil. 8. & 13. in Geneſim, Ambroſ. lib. de Iſaac Patriarcha. Chryſoſt. hom. 47. in Geneſim.

Regiorũ ornamentorum explicatio.

10. *Deinde cum Deus*, &c. Cum B. Athanaſius ſerm. de Paſsione, & Cruce Domini, Chriſtum Dominũ chlamide coccinea circundatum, ſpineaque corona redimitum contemplaretur, ſublimi quadam mentis eleuatione correptus, meritò exclamauit, *Miraculum nouum, & incredibile, & magna ſine dubio victoria inſigne.* Quænam autem fuerit hæc victoria, accuratè proſequitur, docens eam eſſe, qua Chriſtus à ſpinis peccatorum nos liberauit. Ita enim dicit: *Geſtabat Chriſtus ſpineam coronam, vt pro ſpinis lignum vitæ largiretur vtendum, & pro ſanguine peccatorũ, ſuo ſanguine, & terram, & omnes emundaret; & pro maledictione iam in reliquum incolas terræ benedicere: ideò enim noſtrum ſanguinem geſtans, ſuum omnino ſanguinem in terram exhauſit. Vnde factum eſt, vt in ea pro ſpinis bona, & vita repullulaſcerent.* Eandem quoque rationem aſsignauit Remigius dicens: *Per ſpineam coronam ſuſceptio peccatorum noſtrorum deſignatur, quia in ſimilitudinem carnis peccati apparuit.* Hieronymus, *Spinis, id eſt, compunggentium quandam peccatorum gentilium coronatur, eſt enim aculeus in ſpinis ex quibus Chriſto victoriæ corona contexitur.* Beda. *Noſtra peccata aſſumpſit in ſe, terra enim maledicta ſpinas peccatorum produxit.* Auguſt. *Corona ſpinea in capite Chriſti ſignificat peccata noſtra, quæ caput Chriſti pupugerunt; ideò non fuit corona gloriæ, ſed doloris; In corona autem ſpinea, maledictum ſoluit antiquum.* Aptiſsima autem interpretatio eſt, ſi ſpinarum nomine peccata, & vitia, deprauatique mores intelligantur. Ita enim interpretatus eſt Origenes in Pſal. 36. & homil. prima, & 35. in Matth. Hieronymus in Pſal. 57. & in cap. 3. Ioel, & in c. 33. Eſaiæ. Gregor. lib. 20. moralium, cap. 11. Iſychius in cap. 16. Leuitici, Beda in cap. 22. Ezechiel. & in cap. 14. Prouerb. Imò, & Philo, lib. 2. Allegoriarum, per ſpinas malas intellexit, & noxias voluptates, quod ipſum poſtea intellexit etiam Ambroſ. in cap. 6. Lucæ, & ſerm. 36. Auguſt. 2. de Geneſi contra Manichæos, cap. 20.

Chriſtus cur ſpineã coronam geſſerit.

Chriſtus in ſpinea corona maledictum ſoluit.

11. *Diuus item Ambroſius*, &c. Ambroſio conſentit Hieronymus dicens: eſt aculeus in ſpinis, ex quibus Chriſto victoriæ corona contexitur. Eadem planè verba apud Hilarium lego, Canone 33. in Euangelia, vt valdè dubium alicui videri poſsit, vter illorum cuculus extitit, an Hilarij, Hieron. an Hieronymi, Hilarius verba retulerit, quanquam ego vt Hieronymo antiquiorem Hilarium noui, ita ab Hilario deſumpſiſſe Hieronymum puto; Hilarius enim circa annum Domini 360. floruit, Hieronymus autem circa annum Domini 410. ideò Hilarius à Hieronymo inter illuſtres viros eſt collocatus. Euſebius Emiſſenus, *Corona ſpinea quod pugnam ex peccatoribus colligendum erat, ſignificabat.*

Cuculi ſtus.

Hieronymus ab Hilario ſententiam hauſit.

12. *Preterea Tertullianus*, &c. Egregium hoc argumentum lepidè proſequitur Athanaſ. ſerm. de Paſsione & Cruce, dicens: *Omnia contra ſeipſum diabolus agebat, quia etiam tum ſpoliabatur, cum ea victoria mundi hominibus innoteſcebat, quam ille licet inuitus in lucem extulit, ac promulgauit. Cum enim exueretur Dominus, eo ipſo inuiſibiliter de diabolo erigebatur trophæum: ideò apud Ioannem, Matthæum, & Marcum legimus, illi coronam ex ſpinis ſuper caput eſſe poſitam:* Et infra, *Cum*, inquit, *ſanguine terra per diabolum funeſtata, & multis vndis cruoris eſſet imbuta, & ore aperto primò receperat ſanguinem iuſti Abel, ac deinde hominibus ſanguinem ſanguini ſuperfundentibus, infuſaque in eandem maledictione execrabilis reddita eſſet, & vbique ſpinæ naſcerentur, & ideò hoc chirographum nactus inimicus noſter, omnes inuaderet, ea de cauſa Chriſtus Regijs ornamentis indutus proceſſit ad mortem, vt oſtenderet victoriam de morte non temerè, ſed pro noſtra ſalute eſſe partã, geſtabat in coccinea chlamide ſpeciem ſanguinis, ſpinaſque in corona, & chirographum in calamo, quo inſtrumento iam olim nos diabolus ari ſuo, rationibuſq; adſcripſerat, vt vna cum morte etiam hæc omnia demolıretur.*

Diabolus omnia contra ſeipſum molitur.

Cur Chriſtus Regijs ornamentis proceſſerit ad mortem.

Digitized by Google

13. *Voluit adhuc Seruator noſter*, &c.

Seminis parabola.

Cum Chriſtus Seruator noſter turbis in parabolis loqueretur, dixit Lucę 8. *Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, & dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt, & volucres cœli comederunt illud; aliud cecidit ſupra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem; aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud*: &c. At verò diſcipuli doctrinæ nouitate, ac maxima parabolæ ſubtilitate in maximam diſcendi cupiditatem excitati, Chriſtum interrogarunt dicentes: *Ediſſere nobis hanc parabolam*. Quibus ipſe poſt pauca ſubdit, *Semen eſt verbum Dei, quod in ſpinas cecidit, hi ſunt qui audierunt, & à ſollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes, ſuffocantur*. Itaque ex hoc loco

Spinæ ſollicitudines indicant.

ipſa Diuina interprete Sapientia, nouimus, ſpinis ſollicitudines, & diuitias, & voluptates intelligi. Meritò D. Gregor. ait: *Hæ ſpinæ dicuntur, quia cogitationum ſuarum punctionibus mentem lacerant, & cum ad peccatum pertrahunt, quaſi infiicto vulnere cruentant*. Adiungit verò, *ſollicitudines, & voluptates, quia per curam mentem opprimunt, & per affluentiam reſoluunt: ſuffocant autem ſemen importunis cogitationibus guttur mentis ſtrangulantes, nec bonum deſiderium intrare ſinentes*. Hæc Gregorius. Meritò autem curæ,

Sollicitudinum cũ ſpinis cõparatio.

& ſollicitudines huius vitæ, ſpinis comparantur, vt enim notat Albinus in Matth. *Spina per æſtuum calidum in terreſtri ſicco quod in circuitu eſt de centro, ad ſuperficiem ebullit, totum locum per circuitum ſpiſſa contegit vmbra; & calorem luminis, & humorem roris auertens, fundo malitiam importat, ita planè, dum maledicta cordis noſtra terra, æſtu concupiſcentiarum æſtu ebullit, in varia curarum, ac ſollicitudinum germina erumpit, quæ altius non excreſcunt, ſed exigua foliorum oſtentatione contenta, ramuſculis acutis ſpinarum, atque aculeorum mucronibus ita obſident, vt nec acerbi fructus decerpi queant, nec etiam vllum frumenti genus ſubtus naſci patiantur, hinc eſt, quod ſemen ſuffocant*. Quod egregiè expreſsit Salomon Prou. 14. dicens: *Per agrum pigri hominis tranſiui, & per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant ſuperficiem eius ſpinæ*. Cui illud etiam Poetæ conſonat,

Fertilis aſſiduo ſi non renouetur aratro,
Non niſi cum ſpinis gramen habebit ager.

Terra tribulorum mater, bonarum frugum nouerca.

Præterea quia, vt ſpinæ ſpontè ita e naſcuntur è terra, vt terram veluti matrem propriam agnoſcant, quam optima iniecta ſemina, velut materteram, ac nouercam experiuntur: ita curæ ac ſollicitudines, reliqui etiam diuitiarum, ac voluptatum affectus, ita ſponte e corde exæſtuant noſtro, vt veluti illi connaturales, ac proprij filij videantur, reliqua autem bonorum cogitationum, atque cœleſtium inſpirationum ſemina, quę nobis cælitus immittuntur, quodammodo adulterina,

Spinis ſemina ſuffocantur.

ac ſuppoſititia videantur, & ideò ſuffocentur. Hoc autem eleganter admodum expreſsit B. Proſper Aquitanicus, lib. 2. de vita contemplatiua, cap. 15. dicens: *Iubet ecce nobis imperioſa cupiditas, vt Diuinæ poſtponentes, poſſeſsionum terreſtrium damnoſa compendia cogitemus*. Et paulò poſt, *Vaſtat*, inquit, *in nobis quicquid verecundiæ, aut pudoris inuenerit, & quos ſuis triumphis addixit, adhuc tanquam reſipiſcendi ſuſpectos, omnibus viribus honeſtatis exarmat, ne quando contra eam, cui bellare noluimus, rebellemus*. Verum illud hoc loco non omittam, quod vbi nos apud Lucam legimus, *à curis, & ſollicitudinibus*, Græcè legitur, καὶ ὑπὸ μεριμνῶν, & id eſt, ab ærumnis.

Spinæ ærumnas ſignificant.

Chriſtus igitur ſpinis, hoc eſt, ærumnis coronari voluit, vt ab ærumnis nos liberaret. Cum ergo Catholicæ pietatis Doctores, eius interpretationis Chriſtum anteſignanum, ac coryphæum habuerint, nil mirùm, ſi reliqui paſsim in ſpinea corona, qua Chriſtus coronatus eſt, ſollicitudines, & ærumnas ſignificari putarint: ita Chryſoſtomus homil. ſuper Matth. 45. Auguſtinus lib. 2 de Geneſi contra Manichæos, cap. 20. Philo, lib. 2. Allegoriarum. Hilar. in Pſalm. 57. Ambroſ.

Digitized by Google

Ambroſ. ſerm. 56. ſed valdè notanda eſt Athanaſij de Paſsione, & Cruce ſententia, qui ita ait: *Iniecit ſceleſtus ille ſcilicet diabolus, tanquam nolens ſollicitudines noſtras ſuper Dominum, non animaduertens futurum eſſe, vt cum geſtatione Dominus omnes in ſecuritatem aſſereret, quo & ſementem verbi à ſpinis depurgatam haberent, & in precibus mentem inconuulſam poſsiderent. Ipſe enim in doloribus, & vanis erat, vt nos doloribus careremus.*

Diabolus myſterium noſtræ liberationis ignorauit.

Quanquam inſignis ea amicitiæ, aut litis, pacis, aut inimicitiæ ratio, quam συμπαθίαν, καὶ ἀντιπαθίαν vocant in præcipuis quibuſdam rebus naturalibus ita admirabilis videtur, vt in ea explicanda maximè deſudet Philoſophorum induſtria; & acutiſsima quæque ſapientum acies obruatur, quæ tamen in arboribus, plantiſque cernitur, ea adeò omnem ſuperat intelligendi vim; vt maximè præ cæteris admirabilis videatur. Vt cum ſexus differentiam in animalibus tantum ſitam eſſe credamus, eam tamen etiam in arboribus, plantiſque agnoſcere cogamur; adeò vt Plinius, lib. 13. rerum naturalium hiſtoriæ, cap. 4. dicat: *Arboribus imò potius omnibus, quæ terra gignit, herbiſque etiam, vtrumque ſexum ineſſe diligentiſsimi naturæ perſcrutatores tradunt.* Hinc eſt, quod in palmis manifeſtè *ſexus differentia noſcitur, dum mas in palmite floret, fœmina citra florem germinat tantum ſpinæ modo.* Cum autem fœminæ arbores dicantur, quæ fructus non progignunt, meritò ſpina arbor infrugifera, fœmina infœcunda dicetur. Qua de cauſa, & ſpinas inſeri nefas fuiſſe Plinius lib. 15. c. item 15. prodidit. Verum quoniam Chriſto Domino in mundum miſſo, ea venit plenitudo temporum, qua & Oleaſter contra naturam in bonam Oliuam inſeritur, vt fructum poſsit legis afferre, hinc eſt, quod & Rhamnus, & Spina quamuis contra, vel potiùs ſupra naturæ leges, maximè tamen iuxta pietatis, ac miſericordiæ ſacramenta, in optimum fruticem immittitur, dum Chriſti capiti ſpina infigitur, vt peccator ſpinæ arbuſtulo prænotatus, fructum valeat legis, ac lucis afferre, quod optimè Ambroſ. in cap. 11. ad Rom. adnotauit.

Lis & amicitia.

Antipathiæ & ſimpathiæ inhabiles.

Sexuum differentia in arboribus & plantis.

Spinas inſeri nefas.

Inſitio contra naturā quæ.

Age verò, vt ijs iam ex Patrum ſententia ſic declaratis, ea etiam afferantur à nobis, quæ potiſsimè à Doctoribus aſsignantur, cur Chriſtus ſpinea corona redimiri voluerit, vt lectorum oculis compendioſa methodo ſubijciantur, quæritur.

CVR CHRISTVS SPINIS coronari voluerit.

Causæ cur Chriſtus ſpinis coronari voluerit.

ATQVE inprimis quidem ea maximè vniuerſalis aſsignari poteſt, quæ ipſum quoque reliqua pati compulit, nempè amor; quare quidam rectè cecinit.

Pungentem caput, & cerebrū geſtare coronā
Cogit amor, cogit vulnera tanta pati.

Amoris Chriſti magnitudo.

Secunda eſt, ne aliqua eſſet corporis pars, in qua Chriſtus non pateretur. Hanc aſsignat Chryſoſtomus.

Tertia, vt terram maledicto ſolueret, qua ſpinas, tribuloſque proferre damnata eſt; ita Hieronymus.

Quarta huic proxima, vt ſpinis ſublatis, ſemen Verbi Dei purgaret, Athanaſius.

Quinta, vt ſpinis Gentilium peccatorum coronaretur, Hieronymus.

Sexta, vt peccata noſtra in ſe ipſo ſuſciperet, Remigius, & Beda.

Septima, vt ſe Regem oſtenderet, Athanaſius.

Octaua, vt nobis regni diadema compararet, Hieronymus.

Nona, vt nos vita arcta, & aſpera abſtinentię cum ipſo coronari feſtinemus, Theophylact. & Chryſoſt.

Decima, vt tanquam Rex mortalis non clarus imperio, ſed plenus appareret opprobrio, Auguſtinus.

Vndecima, vt ſollicitudine nos liberaret, Athanaſius.

Duodecima, vt nos tentationes vincentes

Digitized by Google

centes cum ipſo coronemur, Lodulphus de vita Chriſti.

Tertiadecima, vt in precibus fundendis mentem inconuulſam poſsideremus, Athanaſius.

Quartadecima, vt pro ſpinis lignum vitæ nobis largiretur, Athanaſius.

Quintadecima, vt ſuo ſanguine terram aſpergeret, & ſanctificaret, quæ Abelis, & Prophetarum ſanguine fædata erat, vt pro ſpinis è terra bona vita repullulaſceret, Athanaſius.

Sextadecima, vt eius corona flos eſſet credentibus, & ſupplicium non credentibus, Clemens Alexandrinus, 2. Pædagogi, cap. 8.

Chriſtus legiſlator in ſpinis.

Septimadecima, Quia Deus primò legem daturus Moyſi, in ſpinis apparuit, ita & ipſe ſe oſtenderet eundem eſſe legiſlatorem, qui prius apparuerat, Clemens Alexandrin. ibidem.

Sub ſpinoſo capite non decet membrum viuere delicatum. Vriæ Hethæi moderatio.

Octauadecima, vt indignum facinus eſſe ſciremus, ſi nos delitiarũ mollitie diſſluamus; *Non enim decet ſub ſpinoſo capite, membrũ viuere delicatum.* Bernardus. Imò, idipſum nobis præſtandũ erit, quod inclytus Vrias preſtitit, qui conſiderans Dei Arcam ſub tentorijs degere, indignum cenſuit in propriam domum deſcẽdere, & cum vxore oblectari, dicens: *Arca Dei habitat ſub papilionibus, ſed & Dominus meus Ioab, & omnes ſerui eius, ſuper faciem terræ dormiũt; & ego demum meam ingrediar, vt comedam, & bibam, & dormiã cum vxore mea? Per ſalutem tuam Rex, & per ſalutem animæ tuæ, non faciam hanc rem.*

Libet autem hoc loco ſubſcribere, quæ piè Ioan. Lanſperg. Theor. 19. in hanc rem adnotauit, *Colligatur*, inquit, *ex Ethnicorum hiſtorijs, quanti æſtimari, ac coli maieſtatem ſuam voluerint homines ſupra cæteros conſtituti, nempè Cæſaris ſub quo Chriſtus naſci voluit. Si quis imaginem in annulo aut alibi formatam geſtaſſet ad locum inhoneſtum, imò qui fortè ſecum aluum purgaturus geſtaſſet, obnoxius morti cenſebatur. Si quis imaginem nollet ferre Cæſaris, in mortis periculo conſtituebatur. Si ferret tanto quidem, ſed non tanto quanto vellet honore ipſe Cæſar, perinde periclitabatur. Ita Octauianus, ſub quo Chriſtus natus eſt, Tyberius ſub quo paſſus eſt, Caius Caligula dum plangeret Sororem, nulli lætitiæ ſigna edere licebat, qui balnea petiſſet, vel conuiuium feciſſet amico, necabatur; quis igitur ſub ſpinoſo capite audeat eſſe membrum delicatum:* Hæc ille.

Cæſaris imagines honorifice tractãdæ.

Imperatore lugẽte, nulli gaudere licitum.

Nonadecima. Auctoris ratio.

His patrum rationibus hanc ego 19. ſubijcio; Chriſtum ſpinea corona, quæ nulli vnquam tributa nec ante, nec poſtea legitur, inaugurari voluiſſe, vt ſciremus, Chriſtum tribulatorum eſſe Regem, qui tribulationis corona inſigniri voluit; vt ſciamus, eum ſupra cæteras omnes, qui ante, & poſt ipſum fuerunt, tribulationes acerbiſsimas ſuſtinuiſſe. Quare, licet martyres horribiles tribulationes perpeſsi ſunt, de ipſo tamen canit Eccleſia, *Tu vincis in martyribus.*

Chriſtus tribulatorum Rex.

Corona ſpinea totum caput ambibat.

Quod ſpinea corona ferè omnes capitis partes penetrarit, confirmant ea, quę ſupra à nobis dicta ſunt, cum quęreremus, an corona verè ſpinea, an iuncea eſſet. Quod verò locus ille Dauidis Pſ. 31. de Chriſto intelligendus ſit, hæſitare fortè quis poſſet, ſed aperta eſt B. Proſperi explicatio, lib. promiſsionum. promiſsione 20. qui volẽs oſtendere fuiſſe hoc de Chriſto prædictum, quod ſpinis eſſet coronandus, locum hunc affert, & de Chriſto ſpinis coronato explicat. B. verò Laurent. Iuſtin. ſerm. de Aſcenſione Domini, hoc ipſum probat ex illo Pſal. *Funes peccatorum circumplexi ſunt me.*

Eſaiæ locus explicatur.

Maiore fortè reprehenſione carpendus videretur Antiſtes, quod locum Eſai. 22. *Coronans coronabit te tribulatione*, de Chriſto cenſuerit explicandum, quem tamen conſtat ad literam de impio Sobna eſſe intelligendum. Verum, vt inficias nouimus, quod locus ille ad literam de Sobna non ſit intelligendus; ita & in ſenſu Allegorico de Chriſto poſſe explicari inficiandum non erit; in cuius loci explicatione Hebraiſmus ille notabitur. *Coronans coronabit*, gemina-

Hebraiſmus notandus.

Digitized by Google

geminatio enim verbi apud Hebræos maximè ſenſum auget, vt illud Pſ. *Expectans expectaui*, id eſt magna anxietate expectaui; & Apoc. cap. 6. *Exiuit vincens vt vinceret*, id eſt, vt victorijs valdè eſſet onuſtus, & illud Ioan. 27. *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare.* Ita & hic, *Coronans coronabit*, id eſt, inſigniter te tribulatione coronabit.

Liliorum ornamento Deus delectatus.

16. *Dum verò Chriſtus*, &c. Lilium vt inter flores odoris ſuauitate celeberrimum eſt, ita in Scripturis ſacris ſæpiſsimè commendatur, atque antiquitus inter præcipua ornamenta inſerebatur. Exod. 25. ex præcipuo haſtili, & calamis lilia procedebant. 3. Reg. 7. Capitella quę erant ſuper capita colũnarum quaſi opere lilij fabricata erant. Marè quoque æneum folio repandi lilij protendebatur. Iudith quoque inter præcipua ornamenta, quę Holophernem expugnatura, accepit, lilia aſſumpſit. Iudith 10. lilij autem ſignificatio multiplex eſt; ſępè enim virgines, caſtitatis candorem, odoremque ſeruantes, lilia dicuntur, vt notat Hieronym. contra Iouinianum. Baſil. Pſ. 44. Bernard. hom. 70. & 71. in Cant. Ideò Eccleſia canticum illud vſurpat de Chriſto canens in officio Virginũ.

Caſtitatis index lilium.

Qui paſcis inter lilia;
Septus choreis virginum.

De quibus extat Poëtę elogium.
Caſtos dant lilia ſomnos.

Anima lilium vocata.

Anima etiam lilium appellatur, dum virtutibus cæleſtibus, quaſi ornamentis inſignita, ſplendeſcit; ita Origenes homil. 2. in Cantica, Gregor. ibidem, Bernardus ſerm. 48. in Cantica, D. Ambroſ. in Pſal. 118.

Lilium Eccleſia.

Eccleſia etiam lilium dicitur, quod optimè adnotauit Rupert. in id Cantic. 2. Gloſſa vtraque, Hieronymus in cap. 35. Eſaiæ. Auguſtinus epiſt. 48. Ambroſ. in Pſal. 118.

Chriſtus lilium.

Sed quod magis ad rem noſtram facit, Chriſtus lilium dicitur, de quo illud Patres intelligunt, *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Orig. in cap. 2. Cant. Ambr. lib. de Virginibus, & in Pſal. 118. Cyrill. lib. 4. in Ioan. cap. 28. Rupert. in cap. 5. Cant. Bernard. ſerm. 47. in Cantica. Omnia autem hęc lilia, inter ſpinas eſſe dicuntur, ſed diuerſimodè. Virgines enim ſunt lilia inter ſpinas, dum integritatis decus inter incentiua libidinum, & peccandi commoda ſeruant. Anima tropologicè lilium dicitur, dum charitatis pignus inter viciorum puncturas ſeruat illęſum. Eccleſia allegoricè lilium inter ſpinas dicitur, dum veritatis candorem inter hęreſum ſentes perpetuò retinet illibatum. Chriſtus verò non ſolum anagogicè, ſed etiam ad literam dicitur inter ſpinas, dum pretioſum eius caput ſpinis vndique coronatur.

Caſtitas, Anima, Eccleſia, & Chriſtus, ſunt lilium inter Spinas & cur.

Quæ in Chriſto completa, in veteri lege ſunt figurata.

17. *Nec per vates ſanctos*, &c. Cum B. Proſper in lib. de promiſsionibus, in eo totus poſitus eſſet, vt oſtenderet, ea omnia, quę in Chriſto conſummata eſſe conſpicimus, multis ante ſæculis prędicta, & promiſſa fuiſſe, in cap. 20. id probat de ſpinea Chriſti corona, ac pręter alia teſtimonia ex Scripturis petita, affert etiam teſtimonium ex Sybilla eiuſmodi, *Vt inferis loquatur, & corona ſpinea coronetur.* Cum verò Adrianus Finus lib. 6. Flagelli in Iudęos, idipſum proſequeretur, aliud etiam Sybillę vaticiniũ affert eiuſmodi, *Coronam portabit ſpineam.* Et aliud rurſus ex Lactantio, quo Iudæam alloquens dicit: *Stulta, Deum tuum non cognouiſti, medentem mortalium mentibus; ſed ex ſpinis coronaſti corona.* Vt autem harum Sybillarum magis clareret auctoritas, plura nunc de earundem origine, religione, numero, patria, moribuſque dicenda viderentur; ſed ne ab inſtituto longius digredi videar, hęc omnia ſilentio obuoluam, plura qui de ijs videre cupiat, legat, quę Clemens Alexandr. in ſuis Strommatibus, Auguſtin. lib. de Ciuit. Dei, Euſebius Cęſarienſ. de pręparatione & demonſtratione Euãgelica, Iuſtin. in adhortatione ad Gentes, & Lactant. Firmianus prodidere, quorum

Sybillarũ Oracula.

Digitized by Google

Sybillæ quæ tandem fuerint.

cuorum plura accuratè collegit Xiſtus Senenſ. lib. 2. Biblioth. verbo, Sybillæ. Illud tamen hoc loco non omittam, à S. Ambroſio. in comm. in primam ad Corinth. opinatū fuiſſe, quaſdam malo, improboque ſpiritu actas, & κατόχους agitatas, quod certè de quibuſdam pſeudoSybillis dici poſſet, quales Rhodia, Sardica, Sicula, & reliquæ eiuſmodi cenſentur, quarum carmina velut adulterina, & ſuppoſititia Auguſtus Cęſar combuſsit, prout auctor eſt Cornelius Tacitus in eundem. At verò Sybillis veris, quales illæ decem cenſentur, Cumęa, Cumana, Perſica, Helleſpontica, Libica, Samia, Delphica, Tiburtina, Phrigia, Erithræa, fidem eſſe preſtandam, grauiſsimi Patres cenſuerunt: nam Clemens Alexandrinus, 6. Strommatum, refert quoddam Pauli Apoſtoli dictum tale, *Libros Græcos ſumite, Sybillas agnoſcite, quomodo vnum Deum ſignificent, & ea quæ futura ſunt, & inuenietis in eis filium Dei clarius, & apertius ſcriptum.* Imò verò addit Alphonſus Toſtatus, quęſt. 5. in cap. 18. Deuter. explicans illud, *Prophetam ſuſcitabo de Gentibus,* &c. Sybillas ſuſcitatas, & inter has Erithręam, *huius enim*, inquit, *multa dicta canonizauit Eccleſia*. Hoc autem, etſi non affirmo, tamen negari nulla ratione poteſt, quin Sybillarum Oracula, auctoritatis aliquid habeant, cum adeò clarè Chriſti Domini myſteria preuiderint & preuiſa prędixerint.

Pſeudo-Sybillæ.

Sybillini libri combuſti à Cæſare Auguſto.

Apoſtolus Sybillas commendat.

Erithræa inter Sybillas inſignis.

Spinea corona Chriſto ſemel impoſita, an vnquam detracta fuerit.

18. *Cæterùm etiam atrox* IESV *dolor,* &c. Acuta valdè, & pia eſt Origenis conſideratio, quod ſpinea corona ſemel impoſita nunquam amplius detracta fuerit. At verò non ita vera, nec certa, imò falſa videtur. Clarę enim extant B. Virginis ad B. Brigittam reuelationes, quod Chriſto iam in Crucem agendo, milites ſpineam coronam detraxerint, eique in Crucem acto, rurſus coronam arctè impreſſerint; ita enim lib. 1. reuelationum cap. 10. dicit: *Quo facto*, id eſt Chriſto in Crucem ſuffixo, *aptauerunt coronam de ſpinis capiti eius, quæ tam vehementer reuerendum caput filij mei pupugit, vt ſanguine fluente replerentur oculi eius*. Et lib. 4. cap. 70. ſic ait: *Et tunc* ſcilicet poſtquam in crucem eum affixerant, *corona ſpinea capiti eius arctiſsimè fuit impoſita*. Et lib. 7. cap. 15. clarius id ſibi reuelatum deſcribit B. Brigitta dicens: *Quo facto, coronam de ſpinis, quam depoſuerant de capite eius, cum crucifigeretur iterum imponuerunt, & aptauerunt capiti ſuo ſacratiſsimo*, &c. Cauſam autem cur Chriſto crucifigēdo coronam detraxerint, eam fuiſſe quidam religioſi, ac pij contemplantur, quod tunicam inconſutilem detrahere non poterant niſi corona detracta; quam ego cauſam vt ferè communi piorum ſententię conſonam, licet Franciſcus Suarez, diſput. 35. in 3. partem ſect. 3. non admodum arrideat, probandam cenſeo. Quamuis autem hęc ita ſeſe habuerint, non tamen culpandam cenſeo acutam Origenis contemplationem, quam Antonius Giſlandus quęſtione 595. in Domin. Palmarum maximè comprobat, & eam etiam aſſerere videtur Tertull. lib. contra Iudęos, cap. 3. proxin è enim ad veritatem acceſsit, dum ipſe prę cęteris diuturnum coronę cruciatum expreſsit; aut etiam, quia non omnino diceretur detracta corona, quę ſtatim maiore cum dolore fuerat imprimenda, non enim dimiſſum dicitur, quod mox erat aſſumendum, l. diuortium. ff. de diuortijs. Imò verò hoc ipſo quod detractam coronam legimus, & mox impreſſam, acerbiorem cruciatum agnoſcimus, cum vulnera vulneribus ſuperaddita cognoſcamus, faciliuſque Patrum dicta explicamus, quo modo mille puncturis, vel ſpinarum denſitate caput affixerit.

Spineam coronam verius eſt Chriſto fuiſſe detractam.

Spinea corona Chriſto denuo impoſita.

Optima legis explicatio.

Quod ſi quis quęrat, cur Chriſto crucifigendo coccineam chlamidem detraxerunt, coronam non detraxerunt? Reſpondebit Euſebius Emiſſenus in cap. 26. Matth. dicens: *Non conueniebat*

Chriſtus ad mortē properans, Regia ornamenta deponit.

uenicbat, vt cum Regio apparatu crucifigeretur, ſed vt humilis appareret in habitu, qui ſe ipſum humiliauerat maieſtate.

Chriſtus ad mortē properans Regia ornamenta deponit.

19 *Cum per arundinem in caput introrſum,* &c. Cornelius Ianſenius in cap. 141. ſuæ concordiæ, de Chriſti coronatione loquens, dicit: *Non ſimpliciter coronam capiti impoſuerunt, ſed vt erant omni carentes miſericordia, ac planè inſana quadam petulantia, licenter efferati, ita veriſimile eſt, eos coronam illam fortiter capiti impreſſiſſe. Vnde notant quidam dictum à Marco, & Ioãne, quod impoſuerunt capiti coronam, quaſi ſignificare voluerint capiti intimè affixam.* Hæc ille. D. Bernardus tract. de Paſſione cap. 39. *Corona ſpinea non leuiter impreſſa, ſed ſimilè impreſſa capiti dulciſſimo dulcis* IESV: *ſatis enim conſenſit veritati, vt qui oderant veritatem, non ſolum opprobrium illius requirerent, ſed etiam ſupplicij.*

Militum crudelitas dum Chriſtum coronant.

Corona acriter impoſita.

At verò quod arũdine coronam Chriſto altius impreſſerint, in Euangelio ita expreſsè non legimus. Licet enim apud Matth. cap. 27 apud Marcum cap. 15. Negamus, *quod arundine caput eius percutiebant,* non tamen id legimus, quod coronam capiti arundine impreſſerint. Verum ſi quis paulo attentius ea recolat, quæ apud Matth. & Marcum vbi ſupra leguntur, facile idipſum colliget; primò enim deſcribunt Chriſto impoſitam eſſe coronam, deinde addentes, *& arundine percutiebant caput eius,* neceſſariò colligitur, & arundine ſpineam coronam altius illi impreſſam. Idipſum & Patres teſtati ſunt, Athanaſ. ſerm. de Paſsione, Hieronymus in cap. 27. Matth. & in Ezechiel. 29. Cyrillus Alexand. lib. 2. dialog. Bernard. ſerm. de Paſsione Domini, *Sceptrum,* inquit, *in manu geſtat, ſed eo ipſo caput venerendum feritur.*

Coronam capiti arundine altius imprimunt.

20. *Summum illi cruciatum inuexit,* &c Quanta fuerit doloris Chriſti acerbitas ex eo, quod ſpinea corona redimitus tempora fuerit, etſi quis agnita ſpinarum acie facilè cognoſcere poſſet, libet tamen hic quædam ex SS. Patribus dicta ſubijcere, vt eò magis in nobis pietatis, ac compaſsionis ardor accreſcat. B. Laurentius Iuſtinianus, lib. de Triumphali agone cap. 14. dicit: *Hic paulumper anima mea conſiderationis tua greſſus fige, & Redemptoris tui intolerabilem dolorem attende, capitis delicati ſenſibilitatem conſidera, ſpinarum punctiones cerebrum perforantis mirare, ſicque ſanguinem decurrentem lachrymarum inundatione abſterge. Debuit planè mori tanto dolore transfixus, ſe tamen reſeruauit ad vitam, vt ijs grauiora perferret, tanquam Gigas fortiſſimus imperterritus ſtetit, & coronationis pœnam immutata mente ſuſtinuit.* Et ſerm. de Paſsione Domini, rurſus ait: *Planè tolerabilior mihi eſſet mors, quam te intueri coronatum ſpinis.* D. Bernardus ſermone de Paſsione Domini, *Ipſa corona cruciatus eſt illi, & mille puncturis ſpecioſum eius caput diuulnerat.* Ioan. Lanſpergius Theor. 19. *Meditare,* inquit, *quam pœnoſa, quantoque cruciatu plena fuerit hac coronatio. Erat enim corona ex ſpinis longis, & acutis, & penetratiuis ita plexa, vt ex omni parte caput ambiens, & pungens, vulneraret, nec minus vertex quam tempora ſpinis tegerentur.* Beatiſsima Virgo ſpineã Chriſti coronam contemplans, lanceã cor ſuum tranſuerberari ſentiebat. Ita enim ipſa B. Brigittæ reuelauit lib. 1. cap. 27. dicens: *Tertia lancea mihi erat ſpinea corona, qua ſic immaniter pupugit caput eius ſanctiſſimum, vt ſanguis diflueret in ore eius,* &c. S. Vincentius ſermone de Paſsione, *Si nos vnius tantum ſpinæ punctione ita cruciamur, quid faceret Chriſtus cum eius caput tot ſpinarum punctionibus laceraretur.*

Acerbitas dolorum Chriſti ex ſpinea corona.

Pia cohortatio.

Chriſtus Giganti comparatus.

Corona totum caput vulneribus cruciat.

Corona in lãceam conuerſa, qualiter B. V. cor transfigit.

21. *Hoc autem loco pius lector,* &c. *Filiæ Hieruſalem venite, & videte Regem Salomonem in ſinu matris ſpineo diademate coronatum, que coronauit eum impia eius Mater Sinagoga, in die perſecutionis, & nequitia. Venite, atque lachrymabilem caſum intuemini.* Regiam Virginem doloribus plenam, lachrymis profuſam, filium è cruce depoſitum vlnis ſuis excipientem, ſpinoſũmque filij caput ſuo ſinu complectentem, ſpineamque coronam è filij capite proprijs manibus reuellentem.

Inuitatio.

Barco-

Digitized by Google

Parce pias celerare manus ſanctiſsima Virgo,
Namque fluit diro, conuulſo cuſpide, ſanguis.

B V coronam è Chriſti capite proprijs manibus extrahit.

Spineum diadema ita capiti impreſſum, ac carne infixum ſuis manibus extrahit, vt punctionibus B. V. manus lacererentur, nec fortè vt piè credi poteſt niſi cum ſanguine è ſuis digitis fluente, ſpineum ſertum è Chriſti capite extrahit, fluit è Chriſti capite ſpineo diademate extracto ſanguis, fluit è manibus Virginis diadema extrahentis ſanguis, miſcetur filij ſanguini, Virginis ſanguis, eodem diademate ſpineo extractus, & vaticinium illud impletur, *Sanguis ſanguinem tetigit*, dum matris ſanguis filij ſanguinem tetigit.

Cur dolore tunc afficitur.

Quis non ad lachrymas moueatur, cum Matrem Regium diadema filio extrahentem contemplatur, nam Mater ea lenitate, atque agilitate coronam extrahere conabatur, vt nouas filio plagas, vel excoriationes ſpina reuulſa non inferret, infixos carni aculeos ita conuellere, vt inflictas plagas non dilataret, ſpinarumque punctiones maiores non efficeret, & ſine ſanguine ſpinas retraheret.

Quomodo id cõprobetur.

Verum obijciet quis, non videri hoc ita certum, quod B. V. ſpineam coronam è Chriſti capite extraxerit, ſed tamen ſi ea diligenter attendantur, quæ aliàs à nobis explicata, & confirmata ſunt, quomodo & à quibus Chriſtus è Cruce depoſitus ſit, facile vnuſquiſque intelliget, vix aliud nobis perſuaderi poſſe, quam quod B. Virgin. ſpineam coronam proprijs manibus è Chriſti capite extraxerit; cum enim (vt ſupra oſtenſum eſt) Chriſtus ſpinea corona caput redimitus in crucem ſit actus, ſemperque dum in cruce pependit coronam retinuerit, nihil aliud ad rei quam molimur confirmationem deficere videbitur, quam vt explicemus quomodo & à quibus Chriſtus ſit è cruce depoſitus.

Optima argumentatio & ſenſata.

Modum autem hunc B. V. apud S. Brigittam lib. 2. cap. 21. exactè, & minutatim deſcribit, dicens duos tantum fuiſſe, qui Chriſtum è cruce depoſuerunt, quos communiter alij Ioſephum, & Nicodemum; alij Ioſephum, & Ioannem putant, quibus ſuperuenerit Nicodemus, dum Chriſtus iam eſſet è cruce depoſitus.

Quinam, & quot Chriſtum è cruce depoſuerunt

Hi autem duo tres ſcalas applicuerunt, vnam quæ ad Chriſti pedes attingeret, alteram quæ Chriſti ventrem, tertiam longiorem, quæ ad manus protenderetur. Alter autem ſcalam conſcendit, quæ ad Chriſti manus protendebatur, clauoſque excuſsit; interim alter, qui ſcalam, quæ ad Chriſti ventrem attollebatur, ſupergreſſus, Chriſti corpus ne prolaberetur ſuis humeris, vt, vt melius poterat ſuſtentabat; tum ille idem, qui clauos è manibus excuſſerat ſcalam, quæ ad Chriſti pedes elongabatur, ſcandens pedum clauos excuſsit, & ſimul pedes manu prendens, atque prout poterat ſuſtentans, adiuuabat, donec ille, qui humeris ſuis Chriſti corpus ſuſtentabat, gradatim de ſcala deſcendens, illud ad terram deportaret.

Quomodo Chriſtus è cruce depoſitus.

Interim B. V. ſacrum Chriſti corpus tangendi deſiderio flagrans, ad crucis pedes manibus in altum ſublatis ſtabat. Vt autem Chriſti corpus tangere potuit, tunc ſe ipſam oneri ſuppoſuit, & cum vterque è ſcalis deſcendiſſet, alter ſub aſcellis Chriſti corpus ſuſcepit, alius pedes ſuſtentabat: at B. V. tunc Chriſti corpus in medio apprehendit, atque ita pientiſsimi hi tres portitores, Chriſti corpus ad quandam petram à crucis loco pedibus duobus ſupra triginta diſtantem, ſupra quam prius ſacerrima Virgo Sindonem à Ioſeph acceptam extenderat; quo cum perueniſſet cœleſtis Virago, Chriſti corpus in ſinum ſuſcepit, vulnera explorauit, lachrymis rigauit, ſanguinem è vulneribus exterſit, os, oculoſque Chriſti clauſit, vt ipſa apud B. Brigittam lib. 1. cap. 10. & lib. 2. cap. 21. & lib. 4. cap. 70. teſtatur. Tunc etiam ſpineam coronam è Chriſti capite detraxiſſe pie creditur.

Tres Chriſti portitores.

B. V Chriſtum in ſinum excipit, & coronam extrahit.

22. *Iure cum Iſaia exclamare valebat,* &c. Inter præclara ea chariſmatum munia, quibus ſacratiſsima Deipara cœlitus illuſtrata eſt, valdè inſigne in ea fuit cœleſtis ſapientię donum: cum enim plena eſſet gratia, & Spiritu ſancto, cœleſtia etiam Spiritus ſancti dona in ſublimi quodam gradu à Deo obtinuit: in ipſa enim requieuit Spiritus ſapientiæ, & ſcientiæ, Spiritus conſilij, & intellectus. Ideò magiſtra fidei fuit, rutilantemque magiſterij coronam in cœlo promeruit. Sublimem hanc cœleſtis ſapientiæ eminentiam ipſa oſtendit, cum S. Eliſabeth inuiſens, ſublime illud canticum tot, tantiſque myſterijs refertum cecinit, *Magnificat anima mea Dominum.* Quid ergo mirum, ſi Prophetarum oracula, figurarumque ænigmata recolens, in ijs figuratam Domini figuram intelligeret? dicens cum Eſaia, *En coronam tribulationis,* & cum Ezechiele cap. 28. *En ſpinam doloris,* cum Salomone, *En lilium inter ſpinas,* cum Moyſe, *En ignem in rubo,* cum Canticis, *En roſam Hierico inter ſpinas,* cum Abraham, *En Arietem inter ſpinas hærentem cornibus,* cum Adamo, *En terram Virgineam ſpinis, tribuliſque obſitam,* cum Salomone Prouerb. 6. *En ſpinam natam in manu temulenti populi; ideò filium meum tribulationis corona circumdedit.*

Maria ſapientiſſima.

Præclarum Mariæ Canticum.

B. V. figuratas coronationis mente agitat.

23. *Ex hiſce pius ipſe lector meditando,* &c. Quis Megarenſem pugnam miretur, qua oſculis præmium decernebatur, *nam ineunte verè puerorum oſculis certamen indicebatur, qui amicum ſuauius oſculatus fuiſſet, corollis onuſtus abibat.* Cœlius Rhodiginus lib. 15. lectionum antiquarum cap. 9. Verùm ſi oſcula amoris indicia fuerunt, vbi amor ardentior, quam inter Chriſtum, & Mariam. Quæ igitur amoris oſcula MARIA IESV ingeminabat? Veteribus oſculum frontis religio fuit, ſed Virginis oſculum longè religioſius. Quid ſi oſculum oris indictum fuit, an experiretur quis, an os temetum redoleret, ſic enim antiquitus vinum dictũ fuit, inde temulentia Plin. lib. 14. cap. 13. Hic oſculo benè potuiſſet B.V. Chriſti os exangue oſculari, cui propinatum erat myrratum vinum, ſed tamen cum guſtaſſet bibere noluit.

Megarenſis pugna.

Qui delicatius amicum oſculatur, corollis onuſtus abit.

Oſcula cur fronti infigerentur.

B.V. oſcula qualia.

24. *Sibi cor vndique perforatum ſentientem,* &c. Cum B. V. grauiſsimos dolores B. Brigittæ indicaret, quos in filij paſsione ſuſtinuit lib. 1. cap. 27. *Cor,* inquit, *meum in filij mei morte quinque lanceis tranſfigebatur,* & cum primã, ac ſecundam lanceam declaraſſet, *Tertia lancea mihi,* inquit, *erat ſpinea corona, quæ ſic immaniter pupugit caput eius ſanctiſsimum, vt vndique ſanguis deflueret in os eius, & in barbam, & in aures.* Quid porrò erat hæc lancea, niſi gladius ille, de quo Simeon ille iuſtus prophetauerat dicens: *Tuam ipſius animam gladius pertranſibit.*

Lãcea cor B. V. trãſfigens.

Gladius Simeonis.

ALPHON.

ALPHONSI PALEOTI
ARCHIEPISCOPI II. BONONIENSIS.

SACRAE SINDONIS EXPLICATIO.

Coronam ſpineam non modo Domini caput circumcinxiſſe, ſed totum ad verticem vſque cooperuiſſe. Caput Decimumtertium.

Inſpiciatur exemplar vbi G. nota deſcripta.

MIRANTI, 1. Domini caput in ſacra Sindone impreſſum, aptiſſimè conſtat, ſpinarum aculeos, non ſolum illud circumcirca præcinxiſſe, ſed etiam ad verticem vſque hinc inde conſcendere: quod ſanè manifeſtè demonſtrat, coronam varijs compactam circulis fuiſſe, qui totum caput occupabant In quo affirmando Patres conſentiunt omnes, ſed D. præſertim Bernardus ita ſcribit: *Sed ipſa etiam eius corona cruciatus eſt illi, & mille puncturis ſpecioſum eius caput diuulnerat.* Et D. Vincentius non modo talem coronæ forman innuit, ſed etiam manifeſtè hanc ipſam deſcripſit, *Et capiti eius*, inquit, *impoſuerunt coronam, quæ eum in capite in ſeptuaginta duobus locis crudeliter vulnerauit, nam erat ad modum pilei.*

S rmone de P. ſſio. Dom.

Serm. in die Paraſceues.

Coronam Chriſti caput ſeptuaginta duobus in locis vulneraſſe, & in modũ pilei complicatam fuiſſe.

2. Sic de illa vaticinatus eſt Ezechiel, *Corona*, inquit, *tua circumligata ſit tibi.*

3. Iob etiam hanc eandem prænuncians, *Tenuit*, inquit, *ceruicem meam. & confregit me.*

Eze. c. 24.
Iob c. 16.

Vaticinia de Seruatoris corona caput illius vndique operiente.

4. Sed apertè colligimus coronam totum Domini caput operuiſſe,

Digitized by Google

ruiſſe, ex verbis D. Anſelmi, *Mille puncturis*, ait: *verticem eius preſioſiſſimum vulnerarunt.* Apertius idem B. Brigitta in ſuis reuelationibus hoc idem comprobat, *Index vertex*, inquit, *meus, & caput totum puncturis ſpinarum lacerabantur.* Itidem alibi, *Cumque caput*, inquit, *meum vndique eſſet corona cruentatum, & vndique ſanguis flueret*, &c. Sed præter citata teſtimonia aliorum quoque auctoritas accedit, qui ipſammet coronam in Gallia conſpexerunt; & narrant eandem ex multis complicatam circulis, qui figuram cuiuſdam quaſi galeæ referunt. Caput autem Domini ſi in forma per ſacram Sindonem repræſentata conſpiciatur; ita ab eiuſmodi coronæ aculeis perforatum exiſtens, Agni Paſchalis figuram ad amuſſim adimpleuit; cuius caput deuorandum, Deus ipſe iuſſerat.

D. Anſel. ſpec. Euã. ſerm. 11. c. 12. — *B Brigitta reuel. Chriſtian. c. 51. Reuel lib. 1. c. 11.* — Chriſti caput vulneratum figuris etiam præ nunciatũ. — *Exod. cap. 12.*

5. Ad hunc autem Regem ita coronatum, ſpectandum, Sponſa in Canticis inuitabat, dum caneret: *Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum Mater ſua.* Quem ſanè locum, D. Bernardus ita explicat, vt per Salomonem, Chriſtum interpretetur, ſpinis coronatum. D. etiam Iſidorus illud, *Mater ſua*, perpendens, *In corona*, inquit, *qua coronauit eum Mater ſua, id eſt coronam ſpineam capiti eius impoſuit Synagoga.* 6. Nec Chriſto tot doloribus conflictato, ſatis exſtitit, ſpinis vndique perforatum caput habere, partes illas, adeò ſentiendi vigore præditas laniantibus; quod etiam deriſus, & ab inſolenti illa miniſtrorum turba ludibrijs malè habitus fuit: nam arundine in manibus ipſius poſita, & purpureo veſtimento indutum ad maiorem ignominiæ notam, veluti falſum Regem ſalutabant; & facie velatum deridebant, inter illudendum addentes, *Propheiiza, quis te percuſſit?* quo ſanè facto, Ezechielis vaticinium comprobarunt illud, *faciem tuam velabis, & non videbis terram, quia portentum dedit te domui Iſrael.* Huius autem figuram Sampſon prætulit. Dauid item; ille quidem, dum ab Philiſtæis irrideretur; hic verò dum Semei in ipſum inſultaret.

Cant c. 3. — *Serm. 5. in feſto omnium Sanctorũ.* — *De Paſſ. Dom cap. 21.* — Chriſtus tanquam falſus Rex deluſus. — *Ezech. c. 12.* — *Iud. c. 16.* — *Reg. 2. c. 16.*

Has autem Seruatoris irriſiones Ieremias multo ante prædixerat, *Factus ſum illis*, inquit, *in parabolam, & deriſum.*

Seruatoris irriſio figuris indicata, & vaticinijs prænunciata. — *Ierem. c. 24.*

7. Cæterùm in tribus Regum inſignibus Chriſtum fuiſſe deluſum, Hugo Cardinalis obſeruat, *Illuſerunt*, ait: IESVM *in corona, in purpura, & in ſceptro.* Cuiuſce rei D. Hieronymus hanc rationem affert. In Chlamyde, inquit, coccinea opera gentium cruenta ſuſtentat. In corona ſpinea maledictum ſoluit antiquum. In calamo venenata occidit animalia. Hoc addit etiam inferius, Siccum calamum tenebat in manu, vt ſacrilegium ſcriberet Iudæorum. Ad hoc D. Hilarius hæc pulcherrimè obſeruata ſuperaddit,

In Ioann. — *In Matth.* — *In Matth c. 33.*

Caſo Domino, chlamis imponitur coccinea, & veſtis purpurea, & arundo dextera; & genu poſito adoratur. Quod quidem ipſum Regem patefacit,

Digitized by Google

facit, quanquam fictum, ſi impiorum Iudæorum, & crudelium lictorum conſilium attendatur: hanc enim ob cauſam, ipſum non purpurea, ſed coccinea veſte, à purpureo non longè diſtanti colore, ſed tamen viliore, quod Bayſius animaduertit, induerunt. Atqui re vera, ipſe tanquam cunctorum Rex Martyrum corona præcinctus eſt. Hoc autem loco, qui Virginis Beatiſſimæ puriſſimo deflagrat amore, facilè cum animo reputare poterit quonam pacto, ſemet interius compellari ſentiret, vt ſuum natum, verum Salomonem, diademate coronatum, intueretur; 9. atque ad crudele ſpectabulum egreſſa cum eſſet, quibuſnam oculis ſpinarum orbes, qui ſummum ad vſque verticem pertinebant, inſpectaret. Vnde cum lachrymis cum Iob exclamare valebat, Tenuit ceruicem meam, & confregit. 10. Inde caput exoſculatam quibuſcunque ſanguine manantibus, vt exoptaſſet, ſibi tot ab oculis defluere lachrymas, largam veluti per venam ſtillantes, quibus plagas omnes illas, cruore deterſo, purgare quiuiſſet. 11. Ita pius quicunque lector, inter adſpiciendum ſacram Sindonem, miſerentis affectu, ſuas cum Virginis luctu, magno ſanè ſui ipſius cum merito, lachrymas conſociare poterit.

De re veſtiaria.

Conuerſio ad B. V.

FRA-

Digitized by Google

FRATRIS DANIELIS MALLONII DE SPINEA CORONA ELVCIDATIONES.

IN CAPVT TERTIVMDECIMVM.

Veritatis cognoſcẽdæ via nobis congenita.

MIRANTI *Domini caput.* &c. 1. Innatam nobis, congenitamque à natura indagãda veritatis viam proſequitur Antiſtes noſter. *Ea ſiquidem nobis innata eſt via, vt à notioribus nobis pergamus ad ea quæ ſunt notiora naturæ.* 1. Phyſ. tex. 3. *Cauſæ autẽ ſecundum naturam notiores, effectus verò quo ad nos.* idem ibid. Corona igitur ſpinea cauſa fuit vulnerum, vulneraque effectus. Et quoniam Chriſti Domini coronam contueri non poſſumus; ideò eius effectus in Chriſti capite dirè lacerato, ſi caput ipſum videre liceret, conſpiceremus. At quoniam Chriſti caput dum hac vita fruimur conſpicere nequimus, ideò eius imaginem, in qua tãquam in ſpeculo capitis Chriſti forma conſpicitur obſeruamus, eamque dum attentius inſpicimus ſpinarum iacula totum vndique caput exulcerãtia, ſanguinemque copioſè emungentia, deprehendimus. At verò, infirmam hanc argumentandi rationem dicet quis: etſi enim in Chriſti capite vulnera, tunſiones, vlcera, ſanguiniſque vberrimam copiam contemplamur; non perinde tamen colligi poſſe inficiabitur ea abs acuta ſpinarum cuſpide, atque adeò a ſpinea corona eſſe inflicta; ſed aut à crebris capitis tunſionibus per colaphos, arundinis tunſionem, ac lapidum ictus, & alias eiuſmodi ſacrilegas percuſsiones inflicta contendet.

Ariſtotel.

Quid nobis notius.

Caput Chriſti ſpinarum punctionibus lacerum.

Quam efficaciter deprehendatur, quod ſpinea corona totum caput ambiret.

Verum ſi quis ſapientis Antiſtitis mẽtem, inſtitutumque rimetur, is profectò deprehendet, eum non ex eo ſolũ quod Chriſti caput vndique vulneribus ſaucium appareat intuliſſe; ergo ſpinea corona totum caput obtegebat; ſed apertis Patrum auctoritatibus adhibitis, potuit hoc firmiter inferre. Age igitur, idipſum nos etiam clarius comprobemus. In primis autem apertum proferatur S. Vincentij teſtimonium, ſerm. vnico diei Paraſceues, vbi ſic ait: *Capiti eius ſpineam coronam impoſuerunt, quæ eum in capite in ſeptuaginta duobus locis crudeliter vulnerauit: nam erat ad modum pilei, ita quod caput vndique tegeret, & tangeret.* Ad cuius auctoritatis confirmationem, hoc ego veluti oculatus teſtis addere volui, quod ego ſacroſanctæ Sindonis exemplar accuratè contemplans, in Chriſti Domini capite duas ſupra ſeptuaginta ſanguinis guttas ſatis magnas enumeraui, quas à ſpinea corona extractas aperta coniectura demonſtrat. At Ioannes Gretſerus lib. 1. de Cruce, cap. 12. *Quot*, inquit, *ſpinas corona ſpinea habuerit incertum eſt, licet alij dicant ſeptuaginta duas fuiſſe, alij plures, alij pauciores.* Ego verò licet nullum viderim, qui ſpinarum numerum retulerit, alios tamen vidi, qui punctionum numerum aſsignarunt. Bernardus ſermo. de Paſsione Domini, & Chryſoſt. *Mille punctures Chriſti caput conuulnerarunt.* Ioannes Eckius ſermo. de Paſsione Chriſti art. 4. Conſid. 5. dicit: *Nec putes coronam hanc inſtar ſerti paruulam fuiſſe, lata,*

Corona ſpinea quot punctiones Chriſti capiti intulit.

Quot ſpinas corona habuerit incertum.

Corona ſpinea e-rat ad mo-dum pilei.

lata, & ampla extitit inſtar pilei, ita vt totum penè caput vndique ambiendo contegeret. Philippus Diez 2. p. ſui quadrageſimalis, ſerm. de Paſsione, coronam ſpineam vocat *galerum filij Dei*, quam in Thiara ſummi Pontificis dicit fuiſſe figuratam. Ioan. Lanſpergius homil. 33. de Paſsione dicit: *Quantum autem dolorem Chriſto intulit corona ſpinea complexu ſuo, non ſolum circulari, ſed etiam rotundo, quæ totum caput in modum pilei ambiebat.* Et clarius Theor. 9. dicit: *Meditare quam pœnoſa, quantumque cruciatu plena fuerit hæc coronatio: erat enim corona ex ſpinis longis, & acutis, & penetratiuis, & ita plexa, vt ex omni parte caput ambiens, & pungens, vulneraret; nec minus vertex quam tempora ſpinis tegerentur.* Et lib. 3. Elucidationis ſubdit: *Indè coronam fortaſſe non circularem, ſed vt quibuſdam placet, quæ totum ambiret caput plectentes ad modum pilei,* IESV *caput eadem corona operiunt.* His addantur teſtimonia ex reuelationibus à Chriſto Domino B. Brigittæ factis, quæ ex auctore relata ſunt. Hoc ipſum confirmant figuræ huius coronæ, ea enim figurata fuit in Thiara ſummi Sacerdotis, quæ totum caput obtegebat, vt optimè docet Philippus Diez ſermone 3. de Paſsione; in ariete, cuius totum caput ſpinis obſitum erat, vt infra oſtendetur.

Corona ſpinea quantum doloris Chriſto attulit.

Vertex Chriſti ſpinis laceratus

2. *Sic de illa vaticinatus eſt Ezechiel,* &c. Duo hic loca afferuntur, quibus coronationis myſterium prædictum antiquitus videtur. Alter quidem Ezechièlis; alter verò Iob, vterque autem cõtrouerſus videtur. Locum quidem Ezechiel s alij de Synagoga, alij de Hieroſolymitano populo, cuius excidium eo loci prædici videtur, ſenſuſque videtur eſſe, quod licet calamitas maxima vniuerſum populum ſupergreſſura ſit, tanta tamen vniuſcuiuſque afflictio ſit futura, vt proximorum malum aduertens nil doleat, eo quod cuiuſque propria calamitas, ita vnumquemq; vexatura ſit, vt alienam non defleat miſeriam, qui ſuam acerbiorem agnoſcit. Aut quod licet in maxima quiſque calamitate futurus ſit, ea tamen erit vniuſcuiuſque conditio, vt dolens dolorem ſuum cælare pro viribus ſtudeat; nec coronam, id eſt, Thiaram, deponere audeat, ſed eam ſub mentione ſubligatam geſtet. Alij aliter locum interpretantur. Ergone allata de Chriſti corona explicatio reijcienda erit? abſit: nam in multiplici Patrum explicatione, eam auctor hoc loco ſecutus eſt, quam Hieronym. attulit dicens: *Veniamus ad anagogen: filius Dominus Chriſtus eſt,* &c. Porrò quod ad locum Iob cap. 16. attinet, obſeruo quam aptè cum eo verba Chriſti cohæreant, qui glorioſam Brigittam alloquens lib. 1. reuelat. cap. 59. dicit: *Ego percuſſus fui pugno in dentes, ego tractus fui in crinibus cum digitis eorum:* ita apud Iob dicit: *Tenuit ceruicem meam, & confregit me,* ſed non ſolum digitis, ſed etiam ſpinis ceruicem tenuit.

Ezechielis locus explicatur.

Chriſtus pugno in dentes percuſſus, & crinibus tractus.

3. *Hanc eandem prænuntians,* &c. Hoc autem teſtimonium eò firmius eſſe putandum eſt, quo in Gallia licet non tota, integraque extet ſpinea corona; ea tamen pars, quæ ibi aſſeruatur pilei retinet formam; ita teſtati ſunt Gulielmus etiam Durantes, qui eam ſe vidiſſe fatetur in lib. Rationalis diuin. offic. Non eſſe autem totam coronam in theſauro Regis, non ſolum ex eo conſtare poteſt, quod in pluribus Eccleſijs ſpinæ ſeruantur, vt Romæ, Bononiæ, Rhodi, & alibi; prout ſupra fuſius declarauimus: ſed etiam, quia Aimonius lib. 3. de rebus geſtis Francorum cap. 9. & ex ipſo Cardinalis Baronius in anno Chriſti 561. refert in hæc verba: *Beatiſsimus quoque Germanus Præſul Pariſiacæ vrbis, ad ſancta loca Hieroſolymam pergens, indeque rediens, præfatum principem, id eſt, Iuſtinian. Imp. adijt, à quo, & honorificè eſt ſuſceptus. Cumque enim plurimis vellet decorare muneribus, vir Deo plenus auri, & argenti ſpernens munera, ab eo reliquias tantùmodo ſanctorum*

Coronæ ſpinea in Gallia integra non ſeruatur.

Spinæ coronę Chriſti vbi cõſeruẽtur.

Digitized by Google

Reliquiæ ſanctorum magnū munus.

ctorũ expetijt. Cuius deuotionis præfatus congaudens Princeps, de D. N. Iesv Christi corona ſpinea ſimulq; reliquias Innocentum, vnaque brachium S. Georgij martyris pro magno munere contulit.

4. *Sed apertè colligimus*, &c. Fuit adeò clara, & aperta Chriſti figura ea, quam Deus Exod. 12. ſollemni ritu celebrari præcepit, cum immolandi agni anniculi cæremonias præſcriberet; vt in eo agno Chriſtum præfiguratum omnes planè Patres communi conſenſu agnoſcant, ita Origen. homil. 24 in lib. Num. Hieronymus in cap. 16. Eſaiæ, Gregor. in cap. 7. primi lib. Reg. Beda in cap. 12. Exodi. Eſychius in Leuit. cap. 14. & 23. Cyril. Alexandrin. tum in lib. contra Iulian. tum in caput primum Ioan. ſuper illud, *Ecce agnus Dei*, Auguſtinus tract. 7. in Ioan. Rupertus ibid. & in cap. 12. Exodi. Chryſoſtom. homil. 37. in Matth. Clemens Alexandrinus 1. Pędagogi cap. 5. Epiph. hæreſi 8. Atque huius explicationis anteſignanus fuit Ioan. Euangeliſta, qui dicit, Chriſto crura non fuiſſe confracta, vt adimpleretur illud: *Os non comminuetis ex eo.* In Exodi cap. 12. dicitur: *Caput cum pedibus, & inteſtinis vorabitis.* Chriſti pedes clauis, inteſtina flagellis, caput ſpinea corona, totque alapis, colaphis, ac tunſionibus voratum eſt; vt à planta pedis, vſque ad verticem, nulla eſſet in eo ſanitas. Verùm paulo aſperior videtur explicatio, ſi ideò voratum Chriſti caput dicamus, quia corona punctum, totque tunſionibus laceratum fuit. Verùm ſi ea recolantur, quæ de Chriſto patiente prædicta fuerant, plana, & explorata deprehenditur eſſe interpretatio Pſalm. 21. *Circumdederunt me vituli multi, & tauri pingues obſederunt me, aperuerunt ſuper me os ſuum ſicut leo rapiens, & rugiens.* Et clarius infra, *Circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obſedit me.* Ideò infra in cap. 18. oſtenſum fuit, de Chriſto illud eſſe intelligendum, *Deuorabimus eum.* Non enim ore, aut dentibus, Iudæi Chriſtum vorarunt, ſed lingua, flagellis, ſpinis, clauis, colaphis, & alijs impietatis inſtrumentis, quibus Chriſti corpus ſæuiſsimè dilaniarunt, & quodammodo deuorarunt.

Agnus Chriſti figura.

Chriſti oſſa non comminuta.

Chriſtus in omnibus membris paſſus.

Chriſtus à Iudæis qualiter voratus.

5. *Ad hunc autem regem ita coronatum ſpectandum.* Iacobus Epiſcopus Chriſtopolitanus in Cant. Canticorum, in Cantic. 4. refert, quoddam delirium Iudæorum, qui in eius loci explicatione maximè hallucinati, difficultatem maximam offendebant; ita enim inquit legitur in Midras Syraſsirim, id eſt, in Gloſſa Cant. quod Rabbi Iohannam dicit: Quæſiuimus totam Scripturam, & non inuenimus quod hoc Berſabee fecerit coram filio ſuo Salomone; ideò mirandum eſt, quid ſibi vult dicere: *In Diademate quo coronauit eum mater ſua.* Hæc ille. Non igitur carnali literæ intelligentiæ hærendum eſt, *hæc enim occidit*, ſpiritus conſulendus eſt, *hic enim viuificat*. Salomon igitur Chriſtus eſt. In Salomone enim Patres Chriſtum figuratum agnoſcunt; Origenes homil. 3. in Ioſue, & homil. 7. in Cantica. Auguſtinus Pſalm. 71. & 126. Bernardus in ſermonibus paruis, ſermone 6. Ambroſ. in cap. 3. Lucæ, Hieronymus epiſtola de iudicio Salomonis. Is ergo triplici corona coronatus eſt, vt doctè proſequitur Alexander à Turrecremata lib. 5. de fulgenti radio Hierarchiæ Eccleſię militantis, radio 20. A matre in die conceptionis, corona Regiæ claritatis, cum ex ipſa ortus ſit ex ſtirpe Regia. A nouerca, crudeli ſcilicet Synagoga, corona miſerię. A Patre in die Reſurrectionis, corona gloriæ. Rupertus lib. 3. in cap. 3. Cant. Diadema quo coronauit eum Mater ſua, ſcilicet antiqua Patriarcharum, & Prophetarum Eccleſia, cuius fidei promiſſus eſt, de cuius carne progenitus eſt. Antequam naſceretur fecit ei Mater ſua illa pretioſum diadema, nimirum propheticę veritatis auctoritas,

Iudæorum delirium.

Iudæorũ cæcitas.

Chriſtus in Salomone figuratus.

Chriſtus triplici corona coronatus.

Pater Mater, & nouerca, Chriſtum quibus coronis coronarint.

Gemmæ coronę infixæ quæ. cuius quot ſunt præconia, tot gemmarum, tot pretioſorum lapidum eſt huius Salomonis diadema in die deſponſationis, quo de vtero proceſsit *tanquam ſponſus de thalamo ſuo*, in die lætitiæ cordis eius, quo ſpinea coronatus corona laborem conſumauit, & in die lætitiæ glorificationis. His adde Bernardum ſerm. 5. omnium Sanctorum, & tractatu de Paſsione Domini capite quarto, Gregorius in cap. 3. Cant. Ambroſius lib. de inſtitutione Virginum.

Illuſio grauiſſimum malum. 6. *Nec Christo tot doloribus conflictato*, &c. Inter grauiſsima mala, quæ Chriſtus ſibi imminere ſemper præuidit, ac prædixit, imò & doluit, deriſio ſemper, vt graue malum magnam Chriſto moleſtiam attulit: ideò Matthæi 20. dicit: *Filius hominis tradetur ad illudendum, flagellandum, & crucifigendum*. Marci 10. *Illudent ei, & conſpuent*. Luc. 18. *Illudetur, flagellabitur, & crucifigetur*. Eandem etiam illuſionem à Prophetis, & etiam Ethnicis Vatibus prædici, in multis quoque & figurari voluit: nam quod ad Prophetas attinet, præclara exſtant eorum vaticinia Pſalm. 108. *Opprobrium factus ſum illis, viderunt me, & mouerunt capita ſua*. Abdiæ 1. *Contemptibilis tu es valdè*. Eſaiæ cap. 57. *Deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſsimum virorum; & vidimus eum, & non erat aſpectus; quare reputauimus eum tanquam leproſum, & percuſſum à Deo*. Pſalm. 43. *Poſuerunt me in ſimilitudinem in gentibus, commotionem capitis in populis*. Thren. cap. 2. *Aperuerunt ſuper te os tuum inimici, ſibilauerunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt, Deuorabimus*. Iob 27. *Sibilabit ſuper eum*. Eſ. 50. *Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me*. Et infra, *Caput meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus*. Hunc autem locum Franciſcus Forerius ex Hebræo ſic vertit; *Tergum meum dedi percuſſoribus, & genas meas depilantibus: Faciem meam non auerti ab ignominijs, & ſputo*. Thren. cap. 3. *Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs*. Iob 16. *Exprobrantes percuſſerunt maxillam meam, ſatiati ſunt pœnis meis*. Quod autem attinet ad Vaticinia Ethnicorum, præclara exſtat Sybillæ Erithreæ apud Lactantium Firmianum lib. 4. diuinarum inſtitution. cap. 18. ſententia, *Dabit*, inquit, *in verbera innocens dorſum*. Et infra, *Et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoſcat quod verbum, & vnde venit, vt mortuus loquatur*. Et rurſus, *In manus iniquas, & infidelium veniet, & dabunt Deo alapas manibus inceſtis, & oribus immundis expuent in eum ſaliuas venenoſas*.

Gena Chriſti expilatæ.

Sybilla Erithræa. Illuſio à Sybillis prædicta.

Sampſonis illuſio. Iob illuſio. Quod autem ad figuras attinet, figurata fuit hæc illuſio in Sampſone, cui Philiſtæi illuſerunt. Ita Gregorius homil. 21. in Euangel. Hieronymus in cap. 12. Iob, & in lib. cont. Ioann. Ambroſ. lib. 2. de Spiritu ſancto, Origenes in Matth. 35. Auguſtinus in Pſalm. 80. Fuit & in Iob figurata, cui Reges illudebant, quibus ipſe, *ad increpandum verba componitis*. Gregorius lib. 1. Moral. cap. 13. & 36. & in Prologo lib. 11. Origenes in cap. 2. Iob. Rupertus Abbas, ibid. Hieron. præfatione in Iob. In Ieremia cuius paſſiones, Chriſti paſsionis figuræ fuerunt: ita Origenes homil. 1. in Ieremiam. Hieronymus in cap. 1. Ieremię, atque vt paucis plurima perſtringamus, in omnibus Patriarchis, atque Prophetis Chriſtus figuratus, & prænunciatus eſt, vt alibi oſtendimus.

Chriſtus in vita, in morte, & poſt mortem illuſus. Atque adeò vt illuſionum Chriſti non ſolùm acerbitas, ſed etiam quantitas agnoſcatur, Chriſtus à Iudæis in vita, in morte, ac poſt mortem multiplici illuſionis genere fuit illuſus. In vita quidem, nam in Chriſti contemptum ea exaudiebantur, *Nonne hic eſt filius fabri? Et illud, Venit Ioannes non manducans, neque bibens, & dixiſtis, Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dixiſtis. Ecce vorator venit*. Præterea, *In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia*, & illud: *Non eſt hic ho-*

hic homo à Deo, qui Sabbathum non cuſtodit, & rurſus: *Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat Magiſter veſter?* Benè notauit Ludouic. Granatenſis in meditatione pro Mercurij die, quod Chriſtum Iudæi ſeductorem nominarunt, *ſeducit gentes*; necromanticum: *In Beelzebub principe dæmoniorum*, &c. potatorem vini, fautorem malorum, *quia cum Publicanis & peccatoribus manducabat*; diuinæ legis tranſgreſſorem, *Non eſt hic homo à Deo qui Sabbathum non cuſtodit*; Dæmoniacum, *dæmonium habes*; Hæreticum, *Samaritanus es*, Blaſphematorem, *Audiſtis blaſphemiam*; Stultum, *ideò ſpreuit illum Herodes indutum veſte alba*; Pſeudoprophetam, *Prophetiza nobis, quis eſt qui te percuſſit*; Ecce prophetam eum, vt dicitur, de præterito faciunt; Petulantem, ac temerarium, ideò alapa eum percutiens miles dixit: *Sic reſpondes Pontifici?* atque hæc quidem in vita. In morte autem ſubſannabant, dicentes: *Vah qui deſtruis Templum Dei.* Et rurſus: *Alios ſaluos fecit, ſemetipſum non poteſt ſaluum facere.* Et rurſus cum Chriſtus Patrem inclamaſſet, dicens: *Eloi Eloi Lamazabathani*; dixerunt: *Ecce Eliam vocat iſte, ſinite videamus an veniat Elias liberans eum.* Poſt mortem autem ſeductorem appellant, dicentes: *Recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit*, &c. Neque verò ſolum verbis, ſed etiam factis Chriſto illuſerunt, cedentes eum alapis, colaphis, arundine, ligantes funibus, & catenis, conſpuentes, barbam vellentes, vt infra oſtendetur, tandem coronantes ſpinis, coccino veſtientes, arundinem pro ſceptro tradentes, coram populo nudantes. Hanc autem deriſionem Patres maximè exemplificarunt, quod Chriſtus, qui in tota vita ſua honeſtiſsimè ſe geſſit, turpiſſimam illuſionem patiatur in ciuitate regia, coram ijs, quibus cognitus erat, coram quibus virtutis ſuæ Maieſtatem miraculis oſtenderat, quorum ſalutem curauerat, quorum vitia obiurgauerat, imò coram totam Iudæa, pro cuius ſalute arduum prædicationis laborem ſuſceperat, adeò enim excreuit illuſio, vt de ipſo dixerit Dauid in perſona ſua, *Operuit confuſio faciem meam*, & alibi, *Perfudiſti eum confuſione.*

Blaſphemiæ multiplices in Chriſtū.

Chriſtus in morte illuſus.

Chriſtus poſt mortem illuſus.

Illuſionis Chriſti acerbitas, vnde excreſcit.

7. *Cæterùm in tribus Regum inſignibus*, &c. Etſi plurimæ in Rege creando cæremoniæ obſeruari conſueuerunt, atque pro varia Regnorum & prouinciarum, varia etiam ſunt Regum creãdorum inſtituta; qua de re conſulendi ſunt Ioan. Boemus Aubanus, lib. qui inſcribitur, Mores omnium gentium, Iuſtin. hiſtoricus, ac ferè qui de varijs regnorum, ac prouinciarum inſtitutis pertractarunt. Tria tamen omnes inſignia Regia agnoſcunt, Purpuram, Sceptrum, & Coronam, vt doctè Iſidorus Moſconius lib. 2. de Maieſtate militantis Eccleſię, cap. 2. His igitur tanquam præcipuis ſignis Chriſtum illudendum cæca miniſtrorum decreuit improbitas: ideò pro purpura, coccineum adhibent indumentum, pro ſceptro, arundinem, pro aurea corona, ſpineam coronam infigunt. Nos igitur qui de ſpinea corona plurima ſupra pertractauimus, de reliquis, purpurea ſcilicet chlamide, & arundine pertractemus. Et quoniam poſſet quis ijs, quę de tribus hiſce Regijs inſignijs diximus nobis obijcere, chlamidem non fuiſſe Regium indumentum, ſed chlamide milites etiam vti ſolitos, ita enim chlamidatos milites legimus, ac chlamidula circundatos, vt præclarè tradit Cœlius Calcagnin. lib. 3. epiſtolarum, epiſt. 1. qui etiam tradit chlamidem fuiſſe veſtem militarem, quæ alijs veſtibus ſuperinduitur, cuius vſum Numa Pompilius inuenit. Verum huic obiectioni facilè occurrere poſſumus, ſi dicamus, chlamide quidem milites priuatos vti ſolitos, ita tamen, vt etiam Reges, & Imperatores chlamide vterentur. Et quãuis milites chlamide etiam vterentur, purpurea tamen non vtebantur. Purpura

Regum creandorum ritus.

Regis inſignia tria.

In multis Chriſtus deluſus.

Chlamide etiam milites vtebantur, non tamẽ purpurea.

pura enim Regum proprium fuit inſigne. Ideò ex eo quod chlamis erat purpurea, ſiue coccinea, Regium in ea ornatum Patres agnouerunt.

Atque de chlamide coccinea in primis illud maximè mihi veriſimile videtur. quod Ianſenius tradit, non fuiſſe eam nouā veſtem, qua Rex verè vteretur, non enim credibile eſt, veſtē Regis propriam Chriſto vndique ſanguine conſperſo veſtiendo, ita facilè exhiberi potuiſſe fædandam; ſed credibilius eſt, fuiſſe eam chlamidem non verè purpuream, ſed potius coccineam, eamque laceram ac veternoſam, quam ex infimo, (vt aiunt) domus angulo erutam Chriſto illudendo detulerint. Sic ergo facti veritate probabiliter declarata, nunc myſteria requiramus; optimè enim nos monet Gloſſa Ordin. hoc loco, dicens: *Quæcunque in Christum fecerunt, licet alia mente fecerunt, nobis tamen ſacramenta dederunt.*

Chlamis coccinea lacera, & veternoſa.

Quæ in Chriſtum ſunt illata opprobria ea nobis ſacramenta fuerūt.

Huius igitur facti myſteria accuratiſsimè proſequitur Athanaſ. de Paſſione, & Cruce Domini, cuius præclaram ſententiam dignam ſanè, quæ aureis literis deſcribatur, hoc loco ſubijcere ſtatui; ſic enim ait: *Hinc eſt quod Chriſtus arundinem accepit, cum illi à diabolo porrigeretur, ignaro quod contra ſeipſum gladium acueret. Dicitur enim arundo ſerpentibus lethalis eſſe, atque inde potiſsimum interfici. Cum igitur ipſe Dominus Sabaoth fugientem draconem, & magnum illum ſerpentem diabolum perſequi ſtatuiſſet, tamen eius rei cauſa id, quod ei exitiale erat, ab eo accepit, vt ſuis, proprijſque rebus debilitato reddito diabolo, ijs, quæ Chriſti erant, homines fortiores redderentur. Quale quod Dauid in Goliath deſignauit, qui ſumpto aduerſarij gladio, eo ipſo illius caput præcidit. Idem quoque Seruator fecit, ſumens arundinem ab illo, vt nos non ſolum liberaret à verſutia ſerpentis, ſed etiam illum ſerpētem tolleret, & mortuum exhiberet.* Hæc Athanaſ. Et infra Chriſtum dicit ictus arundinis in capite ſuſtinuiſſe, vt doctrinam de porrigenda maxilla ſiniſtra ijs, qui dextram percuſsiſſent, ſuo exēplo oſtenderet nō eſſe impoſsibilem. Et vt omnia ſuſtineret; vt formidini fortitudinem; contumeliæ patientiam; furori manſuetudinem; & omnem virtutem, omni malitiæ opponeret.

Aurea Athanaſij ſententia.

Chriſtus cur arundinis ictus in capite tolerauit.

Conſonat & illud Hieron. *In calamo venenata occidi animalia.* Qui rurſus ait: *Arundineo calamo ſacrilegium ſcripſiſſe Iudæorum.*

Cyrill. autem dialogo 2. dicit, arundinem, quam Chriſtus manibus geſtauit, & qua Iudæi caput eius percuſſerunt, ſignificaſſe ſceptrum inane, ac fragile, ſuper quo incumbebamus omnes, priuſquam crederemus, quod eſt ſceptrum maligni. Et rurſus: *Arundineus baculus eſt ipſe diabolus, inane, ac vacuum ſceptrum cito comminuendum.*

Sceptrum infideliū fragile.

At verò S. Ambroſ. lib. 7. in Luc. c. 23. *Arundo in manu Chriſti ſumus nos, nulla validioris naturæ radice fundati; & ſi leuis aſpirauit proſperis auræ ſucceſſus, vago motu proximos verberamus. Fluuios amant arundines, & nos labentia mundi caduca delectant. Eſt autem homo de ſæculi inanitate ſpecioſus, fructu autem veritatis vacuus; exterior placens, nullus interior; ad omnem ventorum motum ſpirituum immundorum flatu mouendus. Eadem quoque ratione calamus eſt mentis nobilitas, & arundo vēto agitata ſunt, qui in proſperis eleuantur, & in aduerſis deprimuntur; Itaq. nos oportet Chriſti manu teneri, ne omni vēto moueamur.* Ita Greg. 33. mor. c. 4. & hom. 6 in Euāg. Hilar. autem Can. 33. in Matth. *Gentiles*, inquit, *ſunt arundo in manu Chriſti, eius caput percutientes, quia infirmi corpore manu Chriſti comprehenſi, etiam in Deum Patrem, qui caput Chriſti eſt, requieſcunt. Eadem dant ei bibere acetum, quia corporum noſtrorum vitia accepit in ſe.*

Ambroſij præclara ſententia.

Chriſtus cur arundinem manu tenuerit.

Cyrillus vbi ſupra, in calamo in Chriſti manu literam legis vacuam intelligit, niſi Chriſti manu apprehendantur. Origen. in arundine qua Iudæi Chriſto acetum porrexerunt, Scripturas intelligit hæreticorū, qui Chriſto minimè grata offerunt.

Plura

Plura de arundinis ſignificatione qui deſiderat, præter loca citata Patrum, legat Hier. epiſt. ad Algaſiã, & epiſt. ad Principiam, & in Ezechielem. Aug. Pſal. 63. & tract. 119. in Io. Arnobium Pſ. 67. Hilarium ibid. Tertull. lib. contra Iudæos, Baſilium in Regulis breuioribus, reg. 291.

Verum his ſic explicatis, apertæ cuidam obiectioni eſt occurrendum, poſſet enim quis obijcere, dictũ eſt ſupra, quod in tribus inſignijs fuit Chriſtus illuſus, ſcilicet in corona ſpinea, in chlamide coccinea, & ſceptro arundineo; imò verò in pluribus videtur illuſus; nã ſpreuit illum Herodes in veſte alba, alij etiam eum velantes, vt prophetam irridebant. Verum, etſi obiectio hæc primò intuitu grauis videri poteſt, re vera tamen nulla eſt: non enim ſimpliciter dictum eſt, quod in tribus inſignibus ſit illuſus, ſed quod in tribus inſignijs regijs; velamen autem Regium inſigne non erat, longè minus veſtis: ea enim non Regum, ſed apud Romanos, eorum, qui Magiſtratus ambiebant: candida enim veſte amicti vota ambiendo captabant, inde, & ambitus, & ambitio, & candidati dicti fuerunt.

Alba veſtis non erat Regiũ ornamentum.

Candidati qui dicuntur.

Duo ad exactam Chriſti regni ab impijs deluſi explicationem addi poſsũt; alterum, quod non ſolum Imp. Romani Chriſto illuſerunt, ſed eius etiam regnum cõtempſerunt; nam, vt Ægeſippus apud Euſeb Cæſarienſ. lib. 3. c. 14. ait: Domitianus Imp. audiẽs quoſdam eſſe ſuperſtites, qui de domo Dauid Chriſto ſecundum carnem affines erãt, eos perſequi cæpit; ſed cum rudes eos audiſſet, accerſitos interrogat, an ſint ex familia Dauid? Annuunt ipſi. Interrogat rurſum quantis poſſeſsionibus, & facultatibus præditi eſſent? At cum reſpondiſſent quod duo eſſent nepotes eius Iudæ, qui frater Domini ſecundum carnem dicebatur, & quod bonorum eorum ſumma eſſet in totum nouem millium denariorum, eãque ſummam non in pecunia numerata eſſe; ſed eſſe valorum quadraginta minus vno iugerum terræ, quam ipſi proprijs manibus excolebant, in cuius rei ſignum, callis obduratas manus, & laboris tolerantia rigidas, & rugoſas oſtenderunt, Chriſtique regnum nõ temporaneum, ſed ſpirituale in fine mundi futurum. Tunc Domitianus qui primò Chriſti regnum, eiuſque ſucceſſores metuebat, ne ab ipſis regno priuaretur, omni metu depoſito, Chriſti regnum, eiuſque affines ſpreuit, & à ſe dimiſit.

Imp. Domitianus Chriſti regnũ ſpreuit.

Cognati Chriſti.

Cognatorum Chriſti paupertas.

Cognati Chriſti terram ſuis manibus excolebant.

Alterũ verò eſt, quod Antiochiæ D. Petrus Apoſtolorum Princeps ab eius Vrbis Magiſtratibus ludibrio exceptus, vt hominem deſpicabilem indicarẽt, omnique fide exautoratum redderent, & tanquam fatuum indicarent, ei capitis crines in gyrũ abſcindunt. Erat ea ignominia maxima, præcipuè apud Grçcos, qui crines dimiſſos Nazarçorũ more geſtabant: at B. Petrus gaudens ibat, quod pro nomine Ieſu contumeliam paſſus eſſet. Ideò quam ei raſuram ad ludibriũ induxerant, eum perpetuò ad decus, & honorem in ſpineç coronç memoriam, quoad vixit retinuit; hinc clericalis tonſuræ decus, & gloria. Gulielm. Durantes Rationali diuinor. off. lib. 2. c. 1. & S. Germanus in Theorica rerum eccleſiaſticarum.

D. Petro caput raditur.

Clericalis tonſurç origo.

8. *Hoc autem loco*, &c. Auream eam comparationem, qua Spiritus ſanctus per os Salomonis dilectam ſuam inter filias comparabat lilio inter ſpinas, dicens: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias hominum*: dum eam accuratè cõtemplor, ſcio equidem eam grauiſsimis myſterijs, ac ſacramentis eſſe plenam; neque tamen ea exactè prout cuperem perſcrutari queo. Sed tamen, cum in amica ſecundum Anagogen ſacerrimam Virginem intelligamus, in lilio inter ſpinas Chriſti caput ſpinis confitum, quidam nouæ intelligentiæ radius affulget, vt cum lilium inter ſpinas cognoſcamus eſſe Chriſtum, qui lilio propter puritatem cõparatus, tamẽ

Lilium inter ſpinas.

Chriſti caput ſpinis confitum quid ſit.

Digitized by Google

inter ſpinas miſeriarum, tanquam omnium maximè tribulationibus agitatus, horreſcat. Ita etiam amicam inter filias ſciamus eſſe ſacerrimam Virginem, mulierum omnium maximè afflictam, & tribulationibus obſeſſam: ſicut enim Aſſuerum Regem legimus in caput Heſter coronam ſuam impoſuiſſe, ita Chriſtus ſpineam coronam in beatæ Virg. caput impoſuit, cum dolores, quos ipſe viuus ſpinis coronatus tulerat, poſt mortem mœſtiſſimę matri communicauit.

Spineę coronæ dolor B. V. qualiter communicatus.

9. *Atque ad crudele ſpectaculum egreſſa*, &c. O doloroſum verè ſpectaculum, quo nullum acerbius, nullum lachrymabilius excogitari poteſt. Contemplatur B. Laurent. Iuſtinian. B. Matrem interno Spiritu agitatam, vt quid filio ſuo actum eſſet inſpiceret, properantem. E contra, Chriſtum eminus Matrem proſpicientem, atque interna quadam voce dicentem: *Heu, heu, quo properas, quo venis mater ad fontem lachrymarum? ad locum miſeriarum rapeis. Recede mater, abi, propera. Neque enim veniens medelam languori meo ferre poteris; imò dolorem meum augebis; internè cruciabor magis, cum te mater mei amore cruciari videro; cruciatu meo cruciaberis mater, & ego tuo; recede igitur, abi, feſtina.* Mater tamen accedit magis, patienti adſtat, filio compatitur, collachrymatur, affectu commoritur. O quale ſpectaculum viſura fuiſſes anima mea, ſi hinc Filij cruciatus, illinc Matris lachrymas conſpexiſſes!

Chriſti in B. V. pietas.

Dolet Chriſtus quod eius mater cruciatus ſuos aſpiceret.

Pia cordis affectio.

10. *Inde caput*, &c. In lugubri ſpectaculo conſtituta Mater, dum exangue caput ſpinis coronatum contemplabatur, benè cum Ieremia dicere poterat, *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte.* Sed nunquid matri defuiſſe lachrymas credimus? Imò immenſam lachrymarum vim credo ex pientiſſimis Virginis oculis effluxiſſe: nam in nonnullis Eccleſijs, tam Chriſti, quàm etiam B. V. lachrymas aſſeruari tradit Ioan. Baptiſta Signius, pietate, atque eruditione valdè inſignis, in lib. quem de Reliquijs, & Veneratione Sanctorum conſcripſit. Auctoritatem B. Germani lego, dicentis B. V. adeò amarè fleuiſſe, vt poſt vberrimum lachrymarum effuſum fluuium, tandem ſanguineas etiam lachrymas fuderit.

B. V. ſanguineas lachrymas effudit.

11. *Ita pius quicunque lector*, &c. lib. 1. Machabeo. cap. 10. legimus, quod Rex Antiochus, qui nobilis dicebatur filius, amicitiam cum Ionatha Iudæorum Duce facturus, ei purpuream veſtem, & coronam auream miſit, epiſtolam inſuper ſcripſit, qua eum ad ſui amorem inuitauit. En Chriſtum, qui vt tecum amicitiam ineat, vt te ad ſui amorem inuitet, epiſtolam ad te ſacroſanctæ Sindonis tranſmittit, eam legas, relegaſque amoris notis exaratam. Tranſmittit in ea purpuream veſtem ſanguine ſuo tinctam, & rigatam; cum ipſa auream coronam ſpinarum ad te tranſmittit. O immẽſum amoris pignus! ſi in ea in nobis eſſet ſapientia, qua literas iſtas legere, & donariorum myſteria cognoſcere valeremus. Sed ſi tanti muneris dignitatem non agnoſcimus, hæc ſaltem munera pio pectore, gratoque animo recolamus.

Antiochus purpurea veſte, & aurea corona gratiã captat Ionathæ.

Chriſtus vt nobiſcum amicitiam ineat quid donet.

Grati animi ſignũ à nobis Chriſtus exigit.

ALPHON-

Digitized by Google

ALPHONSI PALEOTI
ARCHIEPISCOPI II. BONONIENSIS.

SACRAE SINDONIS EXPLICATIO.

De ictibus Seruatori incuſſis in faciem: de Barba illi euulſa; ac de verberibus per arundinem ipſimet inflictis. Caput Decimumquartum.

Inſpiciatur exemplaris locus H. deſignatus.

CVM, 1. plagas in Sindonis ea parte, quæ tergus indicat, & lumbos monſtrat, explicauerimus, ordientes à planta pedum, ad capitis verticem vſque: nunc ad anteriorem enodandam partem deueniẽdum nobis eſt. 2. Ergo ab diuina illa facie, quæ quanquam infuſcata, maieſtatem tamen, & decorem retinebat, occipiendo, Barba multis in partibus euulſa apparet; nec ipſa facies ob mortem liuida tantum conſpicitur, & per impactos illi colaphos intumuiſſe videtur; 3. Sed intinctam ſanguine, à capite in oculos defluente, facilè quiuis intueri poteſt. 4. Atqui hac de corporis parte quamplura Vatum oracula ſacrorum ad exitum deducta ſunt. *Oracula Prophetarum de Barba Seruatori cõuulſa.* In primis de conuulſa Barba Iſaias prædixerat. *Cap. 50.* Genas meas dedi vellentibus. Quem locum Nicolaus Lyranus exponens, *Nicol. Lyran. ibid.* licet Scriptura, inquit, in Euangelijs non dixerit, quod euellerent barbam: tamen paratus fuit hoc ſuſtinere, ſicut, & alia maiora forſan ſuſtinuit; quia non omnia ſcripta ſunt. 5. Verum quam grauis eiuſmodi Christo ignominia irrogata fuerit, cum illi barbam conuellerẽt, *Seruatoris ignominia in euulſione barbæ.*

ex Clementis Alexandrini verbis facilè colligi poteſt, ſic enim inquit: *Hos pilos tanti fecit Deus, vt eos cum prudentia ſimul adeſſe hominibus iubeat.* Et infra ſubdit, *Nefas eſt, barbam vellere, quæ eſt pulchritudo congenita, pulchritudo generoſa, & ingenua.* 6. Et cum Dauidis Oratoribus barbæ dimidium fuiſſet abraſum. 7. Et in his fortè hæc Seruatoris ignominiæ nota exſtitit inumbrata, legimus: *Erant confuſi turpiter valdè.* Ac tanti illud ludibrium fecit, vt hanc ob vnam cauſam Ammonitis bellum intulerit, & illos occidione delerit. 8. Diuini quoque Vates, hanc Seruatoris venerandam faciem ludibrijs malè habendam, prænunciarunt. Hinc Iſaias, *Faciem,* inquit, *meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus.* Iob etiam præter illatas iniurias eandem verberibus cæſam prædixit: *Exprobrantes,* inquit, *percuſſerunt maxillam meam.* Ad hoc ipſammet ob tormenta, & ob luctum tumentem præſciuit, *Facies mea,* inquit, *intumuit fletu.* Ieremias quoque cum præuideret ipſum ſponte ſua ictus in facie perpeſſurum fore, *Dabit,* inquit, *percutienti ſe, maxillam.* 9. Hos autem ob ictus adeò priorem immutauit effigiem, vt inde Iſaias occaſionem ſumpſerit dicendi, *Quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus. Vnde, nec reputauimus eum.* Addidit præterea, *Et aſpeximus eum, & non erat aſpectus: vnde nec reputauimus eum.* 10. Apparent inſuper in ſacra Sindone Seruatoris oculi ſanguine irrigati, ita, vt neceſſe fuerit, viſum ipſum fuiſſe infuſcatum; quemadmodũ Iob prædixerat, *Palpebræ meæ caligauerunt.* Etiam Ieremias, *Oculus,* inquit, *meus afflictus eſt.* 11. Nam hi Seruatoris puriſſimi ſanè oculi, qui nuſquam obtutum firmarunt, quin candidiſſimos clementiæ, ac pietatis radios effunderent; 12. doloris aqua conſperſi fuerunt; qui primum in horto, varios quaſi riuulos ſtillantes, in ſudorem ſeſe conuerterunt, qui à capitis vertice defluens, factus eſt in ſanguinis in terram cadentis, veluti guttarum formam; & demum ab ipſo capite ob ſpinarum duriſſimos aculeos dimanans ille cruor, faciem, & oculos illius irrigauit; 13. quod quidem D. Anſelmus, peraptè admodum hiſcè verbis explicauit, *Hanc coronam cum lancea percutiens, capiti eius, imprimere conabantur, ita, quod ſanguis per eius faciem defluebat.* 14. Apparet etiam in Sindone ſacra, Seruatoris os ſanguine perfuſum, tum ob ſanguinem à capite ad frontem, & ad oculos diffluentem, tum ob duriſſimum colaphum, in genas impactum, Salomon autem iſtiuſmodi de ore, ſanguine infecto, hunc in modum cecinit, *Sicut vitta coccinea labia tua.* 15. Cæterum, cum crudeliſſimis lictoribus illis manus ſufficere non viderentur, vt os illud diuinum cæderent, arundines etiam cum ad augendos dolores, tum ad ignominiam amplificandam adhibuerunt. Hoc autem Michæas ipſe prædixerat: *In virga percutient maxillam Iudicis Iſrael.* At hoc loco per virgam, arundinem intelli-

Barba viri nobile decus.

Vaticinia de Chriſti facie deluſa.

Chriſtus ob ictus ſibi in faciem illatos, effigiem cõmutauit.

Seruatoris oculi ſanguine offuſcati, & hac de re vaticinia.

Os Domini ſanguine manans prænunciatũ.

Vaticiniũ de Chriſti facie arũdine percuſſa

Pedag. li. 3. c. 3.

Reg. li. 2. c. 10.

Cap. 50.

Cap. 16.

Iſa. c. 53.

Iob c. 16.

Ierem. Threnor. c. 3.

Dial. de Paſſ. Domini ante medium.

Cant c. 4.

Cap. 5.

Digitized by Google

intelligit; qua tum in capite, tum in facie cæſus eſt, vti D. Hieronymus interpretatur: Sic enim, inquit, *An non contumelia Trinitatis eſt, quando in virga, & calamo percuſſere Romani caput Iudicis Iſrael, dicentes: Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit?* 16. Igitur cum Seruatoris facies, quæ ſacra in Sindone apparet impreſſa, & illius proprio inſcripta ſanguine exiſtit, non effigiem ipſius modo, & lineamenta demonſtret; rationi certè conſentaneum eſt; cum præſertim immenſum eiuſdem in nos amorem præ ſe ferat; vt quocunque deuotionis, ac reuerentiæ ſigno à nobis excolatur; 17. non ſecus atque Vultus ille, quem Roma incredibiliter ſanè non admirari, ſed venerari conſueuit; quod D. Veronicæ datus à Chriſto ab eiuſdem facie perueniſſe conſtat; per illud tamen temporis, in quo illum adhuc vixiſſe, manifeſtiſſimè patet. 18. Hoc autem pio Chriſtianoque lectori materiam præbeat meditandi, quonam dolore ſanctiſſima Virgo Mater angeretur, dum Nati delicatam antea faciem contueretur, quam illa caſtiſſimis in delicijs habuerat, totieſque adornarat; & materno cum pietatis affectu tenerè ſolebat admirari, atque ſumma cum ſuauitate deoſculari; & eandem modo conſpiceret, heu, quantum à ſe ipſa diuerſam, vndique verberibus cæſam, tumentem, ac euulſa barba, humanam non amplius præferentem formam. Vndè iure ſanè cum Iſaia exclamare poterit, dulciſſimi Nati mei facies abſcondita mihi, in aliamque mutata eſt effigiem. Et rurſum cum Iob: Filij mei maxillas percuſſerunt. 19. Mox, cum plagas, & vultus tumorem contemplaretur, meritò ſibi dabatur cauſa deplorandi natum, atque dicendi: *Cum virgis, & colaphis dilectiſſimi filij mei genas verberarunt.* 20. Hoc pacto dum pius ipſe lector Virginei doloris partem in ſe transfuderit, ad Chriſtum conuerſus, ita illum cum pietate compellarit, Chriſte Seruator, ac Domine, vbinam illa frons tua ſerena adeò, vbi diuinus oculorum adſpectus? Hunc in modum ſacratiſſimam Virginem meditando filij vultum exoſculantem, plagis, & cruore deformatum deplorantem, ſemetipſum excitare ſimiliter ad commiſerandos Matris dolores, & ad Seruatoris ſacra in Sindone exoſculandam imaginem, facilè poterit.

In Matth.

Conuerſio ad B. V.

FRA-

FRATRIS DANIELIS MALLONII DE SPINEA CORONA ELVCIDATIONES.

IN CAPVT QVARTVMDECIMVM.

Methodus exacta.

CVM, 1. *Plagas in Sindonis ea parte*, &c. Propoſitam in principio operis cap. 7. & 8. de Sindonis explicatione, methodũ accuratè auctor obſeruat, vt explicatis plagis, quæ in poſteriore Chriſti corpore cernebantur, eæ nunc explicentur, quæ in anteriori corporis parte reſplendent.

Obiectio.

2. *Ergo ab diuina illa facie*, &c. Poſſet hac in re ſcrupulum curioſus lector pati. Cur auctor, cum in explicandis plagis, quæ in poſteriori Chriſti corporis parte refulgent, eum ordinem ſeruarit, vt primò plagas pedis cõtemplaretur, ac pedetentim ad tibiarum, crurum, lumborũ, dorſi, & occipitis plagas contemplandas aſcenderit; nunc quaſi ordinis iam inſtituti immemor, inuerſa methodo, prius ſincipitis, faciei liuores explicet, paulatimque ad inferiores corporis plagas, percuſſioneſque rimandas deſcendat.

Obiectio diluitur.

Verùm ſi ea conſiderentur, quæ ſibi prudens Antiſtes obſeruanda propoſuit, clarè patebit, eum nihil planè ab inſtituto ordine declinare; imò inſpecta ſanctę Sindonis qualitate, ac forma, neceſſariò ſolertem Antiſtitem ordinẽ iam inſtitutum obſeruare debuiſſe: Sindonis enim forma ea eſt, vt longitudine pedes circiter duodecim, latitudine tres obtineat, vt ſupra cap. 3. fuit oſtenſum, Chriſtuſque illi ſic inuolutus fuit, vt Sindone humi cõextenſa Chriſtus ſupinus ſuperpoſitus ſit, vt pedes ad vnam Sindonis vergerēt extremitatem, caput medium ferè Sindonis occuparet; inde Sindon ita ſuperuolueretur, vt à capite ad pedes deflecteretur. Dũ igitur Sindon Chriſti effigie inſignita cõextenditur, ſi à plagis pedis auerſo corpore ad caput quaſi ab vno extremo ad medium aſcendas, ſtatim prius anterioris faciei liuores, quam pedũ plagas peruias habeas neceſſe eſt. Ideo Antiſtes prius anterioris ſincipitis, quã pedum plagas rimandas propoſuit.

Chriſtus ſacra Sindone qualiter obuolutus.

3. *Sed intinctam ſanguine*, &c. Chriſti Domini faciẽ ſanguine decurrente deformatam, apertè B. V. ſanctæ Brigittę reuelauit. Ita enim lib. primo Reuelationum cap. 10. dicit: *Quo facto, aptauerunt coronam de ſpinis capiti eius, quæ tam vehementer reuerendum caput filij mei pupugit, vt ex ſanguine fluente replerentur oculi eius, & obſtruerentur aures, & barba tota ſanguine decurrente deturparetur.* Et infra: *Depoſito de Cruce Chriſto, barba quaſi reſtis videbatur.* Et lib. 4. cap. 70. *Corona ſpinea capiti eius arctiſſimè fuit impoſita, quæ ad medium frontis deſcendebat, plurimis riuis ſanguinis ex aculeis infixis decurrentibus per faciem eius, & crines, & oculos, & barbam replētibus, vt quaſi nihil niſi ſanguis totum videretur, nec ipſe me ad Crucem adſtantem videre potuit, niſi ſanguine expreſſo per ciliorum compreſſionem.* & lib. 7. cap. 15. *Oculi eius repleti ſunt ſanguine, illo fluente, aures quoque obſtruebantur, & facies, & barba quaſi tegebantur, & intincta erant illo roſeo ſanguine.*

Facies Chriſti ſanguine purpurata.

Corona ſpinea quam atrociter caput Chriſti fauciarit.

Oculi Chriſti ſanguine oppleti.

4. *Atqui hac de corporis parte*, &c. Cum Franciſcus Forerius Eſaiæ librum ad hebraicam verteret veritatem, in c. 50. num. 6. vbi nos legimus: *Corpus meum*

dedi

Digitized by Google

Genæ Chriſti vellicatæ.

dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, ipſe ſic vertit, *Tergum meum dedi percuſſoribus, & genas meas depilantibus.* Quem locum eodem etiam modo vertunt Hieronymus, & Galatinus, lib. 8. de Arcanis, cap. 13. quem locum cum in commẽtario explicaret. Idẽ Forerius, dixit: *De depilatione genarum tacent Euangeliſtæ; ſed eſt etiam Eſaias Euangeliſta; Omni enim genere contumeliarum affectus eſt.* Chriſtianus Adricomius in deſcriptione vrbis Hieruſalem, numero 57. inter alia opprobria quibus Chriſtus in Palatio Pilati, & Præſidum Romanorum affectus eſt, hoc etiam enumerat, quod in eo Chriſtus varijs modis illuſus, conſputus, ac genis vellicatus eſt. Quo loco inquit in tantarum pœnarum Chriſti venerationem ſpecioſum à Chriſtianis templum extructum fuit. Ioan. Lanſpergius homil. 24. de Paſsione Domini, dicit: *Chriſtus flagellatus, conſputus, vellicatus eſt, hoc eſt barba priuatus, & capillis per euulſionem pro bona eorum parte.* D. Bernard. tract. de Paſsione Domini, c. 38. dicit: *Tertia ſanguinis effuſio fuit in vellicatione genarum, cuius teſtimonium habemus in perſona, dicente ex perſona ipſius Crucifixi Propheta. Genas meas dedi vellentibus, quod quidam exponunt de laceratione maxillarum facta vnguibus impiorum Iudæorum, quidam autem de contractione barbæ Domini. Video ſacrilegas manus etiam ad genarum ipſius vellicationem exarſiſſe.* In quodam manuſcripto antiquiſsimo per Theophylum ex Ignatio, & alijs Patribus, vt dicitur conſcripto, legitur: Expuentes autem in faciem Chriſti, barbam euellebant, & blaſphemabant eum.

Chriſto barba euulſa.

Iudæi qua impietate Chriſti barbam expilarint.

5. *Verum quam grauis,* &c. Conuulſio barbæ magnum ſemper inter homines opprobrium eſt habitum, adeò, vt Frãciſcus Forerius in cap. 50. Eſai. æquiparauerit illi ignominiæ, qua quis in alterius faciem expuit, & acutè dixerit. M. Ant. Vlmius lib. de fine barbæ humanæ, ſect. 3. cap. 4. barbæ euulſionem cinerum diſperſioni, iactui, atque iacturæ æquipollere, quam Iudices interdum ad peſsimorum damnatorum vltionem fieri mandant, ſemper enim mortuorum cineres diſpergi nefas peſſimum habitum eſt. Ideò Dido vt oſtẽderet ſe nullum in Teucros, vel Æneã immane perpetraſſe flagitium, Sororem Annam miſit, quæ ſic Æneam alloqueretur,

Barbam euellere, & in faciem ſpuere, quoad ignominiã æquiparantur.

Barbæ depilatio quam ignominioſa.

Non ego cum Danais Troianam excidere gentem
Aulide iuraui, claſſemue ad Pergama miſi;
Nec Patris Anchiſæ cineres, manẽſue reuelli.

Adeoque opprobrio res habita eſt, vt non ſolùm ſibi cõuelli barbam quis ſinat, ſed ne tangi quidem, aut alienis manibus attrectari. Cuius quidem rei inſigne habemus apud Titum Liuium monumentum, *Papirius enim maximam ſibi iniuriam illatam ratus, quod ſibi barbam Gallus attrectaſſet, acrem de iniuria vindictã expetijt.* Idem etiam Plutarchus in Vita Camilli teſtatur.

Cineres cadauerũ ſpargere impium.

Barbam alterius attrectare nefas.

Verùm non iniucundum erit, ſi hoc quoque loco cauſas perſcrutemur, cur barbæ conuulſio iniuriam maximam ingerat.

CVR BARBÆ EVVLSIO *magno vertatur opprobrio.*

AN quod dolorem inferat maximum? Benè Franciſcus Forerius in c. 50. Eſa. dicit: *Habet vellicatio barbæ dolorem, & inſignem contumeliam, quemadmodùm & in faciem ſpuere: ſunt enim pili barbales altè carni impreſſi.* Qua de cauſa partes humani corporis à M. Anton. Vlmio, in lib. quem de fine barbæ humanæ conſcripſit, ſunt appellati: imò & in fragmentis de fine barbæ, compendio exceptis ſub initium, barbam præcipuam humanæ faciei partem appellauit.

Prima ratio.

Barbæ extirpatio, dolorem infert magnum.

Pilos corporis qui partes integrales dixerint.

An quod barba homini conferat venerationem? Qua de cauſa Clemens Alexandrinus *eam pulchritudinẽ appellabat generoſam,* Theocritus Γένειον σεμνὸν vocabat; *id eſt barbam venuſtam ſiue venerabilem.* Qui verò barbam euellit, venuſtatem, ac

Secunda ratio.

Barba venerationem confert.

Digitized by Google

Gemmæ coronę infixę quæ.

cuius quot ſunt præconia, tot gemmarum, tot pretioſorum lapidum eſt huius Salomonis diadema in die deſponſationis, quo de vtero proceſſit *tanquam ſponſus de thalamo ſuo*, in die lætitiæ cordis eius, quo ſpinea coronatus corona laborem conſumauit, & in die lætitiæ glorificationis. His adde Bernardum ſerm. 5. omnium Sanctorum, & tractatu de Paſsione Domini capite quarto, Gregorius in cap. 3. Cant. Ambroſius lib. de inſtitutione Virginum.

Illuſio grauiſſimum malum.

6. *Nec Chriſto tot doloribus conflictato, &c.* Inter grauiſsima mala, quæ Chriſtus ſibi imminere ſemper præuidit, ac prædixit, imò & doluit, deriſio ſemper, vt graue malum magnam Chriſto moleſtiam attulit: ideò Matthæi 20. dicit: *Filius hominis tradetur ad illudendum, flagellandum, & crucifigendum.* Marci 10. *Illudent ei, & conſpuent.* Luc. 18. *Illudetur, flagellabitur, & crucifigetur.* Eandem etiam illuſionem à Prophetis, & etiam Ethnicis Vatibus prædici, in multis quoque & figurari voluit: nam quod ad Prophetas attinet, præclara exſtant eorum vaticinia Pſalm. 108. *Opprobrium factus ſum illis, viderunt me, & mouerunt capita ſua.* Abdiæ 1. *Contemptibilis tu es valdè.* Eſaiæ cap. 57. *Deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſsimum virorum; & vidimus eum, & non erat aſpectus; quare reputauimus eum tanquam leproſum, & percuſſum à Deo.* Pſalm. 43. *Poſuerunt me in ſimilitudinem in gentibus, commotionem capitis in populis.* Thren. cap. 2. *Aperuerunt ſuper te os tuum inimici, ſibilauerunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt, Deuorabimus.* Iob 27. *Sibilabit ſuper eum.* Eſ. 50. *Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me.* Et infra, *Caput meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus.* Hunc autem locum Franciſcus Forerius ex Hebræo ſic vertit; *Tergum meum dedi percuſſoribus, & genas meas depilantibus: Faciem meam non auerti ab ignominijs, & ſputo.* Thren. cap. 3. *Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs.* Iob 16. *Exprobrantes percuſſerunt maxillam meam, ſatiati ſunt pœnis meis.* Quod autem attinet ad Vaticinia Ethnicorum, præclara exſtat Sybillæ Erithreæ apud Lactantium Firmianum lib. 4. diuinarum inſtitution. cap. 18. ſententia, *Dabit*, inquit, *in verbera innocens dorſum.* Et infra, *Et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoſcat quod verbum, & vnde venit, vt mortuus loquatur.* Et rurſus, *In manus iniquas, & infidelium veniet, & dabunt Deo alapas manibus inceſtis, & oribus immundis expuent in eum ſaliuas venenoſas.*

Illuſio Chriſti prophetata.

Sybilla Erithræa.

Illuſio à Sybillis prædicta.

Genæ Chriſti depilatæ.

Quod autem ad figuras attinet, figurata fuit hæc illuſio in Sampſone, cui Philiſtæi illuſerunt. Ita Gregorius homil. 21. in Euangel. Hieronymus in cap. 12. Iob, & in lib. cont. Ioann. Ambroſ. lib. 2. de Spiritu ſancto, Origenes in Matth. 35. Auguſtinus in Pſalm. 80. Fuit & in Iob figurata, cui Reges illudebant, quibus ipſe, *ad increpandum verba componitis*. Gregorius lib. 1. Moral. cap. 13. & 36. & in Prologo lib. 11. Origenes in cap. 2. Iob. Rupertus Abbas, ibid. Hieron. præfatione in Iob. In Ieremia cuius paſſiones, Chriſti paſsionis figuræ fuerunt: ita Origenes homil. 1. in Ieremiam. Hieronymus in cap. 1. Ieremię, atque vt paucis plurima perſtringamus, in omnibus Patriarchis, atque Prophetis Chriſtus figuratus, & prænunciatus eſt, vt alibi oſtendimus.

Sampſonis illuſio.

Iob illuſio.

Atque adeò vt illuſionum Chriſti non ſolum acerbitas, ſed etiam quantitas agnoſcatur, Chriſtus à Iudæis in vita, in morte, ac poſt mortem multiplici illuſionis genere fuit illuſus. In vita quidem, nam in Chriſti contemptum ea exaudiebantur, *Nonne hic eſt filius fabri?* Et illud, *Venit Ioannes non manducans, neque bibens, & dixiſtis, Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dixiſtis. Ecce vorator venit.* Præterea, *In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia*, & illud: *Non eſt hic ho-*

Chriſtus in vita, in morte, & poſt mortem illuſus.

hic homo à Deo, qui Sabbathum non cuſtodit, & rurſus: *Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat Magiſter veſter?* Benè notauit Ludouic. Granatenſis in meditatione pro Mercurij die, quod Chriſtum Iudæi ſeductorem nominarunt, *ſeducit gentes*; necromanticum: *In Beelzebub principe dæmoniorum*, &c. potatorem vini, fautorem malorum, *quia cum Publicanis & peccatoribus manducabat*; diuinæ legis tranſgreſſorem, *Non eſt hic homo à Deo qui Sabbathum non cuſtodit*; Dæmoniacum, *dæmonium habes*; Hæreticum, *Samaritanus es*, Blaſphematorem, *Audiſtis blaſphemiam*; Stultum, *ideò ſpreuit illum Herodes indutum veſte alba*; Pſeudoprophetam, *Prophetiza nobis, quis eſt qui te percuſſit*; Ecce prophetam eum, vt dicitur, de præterito faciunt; Petulantem, ac temerarium, ideò alapa eum percutiens miles dixit: *Sic reſpondes Pontifici?* atque hæc quidem in vita. In morte autem ſubſannabant, dicentes: *Vah qui deſtruis Templum Dei.* Et rurſus: *Alios ſaluos fecit, ſemetipſum non poteſt ſaluum facere.* Et rurſus cum Chriſtus Patrem inclamaſſet, dicens: *Eloi Eloi Lamazabathani*; dixerunt: *Ecce Eliam vocat iſte, ſinite videamus an veniat Elias liberans eum.* Poſt mortem autem ſeductorem appellant, dicentes: *Recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit*, &c. Neque verò ſolum verbis, ſed etiam factis Chriſto illuſerunt, cedentes eum alapis, colaphis, arundine, ligantes funibus, & catenis, conſpuentes, barbam vellentes, vt infra oſtendetur, tandem coronantes ſpinis, coccino veſtientes, arundinem pro ſceptro tradentes, coram populo nudantes. Hanc autem deriſionem Patres maximè exemplificarunt, quod Chriſtus, qui in tota vita ſua honeſtiſsimè ſe geſsit, turpiſſimam illuſionem patiatur in ciuitate regia, coram ijs, quibus cognitus erat, coram quibus virtutis ſuæ Maieſtatem miraculis oſtenderat, quorum ſalutem curauerat, quorum vitia obiurgauerat, imò coram totam Iudæa, pro cuius ſalute arduum prædicationis laborem ſuſceperat, adeò enim excreuit illuſio, vt de ipſo dixerit Dauid in perſona ſua, *Operuit confuſio faciem meam*, & alibi, *Perfudiſti eum confuſione.*

Blaſphemiæ multiplices in Chriſtū. *Chriſtus in morte illuſus.* *Chriſtus poſt mortem illuſus.* *Illuſionis Chriſti acerbitas, vnde excreſcit.*

7. *Cæterùm in tribus Regum inſignibus*, &c. Etſi plurimæ in Rege creando cæremoniæ obſeruari conſueuerunt, atque pro varia Regnorum & prouinciarum, varia etiam ſunt Regum creãdorum inſtituta; qua de re conſulendi ſunt Ioan. Boemus Aubanus, lib. qui inſcribitur, Mores omnium gentium, Iuſtin. hiſtoricus, ac ferè qui de varijs regnorum, ac prouinciarum inſtitutis pertractarunt. Tria tamen omnes inſignia Regia agnoſcunt, Purpuram, Sceptrum, & Coronam, vt doctè Iſidorus Moſconius lib. 2. de Maieſtate militantis Eccleſię, cap. 2. His igitur tanquam præcipuis ſignis Chriſtum illudendum cæca miniſtrorum decreuit improbitas: ideò pro purpura, coccineum adhibent indumentum, pro ſceptro, arundinem, pro aurea corona, ſpineam coronam infigunt. Nos igitur qui de ſpinea corona plurima ſupra pertractauimus, de reliquis, purpurea ſcilicet chlamide, & arundine pertractemus. Et quoniam poſſet quis ijs, quę de tribus hiſce Regijs inſignijs diximus nobis obijcere, chlamidem non fuiſſe Regium indumentum, ſed chlamide milites etiam vti ſolitos, ita enim chlamidatos milites legimus, ac chlamidula circundatos, vt præclarè tradit Cœlius Calcagnin. lib. 3. epiſtolarum, epiſt. 1. qui etiam tradit chlamidem fuiſſe veſtem militarem, quæ alijs veſtibus ſuperinduitur, cuius vſum Numa Pompilius inuenit. Verum huic obiectioni facilè occurrere poſſumus, ſi dicamus, chlamide quidem milites priuatos vti ſolitos, ita tamen, vt etiam Reges, & Imperatores chlamide vterentur. Et quãuis milites chlamide etiam vterentur, purpurea tamen non vtebantur. Purpura

Regum creandorum ritus. *Regis inſignia tria.* *In multis Chriſtus deluſus.* *Chlamide etiam milites vtebantur, non tamẽ purpurea.*

pura

Digitized by Google

pura enim Regum proprium fuit inſigne. Ideò ex eo quod chlamis erat purpurea, ſiue coccinea, Regium in ea ornatum Patres agnouerunt.

Atque de chlamide coccinea in primis illud maximè mihi veriſimile videtur. quod Ianſenius tradit, non fuiſſe eam nouā veſtem, qua Rex verè vteretur, non enim credibile eſt, veſtē Regis propriam Chriſto vndique ſanguine conſperſo veſtiendo, ita facilè exhiberi potuiſſe fædandam; ſed credibilius eſt, fuiſſe eam chlamidem non verè purpuream, ſed potius coccineam, eamque laceram ac veternoſam, quam ex infimo. (vt aiunt) domus angulo erutam Chriſto illudendo detulerint. Sic ergo facti veritate probabiliter declarata, nunc myſteria requiramus; optimè enim nos monet Gloſſa Ordin. hoc loco, dicens: *Quæcunque in Chriſtum fecerunt, licet alia mente fecerunt, nobis tamen ſacramenta dederunt.*

Chlamis coccinea lacera, & veternoſa.

Quæ in Chriſtum ſunt illata opprobria ea nobis ſacramenta fuerūt.

Huius igitur facti myſteria accuratiſsimè proſequitur Athanaſ. de Paſſione, & Cruce Domini, cuius præclaram ſententiam dignam ſanè, quæ aureis literis deſcribatur, hoc loco ſubijcere ſtatui; ſic enim ait: *Hinc eſt quod Chriſtus arundinem accepit, cum illi à diabolo porrigeretur, ignaro quod contra ſeipſum gladium acueret. Dicitur enim arundo ſerpentibus lethalis eſſe, atque inde potiſsimum interfici. Cum igitur ipſe Dominus Sabaoth fugientem draconem, & magnum illum ſerpentem diabolum perſequi ſtatuiſſet, tamen eius rei cauſa id, quod ei exitiale erat, ab eo accepit, vt ſuis, proprijſque rebus debilitato reddito diabolo, ijs, quæ Chriſti erant, homines fortiores redderentur. Quale quod Dauid in Goliath deſignauit, qui ſumpto aduerſarij gladio, eo ipſo illius caput præcidit. Idem quoque Seruator fecit, ſumens arundinem ab illo, vt nos non ſolum liberaret à verſutia ſerpentis, ſed etiam illum ſerpētem tolleret, & mortuum exhiberet.* Hæc Athanaſ. Et infra Chriſtum dicit ictus arundinis in capite ſuſtinuiſſe, vt doctrinam de porrigenda maxilla ſiniſtra ijs, qui dextram

Aurea Athanaſij ſententia.

Chriſtus cur arundinis ictus in capite tolerauit.

percuſsiſſent, ſuo exēplo oſtenderet nō eſſe impoſsibilem. Et vt omnia ſuſtineret; vt formidini fortitudinem; contumeliæ patientiam; furori manſuetudinem; & omnem virtutem, omni malitiæ opponeret.

Conſonat & illud Hieron. *In calamo venenata occidit animalia.* Qui rurſus ait: *Arundineo calamo ſacrilegium ſcripſiſſe Iudæorum.*

Cyrill. autem dialogo 2. dicit, arundinem, quam Chriſtus manibus geſtauit, & qua Iudæi caput eius percuſſerunt, ſignificaſſe ſceptrum inane, ac fragile, ſuper quo incumbebamus omnes, priuſquam crederemus, quod eſt ſceptrum maligni. Et rurſus: *Arundineus baculus eſt ipſe diabolus, inane, ac vacuum ſceptrum cito comminuendum.*

Sceptrum infideliū fragile.

At verò S. Ambroſ. lib. 7. in Luc. c. 23. *Arundo in manu Christi ſumus nos, nulla validioris naturæ radice fundati; & ſi leuis aſpirarit proſperis auræ ſucceſſus, vago motu proximos verberamus. Fluuios amant arundines, & nos labentia mundi caduca delectant. Eſt autem homo de ſæculi inanitate ſpecioſus, fructu autem veritatis vacuus; exterior placens, nullus interior; ad omnem ventorum motum ſpirituum immundorum flatu mouendus. Eadem quoque ratione calamus eſt mentis nobilitas, & arundo vēto agitata ſunt, qui in proſperis eleuantur, & in aduerſis deprimuntur; Itaq. nos oportet Chriſti manu teneri, ne omni vēto moueamur,* Ita Greg. 33. mor. c. 4. & hom. 6 in Euág. Hilar. autem Can. 33. in Matth. *Gentiles,* inquit, *ſunt arundo in manu Chriſti, eius caput percutientes, quia infirmi corpore manu Chriſti comprehenſi, etiam in Deum Patrem, qui caput Chriſti eſt, requieſcunt. Eidem dant ei bibere acetum, quia corporum noſtrorum vitia accepit in ſe.*

Ambroſij præclara ſententia.

Chriſtus cur arundinem manu tenuerit.

Cyrillus vbi ſupra, in calamo in Chriſti manu literam legis vacuam intelligit, niſi Chriſti manu apprehendantur. Origen. in arundine qua Iudæi Chriſto acetum porrexerunt, Scripturas intelligit hæreticorū, qui Chriſto minimè grata offerunt.

Plura

Digitized by Google

Plura de arundinis ſignificatione qui deſiderat, præter loca citata Patrum, legat Hier. epiſt. ad Algaſiã, & epiſt. ad Principiam, & in Ezechielem. Aug. Pſal. 63. & tract. 119. in Io. Arnobium Pſ. 67. Hilarium ibid. Tertull. lib. contra Iudæos, Baſilium in Regulis breuioribus, reg. 291.

Verum his ſic explicatis, apertæ cuidam obiectioni eſt occurrendum, poſſet enim quis obijcere, dictũ eſt ſupra, quod in tribus inſignijs fuit Chriſtus illuſus, ſcilicet in corona ſpinea, in chlamide coccinea, & ſceptro arundineo; imò verò in pluribus videtur illuſus; nã ſpreuit illum Herodes in veſte alba, alij etiam eum velantes, vt prophetam irridebant. Verum, etſi obiectio hæc primò intuitu grauis videri poteſt, re vera tamen nulla eſt: non enim ſimpliciter dictum eſt, quod in tribus inſignibus ſit illuſus, ſed quod in tribus inſignijs regijs; velamen autem Regium inſigne non erat, longè minus veſtis: ea enim non Regum, ſed apud Romanos, eorum, qui Magiſtratus ambiebant: candida enim veſte amicti vota ambiendo captabant, inde, & ambitus, & ambitio, & candidati dicti fuerunt.

Alba veſtis non erat Regiũ ornamentum.

Candidati qui dicuntur.

Duo ad exactam Chriſti regni ab impijs deluſi explicationem addi poſsũt; alterum, quod non ſolum Imp. Romani Chriſto illuſerunt, ſed eius etiam regnum cõtempſerunt; nam, vt Ægeſippus apud Euſeb Cæſarienſ. lib. 3. c. 14. ait: Domitianus Imp. audiẽs quoſdam eſſe ſuperſtites, qui de domo Dauid Chriſto ſecundum carnem affines erãt, eos perſequi cæpit; ſed cum rudes eos audiſſet, accerſitos interrogat, an ſint ex familia Dauid? Annuunt ipſi. Interrogat rurſum quantis poſſeſsionibus, & facultatibus præditi eſſent? At cum reſpondiſſent quod duo eſſent nepotes eius Iudæ, qui frater Domini ſecundum carnem dicebatur, & quod bonorum eorum ſumma eſſet in totum nouem millium denariorum, eáque ſummam non in pecunia numerata eſſe; ſed eſſe valorum quadraginta minus vno iugerum terræ, quam ipſi proprijs manibus excolebant, in cuius rei ſignum, callis obduratas manus, & laboris tolerantia rigidas, & rugoſas oſtenderunt, Chriſtique regnum nõ temporaneum, ſed ſpirituale in fine mundi futurum. Tunc Domitianus qui primò Chriſti regnum, eiuſque ſucceſſores metuebat, ne ab ipſis regno priuaretur, omni metu depoſito, Chriſti regnum, eiuſque affines ſpreuit, & à ſe dimiſit.

Imp. Domitianus Chriſti regnũ ſpreuit.

Cognati Chriſti.

Cognatorum Chriſti paupertas.

Cognati Chriſti terram ſuis manibus excolebant.

Alterũ verò eſt, quod Antiochiæ D. Petrus Apoſtolorum Princeps ab eius Vrbis Magiſtratibus ludibrio exceptus, vt hominem deſpicabilem indicarẽt, omnique fide exautoratum redderent, & tanquam fatuum indicarent, ei capitis crines in gyrũ abſcindunt. Erat ea ignominia maxima, præcipuè apud Græcos, qui crines dimiſſos Nazaręorũ more geſtabant; at B. Petrus gaudens ibat, quod pro nomine Ieſu contumeliam paſſus eſſet. Ideò quam ei raſuram ad ludibriũ induxerant, eum perpetuò ad decus, & honorem in ſpineę coronę memoriam, quoad vixit retinuit; hinc clericalis tonſuræ decus, & gloria. Gulielm. Durantes Rationali diuinor. off. lib. 2. c. 1. & S. Germanus in Theorica rerum eccleſiaſticarum.

D. Petro caput raditur.

Clericalis tonſurę origo.

8. *Hoc autem loco*, &c. Auream eam comparationem, qua Spiritus ſanctus per os Salomonis dilectam ſuam inter filias comparabat lilio inter ſpinas, dicens: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias hominum*: dum eam accuratè cõtemplor, ſcio equidem eam grauiſsimis myſterijs, ac ſacramentis eſſe plenam; neque tamen ea exactè prout cuperem perſcrutari queo. Sed tamen, cum in amica ſecundum Anagogen ſacerrimam Virginem intelligamus, in lilio inter ſpinas Chriſti caput ſpinis conſitum, quidam nouæ intelligentiæ radius affulget, vt cum lilium inter ſpinas cognoſcamus eſſe Chriſtum, qui lilio propter puritatem cõparatus, tamẽ

Lilium inter ſpinas.

Chriſti caput ſpinis conſitum quid ſit.

Digitized by Google

inter ſpinas miſeriarum, tanquam omnium maximè tribulationibus agitatus, horreſcat. Ita etiam amicam inter filias ſciamus eſſe ſacerrimam Virginem, mulierum omnium maximè afflictam, & tribulationibus obſeſſam: ſicut enim Aſſuerum Regem legimus in caput Heſter coronam ſuam impoſuiſſe, ita Chriſtus ſpineam coronam in beatæ Virg. caput impoſuit, cum dolores, quos ipſe viuus ſpinis coronatus tulerat, poſt mortem mœſtiſſimę matri communicauit.

Spineę coronæ dolor B. V. qualiter communicatus.

9. *Atque ad crudele ſpectaculum egreſſa*, &c. O doloroſum verè ſpectaculum, quo nullum acerbius, nullum lachrymabilius excogitari poteſt. Contemplatur B. Laurent. Iuſtinian. B. Matrem interno Spiritu agitatam, vt quid filio ſuo actum eſſet inſpiceret, properantem. E contra, Chriſtum eminus Matrem proſpicientem, atque interna quadam voce dicentem: *Heu, heu, quo properas, quo venis mater ad fontem lachrymarum? ad locum miſeriarum raperis. Recede mater, abi, propera. Neque enim veniens medelam languori meo ferre poteris; imò dolorem meum augebis; internè cruciabor magis, cum te mater mei amore cruciari videro; cruciatu meo cruciaberis mater, & ego tuo; recede igitur, abi, feſtina.* Mater tamen accedit magis, patienti adſtat, filio compatitur, collachrymatur, affectu commoritur. O quale ſpectaculum viſura fuiſſes anima mea, ſi hinc Filij cruciatus, illinc Matris lachrymas conſpexiſſes!

Chriſti in B. V. pietas.

Dolet Chriſtus quod eius mater cruciatus ſuos aſpiceret.

Pia cordis affectio.

10. *Inde caput*, &c. In lugubri ſpectaculo conſtituta Mater, dum exangue caput ſpinis coronatum contemplabatur, benè cum Ieremia dicere poterat, *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte.* Sed nunquid matri defuiſſe lachrymas credimus? Imò immenſam lachrymarum vim credo ex pientiſſimis Virginis oculis effluxiſſe; nam in nonnullis Eccleſijs, tam Chriſti, quàm etiam B. V. lachrymas aſſeruari tradit Ioan. Baptiſta Signius, pietate, atque eruditione valdè inſignis, in lib. quem de Reliquijs, & Veneratione Sanctorum conſcripſit. Auctoritatem B. Germani lego, dicentis B. V. adeò amarè fleuiſſe, vt poſt vberrimum lachrymarum effuſum fluuium, tandem ſanguineas etiam lachrymas fuderit.

B. V. ſanguineas lachrymas effudit.

11. *Ita pius quicunque lector*, &c. lib. 1. Machabeo. cap. 10. legimus, quod Rex Antiochus, qui nobilis dicebatur filius, amicitiam cum Ionatha Iudæorum Duce facturus, ei purpuream veſtem, & coronam auream miſit, epiſtolam inſuper ſcripſit, qua eum ad ſui amorem inuitauit. En Chriſtum, qui vt tecum amicitiam ineat, vt te ad ſui amorem inuitet, epiſtolam ad te ſacroſanctæ Sindonis tranſmittit, eam legas, relegaſque amoris notis exaratam. Tranſmittit in ea purpuream veſtem ſanguine ſuo tinctam, & rigatam; cum ipſa auream coronam ſpinarum ad te tranſmittit. O immēſum amoris pignus! ſi in ea in nobis eſſet ſapientia, qua literas iſtas legere, & donariorum myſteria cognoſcere valeremus. Sed ſi tanti muneris dignitatem non agnoſcimus, hæc ſaltem munera pio pectore, gratoque animo recolamus.

Antiochus purpurea veſte, & aurea corona gratiā captat Ionathæ.

Chriſtus vt nobiſcum amicitiam ineat quid donet.

Grati animi ſignū à nobis Chriſtus exigit.

ALPHON-

ALPHONSI PALEOTI
ARCHIEPISCOPI II. BONONIENSIS.

SACRAE SINDONIS EXPLICATIO.

De ictibus Seruatori incuſſis in faciem: de Barba illi euulſa; ac de verberibus per arundinem ipſimet inflictis. Caput Decimumquartum.

Inſpiciatur exemplaris locus H. deſignatus.

CVM, 1. plagas in Sindonis ea parte, quæ tergus indicat, & lumbos monſtrat, explicauerimus, ordientes à planta pedum, ad capitis verticem vſque: nunc ad anteriorem enodandam partem deueniẽdum nobis eſt. 2. Ergo ab diuina illa facie, quæ quanquam infuſcata, maieſtatem tamen, & decorem retinebat, occipiendo, Barba multis in partibus euulſa apparet; nec ipſa facies ob mortem liuida tantum conſpicitur, & per impactos illi colaphos intumuiſſe videtur; 3. Sed intinctam ſanguine, à capite in oculos defluente, facilè quiuis intueri poteſt. 4. Atqui hac de corporis parte quamplura Vatum oracula ſacrorum ad exitum deducta ſunt. In primis de conuulſa Barba Iſaias prædixerat. Genas meas dedi vellentibus. Quem locum Nicolaus Lyranus exponens, licet Scriptura, inquit, in Euangelijs non dixerit, quod euellerent barbam: tamen paratus fuit hoc ſuſtinere, ſicut, & alia maiora forſan ſuſtinuit; quia non omnia ſcripta ſunt. 5. Verum quam grauis eiuſmodi Chriſto ignominia irrogata fuerit, cum illi barbam conuellerẽt,

Oracula Prophetarum de Barba Seruatori cõuulſa.

Cap. 50.

Nicol. Lyran. ibid.

Seruatoris ignominia in euulſione barbæ.

exCle-

Digitized by Google

ex Clementis Alexandrini verbis facilè colligi poteſt, ſic enim inquit: *Hos pilos tanti fecit Deus, vt eos cum prudentia ſimul adeſſe hominibus* *Pedag. li. 3. c. 3.*

Barba viri nobile decus.

iubeat. Et infra ſubdit, *Nefas eſt, barbam vellere, quæ eſt pulchritudo congenita, pulchritudo generoſa, & ingenua.* 6. Et cum Dauidis Oratoribus *Reg. li. 2. c. 10.*

Vaticinia de Chriſti facie deluſa.

barbæ dimidium fuiſſet abraſum. 7. Et in his fortè hæc Seruatoris ignominiæ nota exſtitit inumbrata, legimus: *Erant confuſi turpiter valdè.* Ac tanti illud ludibrium fecit, vt hanc ob vnam cauſam Ammonitis bellum intulerit, & illos occidione delerit. 8. Diuini quoque Vates, hanc Seruatoris venerandam faciem ludibrijs malè habendam, prænunciarunt. Hinc Iſaias, *Faciem,* inquit, *meam non auerti ab increpantibus, & conſpuētibus.* *Cap. 50.* Iob etiam præter illatas iniurias *Cap. 16.* eandem verberibus cæſam prædixit: *Exprobrantes,* inquit, *percuſſerunt maxillam meam.* Ad hoc ipſammet ob tormenta, & ob luctum tumentem præſciuit, *Facies mea,* inquit, *intumuit fletu.* Ieremias quoque cum præuideret ipſum ſponte ſua ictus in facie perpeſſurum

Chriſtus ob ictus ſibi in faciem illatos, effigiem cōmutauit.

fore, *Dabit,* inquit, *percutienti ſe, maxillam.* 9. Hos autem ob ictus adeò priorem immutauit effigiem, vt inde Iſaias occaſionem ſumpſerit dicendi, *Quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus. Vnde, nec reputauimus eum.* *Iſa. c. 53.* Addidit præterea, *Et aſpeximus eum, & non erat aſpectus: vnde nec reputauimus eum.* 10. Apparent inſuper in ſacra Sindone

Seruatoris oculi ſanguine offuſcati, & hæc de re vaticinia.

Seruatoris oculi ſanguine irrigati, ita, vt neceſſe fuerit, viſum ipſum fuiſſe infuſcatum; quemadmodū Iob prædixerat, *Palpebra mea caligauerunt.* *Iob c. 16.* Etiam Ieremias, *Oculus,* inquit, *meus afflictus eſt.* *Ierem. Threnor. c. 3.* 11. Nam hi Seruatoris puriſſimi ſanè oculi, qui nuſquam obtutum firmarunt, quin candidiſſimos clementiæ, ac pietatis radios effunderent; 12. doloris aqua conſperſi fuerunt; qui primum in horto, varios quaſi riuulos ſtillantes, in ſudorem ſeſe conuerterunt, qui à capitis vertice defluens, factus eſt in ſanguinis in terram cadentis, veluti guttarum formam; & demum ab ipſo capite ob ſpinarum duriſſimos aculeos dimanans ille cruor, faciem, & oculos illius irrigauit; 13. quod quidem D. Anſelmus, peraptè admodum hiſcè verbis explicauit, *Hanc coronam cum lancea percutiens, capiti eius, imprimere conabantur, ita, quod ſanguis per eius faciem deſluebat.* *Dial. de Paſſ. Domini ante medium.*

Os Domini ſanguine manans prænunciatū.

14. Apparet etiam in Sindone ſacra, Seruatoris os ſanguine perfuſum, tum ob ſanguinem à capite ad frontem, & ad oculos difiluentem, tum ob duriſſimum colaphum, in genas impactum, Salomon autem iſtiuſmodi de ore, ſanguine infecto, hunc in modum cecinit, *Sicut vitta coccinea labia* *Cant cap. 4.*

Vaticiniū de Chriſti facie arūdine percuſſa

tua. 15. Cæterum, cum crudeliſſimis lictoribus illis manus ſufficere non viderentur, vt os illud diuinum cæderent, arundines etiam cum ad augendos dolores, tum ad ignominiam amplificandam adhibuerunt. Hoc autem Michæas ipſe prædixerat: *In virga percutient maxillam Iudicis Iſrael.* *Cap. 5.* At hoc loco per virgam, arundinem intelli-

intelligit; qua tum in capite, tum in facie cæſus eſt, vti D. Hieronymus interpretatur: Sic enim, inquit, *An non contumelia Trinitatis eſt, quando in virga, & calamo percuſſere Romani caput Iudicis Iſrael, dicentes: Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit?* 16. Igitur cum Seruatoris facies, quæ ſacra in Sindone apparet impreſſa, & illius proprio inſcripta ſanguine exiſtit, non effigiem ipſius modo, & lineamenta demonſtret; rationi certè conſentaneum eſt; cum præſertim immenſum eiuſdem in nos amorem præ ſe ferat; vt quocunque deuotionis, ac reuerentiæ ſigno à nobis excolatur; 17. non ſecus atque Vultus ille, quem Roma incredibiliter ſanè non admirari, ſed venerari conſueuit; quod D. Veronicæ datus à Chriſto ab eiuſdem facie perueniſſe conſtat; per illud tamen temporis, in quo illum adhuc vixiſſe, manifeſtiſſimè patet. 18. Hoc autem pio Chriſtianoque lectori materiam præbeat meditandi, quonam dolore ſanctiſſima Virgo Mater angeretur, dum Nati delicatam antea faciem contueretur, quam illa caſtiſſimis in delicijs habuerat, totieſque adornarat; & materno cum pietatis affectu tenerè ſolebat admirari, atque ſumma cum ſuauitate deoſculari; & eandem modo conſpiceret, heu, quantum à ſe ipſa diuerſam, vndique verberibus cæſam, tumentem, ac euulſa barba, humanam non amplius præferentem formam. Vndè iure ſanè cum Iſaia exclamare poterit, dulciſſimi Nati mei facies abſcondita mihi, in aliamque mutata eſt effigiem. Et rurſum cum Iob: Filij mei maxillas percuſſerunt. 19. Mox, cum plagas, & vultus tumorem contemplaretur, meritò ſibi dabatur cauſa deplorandi natum, atque dicendi: *Cum virgis, & colaphis dilectiſſimi filij mei genas verberarunt.* 20. Hoc pacto dum pius ipſe lector Virginei doloris partem in ſe transfuderit, ad Chriſtum conuerſus, ita illum cum pietate compellarit, Chriſte Seruator, ac Domine, vbinam illa frons tua ſerena adeò, vbi diuinus oculorum adſpectus? Hunc in modum ſacratiſſimam Virginem meditando filij vultum exoſculantem, plagis, & cruore deformatum deplorantem, ſemetipſum excitare ſimiliter ad commiſerandos Matris dolores, & ad Seruatoris ſacra in Sindone exoſculandam imaginem, facilè poterit.

In Matth.

Conuerſio ad B. V.

FRA-

Digitized by Google

Genæ Chriſti vellicatæ.

dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, ipſe ſic vertit, *Tergum meum dedi percuſſoribus, & genas meas depilantibus.* Quem locum eodem etiam modo vertunt Hieronymus, & Galatinus, lib. 8. de Arcanis, cap. 13. quem locum cum in commẽtario explicaret, Idẽ Forerius, dixit: *De depilatione genarum tacent Euangeliſtæ; ſed eſt etiam Eſaias Euangeliſta: Omni ex iſto genere contumeliarum affectus eſt.* Chriſtianus Adricomius in deſcriptione vrbis Hieruſalem, numero 57. inter alia opprobria quibus Chriſtus in Palatio Pilati, & Præſidum Romanorum affectus eſt, hoc etiam enumerat, quod in eo Chriſtus varijs modis illuſus, conſputus, ac genis vellicatus eſt. Quo loco inquit in tantarum pœnarum Chriſti venerationem ſpecioſum à Chriſtianis templum extructum fuit. Ioan. Lanſpergius homil. 24. de Paſsione Domini, dicit: *Chriſtus flagellatus, conſputus, vellicatus eſt, hoc eſt barba priuatus, & capillis per euulſionem pro bona eorum parte.* D. Bernard. tract. de Paſsione Domini, c. 38. dicit: *Tertia ſanguinis effuſio fuit in vellicatione genarum, cuius teſtimonium habemus in perſona, dicentis ex perſona ipſius Crucifixi Prophetæ. Genas meas dedi vellentibus, quod quidam exponunt de laceratione maxillarum facta vnguibus impiorum Iudæorum, quidam autem de contrectione barbæ Domini. Video ſacrilegas manus etiam ad genarum ipſius vellicationem exarſiſſe.* In quodam manuſcripto antiquiſsimo per Theophylum ex Ignatio, & alijs Patribus, vt dicitur conſcripto, legitur: Expuentes autem in faciem Chriſti, barbam euellebant, & blaſphemabant eum.

Chriſto barba euulſa.

Iudæi qua impietate Chriſti barbam expilarint.

5. *Verum quam grauis,* &c. Conuulſio barbæ magnum ſemper inter homines opprobrium eſt habitum, adeò, vt Fráciſcus Forerius in cap. 50. Eſai. æquiparauerit illi ignominiæ, qua quis in alterius faciem expuit, & acutè dixerit. M. Ant. Vlmius lib. de fine barbæ humanæ, ſect. 3. cap. 4. barbæ euulſionem cinerum diſperſioni, iactui, atque iacturæ æquipollere, quam Iudices interdum ad peſsimorum damnatorum vltionem fieri mandant, ſemper enim mortuorum cineres diſpergi nefas peſſimum habitum eſt. Ideò Dido vt oſtẽderet ſe nullum in Teucros, vel Æneã immane perpetraſſe flagitium, Sororem Annam miſit, quæ ſic Æneam alloqueretur,

Barbam euellere, & in faciem ſpuere, quoad ignominiã æquiparantur.

Barbæ depilatio quam ignominioſa.

Non ego cum Danais Troianam excidere gentem
Aulide iuraui, claſſemue ad Pergama miſi;
Nec Patris Anchiſæ cineres, manéſue reuelli.

Adeoque opprobrio res habita eſt, vt non ſolùm ſibi cõuelli barbam quis ſinat, ſed ne tangi quidem, aut alienis manibus attrectari. Cuius quidem rei inſigne habemus apud Titum Liuium monumentum, *Papirius enim maximam ſibi iniuriam illatam ratus, quod ſibi barbam Gallus attrectaſſet, acrem de iniuria vindictã expetijt.* Idem etiam Plutarchus in Vita Camilli teſtatur.

Cineres cadauerũ ſpargere impium.

Barbam alterius attrectare nefas.

Verùm non iniucundum erit, ſi hoc quoque loco cauſas perſcrutemur, cur barbæ conuulſio iniuriam maximam ingerat.

CVR BARBÆ EVVLSIO *magno vertatur opprobrio.*

AN quod dolorem inferat maximum? Benè Franciſcus Forerius in c. 50. Eſa. dicit: *Habet vellicatio barba dolorem, & inſignem contumeliam, quemadmodùm & in faciem ſpuere: ſunt enim pili barbales altè carni impreſsi.* Qua de cauſa partès humani corporis à M. Anton. Vlmio, in lib. quem de fine barbæ humanæ conſcripſit, ſunt appellati: imò & in fragmentis de fine barbæ, compendio exceptis ſub initium, barbam præcipuam humanæ faciei partem appellauit.

Prima ratio.

Barbæ extirpatio, dolorem infert magnum.

Pilos corporis qui partes integrales dixerint.

An quod barba homini conferat venerationem? Qua de cauſa Clemens Alexandrinus *eam pulchritudinẽ appellabat generoſam,* Theocritus Γήνειον σεμνὸν *vocabat; id eſt barbam venuſtam ſiue venerabilem.* Qui verò barbam euellit, venuſtatem, ac

Secunda ratio.

Barba venerationem confert,

tem, ac

Digitized by Google

tem, ac venerationem imminuere conatur, & ignominiam inferre; ideò iniuria magna cenſetur.

Barba pulchritudinem auget.

An quod pulchritudinem conferat ornatumque augeat? Ideò Clemens vbi ſupra, pulchritudinem cõgenitam nominabat. Qua de cauſa Lycurgus ſuis nutriendę barbæ ac comæ facultatẽ faciebat, hac enim ratione pulchri pulchriores, deformes verò horribiliores reddebantur. Cic. 3. de Finibus dicit: *Quædam ad nullam vtilitatem; ſed ſolùm ad ornatũ, quædam à natura eſſe conceſſa, vt caudam pauoni, plumas verſicolores columbis viru mammas, & barbam?* Similẽ planè ſententiam habet S. Aug. lib. 22. de Ciuit. Dei c. 24. dicit enim ſolum, *Sunt quedã ita poſita in corpore, vt tantummodo decorem habeant, non autem vſum; ſicut habet pectus virile, mammillas, ſicut facies barbam, quam non eſſe munimento, ſed virili ornamento indicant puræ fœminarum facies, quas vt infirmiores viris muniri tutius videbatur.* Et quoniam pulchritudo tantopere à nobis expetitur, ideò apud Auguſt lib. 6. de Ciuit. Dei cap. 1. legimus, antiquos fortunæ barbatæ templum excitaſſe, vt pulchram ipſis barbam conferret. Qui igitur barbam vellicat, pulchritudinem tollit, ideò iniuriam maximam cenſetur inferre.

Barba ſolum ad ornatum data.

Quarta ratio.

Barba prolixa indicium boni viri.

An quod prolixa barba indicium ſit probi viri? Certè in Apophtegmatibus Laconicis legimus, Laconem quemdã interrogatum, cur barbam geſtaret lõgiorem, reſpondiſſe, *Vt canos meos aſpiciẽs, nihil illis indignum admittam.* Quare & Plutarchus in vita Phocionis, refert Alcibiadem quẽdam Laconiſtam magnam ſibi auctoritatem non probatis moribus, ſed barbæ prolixitate, graui ſupercilio, tardoque inceſſu comparaſſe; qui cum aliquãdo publicè mentitus eſſet, correctorem Phocionem habuit, qui barbam eius apprehendit, eamque quaſi demulcens, dixit: *Quam decuerat hanc barbam, & indumẽta boni viri indicia, prius quam mẽtireris depoſuiſſe.* Qui igitur barbam euellit, quaſi candidatæ probitatis teſtimonium auferens, iniurioſus habetur.

Lepida reprehenſio.

Quinta ratio.

Barba dignitatem auget.

An quod barbę prolixitas quandam ſapiẽtiæ, aut prudentię conferat dignitatem? ita enim Plutarch. lib. de adulat. & amicorũ diſſenſione, *Si quis literis, ac diſciplinis deditum adoleſcentem habeat, barbam vſque ad talos demittit, palliũ geſtat, rerum delectum omittit, in ore ſunt numeri rectanguli, & triangula Platonis.* Hinc Soſicrat. lib. 3. de ſucceſſione, docuit Diodorum barbã denſiorem aluiſſe, nec attondiſſe comam, ſeuerioreq; faſtu alijs exemplo extitiſſe. Hac etiam de cauſa barbatos legimus antiquos extitiſſe ſapientes. Imò nobis quodammodo à natura inſitum eſſe cognoſcimus, vt cum ſapientiſsimum nominari virum audimus, eum prolixa, venerabilique barba præditum concipiamus. Quaſi igitur Sapientiæ grauitatem eripit, qui barbam vellicat. Quamuis non illepidè quidam in contrarium cecinerit.

Diodorus barba inſignis redditus.

Si promiſſa facit prudẽtem barba, quid obſtat
Barbatus poſsit quin Caper eſſe Plato.

Sexta ratio.

Barba nobilitatis indicium.

An quod barba nobilitatis ſit indicium? ita enim de Galatis antiquioribus ſcripſit Ioannes Boemus Aubanus, conſueuiſſe nobiliores barbam ita nutrire, vt corpus totum obtegeret, parcè tantum ad genas radere. Nobilitati ergo iniuriam infert, qui barbam carpit.

Septima ratio.

Barba virilitatis ſignum.

An quod virilitatis, ingenitæque maſculis viris generoſitatis ſit indiciũ? Cum ergo mares fœminis ſemper præſtent, ac dominentur, ita ſagax, prudẽſque natura, maſculis eximia quædam contulit ornamenta, quæ inſitæ proceritatis ſpecimen præbeãt, ſecuti in gallo gallinaceo, tauris, alijſque animantibus conſpicimus. Quaſi ergo effœminati notam irrogat, qui proprium viri eripit ornamentum. Hinc fortè Deus in Lege veteri Deuter. cap. 22. viris prohibuit, *ne muliebri veſte induerentur.* Ideò hac de cauſa ex Plutarcho lib. de virtutibus mulierum, legimus, argiuas quaſdam mulieres, Amazonum æmulatrices,

Mulieres ſine barba non concumbere.

Digitized by Google

latrices, legem tuliſſe, qua nuptæ dum cum viris concumberent, barbam iubebantur habere. Hinc M. Anton. Vlmius proẽm. in opus ſuum de fine barbæ humanæ, aſſerit in viri barba maximam Dei elucere ſapientiam. Qui etiam alibi hanc aſsignauit cauſam, cur barbæ depilatio viris iniurioſa videatur, quod proprium virilitatis ornamentum eripiens, indignum eum commonſtrare videatur, cuius ſemen propagetur.

Mulieres barbatæ.

Quod ſi fœminas quaſdam barbatas interdum vidimus, ſicuti Bononię noſtra ætate perilluſtrem matronam barbatam vidimus, & illuſtre noſtra tempeſtate exſtat exemplum in Helena Antonia virgine, in Archiepiſcopatu Leodienſi nata, & à sereniſsima Archiduciſſa Auſtriæ Græcij educata, tum ſereniſsimæ Hiſpaniarum Reginæ donata, quæ barbam obtinet vſque ad vmbilicum longam, denſam, cum myſtacibus, totam coloris caſtaneæ nigricantis. Barbatas quoque interdum mulieres teſtatur pluribus M. Anton. Vlmius lib. de fine barbæ humanæ, ſect. 3. propè finem: ſed etiam aperta exſtãt teſtimonia Ariſtotelis lib. 3. de hiſtoria animalium cap. 11. Plinij lib. 11. ca. 39. Hippocratis lib. 6. de morbis popularibus, Auicennę lib. 3. Fen. 21. tract. 3. cap. 26. Fœminas igitur has barbatas cauendas prouerbium laudabat antiquum, docens, *barbatam fœminam eminus eſſe ſalutandam.* Lege Cœl. Rhodig. lib. 4. cap. 2. antiq. lect.

Barbatam fœminam eminus ſalutandam.

Barba myſticè quid ſignificet.

Plurimas alias barbæ ſignificationes apud Sanctos Patres legimus: nam Hieronymus explicans illud Eſa. cap. 7. *Radet Dominus pilos, & barbam vniuerſam*, in barba milites, & fortes viros intelligit, & in cap. 15. Eſaiæ vbi, *Caluitium & omnis barba radetur*; In barba virilitatem, quam omnino à ſapientia hæreticorum abradendam docet. Alij in barba virtutes intelligunt, vt Eſychius in cap. 21. Leuit. S. Auguſtinus, & Arnobius, in Pſal. 132. Alij in barba fortitudinem agnoſcunt, vt Rupertus in cap. 24. Leuitici. Fusè hoc proſequitur Georgius Venetus Cant. 2. tomo 3. can. 18. Vt igitur ſummatim omnia perſtringamus, in barba natiuam quandam generoſitatem, nobilitatemque omnes agnoſcunt, quam eripere tentat qui barbam euellit, ideò iniuria tanta cenſetur, vt de hac iniuria vindicanda ciuiles quoque leges conditæ ſint.

Chriſti opprobriũ maximum in barbæ conuulſione.

His igitur omnibus de cauſis, Chriſti opprobrium in barbæ conuulſione excreuit: nam præter dolorem, eius etiam pulchritudo, venuſtas, virilitas, fortitudo, exiſtimatio, ſapientia, probitas, prudentia, ita lacerati videbatur, vt indignum eum ducerent, cuius præclaræ animi, corporiſque dotes mundo innoteſcerent. Propter quas ignominias, quas Chriſtus in barbæ conuulſione ſuſtinuit, voluit Spiritus ſanctus ſingulari honore affici Chriſti barbam, ideò orationem quandam S. Brigittæ reuelauit, in qua dicitur, *Domine mi* IESV CHRISTE *qui ſecundum ætatem tuam barbam ſpecioſam in tua facie decora decenter portaſti; ideò ſempiternè veneretur, & adoretur barba tua venerabilis, Amen.* Ita in oratione 3. reuelata.

Barba Chriſti quomodo ſalutanda.

Barba Chriſti adoranda.

Quoniam hęc Clementis Alexandrini loca pręclaram hac de re ſententiam continent, opere pretium me facturum intelligo, ſi paulò altius eius verba hoc loco deſcriberem, ita enim ait lib. 3. c. 3. *Eos qui verè viri ſunt, radi, ac leuigari, quomodo non eſt turpe, ac planè illiberale?* Et infra: *Eum autem qui vir eſt, pecti, & tonderi, crines componentem ad ſpeculum, genaſque radi, velli, ac deglabrari, quomodo non planè muliebre eſt? Deus voluit fœminam quidem eſſe glabram, ac leuem, ſola coma ſicut equum iuba ſpontè natura exultantem; virum autem, cum ſicut Leones barba ornaſſet, virilem etiam fecit hirſuto pectore, quod quidem eſt roboris, & imperij indicium. Ita etiam gallos, qui pro gallinis decertant, criſtis tamquam galeis ornauit. Hos autem pilos Deus tanti fecit, vt eos ſimul cum prudentia iubeat adeſſe hominibus, atque adeò honeſtate delectatus, grauitatẽ honorauit*

Turpe eſt virum radi.

Virum hirſutum decet eſſe.

P vene-

Digitized by Google

Adam cũ barba cõdit 1s.

Barba Viri ſignum Eua antiquius.

veneranda canitie. Hæc viri ſignum, barba ſcilicet, per quod vir apparet, eſt Eua antiquius, & ſignum melioris naturæ. Eum Deus æquum cenſuit hirſutum eſſe oportere, & per totum viri corpus pilos diſſeminauit, quicquid autem erat leue, ac molle à latere abſtulit, ad feminis ſuſceptionem tractabilem fœminam fabricatus. In eo ergo violando quod eſt virilis naturæ ſignum, eo ſcilicet quod eſt hirſutum, contra legem facere eſt impium. Leuoris autem, aut glabriciei ornamentum, (à verbo enim inflammor) ſi in viris quidem eſt muliercula, ſi in fœminis autem adulteri, & infra: *Nefas eſt barbam vellere, quæ eſt pulchritudo congenita, pulchritudo generoſa, & ingenua. Vtrumque autem à natura eſt relegandum,* Hæc ille: Quoniam autem in aurea hac ſententia non ſolùm barbæ prohibetur violenta, atque iniurioſa conuulſio, ſed ea etiã vellicatio barbæ, quam tantopere nonnulli affectant ad ornatum, & ſimul cum hac euulſione, aut vellicatione, etiam abraſionem barbæ, ideò non abs re erit, ſi in eo explicando noſtra diutius immoretur oratio, & quæramus an barbæ abraſio, & etiam comæ abraſio, licita ſit, an illicita.

Barba eſt pulchritudo congenita, & generoſa.

AN COMAM, VEL BARBAM radere viro liceat.

Prima ratio.

ESSE autem viro tum comæ, tum barbæ abraſionem laudabilem, ac venerandam, illud in primis ſuadere videtur, quod religioſi Monachi peculiari lege, atque inſtituto barbam radere, comamque non nutrire iubentur. Addatur communis eccleſiaſticorum omnium virorum vſus, de capitis vertice abradendo: nam Summus Pontifex, Antiſtites omnes eccleſiaſtici, Sacerdotes, atque (vt vno verbo complectar multos) Clerici omnes, capitis abraſione ad ſanctimoniç decus vtuntur. Atque adeò ad ordines percipiendos prima capitis abraſione, quę prima tonſura dicitur, diſponuntur. Accedit, quod plurimi quoque ex laicis hominibus, ſolo pietatis ſtudio ad ſeculi pompam vel faſtum euitandum, atque in ſignum mortificationis, barbam radunt. Amplius autem in ſacris Canonibus expreſsè clericis prohibetur, ne barbam, comámue nutriãt: nutritio autem barbæ, vel comæ, eiuſdem abraſioni, vel etiam tonſioni opponitur, vt barbam nutrire dicatur, qui barbam non tondet, vt cap. Duo, 12. quæſt. prima, &c. Clerici, de vita, & honeſtate clericorum, & in cap. finali, de Cleric. coniug. Clement. Graui de celebr. Miſſ. Extſtat etiam Bulla Pii V. de habitu, & tonſura. Præterea, quis non videat in cæſariei expanſione, barbæque promiſsione, plurimum ineſſe iactantiæ, oſtentationis, ambitionis, laſciuiei, ac vanitatis, quæ omnia is vitare dicitur, qui barbam, comámue prætondet?

Comam barbamque nutrire nefas.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Iactantia in barba.

Quinta ratio.

Imò verò barbæ abraſionem conſtat non ſolùm apud homines vulgatę conditionis; ſed etiam apud Romanos Imper. maximè in delic. js fuiſſe: Auguſtus enim Cæſar, barbæ raſura maximè delectatus eſt. Scipio autem Africanus, adeò barbæ raſione delectabatur, vt ſingulis diebus barbam raſiſſe legatur. Alex. item, magnus militibus raſis oblectabatur, dicens eos, qui prolixiorem barbam geſtaſſent, inter bellandum nimis ab hoſtibus lædi poſſe, ſi ipſorum barbam manu prenſaſſent.

Barbę raſio in delicijs habita Imp. Scipio Africanus quotidie barbam raſit. Alex. magnus raſis militibus delectatus.

Contra verò barbæ abraſionem vituperabilem eſſe patet, quia quidam, qui auctore Cœlio Rhodigino lib. 4. lectionum antiquarum cap. 2. vt omnium primus barbam raſit, ita quoque barbę radendæ cæteris auctor fuit, magnis laceſsitur iniurijs: ita etiam Adrianus Imperator, qui inter Cæſares, primus radendæ barbæ luxum reſpuit, ac barbam primus enutriuit, vt Cœl. Rodig. lib. 3. cap. 25. magnis interdũ hac de cauſa cohoneſtatur encomijs: nam & antiquitus homines prolixiore coma, & barba vſos, à nouaculis autem, & forcipibus abſtinuiſſe comperimus, adeò, vt Plinius afferat Ro-

Barbam radere nefas.

Romani 400 annis barbitonſoribus caruerũt.

rat Romanos quadringentis, & quinquaginta annis barbitonſoribus caruiſſe, quoad auctore Varrone, Publius Licinius Mena barbitonſores ex Sicilia Romam aduexit.

Barbã radi prohibet Deus.

Quinimò, inter reliqua precepta, quæ Deus populo ſuo dedit, hoc quoque exſtat Leuit. cap. 19. *Nec barbam radetis* Quid quod cum graui quodam flagello Iudæos percutere Deus minaretur, caluitium ſe ſuper omnes inducturum prædicebat. Caluitio enim in luctu ſolum vtebantur, Eſa. 3. *Procriſpante crine caluitium*. Eſa. 15. 22. Ier. 16. 47. 48. Ezech. 7. & 27. Amos, 8. Micheę 1. Quis verò neget maximum quoque tum decorem, tum grauitatem maximam afferre capillos præcipuè barbales, quos homini à natura ad virilitatis indicium conceſſos eſſe agnoſcunt omnes: nam præter Clementem Alex. Auguſt. Cicer. Theodoret. & alios, quorum ſententias ſupra retulimus, barbæ quoque encomia mirificè commendant. Muſconius lib. de Tonſura. Ioan. Stobęus ſerm. 6. de intemperantia, Cœlius Rhodiginus lib. 3. antiq. lect. cap. 25. & lib. 4. cap. 2. M. Anton. Vlmius lib. de fine barbæ humanæ, Toſtatus quæſt. 25. in cap. 19. Leuitici. Quæ apud quoſdam adeò venerabilis viſa eſt, vt pro pręclara obtinenda barba, barbatæ Mineruę Templum excitarint. Athenienſes verò (vt refert Plutarchus in vita Theſei) ſtatuerunt, vt adoleſcentes ſuos, cum ex ephæbis exceſsiſſent, barbæ ſuę primitias Crinito Apollini Delphico offerrent.

Barbæ encomia.

Barbatæ Mineruæ templum excitatum vt pulchrã concederet barbã.

Barbę primitię Apollini conſecratæ.

Deciſio controuerſiæ.

Verùm, ſi eorum, qui interdùm barbę raſionem damnant, aut eorum, qui comę, barbęque comptum, altioremque reprehendunt, rationes conſpiciamus, facilè deprehendemus, eos non tam barbę abraſionem, vel ornatum damnare, quam nimium luxum, inanemque faſtum reprehendere, quo ſublato, barbæ raſio optimo, ſpectabilique fine inducta, tum etiam barbę ornatus modeſtus, & grauius nullatenus reprehendetur.

Barbæ raſio in Monachis cur laudabilis.

Præcipuè tamen in Monachis, Religioſiſque Viris barbæ raſio laudabilis eſt, quippe, qui barbam ea ſolum ex cauſa tollant, vt ſeculi ornatum, faſtumque deuitent: rebus enim temporaneis abdicatis, etiam barbam radunt, vt oſtendant, ſe Chriſti amore non ſolum temporalia, ſed etiam ſeipſos abdicaſſe, ſeſeque totos Dei obſequio promptos addixiſſe: ita quidem, vt ne barbæ quidem pectendæ, vel comendæ cauſa aliquo, vel minimo tempore à Dei obſequio vacare velint.

Clericalis tonſura laudabilis.

Quod verò ad capitis tonſionem, vel raſionem attinet, qua Clerici tam ſeculares, quàm regulares vtuntur, laudabilis planè conſuetudo eſt: hęc enim cauſa (ſaltem in regularibus) circularis inducta eſt, vt notat Guhelm. Durantes in Rationali Diuin. offic. lib. 2. cap. 1. in memoriam coronæ ſpineæ, quam pro nobis Chriſtus geſtauit. Quare S. Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus, in Theoria rerum Eccleſiaſticarum dicit: *Tonſura capitis vice coronæ ſpineæ eſt, & D. Petrus miſſus ad prædicandum, attonſus eſt, à non credentibus, vt illuderetur; ſed Chriſtus infamiam in honorem conuertit.* Vniuerſaliter autem Clerici omnes tam ſeculares, quàm regulares, caput abradunt in memoriam eius abraſionis, quam S. Petrus Apoſtolus ab Antiochenis paſſus eſt: cum enim verticem ipſius ignominiæ cauſa abraſiſſent, ipſe deinceps de abraſione ea gaudens, perpetuo eam in gloriæ ſignum retinuit, ibatque gaudens *quod dignus habitus eſſet pro nomine* IESV *contumeliam pati*. In cuius facti memoriam, abradendi capitis conſuetudinem in Clericis induxit Eccleſia, prout refert Beda in lib. Hiſtorię Anglicanę, & ex ipſo Gulielmus Durantes, vbi ſupra, & Toſtatus quæſtione 25. in cap. 19. Leuitici.

Clericalis tonſuræ origo.

S. Petrus primo tonſus in contumeliam.

Quod verò ad alios barbam nutrientes attinet, improbandus nullatenus

mos eſt, imò laudandus, ſi modeſtè id fiat. Laudo enim maximè eam moderationem, quam circa barbæ, comæque ornatum Zeno protulit ex Zenone, Muſonius ex Muſonio lib. de Tonſura, refert Ioannes Stobæus ſerm. 6. de Intemperantia. *Coma*, inquit, *præcidenda eſt, quæ duxeret*, & infra: *Eadem de cauſa tondendi ſunt pili, qua etiam nutriendi videntur, ſcilicet, quatenus natura poſtulat, ne quis grauetur à coma, néue turbetur in vlla actione.*

Barba, & coma qualiter tundenda.

Petulantem tum Abantium, tum etiam Anaſiorum populorum laſciuiá non ſummoperè improbare non poſſumus: hi enim poſteriorem capitis partem radebant, anterioré inſtar fortunæ crinitam geſtantes, vt auctor eſt Strabo. Illi vero è contra, ex Herodoto, anteriorem radebant, poſteriorem longis crinibus veſtientes.

Quarundam Nationum mores.

6. *Et cum Dauidis oratoribus*, &c. Cũ Alphonſus Toſtatus in eum locum facti huius hiſtoriam explicaret, quæſt. 5. in caput decimum lib. 1. Reg notat fuiſſe hanc iniuriam maximam, & cap. 6. dicit, tantam fuiſſe hanc iniuriam, vt Ammonitæ ipſi grauitatem iniuriæ attendentes, non auſi fuerint à Dauid miſericordiam petere, quam ſciebant ſe non eſſe conſecuturos: ideò iuſtam, inquit, habuit Dauid belli cauſam, & iuſte in eos ſæuitiam magnam exercuit: cum enim innumerabiles ferè hoſtium copias ſtrauiſſet, tandem populum eius abducens, ſeruauit, & circumegit ſuper eos ferrata carpenta, diuiſitque cultris, & traduxit in typo laterum, ſic fecit vniuerſis Ciuitatibus filiorum Ammon, 2. Reg. 12. & meritò, iure enim gentium ſancitum eſt, vt legatorum ſeruetur immunitas, etiam ſi ab hoſte mittantur.

Ammonitæ legatis Dauid barbam radẽtes, quare grauiter Dauid offenderint.

Grauis vltio.

7. *Et in hu fortè*, &c. Preclarè admodum, prudenterque illud (fortè) additum eſt, licet enim inter Chriſtũ, & illos aliqualis ſimilitudo interceſſerit, quod ſcilicet quemadmodum illi pro Ammonitarum ſalute eò deſcendiſſent, ſic Chriſtus *propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis*; & quemadmodum illi à Dauid miſsi erant, ita Chriſtus à Patre miſſus erat, non tamen ita certa apparet ſimilitudo, vt ceſſante Patrum auctoritate, debeat hoc ita conſtanter affirmari.

Dauid Chriſtum figurat.

8. *Diuini quoque vates*, &c. Locum illum Eſai. in quo dicit cap. 50. *Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me*, ſic Forerius transfert: *Faciem meam non abſcondi ab ignominijs, & ſputo.* Neque verò ſolus Eſaias hoc vaticinatus eſt, ſed etiam Iob capite 30. dicit: *Faciem meam non verentur ſpuere.* Et Eccleſia in perſona Chriſti canit in Miſſa; *Et non pepercerunt in faciem meam ſpuere.* Ita autem Chriſto cueniſſe ſicut prophetarum erat, teſtatur Matthæus cap. 26. dicens: *Expuerunt in faciem eius.* Quanta autem eſſet ignominia, ſi quis in alterius faciem ſpueret, notat Alphonſus Toſtatus cap. 25. Deuteron. in id: *Expuet in faciem eius*, dicit enim, quod mittere ſputum in faciem alicuius, eſt maxima confuſio, & verecundia, quod tota hominis pulchritudo, & dignitas, quę in facie lucet, quia eſt imago Dei, ſputis deturparetur. Et in cap. 12. Numerorum ſuper illa verba: *Si Pater in faciem eius ſpueret*, dixit: quod tanta eſt ignominia, ſi quis in alterius faciem expuat, vt compparetur leprę: ideò Deus eos, qui fratri ſemen ſuſcitare nollent, volens perpetua infamia notare, & diſcalciari pedibus, & in faciem cõſpui voluit; quaſi id ſummi dedecoris, atque ignominię nota ſit. Poteſt autẽ hoc quoque rationabiliter ex eo colligi, quod ſputum viliſsimum ſit excrementum, quod perſæpè, nauſeam cõcitat. Dum ergo in faciem inſpergitur, quę nobiliſsima eſt hominis pars, animæ ſpeculum, ac nobilitatis maximum ſpecimen, in qua vigent ſenſus, & in qua hilaritatis, mœſtitię, aſſenſus, diſſenſuſque conniuẽtia reperitur, maxi-

Facies Chriſti ignominijs ſputiſque fœdata.

Expuere in faciem quam grauis iniuria.

Comparatur lepræ in faciem ſpuitio.

Cur tam grauis ſit ignominia.

Digitized by Google

maximam inurit iniuriam. Non grauabor tamen hoc in loco ſubſcribere quomodo Origen. hom. 35. in Matth. & S. Gregor. lib. 20. moralium cap. 18. ſputum in Chriſti faciem iniurioſè iniectum allegoricè explicarint, dicentes: *In Chriſti faciem ſpuere illos, qui iniuria aliquem de Eccleſia afficiunt, & qui non ſolum in abſentia detrahunt, ſed etiam in præſentia confutant.*

Quinam in Chriſti faciem exſpuant.

Iob Chriſti figura.

Iob claram Chriſti Domini extitiſſe figuram, qui non ſolùm verbis, ſed ſua etiam paſsione Chriſtum figurauit, ſatis nos ſupra ex D. Gregor. & Hieron. comprobauimus: dum igitur hoc loco dicit: *Et exprobrantes percuſſerunt maxillam meam*, nouum fortè quid dixiſſe videbitur, cum eius maxillam à nullo vnquam homine percuſſam eſſe legamus; multò verò minus à pluribus hominibus, vt in numero multitudinis loqui debeat, dicens: *Exprobrantes percuſſerunt maxillam meam*. Verùm quia hoc in Chriſti perſona dicebat: ideò & de Chriſto dictum debet agnoſci; quod etiam confirmat illud Pſal. 50. *Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus*, ibi Hier. legit: *Dedi maxillam meam alapis, & faciem meam nō auerti à confuſione ſputorum.* Sed multò clariùs id Ieremiæ, *Dabit percutienti ſe maxillam.*

Iob in Chriſti perſona loquitur.

Sed tamen in loci huius explicatione, id ſicco pede tranſire non debeo, quod Onchelos Chaldæus interpres in huius loci dilucidatione afferebat. Totam enim hanc ſententiam Ierem. *Bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua: ſedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuabit ſe ſupra ſe. Ponet in puluere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes. Dabit percutienti ſe maxillam*, &c. explicabat tropologicè hac ratione, *Bonum eſt viro ſi erudierit animam ſuam, ad ferendum iugum præceptorum in pueritia ſua. Si enim tali homini iugo Domini aſſueto acciderit aliquid aduerſitatis, tacebit, & feret patienter quicquid Dominus impoſuerit ei, humiliabit ſe, & non deſperabit. Quin & maxillam obuertet Domino percutienti ſe, ſciens temporariam eſſe afflictionem, & non perpetuam, & quod Deus non ex animi ſententia nos punit, ſed neceſsitate peccati noſtri adductus.* Verùm etſi eâ interpretatio in ſenſu tropologico reijcienda non eſt, nullo tamen modo vt literalis eſt amplectenda: nam ſancti Patres locum illum Ierem. *Dabit percutienti ſe maxillam*, de Chriſto ad literā intelligunt. Ita Ambroſ. ſerm. 10. in Pſal. 118. *Dabit percutienti ſe maxillam*; vt non ſe ſubducat iniuriæ, nec declinet cædis dolorem, ſed percutienti ſe maxillam offerat. Imò dicit Chriſtum hac in re exemplum exſtitiſſe patientiæ, & exemplo ſuo præmonſtraſſe, quod ipſe docuerat Matth. 5. & Lucæ 6. *Si quis te percuſſerit in maxilla dextra, præbe ei & ſiniſtram*. Chryſoſt. homil. 18. in Matth. Auguſt. lib. de mendacio ad Coſſentium cap. 15. Duo autem Ieremię verba hoc loco noto, dum dicit: *Dabit percutienti ſe maxillam.* Alterum eſt, quod non dicit dextram, aut ſiniſtram. Cum tamen Chriſtus Matth. 5. diſcipulos ſuos ad charitatis perfectionem informaret, dicit: *Si quis te percuſſerit in maxillam dextram, porrige ei & ſiniſtram.* Obſeruat acutè Cardinalis Toletus in cap. 6. Luc. annotat. 49. Per maxillam dextram intelligi percuſsionem leuiorem, per ſiniſtram verò grauiorem, quia dextræ manui percutientis reſpondet ſiniſtra maxilla percuſſi; & quia validius dextra manu percutimus, quam ſiniſtra; ideò leuiorem percuſsionem notauit in dextra, maiorem in ſiniſtra, vt ſenſus eſſet, eum, qui grauem quamcunque iniuriam accepiſſet (benè enim Chryſoſt. homil. 18. in Matth. in percuſsione maxillis illata quamcunque iniuriam illatam intelligi docuit) paratum eſſe debere, vt grauiorem ab eodem patiatur, à qua explicatione non longè abeſt Origenes lib. 4. περὶ ἀρχῶν cap. 2. Simpliciter ergo Ieremias maxillam vaticinatus, hoc nobis præmonſtrare voluit,

Ieremiæ locus Tropologicè explicatus.

Idem locus de Chriſto explicatus.

Percutiēti dexteram maxillam porrigere ſiniſtram quid ſit.

Quæ percuſſio grauior, maxillæne dextræ, an ſiniſtræ.

Digitized by Google

Vtraque in maxilla Chriſtus percuſſus.

Chriſtum tam ſiniſtram, quàm dextram maxillam percutientibus exhibiturum. Noto prætereà, dum maxillam nominat, grauiſsimam intelligi iniuriã; vt enim notat Thomas Beauxamis in ſua Harmonia Euangelica, tomo 2. in id Matth. 5. & Lucæ 6. *Præbe & maxillam alteram*, ſolent alapæ faciei inflictæ eſſe cum percuſsi contemptu; alapis enim facies mulierum, puerorumque percutimus, quos contemnimus. Accedit & illud, quod percuſsio in facie ſuſcepta, vbi nullo veſtium repagulo percutientis ictus retardatur, & grauior, & hominum etiam aſpectibus patentior, ſæpe enim percuſsionis ſignum tumor, & liuor in facie nigreſcens oſtendit.

Pueri & mulieres alapis percuti in faciem ſoliti, & cur.

Alterum eſt quod dicit percutienti, non tamen dicit percutienti manu, aut virga, aut fuſte. Atqui Dominum manu, virga, fuſteque in faciem fuiſſe percuſſum, facilè comprobare poſſumus, manibus quidem percuſſum fuiſſe apertè Matth. cap. 26. indicat, dicens: *Et colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt*. Idem quoque teſtatus eſt Marcus cap. 14. Luc. 22. Ioan. 18. *Tunc vnus aſsiſtens miniſtrorum, dedit alapam* Iesv, *dicens*, &c. Quem locum dum Ludouicus Granatenſis in ſuis meditationibus contemplaretur, dixit armata manu in faciem à milite Chriſtum fuiſſe percuſſum.

Chriſti facies manu, fuſte, & arundine percuſſa.

Manu ferrea percutitur Chriſtus.

Porrò, Chriſti faciem alapis ſæpius fuiſſe percuſſam, facilè ex textu Euangelico colligere poſſumus: nam coram Caipha Ioannes ſcribit: *Tunc aſsiſtens vnus miniſtrorum, dedit alapam* Iesv, *dicens: Sic reſpondes Pontifici?* Matthæus verò ſcribit, cum Princeps Sacerdotum interrogaſſet, dicens: *Adiuro te per Deum viuum*, &c. & ſcidiſſet veſtimenta ſua, *Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt:* ibi Gloſſa interlinearis dicit: *Alios alapas Chriſto dederunt.* Cum verò ad Crucem duceretur, in via Chriſto colaphos legimus apud B. Brigittam lib. 1. cap. 10. fuiſſe inflictos. Alaparum impietatem, & grauitatẽ adeò exaggerat Ludouicus Granatenſis vt dicat, Chriſti dentes fuiſſe concuſſos, non tamen ſciſſos. B. Virgo apud B. Brigittam dicit, adeò graues eas exſtitiſſe, vt earum ſonus etiam eminùs audiretur lib. 1. cap. 10. & lib. 4. c. 70. Quare Lanſpergius hom. 33. de Paſsione Domini, dicit: quod Chriſti caput tot erat tunſionibus percuſſum, vt præ dolore vix aërem tolerare poſſet.

Chriſti facies ſæpius manu percuſſa.

Dentes concuſſi.

Virga autem Chriſti faciem fuiſſe percuſſam, teſtatur Michæas cap. 5. dicens: *In Virga percutient maxillam Iudicis Iſrael.* Calamum verò cum virga Hieron. connectit, dicens Romanos in virga, & calamo percuſsiſſe caput Iudicis Iſrael. Porrò Ioannes Maldonatus in cap. 26. Matth. notat vbi nos legimus: *Tunc expuerunt in faciem eius, alij autem palmas in faciem eius dederunt*, grecè legi ἐρράπισαν, & quia ῥαπὶς grecè fuſtem, baculum, & etiam crepidam ſiue ſoleam ſignificat; ideò Chriſti faciem docet fuſtibus, bacillis, fortè, & crepidis, quorum apud Iudæos vſus frequentiſsimus erat, cæſam fuiſſe.

Virga Chriſti facies percutitur.

Crepidis Chriſti facies percutitur.

His ergo ſecundum hiſtoriæ veritatem declaratis, ſi quis quærat: Quid nobis myſticè hoc referat, quod in Chriſti maxillas, & genas, alapas legimus inflictas? Gregor. & Rupert. allegoricè in cap. 5. Cant. dicunt ſignificari in genis Chriſti, quæ ita percuſſæ pigmentarijs conſitæ, ſunt Martyres, qui pro Chriſti nomine ſanguinem fundere non dubitarunt.

Genæ Chriſti quid myſticè ſignificent.

Origenes autem tropologicè homil. 35. in Matth. dixit Chriſto alapas, colaphoſque infligi, quando quis alicui de Eccleſia facit iniuriam. Gloſſa interlinearis dicit: *Chriſto colaphos impingunt, qui honores ſuos præferunt, vel eos qui Chriſtum veniſſe negant, qui eius præſentiam à ſe quodammodo repellere feſtinant.*

9. *Hos autem ob ictus*, &c. Quæ de hac de-

Digitized by Google

Chriſti horribilem deformationē Eſaias prædicit.

hac deploranda Chriſti Domini, aut deformatione, aut deturpatione tractanda ſunt, ea adeò exactè ab Eſaia Propheta deſcripta ſunt, vt non futura prædicere, ſed peracta referre viſus ſit, qua de cauſa Euangeliſtæ quoque in Veteri lege nomen ſortitus eſt. Sed verba eius prius referamus, ita enim in cap. 53. ait: *Non eſt ſpecies ei, neque decor, & vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſſimum virorum; virum dolorum, & ſcientem infirmitatem. Et quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus; vnde nec reputauimus eum. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit, & nos putauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum.* In qua quidem ſententia, licet nulla ſint verba, quæ vberrimis non ſint referta myſterijs, hæc tamen præ cæteris, vt ad rem noſtram maximè faciunt, ita etiam diligentiſsimè à nobis ſunt perpendenda. Primò, quod dicatur ita ſpeciem, decoremque amiſiſſe, vt nouiſsimus virorum videretur, id eſt, quod omnium virorum minimus eſſet, iuxta illud: *Ego autem ſum vermis, & non homo.* Secundò, quod dicatur tanquam leproſus, neque enim exactius, neq; ad viuum magis hęc Chriſti transformatio deſcribi potuit; vt enim lepra ſuccreſcente, naturalis formæ decor abripitur, flacceſcit, marceſsit, & abſconditur, ita in Chriſto exterminatam faciem legimus; vt de eo dictum ſit, *Non eſt ei ſpecies, neque decor, & quaſi abſconditus vultus eius.* D. Anſelmus dialogo de Paſsione Domini, paulò ante medium, B. V. ſic inducit loquentem: *Et modico dilapſo tempore, filius meus adeò conſpicuus apparuit, quod quaſi leproſus apparebat.* Et infra, de flagellatione loquens, dicit: *Filius meus ita in ſtuporem, & deformitatem tranſmutatus fuit, vt omnibus appareret quaſi lepra percuſſus.* Et lib. 1. reuelationum apud beatam Brigittam cap. 27. dicit B. V. *Surgens autem de terra cum viderem filium meum leproſo deſpectiorem,* &c. Et libro primo cap. 10. *Deinde depoſitus eſt de Cruce, quem ego ſuſcepi in ſinum meum quaſi leproſum.* Verum illud hoc loco tacitè prętereundum non eſt, quod vbi nos legimus, leproſum; Septuaginta verterunt ἐν πόνῳ, id eſt, in labore. Theodotion apud Hieronymum legebat, *flagellatum.* Forerius in Eſaiam, *tactum à Deo.* Sanctes Pagninus, *plagatum, & percuſſum, quaſi percuſſum vt Iob, vlcere peſſimo.* Symmachus verò Aquila, & Hieron. *leproſum* interpretantur. Locum iſtum fusè proſequitur Lactantius Firmianus lib. 4. de vera Sapientia cap. 18. & Hadrian. Finus lib. 6. Flagelli contra Iudęos, & locus iſte adeò clarus, & apertus eſt, vt omnibus peruius ſit. Porrò Euſeb. Cęſarienſ. lib. 4. de demonſtratione Euangelica cap. 20. idem tractans argumentum, ignominiam hanc Chriſti ab Eſaia deſcriptam, confirmat ex illo Pſalm. 88. *Tu verò deſpexiſti, & detuliſti Chriſtum tuum,* &c. Illud hoc loco ſilentio non inuoluam, quod Gloſſa interlinearis, in huius ſententiæ explicatione, dum (*quaſi abſconditũ vultum eius*) legit, hoc de Chriſti diuinitate explicauit, dicens: *Diuinitas in carne abſcondita, iuxta illud: Tu Deus abſconditus, & neſciebamus.* Miratur hoc loco Hieron. & benè; *ſi,* inquit, *ſpeciem non habet, neque gloriam, ſed forma ipſius erat ignobilis, & deficiens præ filijs hominum; ſiue vt habetur in Hebræo, deſpectus, & nouiſsimus virorum: Quomodo ergo dicitur in Pſalmis: Accingere gladio ſuper femur tuum, potentiſsime, pulchritudine, & decore tuo.* Quod facilè inquit ſoluitur: Deſpectus erat & ignobilis, quando pendebat in Cruce, & factus pro nobis maledictũ, peccata noſtra portabat, & loquebatur Patri, Deus, Deus meus quare me dereliquiſti? Inclytus autem erat, & decorus aſpectu, quando ad paſsionem eius terra contremuit, ſaxa dirupta ſunt, & fugiente ſole, ęternam noctem elementa timuerunt; de quo

Margin notes: Eſaias Euangeliſta dictus, & quare. — Chriſtus cur virorum nouiſſimus. — Chriſtus leproſo ſimilis. — Varia lect. Septuag. interpret. — Abſcōditus Chriſti vultus quid ſignificet. — Chriſtus vilis & nobilis.

Chriſtus candidus, & rubicũdus.

Sponſa in Canticis, *Dilectus meus candidus, & rubicundus.* Candidus plenitudine, ac puritate virtutum, rubicundus in Paſsione. Sed Chriſtum ipſum cauſam propriam tractantem, huiuſque rei cumulatiſsimè, atque ſuauiſsimè cauſas aſsignantem, audiamus: ita enim ipſe S. Brigittam lib. extrauagantium reuelationum cap. 82. alloquitur: *Ego ſum omnium Deus, cuius vocem audiuit Moyſes in rubo, Ioannes in Iordane, Petrus in monte. Vide, & conſidera pulchritudinem meam. Vide me in noua Lege potentiſſimum, & pauperrimum; potentiſſimum in adoratione Regum, & denunciatione Stellæ: pauperrimum quando ligabar pannis, & in præſepio reclinabar. Vide me amplius ſapientiſſimum, & inſipientiſſimum. Sapientiſſimum, cui non poſſunt aduerſarij reſpondere; inſipientiſſimum, qui mendacij arguebar, & iudicabar vt reus. Vide me virtuoſiſſimum, & abiectiſſimum: Virtuoſiſſimum in ſanatione infirmorum, & expulſione dæmonum; Abiectiſſimum in flagellatione omnium membrorum. Vide me iuſtiſſimum, & iniuſtiſſimum reputatum: Iuſtiſſimum in veritatis, & iuſtitiæ inſtitutione. Iniuſtiſsimum reputatum per mortis deformis adiudicationem. Vide me quoque piiſſimum, & impiiſſimè tractatum. Piiſſimum in Redemptione & condemnatione peccatorum; impiiſſimè tractatum, quia latronibus in Cruce ſociatum. Vide vltimò me pulcherrimum in monte, turpiſsimum in Cruce; quia non habebam ſpeciem, neque decorem. Vide me non oculis carnis, ſed cordis,* &c. Hæc Chriſtus Seruator meus.

Chriſti ſententia perpendenda.

Efficax Antitheſis.

10. *Apparent inſuper in ſacra Sindone,* &c. Quamuis plenam huius rei fidem ſacræ Sindonis præſtet auctoritas, oculati tamen teſtis accedat confirmatio, quæ non ſolùm fidem faciat, ſed ad pietatem; imò & ad lachrymas præcordia noſtri cordis emolliat. Teſtis autẽ ſit B. V. Hęc etiam iuxta crucem ſtans, hæc vidit quæ S. Brigittæ reuelauit lib. 1. cap. 10. *Quo facto aptauerunt coronam de ſpinis capiti eius, quæ tam vehementer reuerendum caput filij mei pupugit, vt ex ſanguine defluente replerentur oculi eius.* Et infra: *Condolenti mihi aſtanti, & gementi, reſpexit ſanguinolentis oculis ad Ioannem ſororium meum, & me commendabat ei.* Et lib. 4. cap. 70. *Corona ſpinea capiti eius arctiſſimè fuit impoſita, quæ pluribus riuis ſanguinis ex aculeis infixis decurrentibus per faciem eius, & crines, & oculos, & barbam replentibus, quæ quaſi nihil niſi ſanguis totum videretur, nec ipſe me aſtantem Cruci videre potuit, niſi ſanguine expreſſo per ciliorum compreſſionem.* Quin & Chriſtus Dominus eidem S. Brigittæ hoc reuelauit, oſtendens ei crucifixionis ſuæ modum. Ita legimus lib. 7. c. 15. *Quo facto coronam de ſpinis, quam depoſuerunt de capite eius, cum crucifigeretur, iterum impoſuerunt, & aptauerunt capiti ſuo ſacratiſſimo, quæ tam fortiter pupugit reuerendum caput eius, quod oculi eius repleti fuerunt illico fluente ſanguine.* D. Bernardus tract. de Paſsione cap. 39. *Neque hic puto quidem riuos ſanguinis defuiſſe, qui à capite innidè, & deriſoriè coronati* IESV, *in collum, & in faciem dulcis* IESV *diffluerent.* Verè igitur de Chriſto Ieremias dicere potuit. *Afflictus eſt oculus meus.* Cum verò expreſſo per ciliorum compreſſionem ex oculis ſanguine, matrem Cruci aſtantem contemplaretur, dicere poterat: *Diuiſiones aquarum deduxit oculus meus, ſuper contritione filiæ populi mei. Tunc enim deprædatus eſt oculus animam meam.* Et cum Dauide Pſal. 37. dicere potuit: *Lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum*, tunc palpebræ caligauerunt, hoc μετωνυμικῶς dictum eſt, partem ſumendo pro toto. Nec verò oculos ſolùm defluens è vertice ſanguis rigabat; ſed & os, barbam, vniuerſamque faciem. Ita enim B. V. lib. reuelationum cap. 10. dixit: *Vt ex ſanguine fluente replerentur oculi eius, obſtruerentur aures, & barba tota decurrente ſanguine deturparetur.* Idipſum ferè repetitur lib. 4. cap. 70. & lib. 7. cap. 15. Et Chriſtus ipſe ſic D. Brigittam alloquitur lib. extrauagant. reuelationum cap. 51. *Inde vertex meus, & caput meum totum puncturis ſpinarum lacerabatur. Sanguis defluens coagulatus deturpabat faciem totam, & barbam, os, & linguã ſimiliter*

B.V. teſtis eſt omni exceptione maior.

Corona Chriſti capiti denuo impreſſa.

Bernardi pia meditatio.

Palpebræ pro oculis.

Chriſti vertex laceratur.

Os & lingua Chriſti ſanguine repleta.

liter inficiebantur ſanguine. Quod autem hic de ore, & lingua ſanguine conſperſis dicitur, clarius B. Virgo D. Brigittæ explicat libro primo cap. 10. *Os eius apertum videbatur; & lingua tota ſanguinolenta.* Et lib. 4. cap. 70. dicit: *Igitur ore aperto ſicut expirauerat, lingua, dentes, & ſanguis in ore ab aſpicientibus poterant videri.*

11. *Nam hi Seruatoris puriſſimi ſanè oculi*, &c. Duo ſunt nobis hoc loco præſtanda. Alterum quidem, vt puritatem oculorum Chriſti conſideremus: alterum verò, quod nunquam in partem aliquam Chriſti oculi ſint coniecti, quin benignitatem ſint operati. Benignitatem quidem oculorum Chriſti apprimè expreſſit Sponſa in Canticis dicens: *Oculi eius ſicut columbæ.* Cant. 5. vbi Gloſſa, & Cardinalis Charenſis: Oculi vt columbæ dicuntur, quia columba felle caret, nec truculentis vnquam oculis reſpicit, vt feriat, vt occidat, vt mactet, ſed vt amet. Quod autem Chriſtus oculos ſuos in aliquem nunquam coniecerit, quin mox beneficium aliquod inſigne contulerit, non admodum erit difficile comprobare. Theophylactus quidem in id Ioan. 6. *Cum ſubleuaſſet* IESVS *oculos ſuos*, &c. *Ex hoc*, inquit, *diſcamus quod Chriſtus non ſolitus ſit hinc inde vagari oculis, ſed compoſitus, & attentus ſedere, facto ſuo oſtendens, à paupere faciem non eſſe auertendam.* Euſebius autem Cæſarienſis in Catena Græca Patrum relatus, in Pſal. 10. ſuper illa verba: *Oculi Domini ſuper iuſtos. Quando*, inquit, *Deus ad pauperem reſpicit, eum dignatur intuitu benefica ſua potentia, quam oculos appellat.* Hier. in eum locum, *Oculi*, inquit, *Chriſti aſpectu Diuinatis ad populum Chriſtianum reſpiciunt, & ad quid reſpiciunt? niſi ad iuuandum?* Chryſoſt. ibid. ait: *Vidiſti paratum adiutorem, promptum opitulatorem, vbique præſentem, omnia reſpicientem, cuius hoc maximè munus eſt, etiam ſi nullus eum roget, prouidere eos, qui iniuriam faciunt, prohibere, ijs quibus fit iniuria, ſuccurrere.* Egregiè Caſsiodorus, *Beati*, inquit, *creduntur illi, ad quos reſpicit Deus, quoniam intuitus eius beneficium eſt; quia tenebris non offunditur, qui tanta claritate luſtratur. Nam & lapſus Petrus redire tunc meruit, quando eum clementia Diuinitatis aſpexit.* Legantur quæ hac in re ſcripſit Hilar. in Pſal. 65. Baſil. in Pſal. 32. Eucher. in Forma Spirituali prima. Caſsian. lib. 8. Collationum cap. 4. Origen. homil. 12. in Ierem. Origenes autem tantam in oculis Chriſti benignitatem agnoſcit, vt benefacta oculis conſpici, malefacta palpebris interrogari, ne ſcilicet,

Oculorum Chriſti benignitas.

Oculi Chriſti cur dicantur oculi columbarum.

Chriſtus nunquam oculos ſubleuat, quando beneficia præſtat.

Accurata inductio.

In amicorum vitia, tam cernat acutum.
Qualis alta aquila, aut ſerpens Epydaurius.

Sed age iam pientiſsimi huius dogmatis veritatem, quam apertis teſtimonijs comprobauimus, etiam exemplis illuſtremus. Ioan. 6. legitur Chriſtus oculos ſubleuaſſe, & ecce tibi: *Vidis quia multitudo magna venit ad eum:* & tunc ad eis ſubueniendum ſe accingit, panes & piſces benedicit, ſatiat ex quinque panibus, & duobus piſcibus quinque millia virorum, exceptis mulieribus, & paruulis. Id ipſum quoque eum feciſſe commemoratur apud Marcum cap. 8. cum dixit: *Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent, & ſi dimiſero eos ieiunos, deficient in via, quidam enim ex eis de longè venerunt.* Quare & ſeptem panibus, & paucis piſciculis, ingenti turbæ pabula abundè ſubminiſtrat, vt ijs cibo expletis, tandem diſcipuli ſeptem ſportas fragmentorum collegerint. Lucæ 6. Eleuatis oculis in diſcipulos, eos ſtatim cœleſtibus dicat benedictionibus. Ioan. 11. Eleuat oculos in cœlum, & Lazarum à mortuis euocat. Ioan. 17. Eleuat oculos, orat pro diſcipulis, & ecce tibi, è cœlo vox aduenit, & fidem roborat, Matth. 4. & Ioan. 1. Vidit piſcatores, & eos ad ſe euocat, facit eos piſcatores hominum. Lucę 7. Oculos in Magdalenam conijcit, & eam à conuicijs

Chriſti prouidentia.

Vtinam nos quoque Chriſtus aſpiciat.

Phariſæi defendit, eique peccata dimittit. Matth. 23. *Videns ciuitatem fleuit ſuper eam.* Lucę 22. Reſpexit Dominus Petrum, & ſtatim ad lachrymas eum adigit, vbi Ambroſ. *Quos* IESVS, inquit, *reſpicit, plorant delictum.* Aug. de Concord. Euang. *Cum eſſet Petrus*, inquit, *in atria deorſum, Chriſtus ſurſum, quomodo ergo Petrum reſpexit in facie corporali? Quapropter*, inquit, *mihi videtur illa reſpexio facta fuiſſe diuinitus.* In cœna oculos in cœlum eleuat, ac Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, in quo, velut in ſacrorum omnium ſacratiſsimo myſterio, Corpus ſuum ſub panis ſpecie, & Sanguinem ſub vini ſpecie confort, nobiſque charitatis, ac beneficentiæ erga nos ſuæ pignus oſtendens inſtituit. Cuius inſtitutionis memoriam hodie in Sacratiſſ. corporis Chriſti die ſollemni colimus. Moriens in Cruce oculos in aſtantem Mariam, Ioannemque conijcit, atque Ioannem in filium Marię, Mariam verò in matrem Ioannis reſignat. Nec fortè illud erit hoc loco omittendum, quod idem Chriſtus antequam humanam carnem aſſumeret, oculos ſuos coniecit in Mariam, eamque præ cæteris eminentiſſima dignitate condecorauit. Quare B. V. de ſe ait: Lucæ 2. *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes:* Hoc deſcribens Ioan. Lanſpergius ſermone 41. de Paſsione Domini, dicit: *Chriſtus moriturus caput inclinauit ante Matrem, quaſi ei vltimum vale dicens.* Meritò igitur pientiſsimus Paſtor, vniuerſalem doctrinam enumerauit, dicens puriſsimos Chriſti oculos in nullam vnquam partem fuiſſe coniectos, quin radios benignitatis effunderent. Sed quos tandem radios? Audi Hieronymum lib. 3. in Matth. cap. 21. *Igneum quiddam*, inquit, *atque ſydereum radiabat ex oculis Chriſti, & Diuinitatis maieſtas lucebat in facie.*

Verbum oculos in Mariam ante Incarnationem conjecit.

Quibus donis eam ditauerit.

Chriſtus ſuis oculis radios benignitatis effundit.

12. *Doloris aqua conſperſi fuerunt*, &c. Vt iſta clarius intelligantur, recolantur quæ Lucas 22. commemorat, ad hæc enim non obſcura ſub aquarum metaphora bonus Paſtor alludit. Ibi enim Lucas ſcribit: *Et factus eſt ſudor eius velut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* Græcè θρόμβοι, id eſt, craſsiores guttæ, vel grumi. De ijs igitur aquis prudens Antiſtes dicit à capite riuulorum duxiſſe primordia, ſudor enim primò è fronte, & facie exęſtuat, iuxta illud: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* De ijs aquis dixerat Ierem. Threnor. 3. *Inundauerunt aquæ ſuper caput meum, & dixi, perij.* Ibi enim Hieron. ait: *Aquæ ſuper caput Redemptoris inundauerunt, quando ſeditioſi populi Iudæorum perſecutionem mouentes, Diuinitati Redemptoris detraxerunt.* Et paulò poſt ſubdit: *Quamuis hæc hiſtorialiter euerſionem Hieruſalem Templi aſsignent, tamen altiori ſenſu, templi myſtici deſectionem ſignificant.*

Sudor ſanguineus.

Sudor primò è fronte hominis prodit.

13. *Quod quidem D. Anſelmus*, &c. Apud nullum ex Claſsicis Scriptoribus Chriſti coronam lancea percuſſam Chriſti capiti inhæſiſſe, præterquam apud Anſelmum reperitur; quamuis arundine Chriſti caput percuſſum cap. 22. dicat, & Io. Lanſperg. Theorem. 9. de beneficijs, dicat: Chriſti caput armatis manibus chirotecis ferreis, item pugnis, lignis, & armis percuſſum fuiſſe. Hoc tamen fortè probabile reddet Michææ auctoritas, dum dicit: *In Virga percutient maxillam Iudicis Iſræl.* Vbi Hieronymus dicit: *An non contumelia Trinitatis eſt, quando in Virga, & calamo percuſſere Romani caput Iudicis Iſraeli?* Cardinalis Charenſis, per virgam, aut totalem Paſsionem, aut crucem, aut arundinem intelligit, qua caput Chriſti percutiebatur. Tamē quomodo ex Euangeliſtis colligatur arundine Chriſti capiti coronam impactā, ſupra oſtenſum fuit.

Caput Chriſti arundine percuſſum.

14. *Apparet & in Sindone ſacra*, &c. Dirum, atque lachrymabile ſpectaculum, quod non inſpicientibus ſolùm, ſed etiam audientibus, horrorem maximum

Flebile ſpectaculum.

ximum incutere poſsit, quod Chriſti Domini ora non extrinſecus ſolum, ſed etiam intrinſecus ſanguine cruentata conſpiciantur. Recolantur quæ B. V. S. Brigittæ reuelauit lib. 1. cap. 10. *Os eius apertum videbatur, & lingua tota ſanguinolenta.* Et lib. 4. cap. 70. *Igitur ore aperto, ſicut expirauerat, lingua, dentes, & ſanguis in ore ab aſpicientibus poterant videri.* Dirumque magis, magiſque lachrymabile fiet, ſi huius rei cauſas perquiramus. Qui enim totam linguam irrigauit, ſanguis profectò is nõ fuit, qui e ſpinarum punctionibus defluens faciem irrigabat extrinſecus, ſed qui intrinſecus quoque defluebat in os. Quę igitur huius internę ſanguinis effluxionis cauſa? an quod Chriſti maxillæ pugnis, alapis, colaphis, fortè virgis, crepidis, armata etiam manu adeò acriter cederentur, vt dentes quoque licet non effringerentur, nec conuellerentur; ita tamen concuterentur, vt copioſe ſanguis efflueret? ita enim Chriſtus S. Brigittæ indicauit, dicens: *Gingiua tunſionibus intumeſcebat.* Et lib. 2. cap. 15. idem Chriſtus eidem B. Brigittæ loquens ſic dicit: *Dentes mei, & gena mea malè contracta ſunt.* Et lib. 1. cap. 59. dicit: *Ego percuſſus fui pugno in dentes.* Io. Lanſperg. hom. 19. de Paſſione dicit: *Tradunt alapam adeò fuiſſe vehementem, vt dentes mouerentur, & ſanguis Chriſto manarit è naribus, adeò validam, vt digitorum veſtigia retineret Chriſti maxilla, quod in Veronica ſudario Romæ tradunt cerni manifeſtè.* Notat hoc loco Cyrillus, ex crudeli hac alapa Chriſto inflicta, ſanatam eſſe peccati noſtri fœditatem: fœdum eſt enim peccare, fœdum eſt ſic percuti, fœditas culpæ, alapæ fœditate ſanata eſt. An quod acutiſsimis ſpineę coronę aculeis cerebrum, atque alię quędã corporis partes perforarentur, vt in os ſanguis ſtillatim excideret? ita enim Patres clamant. Bernardus ſerm. de Paſſione Domini, Laurent. Iuſtinian. lib. de triumphali agone cap. 14. An

Os Chriſti etiam interne ſanguine repletum.

Dentes Chriſti concuſſi ſanguine fluunt.

Veſtigia digitorũ in Veronice Sudario conſpiciuntur.

Fœditas noſtra quando purgata.

capitis percuſsiones colaphis, arundine, virgis, fortè, vt Anſelm. dialog. de Paſsione, ſaxis contuſum caput, ita ſanguine maduit? vt per internos meatus ſanguis ad inteſtinum capitis foramen, quod à medicis infundibulũ cerebro ſubſidens congregatus, paulatim ad os baſilare, inde ad glandẽ diffluens, per cauitates, quibus etiam capitis effluxiones diſtillationes, & catharri influunt, in os illaberetur.

Quomodo ſanguis ad os delatus fuerit.

15. *Cæterum eum crudeliſsimis*, &c. Fuiſſe Chriſti caput arundine percuſſum, expreſsè D. Marcus teſtatur cap. 15. dicens: *Et percutiebant caput eius arundine.* Hieronymus in id Michęæ 5. etiam virga. Anſelmus dialog. de Paſſione, etiam lancea. Ioann. Lanſpergius, pugnis, colaphis, & lignis Chriſti caput tradit fuiſſe percuſſum; Marcus tamen arundine percuſſum docet. An hoc myſterio vacare putandum eſt? abſit: quandoquidem in Scriptura nullum, vel minimum verbum eſt, quod myſterio careat.

In Scriptura nullum verbum ſine myſterio poſitũ reperitur.

Conſideranti igitur mihi, cur præcipuè diabolus ſubſannatores hos impulerit, vt Chriſti caput arundine percuterent, ea occurrit ratio, quod ſerpentibus nulla lethalior infligitur percuſsio, quam ſi arundine percutiantur. Quia igitur ſerpenti dictum fuit Geneſ. 3. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa* (vt alij ex textu Hebraico legunt) *Ipſum*, ſcilicet ſemen, *conteret caput tuum.* Chriſtus ergo ſemen erat mulieris, *non in feminibus quaſi in multis* (vt argumentatur Apoſtolus, Gal. 3.) *ſed in ſemine, quod eſt Chriſtus.* Ipſum igitur cõterere debebat ſerpentis caput arundine, ideò enim Athanaſ. ſerm. de Paſſione Domini, inquit, Chriſto ſceptrum arundineum in manu traditum fuit, vt venenata ſerpentium capita contunderet. Hoc timens callidus ſerpens diabolus, maluit Chriſti caput arundine percutere, quam ſuũ caput à Chriſto arundine concuti. Factũ iſtud allego-

Caput Chriſti cur arundine percuſſum.

Chriſtus cur ſceptrum arũdineum geſtarit.

Digitized by Google

Hæretici Chriſti caput arũdine cedunt.

allegoricè Patres explicant, dicentes, eos, qui Chriſti caput arundine cedunt, eſſe Hæreticos, qui tunc Chriſti caput calamo, & arundine percutiunt, cum contra eius diuinitatem Scripturæ auctoritatibus pugnant. Ita Beda, Chryſoſtomus, & Theophylactus.

16. *Igitur cum Seruatoris facies*, &c. Quamuis omnia Chriſti Domini Seruatoris noſtri pietatem, beneficẽtiamque eius erga nos maximam redoleant, eius ſiquidem naturæ bonitas eſt, eius opus miſericordia eſt: quædam tamen ſunt, quę non charitatem, pietatemque ſolum oſtẽdunt, ſed charitatis, pietatiſque exceſſum demonſtrant: quemadmodum cœleſtis Pater, *propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, filium ſuum dimiſit in mundum*, ad Tit. 3. quod conſiderans D. Bernard. dicebat: *Charitatem verè nimiam, quæ omnem menſuram excedit, modum tranſcendit, ac ſupereminet vniuerſis*. Talia ſunt quædam Chriſti Domini opera, vt quod morti ſe pro noſtra ſalute tradiderit, *Maiorem enim Charitatem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*. Quod in Sacroſancto Euchariſtię Sacramento corpus ſuum, in cibum, ſanguinem ſuum in potum præbuerit. Inter hæc igitur, quæ immenſi eius in nos amoris heroica ſunt argumenta, hoc quoque connumeremus, quod faciei ſuæ imaginem proprio cruore depictam nobis, vtcunque in ænigmate conſpiciendam, tradere decreuerit. Hoc beneuolentiæ Dei erga ſe ſignum quærebat Moyſes, Exodi 33. dicens: *Si inueni gratiam in oculis tuis, oſtende mihi faciem tuam*. Cum Dauid Abſaloni filio fratricidij ſcelus cõdonaſſet, *Non videat tamen*, inquit, *Abſalon faciem meam*. 2. Reg. 14. Cum autem Abſalon Hieruſalem reuertiſſet, faciem tamen Regis videre non poſſet, miſit Ioab ad Regem dicens: *Quare veni de Geſſur, ſi faciem Regis videre non poſſum? melius mihi erat ibi eſſe; obſecro, vt videam faciem Regis. Quod ſi memor eſt iniquitatis meæ, interficiat me*. Vbi Toſtatus ait, excruciari magis Abſalonem ex eo, quod Regiæ faciei aſpectu arceretur, quam ſi aut exul maneret in Geſſur, aut etiam ſi occidendus eſſet; occidi maluit, quam Regis aſpectu carere. Libet hoc loco, quamuis ab inſtituto nonnihil digrediar, illuſtre quoddam facinus pientiſsimi cuiuſdam Pariſienſis Clerici, ex lib. 3. Miraculorum B. V. cap. 5. Siluanio Razzio referente, commemorare, in quo velut in ſplendidiſsimo ſpeculo nobis intueri licebit, & quale ſit Chriſti beneficium, quod faciem ſuam nobis, vtcunque dignetur oſtendere; & quam in nobis ardere deberet ſtudium conſpiciendi Dei. Clericus iſte vt maxima animi pietate, cordiſque puritate Deum colebat, ita B. V. ſtudioſiſsimus, eius eximiam pulchritudinem intuendi ardentiſsimo deſiderio flagrabat, in dieſque ſingulos, vt hoc ſibi beneficium concederet, magis, magiſque B. V. pietatem precibus fatigabat, cum ecce tibi (quę tantæ Matris eſt pietas) ad pientiſsimum Clericum Angelum tranſmittit, qui clericum moneat, paratam ſe quod ipſe popoſcit concedere, ſuamque illi pulchritudinem aperire, eique obteſtetur, quod quibus oculis pulchritudinis ſuæ elegantiam conſpexerit, ijs nihil vnquam conſpicere aliud poterit, ſed ijs captus, orbatuſque cæcutiet. Accipit clericus conditionem, oculos, vitam etiam profundere paratus, modo B. V. videat excellentiam, ad inſtarque Simeonis ſenis dimitti cupiat in pace, ſi Dei ſalutare conſpexerit. Conſtituta igitur die aduenit B. V. Clerico ſeſe, ſuamque eximiam pulchritudinis elegantiam eminentiãque aperit, oſtentat.

Opera Chriſti charitatis exceſſum oſtendũt.

Heroica amoris argumenta.

Faciem oſtendere beneuolentiæ.

Abſalon mori maluit, quam patris aſpectu priuari.

Pietas clerici in B. V.

B. V. mira clemẽtia.

B V excellens pulchritudo.

Qualiſque videri
Cœlicolis, & quanta ſolet.

Intuetur is cœleſtem, ac planè diuinam Virginis maieſtatem, in cuius aſpectu detinetur, rapitur, hæret, gloriatur,

Digitized by Google

riatur, deficit: at ſibi, ſuiſque oculis nimis aut callidè, aut timidè proſpiciens, adueniente virginis gloria, oculum vnum occluſerat, de illo omnino actum ratus: at cum Virginis decorem longe ſplendidiorem agnoſceret, quá vt vnico oculo conſpici poſſet, alterum quoque oculum aperit, vtroque paratus orbari oculo, modo tantę Virginis decorem intenſius ſemel cerneret; ſed fruſtra: nam ſtatim atque alterum oculum aperuit, Virgo euanuit, tum is oculo quo B. V. viderat orbatus, maximè dolens non quod oculum, quo B. V. decus viderat, amiſerat, ſed quod altero quoque oculo tantę Matris eminentem pulchritudinem contemplatus non eſſet, rurſus triſtari, dolere, ſupplex rogare, inſtare, vrgere precibus Virginem, vt iterum ſe altero quoque oculo videndam concedat, paratum ſe altero quoque priuari oculo; non incaſſum funduntur preces, annuit Deipara, denuo ſe, ſuamq; gloriam videndam pollicetur; gratiás agit Clericus, diem cunctaur, quantocius fieri rem poſtulat: deſtinata tandem die adeſt cœleſtis Regina, decus, gloriam, pulchritudinem ſuam aperit: fruitur interea Clericus, hæret, rapitur, tantoque aſpectu quodammodo exanimatur; ſubtrahit ſe Virgo, itaque Clerici ſe ſubducit aſpectu, vt altero ſe priuatum oculo gratanter tanta viſione recreatus clericus credat. Cum ecce tibi, (quæ Deiparæ Reginæ benignitas eſt) alter quoque oculus, quo primo priuatus erat, reſtituitur, Clericus verò gratias agere nunquam deſtitit. Fuit hoc benignitatis Virgineæ ſignum, quod ſe Clerico videndam tribuerit. Cur non beneficentiſsimæ charitati tribuemus, quod Chriſtus ſui nobis effigiem conceſſerit intuendam? Chriſti in faciem deſiderant Angeli proſpicere, quæ benignitas erit, ſi nobis quoque ſaltem in ænigmate cernenda concedatur. Inſigne Abagaro Regi exhibitum Chriſti beneficentię teſtimonium, vniuerſi homines opinantur, quod ſui effigiem linteo impreſſam Chriſtus tranſmiſerit. Cur ſacroſanctam hanc Sindonis effigiem, eximij beneficij loco non excipimus? Clementiæ ſignum monſtrabat Aſſuerus, ſi ſummitatem ſceptri ſui alicui oſculandam exhibuiſſet, Chriſti clementiam nos agnoſcamus, quod non virgam, non ſceptrum; ſed ſui effigiem nobis cernendam, atque exoſculandam præbuerit. Eximium bonitatis Chriſti indicium fuit, quod nobiſcum vſq; ad mundi finem manſurus, ſeſe nobis ſub velamine in ſemper venerabili Euchariſtiæ Sacramento videndum conceſſerit. Cur non benignitati eiuſdem aſcribendum ducemus, quod nos quoque ſuæ imaginis inſpectione recreãdos decreuerit? Hęc eſt tota merces, hæc conſummata felicitas, ſi Dei faciem conſpiciamus in cœlis; erit hæc inchoata felicitas, ſi eius imaginem, vtcunque conſpiciamus in terris. Hanc Dauid poſtulabat dicens: *Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.* Hoc Simeon dicens: *Nunc dimitte ſeruum tuum in pace, quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.* Hoc Moyſes dicens: *Oſtende mihi faciem tuam.* Hoc Prophetæ, dicentes: *Vtinam diſrumperes cœlos, & deſcenderes, vt notum fieret gentibus nomen tuum.* Hoc Sponſa in Canticis, dicens: *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Nos quoque vultum tuum deprecabimur, faciem tuam requiremus.* Faciem Hieronymus dixit mentis ſpeculum, in quo animi ſenſa elucefcunt, quæque in corde deliteſcunt, perſæpè clareſcunt in facie. Nos ergo beneficentiam Chriſti agnoſcamus, qui ſuam nobis faciem aperiens, ſua nobis quoque arcana aperit. Nos non ſeruos, ſed amicos dicet, qui *ea quæ audiuit à Patre, nota facit nobis.*

Deuotionis ardor.

Quantum valeat oratio.

Clericus oculis orbari cupit vt B. V. pulchritudinem videat.

B. V. mira bonitas.

Chriſti faciem Angeli videre concupiſcunt. Chriſti benignitas.

Chriſtus ſuam faciem in velamine exhibet.

Prophetæ, & Patriarchæ quam ardentes Chriſti faciem videre cupiebant.

17. *Non ſecus atque vultus ille, &c.* Sacram venerandi facinoris, quo Chriſtus Veronicæ ſacroſanctam ſui vultus eſſi-

Chriſtus Veronicæ faciẽ ſuam linteo impreſſam conceſſit.

tus effigiem linteo impreſſam tradidit, hiſtoriam plurimi magni etiam nominis auctores tetigerũt. Conradus Brunus lib. de Imaginibus cap. 13. Iulius Salignanus tomo 8. cap. 7. Rutilius Benzonius lib. 1. de fuga, qui alio titulo dicitur, Speculum Epiſcoporum diſput. 1. quæſt. 2. Bredembachius in deſcriptione Terræ Sanctæ, Conradus Clingius lib. de Locis communibus cap. 70. Paſchaſius in deſcriptione Terrę Sanctæ, die 210. Ioan. Eckius de Paſsione Chriſti, articulo 5. conſideratione prima. Paulus Griſaldus in deciſionibus fidei Catholicæ, verbo, Imago. Chriſtianus Adricom. in 2. parte deſcriptionis Hieruſalem, num. 44. *Domus*, inquit, *Veronicæ angularis. Hic Veronica lineum capitis ſui peplum dedit Chriſto, quo faciem ſuam tergeret, cui Dominus faciei ſuæ imaginem perfectè impreſsit, eique in amoris ſui pignus, reddidit, quod in hodiernam vſque diem Chriſti facie inſignitum, Romæ in S. Petri Baſilica in Vaticano, grandi honore aſſeruatur, ac ſtatis diebus populo oſtenditur.*

Pignus amoris.

Tradunt autem Chriſtianus Adricomius vbi ſupra num. 118. & apud ipſum D. Petrus Potens, & Matth. Steenberg. Io. Paſchaſius in lib. ſuarum Peregrinationum, quod domus Veronicæ à Palatio Pilati, vbi Chriſtus ad Crucis mortem damnatus fuit, abeſt ſpatio paſſuum quadringentorum, & triginta; à loco verò vbi Chriſto ſuper ſaucios humeros Crux impoſita fuerat, paſsibus quadringentis, & quatuor. Memorabile eſt, quod de ſacroſancta Chriſti effigie, quæ in eodem ſudario cernitur, tradit Ioannes Lanſpergius homil. 19. de Paſsione Domini, quod Chriſti facies in eodem impreſſa ſudario digitorum veſtigia impreſſa retineat, & aſpicientibus mõſtret, quando armata manu alapas Chriſto Domino inflixere.

Veronicæ domus vbi.

18. *Hoc autem pio, Chriſtianoque lectori*, &c. Cum mellifluus Bernardus in aureo ſermone qui inſcribitur, Signum magnũ, munificentiſsimæ prouidentiæ Dei encomium contemplaretur, dicebat: *Vehementer quidem nobis vir vnus, & mulier vna, nocuere, ſed gratias Deo, per vnum nihilominus virum, & mulierem vnam, omnia nobis condonantur, nec ſine magno fœnore gratiarum: ſapientiſſimus enim artifex, quod quaſſatum erat non confregit, ſed refecit, vt & nouum nobis Adam formaret ex veteri, & Euam transfunderet in Mariam.* Verùm vti Chriſtus deperditam per Adam dignitatem inſtauraret, *exinaniuit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem Crucis; idcò exaltauit illum Deus, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*; &c. Ita etiam B. V. in filij morte humiliauit, & exinaniuit ſemetipſam, dolores partus, quos in filij partu effugit, in eius morte patiens: idcò exaltauit eam Deus, & dedit illi nomen, quod poſt IESV nomen eſt ſuper omne nomen, & quod tandem eſt eius nomen? Nomen eius mirabile eſt. Quod tandem nomen eſt? Maria; quod aliqui tetragrammaton putarunt, vt Blaſius Viegas in c. 12. Apocal. com. 2. ſect. 1. ſed rectius Petrus Galatinus lib. 2. de arcanis, cap. 9. & 10. oſtendit, nullum aliud eſſe nomen tetragrammaton præter illud nomen quod eſt ineffabile *Iehouas*. Sed tamen etiam Marię nomen mirabile eſt: nam vt refert Georgius Venet. in lib. de Harmonia Mundi, cantico primo, tomo 5. cap. 6. Inter abditiſsima, & reconditiſsima Hebræorum arcana, dicunt Rabbini hoc quoque contineri, quod ſit vna quædam ſuprema creaturarum omnium, quam ipſi *Mitatron* appellant; id eſt, principem facierum, cuius officium ſit, ante faciem Imperatoris aſsiſtere, & dignos ad faciem Imperatoris introducere, cuius nominis extremę tres literę eundem numerum referunt, quẽ etiam Hebraicè refert. Mariæ nomen מרים cuius literæ numerum efficiunt .90. quem etiam efficiunt tres illę vltimę literæ רים nõ quæ ipſe quoque 290. efficiunt,

Adæ atque Euæ damnum fœnore reparatum.

Chriſtus ſecundus Adam.

B. V. exinaniuit ſemetipſam.

Marię nomen, ante tetragrammaton.

Mitatron quid ſignificet.

efficiunt, vt probabile ſit, Mariam principem eſſe facierum. Quia etiam ipſa tanquam mediatrix Dei, & hominum, ante faciem Imperatoris aſſiſtat, & alios eiuſdē ad Imperatoris faciem introducat.

Maria princeps facierum, & cæt.

Sed quomodo tantam dignitatem ſacerrima hęc Virgo potuit promereri vt mediatrix eſſet Dei, & hominum? Reſpondet, humilitate, ita enim ipſa dicit: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, fecit mihi magna qui potens eſt.* Tum etiam, quia in filij morte Martyr, & pluſquam Martyr, & Regina Martyrum fuit. Tandem quia obtenebratam in morte filij faciem, ita contemplabatur, vt in ea conſpicienda inenarrabiles dolores pateretur.

B. V. humilitate celſitudinem conſecuta eſt.

19. *Mox cum Plagis*, &c. Qui calli dam Sinonis transformationem, qui artificioſam Zopyri deformationem viderunt, ij adeò exhorruiſſe referuntur, vt ad Sinonis aſpectum ad miſericordiam ipſi Troes inimici flecterentur: & ad Zopyri viſum ad indignationem, ad commiſerationęm, & ad lachrymas ſimul Darius Rex Perſarum permotus ſit. Quantum igitur nos internis pietatis motibus affici, atque lachrymabilibus affectibus moueri neceſſe eſſet, cum Chriſti Domini Seruatoris noſtri faciem adeò exinanitam, atque (vt vno verbo dicam) adeò exterminatam agnoſcamus, vt meritò de ipſo dixerit Eſaias: *Non eſt ei ſpecies, neque decor; aſpeximus eum, & non erat aſpectus.* Et rurſus: *Aſpectus hominis in eo non eſt.* Ita enim regiam illam frontem, ſuaues illas genas, ſcintillantes illos oculos, purpurea illa labia, delicatum illud os, tunſiones, alapæ, colaphi, virgæ, crepidæ, liuores, tumores, ſanguis, lachrymę, puluis iniecta terra fœdarant, vt monſtrum crederes, qui cœli decus, Angelorumque felicitas eſt, atque iucunditas. O quantum ex eo doloris percepiſſe credenda eſt pia Mater! quę in eo conſpiciendo conſternata corruiſſe deſcribitur.

Sinonis ac Zopyri fœditas qualiter ad commiſerandum etiam hoſtes flexerit.

Facies Chriſti fœdata, quomodo à nobis deploranda.

B. Mater qualiter in filij fœdata facie doluerit.

20. *Hoc pacto dum pius ipſe lector.* &c. Hic pietatis affectus, hic compaſsionis fructus expectatur, vt B. V. lachrymas imiteris, dolores aſſequaris, pietatem ęmuleris. Chriſtique pro te dira paſsi effigiem ob oculos propoſitam ſemper habeas, eiuſque dolores veluti cordi tuo impreſſos, perpetuò mediteris. Et cum Beatam illam Domini faciem videre, oculiſque amoris proſequi nequeas, eius imaginem ſacrę impreſſam Syndoni oſculeris: ſed animaduertas neceſſe eſt, quod Chriſti faciem, & B. V. etiam Iudas oſculati ſunt, ideò videas, quo tu oſculo oſculeris, an Matris, an Iudę.

Quis meditationis fructus.

Qua pietate Chriſti effigies Sindoni impreſſa, ſit meditanda, & quo oſculo ſalutanda.

ALPHON-

ALPHONSI PALEOTI
ARCHIEPISCOPI II. BONONIENSIS.

SACRAE SINDONIS EXPLICATIO.

De Plagis brachiorum, & pectoris Domini, tum de dolore, quo per illas in corde durißimè conflictatus eſt. *Caput Decimumquintum.*

Inſpiciatur exemplaris locus, in quo I. nota poſita.

AB, 1. ſacratiſſimo vultu ad brachia deſcẽdendo, & pectoris plagas omnes, lateris dimiſſa plaga, ſimul colligendo: nam de lateris vulnere, tanquam de eo, quod illi poſt mortem inflictum fuit, poſtremò nobis differendum erit, ob dilaniatos artus, & ob ſanguinem in brachijs apparẽtem, tam in anteriore, quàm in poſteriore corporis parte, plaga plagæ ſuperpoſita. 2. Illud Ieremiæ vaticinium, *Vetuſtam fecit pellem meam*; ad finem deductum, ſatis apertè conſtat. Simili quoque modo, quod Iſaias prædixit: *Dominus voluit conterere eum in infirmitate*; necnon quod Ieremias prænunciarat, *Abiectionem poſuiſti me in medio populi*, adimpletum extitiſſe videtur. 3. Brachia verò ſanguinolenta ſunt, quod in ſacra Sindone ex iteratis verberibus clariſſimè patet, & ex notis, quæ toto in corpore apparent. 4. Quinetiam ex ſanguine, qui clauorum ex infixione defluxit. 5. Vnde Iob ſententia, qua de brachijs præſertim vaticinatus eſt, *Deuoret pulchritudinem illius cutis; conſumet brachia illius primogenita mors*, veritati conſona tandem facta eſt. 6. Quæ brachia dilacerata adeò in Arie-

Vaticinia de plagis Chriſti in pectus illatis.

Threnor. c. 3.

Threnor. c. 3.

Iſaia cap. 53.

Digitized by Google

in Arietis, qui inter illud ſacrificium, in quo Iſaac immolandus erat, concinnandum, in monte cōparauit, cornibus, deſignata fuere. Sic Beda interpretatur, *Per cornua*, inquit, *Arietis, brachia Saluatoris crucifixi in medio vulnerata intelligimus*. 7. Hæc autem illa ſunt amoris indicia, ab Sponſa tantopere exoptata, dum inquibat: *Pone me, vt ſignaculum ſuper brachium tuum*. 8. Id verò ſigni comprobatur in plagis brachijs illatis, quæ Chriſti charitatis diuinæ certiſſimum indiciū præſeferunt. 9. Quam verò præter antedictos verberum ictus, iſthæc brachia per vim diſtenta fuerint, vt ad loca clauorum pertingerent, diſtractis neruis; inter illa diſtendendum, cum ipſorum fortitudo ſit patefacta, quod Dauid prædixerat, illud comprobatum exſtitiſſe facilè dici poteſt, *Poſuiſti*, inquibat, *vt arcum æreum brachia mea*. Et item illud: *Ponens manus meas ad prælium, & componens quaſi arcū æreum brachia mea*. Quo quidem ex arcu contortum illud fuit ſpiculum, quòd quo magis intentum eſt, eò validiore cum ictū antiqui Goliæ frontē percuſſit. 10. Hæc autem brachia, adeò diſtenta, & aperta, illas referunt alas, de quibus in Euangelio Seruator, *Quoties*, inquit, *voluit congregare filios tuos*, ad Hieroſolymorum verò conuerſus erat vrbem, *quemadmodum gallina congregat pullos ſub alas, & noluiſti?* Quæ ſanè alæ, ſi quot modis dilaniatæ videntur, totidem etiā pennas illis addere velimus, meditando deuotè eaſdem, firmato mentis obtutu è terris in cœlum, facillimè profectò euolare poterimus, & à terrenarum rerū contemplatione ad cœleſtia, mētis aciem extollentes, & Dominum piè meditantes, qui ſemetipſum adeò neglexit, vt nos omnes ſub alas ſuas colligeret; illud cum veritate conſentire cognoſcemus, quod Malachias prædixerat: 12. *Orietur*, inquit, *vobis timentibus nomen meum, Sol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius*. Hinc D. ille vates, *Quis dabit*, inquibat, *mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam?*

13. Sed ad pectus deſcendendo, quod qualibet in ſui parte dilaceratum plagis, ſanguine reſperſum, & minutiſſimorum ictibus verberum laniatum apparet, 14. & erat non ſecus, atque ſacrum quoddam armarium totius noſtræ ſalutis, in quo ſicuti D. Paulus teſtatur, *Inhabitabat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter*. Idipſum in arca fuit adumbratum, quæ in Sancta Sanctorum adſeruata, vti ſacra ex Hiſtoria colligimus, & D. idem Paulus obſeruat, auream vrnā, Manna, quod Deus de cœlo pluerat, Aaronis virgam, quæ floruerat, Teſtamenti tabulas continentem in ſeſe includebat vna. 15. Namq; ex hac ſacra, & pretioſa vrna egreſſa eſt illud Manna cœleſte, quo paſcimur, pretioſiſſima ſcilicet caro ſua, in Euchariſtiæ Sacramento, 16. Aaronis virga floruit, id eſt, Eccleſiaſtica dignitas, & authoritas, quæ virgam per eiuſmodi deſignatur; & noui teſtamenti tabulæ inde vim ſumpſere totā; cum ex hoc pectore ſacro diuinæ charitatis

Gen. cap. 22.

Beda in Geneſ. c. 24.

Cant. c. 8.

Chriſti brachia ad inſtar arcus ærei.

Pſal. 17.

Reg. lib. 2. c. 22.

Matth. c. 23.

Chriſti brachia ad inſtar alarum ad nos enutriendos.

Cap. 4.

Pſal. 54.

Chriſti pectus noſtræ ſalutis armarium.

Coloſſ. 1. c. 2.

Digitized by Google

igne ſuccenſo, veteris teſtamenti figuras explerint, & ipſum cũ nouo coniunxerint.

Sacrificiũ ad iram in nos Dei tollendam in Chriſti pectore factum.

17. Hoc ſacro in pectore, illud ſacrificij factum, quo iuſtiſſima in nos omnes ira Dei ſublata prorſus exſtitit, idq; per illud temporis, quo Chriſtus Sacerdos æternus, brachia, & manus in Cruce ſubleuauit; 18. hoc enim ſacrificium, & hanc manuũ ſublationem Dauid antea prænunciarat, *Eleuatio*, inquit, *manuum mearum ſacrificium veſperrimum*. Sic enim appellat eiuſmodi ſacrificium D. Iſydor. eum hunc interpretatur locum, *Veniente*, inquit, *quaſi mundi veſpera, ſiue quod declinante iam Sole ad veſperam, Dominus eleuans manus ſuas obtulit ſeipſum in ſacrificium, & deleta ſunt peccata noſtra.* Pſal. 140.

De Paſſ. Domini.

Quomodo percuſſores inter Domini pectus flagellandum inſultarint in ipſum

19. At ictus ſæpiſſimè iterati, qui hoc in pectore apparent, inſolentiſſimam Seruatorem percutientium rabiem demonſtrant, à Zacharia prædictam, *Videbunt*, inquit, *in quem transfixerunt*. Quem ſanè locum Septuaginta Interpretes ita verterunt. *Adſpicient ad me pro eo, quod inſultauerunt.* D. etiam Auguſt. vtraque verſione coniuncta, *Et inſultauerunt*, inquit, *& confixerunt*. Et hæc inſultatio vniuerſæ non defuit Paſſioni Chriſti: nam & detento, & alligato, & adiudicato, & opprobrio ignominioſæ veſtis induto, & ſpinis coronato, & calamo in capite percuſſo, & irridenter flexis genibus adorato, & Crucem ſuam portanti, & in ligno iam pendenti, vtique inſultauerunt. Perinde interpretationem non ſequentes vnam, ſed vtramque iungentes, cum inſultauerunt, & confixerunt legimus, plenius veritatem Dominicæ Paſſionis agnoſcimus. Lib. 20. de Ciuit. Dei c. 30.

In Matth. c. 27.

20. Verumenimuero, iſtiuſmodi ſacratiſſimum pectus intimius contemplantes, quod D. Hieron. flagellis diſſectum conſiderabat, dum inquibat, *Traditus eſt* IESVS *miniſtris verberandus, & illud corpus ſacratiſſimum, pectuſq; Dei capax, flagella ſecuerunt.*

Chriſti pectus in Aaronis Rationali prænunciatum.

21. Eiuſmodi pectus, inquam, Rationale illud, quod ab Aarone Summo Sacerdote geſtabatur, inumbrarat. Erat autem huiuſmodi arte Dei iuſſu fabricatũ, *Rationale quoque*, inquit, *Iudicij facies opere polymito iuxta texturã Superhumeralis, ex auro, hiacyntho, & purpura, coccoq; bis tincto, & biſſo retorta.* Inferius etiã ſubdit, *Poneſque in eo quatuor ordines lapidum.* Præter hæc addidit, *Habebuntque nomina filiorum Iſrael. Ad hoc, pones*, inquit, *in Rationali iudicij doctrinam, & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron.* Tandem ſubtexuit, *Portabit Aaron iniquitates eorum, qui obtulerunt.* Totum hoc iſtud, ſacra ex Sindone, tanquam figura pectoris Chriſti verberibus diſſecti, clariſſimè conſtat; cum in ipſo compareat vera purpura, ſanguis ſcilicet, quo redempti ſumus; lapidum textura, nimirum plagarum, quæ profectò veræ debent æſtimari gemmæ, in quibus inſculpta nomina filiorum Iſraelis: 22. quandoquidem pretioſiſſimũ hunc thoracem cruore depictum deſcriptos in ſeſe, veluti in vitæ libro, fideles continere videamus, perinde ac veros Iſraelis natos. Exod. c. 29.

Cæterum,

Digitized by Google

Cæterum, ſacratiſſimum id pectus doctrinam ac veritatem præfert, 23. doctrinam quidē, quod modum, quo noſmetipſos offerre valeamus, cunctos edoceat; nec id tantūmodo doceat, ſed etiam vt ipſum pectus noſtrum cor inſuper opponamus ijs ictibus, quos ſpirituali in pugna in nos omnes intentari videamus: veritatem verò, quod ſacrorum vatum oracula veriſſima comprobari dignoſcamus ea, quę de Seruatore litteris conſignarunt. indicantes, Chriſtum deſpectum adeò, & in pectore dilaniatum, ſemetipſum tanquam clypeum ſempiterni Patris iræ in nos omnes intentæ fortiter obiecturum fore. 24. Et ſicut Aaron offerentium peccata deferebat, ſic etiam Dominus noſter culpas omnium noſtrûm, pœnaſque ſuſtinuit & nos Deo Patri conciliauit. 25. Iſtud autem pectus adeò dilaceratū in myſtico templo deſignatum fuit: nam in ipſo multa inerant ornamenta, in reſtis modum fabricata, quæ circunquaque perforata erant. Quod ſi, quemadmodum Rupertus Abbas inquit, Templum Chriſti figuram gerebat; hæ tam frequentes plagæ, reticulata nobis referent ornamenta. 26. At ictus in Seruatoris corde, dolorem illum ad exitum perductum fuiſſe demonſtrant, de quo Dauid ante cecinerat: *Cor meum*, aiebat, *conturbatum eſt, & formido mortis cecidit ſuper me*. 27. Hinc conijcere cuncti facilè poterunt, quonam cruciaretur dolore beatiſſima Virgo, dum ſacratiſſima Nati ſui brachia, vndique ob iteratos tot flagrorum ictus dilacerata, ſanguinolenta, & liuore intumentia contueretur. Ex quo pius lector, dum Matris, ac Filij dolores ſecum partiri meditabitur, cum Iob exclamare poterit; vt iſtiuſmodi brachia tua Chriſte Seruator, mors primogenita peccatum ſcilicet conſumpſit; peccatum, inquam, animæ interitus, & primogenitus humanæ naturæ partus. 28. Profectò iſthæc brachia nuncupata fuerunt arcus; nam dum tu ſacratiſſima Virgo illa inſpiceres, is arcus acutiſſimum in tuum pectus ſpiculum contorſit. Hinc etiam ſanctiſſimum hoc pectus intuendo tam miſerè percuſſum, & tanto cruore infectum, ingeminare voces haſce valebit. O pectus, internè quidem beatum, at externè miſerum, interius immaculatum, exterius ſanguine conſpurcatum: pectus quod tu Beatiſſima Parens virgineo tuo lacte enutriſti, & diriſſimi lictores illi, ſanguine per vim hauſto, crudeliter, adeò laniarunt; pectus, quod cum ad tuum Beatiſſima Parens ſuauiſſimè admouiſſes, veluti quædam cœleſtis arca, ſummam tibi dulcedinem impertibat. Eheu, cor hoc in pectore clauſum, ac, vti Dauid prædixerat, conturbatum; vbi ſolatium tibi præſtare ſueuerat, quanto cum doloris ſenſu, tibimetipſi dolores, & cruciatus adauget? 29. Hoc modo Matrem miſerando, corde dulci pietate emollito, ſuas cum Virgineis lachrymas permiſcere poterit, atque confundere.

Lib. Reg. 3 c. 6.

De Trini. & eius operib. lib. 1.

Pſal. 54.

Conuerſio ad B. V.

Digitized by Google

FRATRIS DANIELIS MALLONII DE BRACHIORVM ET PECTORIS CHRISTI PLAGIS ELVCIDATIONES.

IN CAPVT QVINTVMDECIMVM.

A, 1. *ſacratiſsimo vultu ad brachia deſcendendo.*

Inſtituti ordinis ratio exigebat, vt explicatis liuoribus, tunſionibus, ac conuulſionibus, quę in deifica Chriſti facie eluceſcebant; percuſsiones, ac plagæ, quarum numerus in Chriſti pectore, & brachijs copioſiſsimus cernitur, explicarentur: ideò Auctor dicit, à ſacro vultu deſcendentes ad brachia, *&c.* Ordo auctoris explicatur.

Quoniam autem in latere Chriſti patentiſsimum rutilat vulnus amoris, quod longè inſigniorem, atque accuratiorem explicationem exigebat, ideò prætermiſſo, de quo in fine operis erat agendum, pectoris, brachiorumque plagas explicandas aggreditur. Lateris vulneris conſideratio cur prætermittitur.

2. *Illud Ieremiæ vaticinium, Vetuſtam fecit pellem meam.*

Locus hic adeò difficilis videtur, vt vix inter antiquiores reperiatur, qui locum hunc in eo ſenſu interpretetur, quò pius Paſtor explicauit. Et hoc valdè mirum eſt, quod Interpretes vniuerſi tùm antecedētia, tùm conſequentia de Chriſto ad literam dicta intelligant, tanquàm in ſuo corpore completa. Quomodo viderit paupertatē ſuam in cruce, quæ eſt virga indignationis; quomodo minatus ſit in tenebras, & non in lucem, dum eſt captus; quomodo ędificatum ſit in gyro cum laternis, fuſtibus, & armis, tum cum ad hanc intermediam clauſulam deuenerunt, myſticè tantum explicandam cenſuerunt; ad literam autem de Chriſto, tanquam in eius corpore èxpletam, vix eſt, qui explicet. Gloſſa Ord. tropologicam affert explicationem dicens: *Anima hic peccati ſui vetuſtatem plangit, & non pellis, ſed pellem vetuſtate infecta propter Adæ peccatum gemit.* Et allegoricam rurſus adhibet explicationem de Chriſto, cuius *pellis dicitur vetuſta in membris ſuis, cum in vitijs inueteraſcunt.* Similem ferè affert Rupertus lib. 1. de Trinit. & operibus ſuis in Hier. cap. ſuo 60. Hier. hoc explicat de gente Iudæorum, quando fame, & labore vetuſta, & arida facta eſt pellis eius. Lyranus totum hoc caput explicat in perſona Ieremiæ, dum in lacū miſſus, afflictione, & fame ita preſſus eſt, vt vetuſta ſit facta eius pellis. Vetuſta pellis quid ſit.

At verò, quoniam durum nimis videretur, ſi antecedētia omnia, & etiam ſubſequentia de Chriſto ad literam intelligerentur, quæ autem in intermedia parte continentur, de Chriſto non eſſent intelligenda, multò verò durius, ſi alia ſimilis ſententia in Iob cap. 30. legatur, & de Chriſto intelligatur, dum dicit: *Cutis mea denigrata eſt ſuper me, & oſſa mea aruerunt præ caumate.* Ideò alia ad litteram explicatio adhibenda eſt, quàm hoc in loco noſter Doctor inſinuat, quam etiam ante ipſum tradiderat Hugo Cardinalis Charenſis, dicens: *Vetuſtam fecit pellem meam per aſsiduitatem verberum, & per cicatrices vulnerum. Contriuit oſſa mea, quaſi dicat tantum contritus ſum, quod etiam oſsibus doleo. Vetuſtam igitur dicit factam pellem, dicta metaphora à veſtibus, quæ cum vetuſtate lacerātur ſcindun-* Chriſti pellis verberum aſſiduitate vetuſta reddita.

ſcinduntur, & perforantur, quia ergo Christi cutis flagellis vndique lacerata, ſecta, ac perforata, & conſciſſa fuerat, ideò dicitur facta vetuſta. Vt autem videamus, qualiter tota Chriſti cutis flagellis ſecta ſit, recolantur ea, quæ ſupra cap. . cum de Chriſti Saluatoris flagellatione eſſet ſermo, tradidimus: oſtẽdimus enim in flagellis, quibus Chriſtus acriter vapulabat, aculeos, lanceolaſque fuiſſe infixas, quibus cutis lacerabatur: ſed accedat teſtimonium B. V. Brigittæ ſic alloquentis, lib. 6. cap. 10. *Vt anima*, inquit, *Chriſti calore calefcat, frequens ſit in cogitatione conſideratio Paſſionis filij mei, quomodo ſic flagellatus vſque ad interiora, vt caro extraheretur cum flagris. Quomodo omnibus neruis diſtentis & perforatis ſtabat in Cruce.* Et lib. 4. c. 70. *Flagellis aculeatis infixus aculeis, & retracta non euellendo, ſed ſulcando totum corpus eius lacerabatur.* Et lib. 1. c. 10. *Vidi corpus eius verberatum, & flagellatum vſque ad coſtas, ita vt coſtæ eius viderentur. Et quod amarius erat, cum retraherentur flagella, carnes ipſis flagellis ſulcabantur. Cumque filius meus totus ſanguinolentus, totus ſic laceratus ſtabat, vt non inueniretur in eo ſanitas, nec quid flagellaretur*, &c.

Flagella Chriſti ſtat illata

Anima contemplatione paſſionis Chriſti in calefcit.

Meritò igitur dicere potuit, *vetuſtam fecit pellem meam, contriuit omnia oſſa mea.* Quem locum conſiderans Gl. Interl. ſubdit; *Quis tam miſero non miſereatur. Dominus enim cõterere eum voluit in infirmitate, ipſe enim attritus eſt propter ſcelera noſtra, cuius liuore ſanati ſumus*, quæ adeò ſunt aperta, & omnibus peruia, vt accuratiore explicatione non egeant.

Chriſto miſero miſerandum.

3. *Brachia verò ſanguinolẽta ſunt, quod in ſacra Syndone ex iteratis vulneribus clariſſimè, patet.* Quamuis Auctoris intentio in hoc capite ſit, vt Chriſti brachia excarnificata, pectuſque conſciſſum nobis proponat, quę tamen hucuſq; tradiderat, quaſi ad hæc præludia fuerunt, vniuerſaque Chriſti corpori accomodari poterant, quæ verò ſequuntur, brachiorum, ac pectoris propria ſunt.

Brachia Chriſti excarnificata.

4. *Quin etiam ex ſanguine qui clauorum ex infixione defluxit*, &c.

Memorabile videtur, quod Lanſpergius docuit, quod claui, quibus Chriſtus Cruci affixus eſt, adeò groſſitie ſua vulnera manuum oppleuerant, vt ſanguis prodire non poſſet, donec totum corporis pódus manibus ſic affixis ſuſtentaretur. Tunc enim ex corporis pondere luxata manuum vulnera, ſanguine vbertim erumpente manarunt.

Claui ita vulnera obſtruxerãt, vt ſanguis effluere non poſſet.

5. *Vnde Iob ſententia qua de brachijs præſertim vaticinatus eſt.* &c.

Deuoret pulchritudinem cutis illius, conſumet brachia illius primogenita mors. Locus hic valdè difficilis eſt, & controuerſus, & difficultas multiplex.

Prima quidem, quia verba hęc non ſunt à Iob dicta, ſed à Baldad Suhite.

Secunda, quia non loquitur Baldad de Chriſto, neque eius dolores calamitateſque proſequitur, ſed potius impij viri euentus malos, aduerſaque infortunia recenſet.

Locus Iob perpenditur.

Tertia, quia ibidem coarguit Iob, qui cum à Deo affligeretur, aut etiam à dęmone, permittente Deo, percuſſus eſſet vlcere peſſimo, ipſe tamen ſe iuſtum prædicabat. Hunc ergo carpit Baldad, vt ex eo quod Iob impij hominis ſupplicia patitur, eum quoque innocentem non eſſe coarguat.

Quarta, quia non videtur dici poſſe quod Chriſti brachia deuorauerit primogenita mors, nam D. Greg. tum in lib. 18. Moral. cap. 18. tum in libro 27. Moral. cap. 15. Et Hugo Cardinalis, per mortem primogenitam, ſuperbiam intelligunt, quę eſt radix omnium peccatorum, ideò dicitur mors primogenita. Superbia autem Chriſti brachia non abſumpſit, non enim Chriſtum ſuperbia momordit vnquam, qui dicebat: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Si verò D. Hieron. in eum locum interpretatio attendatur, multò minùs de Chriſto locus intelligi poterit: is enim per mortem primogenitam Diabolum intellexit, quia per ipſum mors primò intrauit in mundum. Verè tamen locus hic de Chriſto eſt intelligendus; vt enim ſupra c. 7. fusè oſtenſum eſt,

Primogenita mors quid ſit.

An ſuperbia.

An diabolus.

eſt, quæ de Iob dicuntur, de Chriſto intelligenda eſſe, ita etiam, quæ hoc loco dicuntur, ſine dubio de Chriſto debent intelligi. Verum, vt clarè, dilucideque explicetur, quomodo de Chriſto locus intelligi debeat; in primis enucleandum erit, quęnam dicatur primogenita mors. Auctor eſt D. Hieron. in cap. 6. Michææ, quod in vnoquoque genere primogenita dicuntur, quæ in vnoquoque genere optima ſunt, quare optimè Auguſtinus Eugubinus in locum hunc Iob notauit primogenitam mortem eam dici, quę omnium, vt maximè pœnoſa, & execrabilis, ita maximè odibilis, exitialis, horribilis, terribiliſque videatur; talis igitur fuit Chriſti mors in Cruce, quæ dolores omnium maximos ſecum tulit, quæ totam in Chriſtum rabiem effudit.

Primogenita dicũtur quæ optima.

Primogenita mors eſt quæ maximè pœnalis eſt.

Verum cum apud Ioannem in Apocalypſis lib. cap. 2. duplicem legamus mortem, mortem, ſcilicet primam, & ſecundam: mors prima, eſt mors corporis in hac vita. Mors ſecũda eſt mors animę in alia vita, ſcilicet in inferno; vt apertè innuit idem Ioannes in Apocalypſi cap. 20. dum dicit: *Et infernus, & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis, hac eſt mors ſecunda.* Et cap. 21. *Pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda.* Primogenita igitur mors, dicetur ne prima, an ſecunda? Verè de prima dicetur, quæ eſt mors corporis: ibi enim Baldad calamitates enumerat, quæ impio in hac etiam vita accidunt. Cum igitur, quid ſit primogenita mors teneamus, clarè autem ex dictis innoteſcat, mortem eam, quæ Chriſto inflicta eſt, verè eſſe primogenitam, non ſolum, quia omnium acerbiſsima, atque efferatiſsima fuit, ſed etiam quia verũ primogenitum in multis fratribus abſumpſit; nunc quomodo ea, quæ primo loco obijciebãtur oculatæ auctoris interpretationi non obſint, oſtendamus.

Duplex mors.

Prima & ſecunda.

Prima & ſecunda mors quid.

Mors Chriſti cur dicta primogenita.

Ad primum igitur, quam libenter concedemus ea non Iob verba fuiſſe, ſed Baldad Suithis, is tamen ſententiam eam protulit, quæ de Chriſto eſt intelligenda, ſicut etiam Balaam & Caiphas peruerſi tamen quędam de Chriſto pronunciarunt.

Baldad Suithes de Chriſto locutus.

Ad ſecundum, verè Baldad hominis impij calamitates proſequitur, vt Iob quoque coarguat, quem cum iniquis reputabat. At nonne cũ impijs reputatus eſt Chriſtus, quem ſexcẽti impietatis coarguère conabãtur, *qui tamen dolores noſtros tulit, & languores noſtres portauit, attritusq; eſt propter ſcelera noſtra. Is peccata noſtra tulit in corpore ſuo factus pro nobis maledictum, vt nos qui ſub maledicto eramus, abſolueret.* Quare hac quoque in re non ſolum, quę à Iob, de ſeipſo dicebantur, in Chriſti perſona dicebantur; ſed etiam quæ ab alijs, contra Iob dicebantur, veluti contra Chriſtum dicta ſunt accipienda. Atque ex ijs difficultas omnis quæ in ſuprapoſitis obiectionibus tangebatur, ſic breuibus ſoluta ſit.

Iob cum iniquis reputatus figurã Chriſti geſſit.

6. *Quæ brachia dilacerata in arietis cornibus*, &c. Noua non eſt interpretatio, ſi in Ariete myſticè Chriſtum ſecundum humanitatẽ interpretemur. Hanc enim interpretationem ſancti Patres paſsim tradiderunt. Vt enim Aries in victimam offertur, ſic Chriſtus.

Aries inter vepres hærens Chriſtum figurabat.

Si Arietis caput hæret ſpinis, ita Chriſti caput ſpinea corona præcingitur; ſi Iſaac à morte ſeruatur innoxius, Aries tamen occiditur, quia licet Chriſti diuinitas mortem non guſtauerit, humanitas tamen morte aſſumpta eſt. Ideò in Ariete Chriſti figuram Patres agnoſcunt, Origenes homil. 3. in Leuitic. Gloſſa Interlin. & Ordinaria, tum in locum illum Geneſ. vigeſimoſecundo, tum in Exodi cap. 29. Eſychius in cap. 5. & 6. Leuitici, Ambroſ. lib. 2. de Abraham, Baſil. in Pſalm. 28. Auguſtinus lib. quæſtion. in Exodum, quæſt. 108 & lib. 16. Ciuit. cap. 32. Cypria. lib. contra Iulianum, cap. 10. Quoniam autem cornua in Scripturis poteſtatem ſignificant, iuxta illud: *Erexit cornu ſalutis noſtræ.* Ita Origen. hom. 9. in lib. Iudicum, Gregor. lib. 1. Reg. cap. 2. Ambroſius

Arietis ad Chriſtum comparatio.

Cornua poteſtatem ſignificant.

Digitized by Google

ſius in Pſal. 78. & lib. de Benedictionibus Patriarcharum cap. 11. Ierem. in cap. 6. Amos, Brachium, etiam poteſtatem ſignificat, iuxta illud Lucæ 2. *Fecit potentiam in brachio ſuo*, ita tradunt Origenes homil. 3. in Pſal. 36. & homil. 5. in Leuit. Ambroſ. lib. de Iſaac Patriarcha, cap. 8. Greg. 14. Moral. cap. 8. Hier. opuſculo de veſte ſacerdotali; ideò pro cornibus brachia facilè intelligi poterunt. Quare meritò Beda, & Eſychius in cap. 23. Geneſ. per cornua Arietis, brachia Saluatoris intellexerunt. Idipſum quoque obſeruauit Tertull. lib. aduerſus Iudæos, explicans illud Habacuc 3. *Cornua in manibus eius*; id eſt, manus in cornibus, per figuram, quæ dicitur Hypallage, vt ſcilicet exprimantur Chriſti manus in cornibus Crucis. Hoc etiam adnotauit Arnobius in Pſal. 111. Greg. homil. 1. in lib. 1. Regum.

Cornua Arietis Chriſti brachia indicabāt.

7. *Hæc autem amoris indicia à Sponſa tantopere exoptata*, &c. Textus qui hoc loco adducitur adeò difficilis, adeòque obſcurus eſt, & in eo explicando Doctores ita inter ſe varij videntur, vt tritum illud hoc loco vſurpari poſsit elogium; quot capita, tot ſententiæ. Vt igitur in re graui, quid Patres ſenſerint, quiſuè germanior, ac verior videatur eſſe ſenſus, agnoſcatur, ſtatui hoc loco Patrum explicationes totidem verbis afferre, & quaſi catenam conſerere.

Sanctus Gregorius lib. 29. Moral. cap. 4. citans hunc locum ait: *Idcirco ſignaculum rebus ponitur, ne qua diripientium præſumptione temerentur: ſponſus ergo in corde ſignaculum ponitur, quando fidei eius myſterium in cuſtodiam noſtræ cogitationis imprimitur; vt ille infidelis ſertus, nimirum noſter aduerſarius, cum ſignata fide corda noſtra conſiderat, tentando ea irrumpere non præſumat.* Idem D. Gregor. in expoſitione in Cantica, ſuper hæc verba, ait: *In corde ſunt cogitationes, & in brachio operationes. Super cor ergo, & ſuper brachium Sponſæ dilectus, vt ſignaculum ponitur, quia in ſancta anima, quantum ab ea diligatur, & voluntate, & actione diſignatur, ſignum quippe ſancta mens, & exterius Chriſtum portat, quia dum in eius me. ſtationibus aſſiduè laborat, in exteriori actione eum imitari non ceſſat.*

Signaculum ſponſi eſt fides.

Signaculum ſponſi eſt operatio ſancta.

Rupertus Abbas lib. 7. Commentariorum in Cantica, hunc locum explicans, dicit: *Quid*, inquit, *eſt dicere, pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum, niſi ac ſi dicat, confidat in me cor tuum? roboretur ex adiutorio meo brachium tuum! Et ô dilecte, quid eſt præſenti loco cor tuum, & quid brachium tuum niſi Scriptura veritatis, quæ ſcripta ſunt ſecundum cor tuum, & memoria mirabilium tuorum, ex quibus cognoſcitur, quam magnum forsè ſit brachium tuum. Pone me, vt ſignaculum ſuper illud cor tuum. Pone me, vt ſignaculum ſuper illud brachium tuum. Quam ob cauſam, nimirum, ob triplicem, quæ contra nos latrat inſaniā, videlicet, Iudaicam, Paganitam, & Hæreticam. Prompta ſum, expedita ſum, deuota ſum, è contra fortiter defendere illud cor tuum, protegere illud brachium tuum; ſic, vt imperiale ſignaculum, ſicut fidele teſtimonium, mira fortitudine, miranda duritia, quam nullus poſſit effringere, fortitudinem dico, dilectionem tuam, quia fortis eſt vt mors dilectio*, &c.

Signaculum ſponſi fiducia in Deum.

Brachium ſponſi eſt Scripturæ Veritatis.

Signaculū Sponſi eſt fortitudo animi.

Gloſſa interlin. *Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum, id eſt, ſuper Voluntatem tuam, & ſuper brachium tuum, id eſt, operationem tuam, vt nullatenus ſurrepat viſus adulteri, vt non tantum à corde excluſus ſit Diabolus, ſed nec in opere aliquid ſuum notari poſſit.*

Signaculū Sponſi cuſtodia cordis & operis.

Gloſſa ordinaria. *Ponimus Chriſtum, vt ſignaculum ſuper cor, cum ea, quæ dixit, ita diſcimus, quaſi diuina veraciter ſint verba Sapientiæ. Solemus ſignum aliquod, vel digito, vel brachio circumferre, quo moneamur illius rei cuius frequentiorem volumus habere memoriam. Ponimus, vt ſignum ſuper Brachium, cum ea quæ fecit, ita audire & ſequi ſtudemus, quaſi vera ſint exempla virtutis.*

Signaculū Sponſi eſt imitatio Chriſti.

Lyranus, *Pone me, vt ſignacula ſuper cor tuum, me perfectè diligendo, Quod enim valdè diligitur ſuper cor poni dicitur. Vt ſignaculum ſuper brachium tuum, me brachio tuæ potentiæ protegendo.*

Signaculū Sponſi eſt charitas.

Ambroſ. lib. de Iſaac, & Anima, capite 8. dicit: *Quoniam iam in Sponſa formatus*

Digitized by Google

erat Chriſtus, aire Pone me, vt ſignaculum in cor tuum, vt ſigillum in brachium tuum. Signaculum Chriſtus in fronte eſt, ſignaculum in corde, in fronte, vt ſemper confiteamur, in corde, vt ſemper diligamus; Signaculum in brachio, vt ſemper operemur. Luceat ergo imago eius, in confeſſione noſtra. Luceat in lectione. Luceat in operibus, & factis; vt ſi fieri poteſt, tota eius ſpecies exprimatur in nobis. Ipſe ſit caput noſtrum quia caput viri Chriſtus. Ipſe ſit oculus noſter, vt per illum videamus Patrem. Ipſe vox noſtra, per quam loquamur ad Patrem. Ipſe dextera, per quā Deo Patri officium offeramus; Ipſe quoque ſignaculum noſtrum, quod eſt perfectionis, & charitatis inſigne; quia diligens Pater ſignauit Filium ſicut legimus, Quem Deus Pater ſignauit.

Chriſtus eſt ſignaculum cordis & frontis.

Chriſtus omnia nobis.

Thomas Truſillus in tomo primo theſauri, concion. in Domin. 12. poſt Pentec. *Fides*, inquit, *ſine operibus mortua eſt; ideò dicitur Cant. 8. Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum; in corde, vult vt habeamus diuinum ardorem, in brachio, bona opera.*

B. Bernardus tract. de Paſsione Domini, cap. 44. *Apta ſit memoria vee pere ingreſsionem ſigilli, id eſt Crucifixi* IESV, *vt illum ſemper in memoria habeamus qui dicit: Pone me, vt ſignaculum, ſignaculum enim regium, Crux eſt. Habent hoc ſigillū imaginem Crucifixi* IESV, *in ipſo ſigillo Crucis multis foſſuris expreſſam, ſicut in ſigillis imago Regum exprimitur fodiendo.*

Sigillum eſt memoria Paſsionis Chriſti.

Cæſar Calderarius Lect. 20. in Pſal. 50. Chriſtum ſic inuitat, dicens: *Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum*; id eſt, *Pone me, vt ſcopum ſagittarum, vt ſolum me cogites, de me loquaris, & omnem tuam operationem ad me conuertas.* Et Lect. 21. aliam affert, *Loquitur*, inquit, *Salomon in perſona Chriſti; vt Chriſtum ipſum Crucifixum, tanquam ſigillum cordi noſtro imprimamus. Dum enim ſigillum ceræ imprimitur, omnia ſigilli lineamenta in cera excipiuntur, ſigillum ergo Chriſtus eſt, ſignatum ſignis redemptionis noſtræ, plagis, verberibus, vulneribus; hoc igitur ſigillum cordi ſuperponendum eſt, & infigendum noſtro, vt omnia eius lineamenta excipiamus, & ſtigmata Domini noſtri* IESV CHRISTI *in corpore noſtro circumferamus. Fiat igitur cor noſtrum tanquam cera liqueſcens, vt facilè ſigillum imprimi poſsit.*

Sigillum Chriſti geſtat, qui ſtigmata Chriſti geſtat.

Orig. lib. 4. in epiſtolam ad Roman. *Fortaſsis*, inquit, *idem videbitur aliquibus ſignum, quod ſignaculum, ſed mihi vterque ſermo multam videtur inter ſe habere differentiam. Signum namque dicitur, cum per hoc, quod videtur, aliud aliquid indicatur. Signaculum dicitur, cum alicui rei ſeruandæ pro tempore cuſtodia imponitur, quod nemo alius niſi ille qui impreſsit debeat reſignare.* Quam doctrinam preſsius conſtrictam affert, B. Anſelm. in comm. in c. 4. ad Rom.

Signum & ſignaculum differunt, & quid horum vtrūque Signaculum ad cuſtodiam.

Atque ex his huiuſce loci quanta ſit obſcuritas, non obſcurè colligitur; vt illud quoque non omittam, quod non ita facilè ex textu colligi poteſt, an ea ſint verba à Sponſo Sponſæ dicta, an potius à Sponſa Sponſo. Greg. enim in duplici loco à nobis citato, tamque Sponſi verba Sponſam alloquentis intelligit, ita & Ambroſius vbi ſupra.

At verò Rupertus, & Lyranus, tanquam Sponſæ verba Sponſum alloquentis intelligunt. Quam explicationem tanquam inſtituto noſtro, ac menti Antiſtitis magis conformem, ſequemur.

Quid igitur tandem melliſluo illo amoris nexu à Sponſo petit Spōſa, dum dicit: *Pone me, vt ſignaculum ſuper brachium tuum, & ſuper cor tuum.* An quod ea, quę in Sponſi corde, ac Brachijs, id eſt, quę tam in cogitationibus, quam in operationibus deliteſcunt, ſibi tantum aperta, cæteris obſignari, & cælari cupiat; ideò veluti ſigillo ea occludi petat, vt meritò illud Eſa. 53. vſurpare queat, *Brachium Domini cui reuelatum eſt?* Qua ratione Alexander Magnus cum interlegendas, quas ex Matre acceperat literas, aduertiſſet Epheſtionē, eas quoque clanculum ſecum lectitaſſe, ſigillum, quod annulo ſuo illigatum erat, eius ori admouiſſe fertur, vt moneretur Epheſtion, quanto ſilentio ea eſſent occludenda, quæ in Alexandri Matris epiſtola lectitaſſet. An quod ea, quæ ſigillo

Alex Magnus annulo amici labia ſignat, & cur.

ſigillo obſignamus, tanquam certiſſima minimèque indubitata haberi velimus? vt hac quoque ratione, ſe ſuper cor, & brachium Sponſi poni ſupplex Sponſa petat, tanquam ſignaculum, vt fide ea indubitatè credat, quæ in Scripturis tam de Sponſi cogitationibus, quàm de eius operibus contineantur?

An quod ea, in quibus ſignaculum, & ſigillum imprimitur, ita altè figuram recipiunt, vt ſalua ſignatæ rei ſubſtantia, ſigillum deſtrui non poſſit. Cum enim, vt rectè nos docuit Ariſtoteles, ſigillum ſignatæ rei ſpeciem imprimat, non materiam, ideò fit, vt ex ſigillo, & re obſignata ſigillo, ita vnum fiat, ſicut ex Appellis imagine, & Clypeo illo adeò inſigni Mineruæ, ex quo ſalua Clypei ſubſtantia, ac decore, Appellis imago abradi nunquam potuit: ita igitur Sponſa cordi Sponſi imprimi cupit, vt vbi Sponſi cor fuerit, ibi Sponſa adſit, vbi Sponſi brachium fuerit, ibi etiam Sponſa præſto ſit.

Sigillum formam imprimit nōn materiam.

Appellis artificiū.

Hanc enim puto, & Sponſæ mentem, & loci huius germanam eſſe explicationem.

Vera loci explicatio.

Verum ſi hæc admittatur explicatio, ſignaculum potius videbitur eſſe, quam ſignum; quomodo igitur mens conſtabit Antiſtitis dicentis? hæc ſigna eſſe amoris, quæ Sponſa maximè peroptabat. Verùm ſi ea in mentem reuocentur, quæ ſupra ex Origine, & D. Anſelmo retulimus, quod licet aliud ſit ſignum, aliud ſignaculum, cū ſignum aliud ſolum indicet, ſignaculum verò ad cuſtodiam adhibeatur; hoc tamen ſignaculum, quod ad cuſtodiam adhibetur, aliquid etiam ſignat: nam ſignando cuſtodit, & cuſtodiendo ſignat. Quare D. Thom. lect. 2. in cap. 4. Rom. dicit: quod ſignaculum, & eſt impreſſiuum eius, cuius ſimilitudinem gerit, & eſt etiam occultans. Patet hoc apertè in ſigillis, quibus literas obſignamus, ita enim literas obſignant, vt ſimul etiam à quo literæ conſcriptæ, & transmiſſæ ſint, indicent. Ideò ſignaculum ſuper cor, & brachium, ſiue ad cuſtodiam, ſiue ad confirmationem, ſiue ad vnionem adhibitum ſit, mutui tamen amoris ſignum eſt.

Signaculum etiam ſignum eſſe poteſt.

Ita igitur nobis enitendum erit, vt animus noſter velut ſignaculum ſuper Chriſti cor ſtatuatur, vt ab eo nunquam recedat, ſed ad inſtar columbæ in foraminibus petræ, & cauerna maceriæ nidulum conſtruat ſuum, & non ſolum ſuper cor, ſed etiam ſuper brachium in noſtra ſalute operanda ſauciandum, inhæreat, vt pretioſas Chriſti operationes ſanguine purpuratas, perpetuò contempletur. Vt quemadmodum tradunt Ambroſius lib. de Iſaac, & Anima, cap. 8. Gregor. vbi ſupra, *Signaculum ſit Chriſtus in corde, vt ſemper eum diligamus; in fronte, vt ſemper eum confiteamur; in brachio, vt ſemper operemur.*

Animus noſter qualiter in Deum tendere debeat.

8. *Id verò ſigni comprobatur in plagis Brachijs illatis*, &c. Quamuis omnia ea, quæ Chriſtus pro nobis fecit, ac paſſus eſt, vim habeant maximam ad eum nobis amorem indicandum, quo Deus nos proſequitur; præcipuè tamen in brachijs ad id præſtandum vim ineſſe ſingularem, vel ex eo cognoſcimus, quod brachia Domini operandi virtutem indicant, ita Auguſt. opuſculo de eſſentia Diuinitatis. Anſelmus opuſculo de membris Dei. Hieronym. in cap. 27. Ieremiæ, & Caſſian. lib. 8. Collationum cap. 8. Ideò cum Chriſtus ſalutem noſtram brachijs ſuis in Cruce expanſis operatus ſit, in qua ſui nobis eximiam charitatem oſtendit; ideò eius brachia amorem oſtendunt. Legendus eſt Hieronymus opuſculo de vita ſacerdotali, Richardus de Sancto Victore lib. de ſomnio Nabuchodonoſor c. 25. cum etiam in brachijs ſolij Salomonis, quæ 2. Paralip. 9. leguntur ſolatia diuinæ per Chriſtum gratiæ deſignentur, vt eo loco tradit Gloſſa Ordinaria.

Brachia Chriſti, Dei erga nos amorem oſtendunt.

Chriſtus ſuis brachijs ſalutem noſtram operatus eſt.

9. *Quam verò præter antedictas verberum ictus*, &c. Quæ de violenta hac brachiorum Chriſti attractione dicuntur, ea adeò omnibus peruia ſunt, nullus vt auctor reperiatur, qui in explicando crucifixionis Chriſti modo, validam hanc brachiorum Chriſti retractionem non aſtruat, quod etiam efficaciter ex illo Pſalm. 21. deducitur, *Dinumerauerunt omnia oſſa mea.* Satis igitur huic loco nos facturos opinamur, ſi vnum, aut alterum locum ex B. Brigittæ reuelationibus afferamus: hoc enim ipſi tùm Chriſtus, tùm B. V. reuelauit: ita igitur B. V. lib. 1. cap. 10. dicit: *Inde trahentes fune aliam manum eius, ad ſtipitem affixerunt*, & libro 4. cap. 70. *Manum poſtulatus primò dexteram extendit, & inde alia manus ad cornu non attingens diſtenditur, & pedes ſimiliter ad foramina diſtenduntur*, & libro 7. capit. 25. Chriſtus ipſe B. Brigittæ viſibiliter modum, quo fuit crucifixus oſtendit, eumque ſic ſancta Brigitta deſcribit, *Dexteram manum poſuit in Cruce, quam ſæui tortores immaniter crucifixerunt. Tunc etiam trahentes cum fune vehementer manum eius ſiniſtram, cruci affixerunt eam ſimili modo. Et in tantum extenderunt glorioſa illa membra in Cruce vehementer, quod omnes eius venæ, & nerui rumpebantur.*

Extenſio Chriſti in Cruce.

Manus Chriſti violenter tractæ in Cruce.

Hinc ſancti Patres, quadam quaſi ducta metaphora Chriſti brachia in Cruce diſtenta arcum figurarunt, cum eius brachia velut æreus arcus in Cruce diſtenta ſint, Cruceque veluti corda contracta ſint. Ideo Ambroſius lib. de Noë Patriarcha, cap. 27. in arcu fœderis poſiti in nubibus Chriſtum intelligit; ita etiam Rupertus Abbas, in Geneſ. libro 4. de operibus Sanctiſſimæ Trinitatis, in Geneſ. 36. Gregor. homil. 8. in Ezechiel. Beda in cap. 9. Geneſ. & Dydimus relatus in Catena hac Patrum, in Pſal. 17. dicit: Saluator noſter homo factus, cum pro nobis decertaſſet, docuit nos quomodo repugnantes vires infringeremus: & extenſis in precando manibus, ait: hoſtes ſuperoſ; figuratè brachia arcum æreum dicta poſuit.

Brachia Chriſti arcus æneus.

Beatus Laurentius Iuſtinianus lib. de triumphali agone, capite vigeſimo. In arcu Chriſtum crucifixum intelligit, dicens: *Confixus in ſtipite Chriſtus tanquam propitiator optimus in nubibus eleuatus eſt, quemadmodum Noë ſancto repromiſerat, dicens: arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me, & inter terram.*

Arcus in nubibus quis.

Verè Chriſti brachia arcus æreus ſunt, arcus, dum in Cruce tenduntur, corda Crux eſt, quæ arcus brachia intendit, ſagitta anima, quæ ſtatim, atque ex arcu hoc myſtico exploditur, hoſtes ſternit, mortem occidit, Diabolum vincit, infernum ſpoliat, cœlum ditat, quod optimè tetigit Auctor, dicens: quò magis arcus brachia fuerunt diſtenta, eò validiùs antiquum Goliath percuſſit.

Arcus metaphora de Chriſto explicatur.

Illud verò mirabilius, quod cum Chriſtus in Cruce extenſus, arcus ſit, ipſe tamen à Ioanne Apocal. 6. *Viſus eſt, arcum manu tenens, vt in ipſo exijt vincens, vt vincat.* In arcu enim Crucem intelligimus, cuius cornua in manibus eius. Is ergo vincit, vt vincat, id eſt victorijs maximè onuſtus claret; vincit enim in ſe, & in membris; ideò docet, manus noſtras ad prælium docens, ſicut docuit milites Gedeonis, quos lampade, laguncula, & tuba pugnare, & vincere docuit. Et quid mirum? quod trecentos tantum inuenerit; tercentum enim litera Tau exprimit, hæc verò Crucem ſignificat, hos igitur Cruce vincere armauit, & vincere docuit. Dum arcum iſtum tam diriè in cruce diſtentum contemplaretur B. Catharina Senenſis, nouum, ac non omnibus ita notum dolorem in Chriſto concipiebat; nam pectoris cordam, ſeu thoracis neruum, quo brachia coſtis, coſtæque cartilagini connectuntur, ita diſtendi, atque intendi concipiebat, vt Chriſto grauiſſimum illum

Chriſtus arcum manu tenet.

Milites Gedeonis qualiter pugnarint.

Tau litera Crucem indicat.

B. Catharina Senenſis qualiter Chriſti extenſionem in Cruce contemplabatur.

Digitized by Google

lum dolorem infligeret, quem illi patiuntur, qui vinctis poſt terga manibus quæſtionario fune ſuſpenduntur. Refert autem Lanſpergius, ſancto cuidam Viro acerbitatem Paſsionis Chriſti contemplanti, ac percunctanti à Chriſto, quiſnam fuiſſet eius dolor omnium maximus, reſponſum fuiſſe à Chriſto, extēſio corporis mei in cruce.

Extenſio corporis Chriſti in cruce, fuit omnium dolorum maximus.

Brachia iſta, quàm fuerint extenſa, quàm rigida, oſtendit B. V. D. Brigittæ lib. 1. cap. 10. dicens: *Manus ſic derigüerant, quod non poſſent deponi, niſi circa vmbilicum,* & lib. 4. cap. 70. *Brachia verò*, inquit, *rigentia flectere non potui, vt ſe ſupra pectus componerent, ſed ſupra ventrem; genua quoque extendi non potuerunt, ſed eminebant, ſicut in Cruce obriguerant.*

10. *Hæ autem brachia adeò diſtenta, & aperta, illas referuat alas,* &c. Sanctus Bernardus ſerm. 4. in Pſalm. *Qui habitat.* Manus Chriſti in cruce alas eſſe oſtendit, quibus nos Chriſtus portat, & ab impetu diabolici furoris defendit. Et in tractatu de Paſsione cap. 5. *Sicut Aquila, prouocans ad volandum pullos ſuos, expandiſti alas brachiorum tuorum in Cruce, & ſuper nos volitans aſſumpſiſti nos, & portaſti in humeris tuis ad habitaculum ſanctum tuum.* Arnobius iunior in Pſalm. 90. *Alæ Dei Diuinam protectionem,* inquit, *indicant.* Auguſtin. libro de eſſentia Diuinitatis idipſum confirmat. Chriſtus autem alloquens S. Brigittam lib. 6. cap. 100. dicebat: *Ego habeo duo brachia, vno amplector cœlum, & omnia quæ in eo ſunt; altero amplector mare, & terram; primum extendo ad electos meos in cœlo, & in terra honorando eos, & conſolando; ſecundum extendo ſuper malitias hominum patiendo eos miſericorditer, & refrænando eos, ne faciant tantum malum, quantum vellent.* Alas iſtas Chriſti ad inſtar gallinæ pullos protegētis mirificè dilatat Origen. hom. 26. in Matth. & Aug. lib. 1. quęſt. in Euang. q. 36. & ſerm. 29. de verbis Domini, dicens: *Gallina ſic in pullos ſuis in-firmatur, vt etiam ſi filios non videas, matrem tamen intelligas.* Idem quoque Hieronymus in Pſal. 16. Sub hac vmbra protegi cupiebat Dauid, dicens: *Sub vmbra alarum tuarum protege nos.* De quibus ipſe Chriſtus apud B. Brigittam lib. 4. cap. 47. ita dicit: *Ego ſum quaſi gallina, qui currentes ad vocem meam pullos, id eſt deſiderantes protectionem alarum mearum, potenter defendo à laqueis Diaboli, & ſapienter inſpirationibus meis prouoco ad ſalutem.* Bernardus tractatu de Paſſione, cap. 5. dicit: *Videamus quid hoc ſibi velit, quod Dominus ſe gallinæ magis, quam alteri animali voluit comparare; quia vt à Sanctis Patribus tenetur, ideo factum eſt, vt exprimatur incomparabilis affectus charitatis; nullum enim animal circa pullos ſuos tanta compaſsione mouetur, ſicut gallina, fit enim toto corpore hiſpida, voce rauca, toto ferueus animo, & omnibus membris infirma, & vſque ad ſupremum defectum deueniens; ſi ergo gallina ita pullis compatitur, quantum putas optimum* IESVM *humano generi fuiſſe compaſſum?*

Manus Chriſti alæ ſunt.

Chriſtus Aquilæ comparatur.

Duobus brachijs quid faciat Chriſtus.

Chriſtus gallinæ comparatus.

Cur Chriſtus gallinæ comparetur.

11. *Quæ ſanè alæ ſi quot modis dilaniatæ videntur,* &c. *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam.* Vbi pennas colligemus, niſi meditemur, vt columba. Icaro filio pennas brachijs aſſuiſſe Dedalum Patrē olim fabuloſa iactabat antiquitas; eas ne nos hiſce alis infigemus? Abſit. Quid igitur? Verbera excarnificantia conſideremus, & ibi cor noſtrū infigamus, excoriatum vulnus meditemur, & ibi nos lauemus. Aſſumamus pennas, vt Aquilæ, cum regio Pſalte volemus, & non deficiamus. Vt enim myſticè illi mulieri, quæ apparuit in cœlo amicta ſole, datæ ſunt duę magnę alę, quibus in altū eleuata cōcederet in diſertū, ac ſolitudinē, Apoc. 12. vt ibi eā ad cor Chriſtus alloqueretur Oſeę 11. ita nos quoque alijs cōtemplationis, plumiſq; orationis ita ſubleuemur, vt Chriſti corpori myſtico incorporari valeamus, eius alis pennas affigamus, quas Adæ culpa conuul-

Icaro affixæ alæ à Dedalo.

Chriſti alis quomodo pēnas affigemus.

conuulſerat. Tunc autem pennas addemus, ſi cũ ſenioribus Apocalypſeos cap. 5. dicamus: *Dignus es agnus, qui occiſus es, accipere, virtutẽ, diuinitatem, ſapientiam gloriam, & honorem, quia occiſus es, & redemiſti nos Deus in ſanguine tuo, & feciſti nos Deo noſtro, Regnum, & Sacerdotes.* Vt autem hoc faciamus, *is tanquam Aquila prouocans ad volandum filios ſuos, ſub alis nos aſſumat, & portet in humeris ſuis.* Argumentum hoc tractat Hieron. & Remigius Altiſiodorenſ. in cap. 4. Malachiæ. 12. *Orietur vobis timentibus Sol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius.* &c. Locus hic inſignis, illuſtris, & maximè mirabilis. Quis vidit vnquam huic ſimile, aut quis vnquam tale audiuit. Signum enim magnum nobis apparet, Sol veſtitus pennis,

Quis hic pennatus ſol?
Quibus pennis veſtitus?
Quibus in membris?
Cur datæ pennæ?

Chriſtus Sol.

Et Sol quidem Chriſtus eſt: is enim tanquam luminare maius Eccleſię, toti perfulget orbi; ipſe enim eſt lux mundi, atque vt cætera luminaria lucem ſuam hauriunt à ſole, ita Sancti omnes, Patriarchæ, Apoſtoli, Martyres, Confeſſores, Virgines, claritatem ſuam habent à Chriſto. Hoc enim accedente, in diem gratię tripudiamus, recedente, in noctis tenebris cæcutimus; ita Aug. ſerm. 134. de tempore, Orig homil. 1. in Geneſ. Beda in cap. 1. Geneſeos. Notat & Anaſtaſius, Synaita, in Hexameron, quod ſol in eo quod deſcendens ad inferos; redit tamen ad locum ſuum, Chriſtum figurat, qui deſcendit ad inferos, victor tamen redit ad vitam. Vt autem ſol rex eſt, & planetarum princeps, ita Chriſtus Rex Regum, & Dominus Dominantium, ſuo acceſſu terram floribus, frondibúſque ſplendidè ornat, ſpargit Ver, Æſtatem q; progignit: Eo verò recedente, ſuccedit Hyemis rigor, quo ornatu ſuo terra, arboreſque priuantur. Is ad ſe Sanctos, veluti vapores attrahit, grandines, & flagella peccatorum congelat, adurit vitia, roremque virtutum, quibus reficiamur, infundit, aliaque quamplurima myſticè præſtat, quæ à materiali quoque ſole fieri cernimus, & admiramur; quæ Aſcanius Martinengus in Gloſſa myſtica in Geneſim, doctè, atque acutè proſequitur. Ideò Sancti Patres in ſole Chriſtum myſtice intelligunt, ita præter loca citata Patrum, teſtantur Arnobius in Pſal. 18. ſuper illa verba: *In Sole poſuit tabernaculum ſuum.* Hil. in Pſalm. 57. Ambroſ. lib. de Iacob Patriarcha cap. 7. & Epiſt. 62. Origen. hom. 1. in Ioſue, & homil. 3. in Matth. Hieronymus in c. 15. Iere. & in Ezechiel. cap. 44. *Ipſe ſupra eſt Sol iuſtitiæ iuſtis affulgens, non impijs;* ideò Sap. 2. impij conqueruntur, *Sol iuſtitiæ non ortus eſt nobis.*

A Sole Chriſto omnes SS. lumen hauriunt.

Chriſtus quatenus Solis munia expleat.

Chriſtus Aquilæ magnarũ alarum comparatus.

Chriſtus eſt Sol pennatus.

Chriſtus autem cum verus iuſtitiæ ſol, in Aquila illa grandi magnarum alarum, quæ plena plumis, & varietate venit ad Libanum, ab Origene homil. 11. in cap. 17. Ezechiel. intelligatur: quid mirum, ſi Sol hic iuſtitiæ pennatus affulgeat? ipſe enim plenus eſt virtutum omnium, quibus noſtra vita fruetur; *plenus gratiæ, & veritatis.* Eius plumæ, ac pennæ ſunt innocentia vitę, manſuetudo, iuſtitia, charitas, pietas, reliquaque virtutum genera, quibus Chriſtus affulget auguſtior. *Cuius pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri.*

Quæ Chriſti alæ.

Eius duæ alæ maximæ ſunt, Hugone Cardinali teſte, Iuſtitia, & Miſericordia, ſiue Doctrina erudiens, & Miſericordia. Et vt plumæ quidem toto diſtenduntur in corpore, ita Chriſti brachijs veluti alis pennæ fortiores infiguntur; tum vt ſeſe in altum Cœlum conſcendendo propria virtute ſuſtollat, tum vt nos quoque, quod benè notat Hieron & Remigius Altiſidorenſ. in cap. 4. Malach. *veluti aquila prouocans ad volandũ filios ſuos, aſſumat in alis, & portet in humeris ſuis;* tum vt nos *ſub vmbra alarum ſuarum protegat*, tum, vt nos *ſub alis*

Digitized by Google

In pennis Chriſti ſanitas noſtra ineſt.

alis ſuis foueat, protegat, defendat. Quomodo autem in alis pennati Solis ſanitas ſit, nullus melius exprimere poteſt, quam ipſe Chriſtus: hunc audiamus ſic B. Brigitt. alloquentem, qui ſic libro 4. cap. 47. dicebat: *Ego ſum quaſi gallina, qui currentes ad vocem meam pullos, id eſt, deſiderantes obumbrationem alarum mearum, & potenter defendo à Diaboli laqueis, & ſapienter inſpirationibus meis prouoco ad ſalutem. Quid vero eſt penna, niſi Miſericordia mea, quam qui obtinuerit, ita ſecurus eſſe poteſt, ſicut pullus qui ſub alis matris refouetur. Ergo eſtote ſicut pulli currentes ad voluntatem meam & in omnibus tentationibus, & contrarijs, dicite voce, & operibus, fiat voluntas Dei, quia ego confidentes in me, defendo potentia mea, reficio miſericordia mea, teneo patientia mea, viſito conſolatione mea, illumino ſapientia mea, remunero in centuplum Charitate mea.*

Pennæ Chriſti ſunt miſericordia, potētia, patiētia, conſolatio, ſapientia.

13. *Sed ad pectus deſcendendo, quod qualibet in ſui parte, &c.* Hic incipit ſecunda pars huius capitis, in qua de lacero Chriſti pectore ſibi agendum proponit pijſsimus Antiſtes, in quo vndique minutiſsimæ plagę, verberaque deprehenduntur, quę apertè eorum delirium confutant, qui aſſerunt Romanos non conſueuiſſe eorum, quos flagellis ſubigerent, pectus percutere. Cum B. V. glorioſam Brigittam alloqueretur lib. 1. cap. 10. dicebat Chriſtum fuiſſe adeò teneræ, & delicatæ complexionis, vt ſi, vel leniter percuteretur, ſtatim ſanguis accurreret; eius verba ſunt iſta, *Cutis eius ſic tenera, & gracilis erat, quod nunquam ita leniter flagellabatur, quin ſanguis exiret; Imò ipſe ſanguis eius tam recens erat, vt in cute munda videri poſſet.*

Delirium eorum qui pectus flagellis cædi à Romanis ſolitū negarunt.

Chriſti delicata complexio.

Plurimos ſanè ea in re miratos noui, quod cum Chriſti dolores, plagæ, verbera, paſsiones, adeò ad viuum à Prophetis vel prædictæ, vel in figuris Veteris Teſtamenti adumbratæ legantur: cur plagæ iſtæ, verberumque tunſiones, quæ in ſacrum Chriſti pectus illatæ ſunt, non fuerint aut ad viuum, &, vt dici ſolet, in indiuiduo prædictę, neque ſingulariter figuratæ. Vt igitur horum admirationi occurramus, dicamus, & pectoris, & ventris flagellationes, verbera, liuores, clarè ab Eſaia fuiſſe præuiſa, & prædicta, cum dixit: *A planta pedis, vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas.* Dicamus etiam à Sponſa in Canticis eſſe prędicta, dum dicit: *Venter tuus eburneus, diſtinctus Sapphyris*, per ſinecdochen apertè totum à ventre, etiam pectus, anteriorque pars ſignatur: hęc ergo eburnea eſt diſtincta Sapphyris, Sapphyri enim cærulei coloris, liuores prænotant. Mihi in Superhumerali ex purpura, cocco bis tincto, & byſſo retorta, variegato opere contexto, quo Summi Pontificis Hoſtias offerentis humeri, pectus, venterque tegebantur, figurata Chriſti in pectore, ventre, humeriſque ſuſcepta verbera, ſanguineæ ſcarigæ, liuores, plagæ videntur; nam in Superhumerali Ruperto Abbate in Exodi 23. Clem. Alexandrino libro 5. Stromat. Hieron. in cap. 3. Oſeæ, teſtibus, Chriſtum ſignificat. Quid variegata Superhumeralis ſigna præmonſtrant, ſi Chriſti variegatum pectus, & humeros flagellis ſectos, laceroſque non præmonſtrant. Mihi verò etiam in Rationali præmonſtrata creduntur, vt ea teſtabuntur, quæ paulò infrà cum Antiſte noſtro dicemus. Quid porrò Arietis, victimarumq; pectuſculū tantopere à Deo in ſacrificijs cōmendatum, & tanquam præcipuam partem Summo Pontifici reſeruatum commonſtrat, Exodi 29. Leuit. 7. 8. 10. Numerorum 6. & 18. vbi etiam dicitur pectuſculum conſecratum, ſi Chriſti pectus non ſignificat? Nam agnus, aries, vitulus, ac reliqua pecudum munda genera, Chriſtum ſignificabāt, eorum ſacrificia, Chriſti ſacrificium, eorum ſanguis, Chriſti ſanguinem, eorum igitur pectus, Chriſti pectus ſignificabit. Excoriatum igitur victimarum pectuſculum, Chriſti pectus flagellis ſciſſum, lacerum, ſulcatum, excoriatumque ſignificat.

Flagella pectoris Chriſti cur non ita apertè prædicta videantur.

Venter Chriſti cratet eburneus diſtinctus Sapphyris.

Pectus Chriſti ſaucium per Superhumerale figuratū.

Pectus Chriſti lacerum, in Rationali iudicij figuratum.

14. *Erat non ſecus atque Sacrum quoddam armariū, &c.* Verè Chriſti Domini

pectus

Chriſti pectus promptuarium taberna- culum, arca, ærariũ, &c.

pectus promptuarium, tabernaculum, arca, ærarium, ac conceptaculum, dici poteſt: *in eo enim inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Nouerat D. Paulus immenſam, infinitamque deitatem nullis finibus circumſcriptam, per eſſentiam, potentiam, & operationem vbique eſſe, replere omnia, ideò noluit ſolum dicere, *in quo inhabitat diuinitas*, (hæc enim vbique inhabitat) ſed addere voluit, *plenitudo diuinitatis*, vt indicaret deitatem non ea ſolum ratione eſſe in Chriſto, qua eſt in alijs rebus, ſed longè excellentiori, atque eminentiori modo in Chriſto ineſſe, & inhabitare; ac ne putaremus in Chriſto eſſe ſolum diuinitatem, vt in figura, aut vt in vmbra, addidit, *corporaliter*. Benè hoc loco notat Claudius Guilliaudus, quod corpus non ſolum accipitur, vt à ſpiritu diſtinguatur, ſed etiam vt diſtinguatur ab vmbra; quod etiam ante ipſum docuerat D. Auguſtin. epiſt. 57. Rupertus in cap. 1. Ioan. Oecumenius, Anſelmus, in cap. 2. primæ Coloſſen. Corporaliter igitur docuit in Chriſto inhabitare diuinitatem, vt confutaret hæreſim eo temporis fortè iam excitatam, Ebionis, Cherinti, Samoſatheni, & eiuſdem farinæ hominum impiorum, dicentium, Chriſtum eſſe purum hominem, in eo tamen inhabitaſſe Deum per excellentem quandam gloriæ dignitatem, vel etiã Ioan. Moſueſtheni, dicentis, diuinitatem inhabitaſſe in Chriſto ſolum vt in templo; tum etiam, vt oſtenderet, non inhabitaſſe ſolum vmbraticè, aut ſecundum moralem quandam exiſtimationem, vt in Angelis, & Prophetis, quando Deum repræſentantes legatione fungebantur; ita Bellarmin. Cardin. lib. 3. de Incarnatio. cap. 16. ad ſextum. Vt igitur oſtenderet in Chriſto inhabitaſſe diuinitatem, etiam ſecundum ſubſtantiam ex vi vnionis hypoſtaticæ, addidit, *corporaliter*. Arca etiam, ac Promptuarium dicetur Chriſti pectus, quia *in ipſo inſunt omnes theſauri ſapientiæ, ac ſcientiæ Dei*, primę Coloſſenſ. 2. Dicitur Arca, *quia in ipſo inhabitat plenitudo gratiæ, & veritatis*, Ioan. 1. dicitur Arca, *quia de eius plenitudine nos omnes accepimus gratiam pro gratia.* Dicitur Arca, *quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo virtutis, ac vitæ, ac donorum ſupercœleſtium.* Neque ſolùm hæc omnia in Chriſti pectore, vt in Arca continentur, ſed ita, vt ea nobis ſeruentur. Quare iure merito in Arca Noë, quæ fuit totius naturæ in hominum ſalutẽ promptuariũ, Chriſti humanitatem Patres intelligunt. Hier. lib. 1. contra Iouin. Ambr. lib. de Noë, & Arca, Aug. lib. de Catechizandis rudibus c. 27. lib. 15. de Ciuit. Dei, c. 26. Origenes hom. 2. in Geneſ. Gregor. hom. 38. Baſil. in Pſ. 45. Cyrill. lib. 4. in Io. c. 28. Bernard. ſerm. 53. in Cantica; Ideò & Gregor. Niſſenus opuſculo de vita Moyſis, in myſtico tabernaculo Dei cum hominibus Chriſti humanitatem intelligit.

Quomodo in Chriſto inhabitet plenitudo Diuinitatis corporaliter.

In pectore Chriſti ſunt omnes theſauri Sapientiæ, & ſcientiæ Dei.

Humanitas Chriſti figurata in Arca Noë.

In hac igitur Arca, aureum vas manna oppletum continebatur, cum virga Aaron, tum tabulæ teſtimonij.

Tres hoc loco ſeſe nobis offerunt difficultates diſſoluendæ, & illæ quidem valdè graues.

Tres difficultates diluendæ.

Prima eſt, quia locus hic Apoſtoli apertè repugnare videtur ijs, quæ habentur 3. Reg. cap. 8 ibi enim expreſſis, ac diſertis verbis dicitur, quod in *Arca Domini nihil aliud erat præter tabulas teſtimonij.*

Secunda difficultas eſt, poſito, quod hoc verum fuerit, quomodo potuit hoc ſcire Apoſtolus, cum hoc in Scripturis nuſquam legatur.

Tertia, Cur Deus in eadem Arca Legem, Virgam, Mannaque includi voluerit.

QVÆSTIO I.

Quomodo Apoſtolus ad Heb. 9. cohæreat cum ijs quæ dicuntur 3. Reg. 8.

Proponũtur Doctorum ſententiæ.

HVIC dubitationi varias à Doctoribus ſolutiones adhiberi video. Alij

Alij ſiquidem reſpondent, quod etiamſi ea omnia includerentur in Arca, non tamen per ſe, & principaliter, ſed quodammodo per accidens, & ſecundariò incluſa fuerunt, cum Arca ex principali intentione præcipuè ad Legis cuſtodiam, non ad Virgę, vel Mannæ conſeruationem ſit fabrefacta; ita S. Thom. in cap. 9. epiſtolæ ad Hebr. & ſanctus Anſelmus. Legimus, inquit, fuiſſe Manna poſitum in Sanctuario, non tamen in Arca, quia fortè propè arcam fuerat; dixit Apoſtolus, fuiſſe in Arca, locum pro loco ponens. Vel, quia poſt dedicationem Templi educta fuit Arca è Templo, fortè tunc in Arcam miſſæ ſunt vrna, & virga. Subdit autem, qui hanc quæſtionem melius poterit, ſoluat, qui non poterit, non dedignetur alteram ex noſtris poſitam tenere. Toſtatus autem, quæſt. 6. in cap. 8. 3. Regum, ita ſoluit; quod licet ea omnia in Arca includerentur, non eadem tamen in loca Arcæ includebantur. Cum enim arca varijs manſiunculis, ac triſtegis eſſet diſtincta, Vrna, & Manna in latere tantum Arcę erant appoſita; lex autem duabus exarata tabulis, in medio Arcę, quia Deuteron. 31. dicit Deus: *Tollite librum iſtum, & ponite illum in latere arcæ.* Verum locus iſte licet lateris arcę mentionem faciat, tamen non oſtendit Vrnam, & Virgam fuiſſe in latere Arcæ, & hoc etiam admiſſo, non ſequitur conſequentia; erant in latere Arcæ, ergo non in Arca. Alij dicebant, Vrnam, & Virgam, fuiſſe in aliqua parte exteriori Arcæ. Verùm cum Apoſtolus dicat ea fuiſſe in Arca, vix ſaluari poterit hæc reſponſio.

Anceps ſolutio.

Cardinalis Bellarmin. ex doctrina Theophylacti in lib. 1. de Verbo Dei, cap. 17. ad 7. reſpondet, quod quando in lib. 3. Regum cap. 8. dicitur, quod in Arca non erat aliud niſi duæ tabulæ, hoc eſt intelligendum, quod tempore Salomonis non erat aliud, poſtea autem poſita fuit & Vrna, & Virga. Adde etiam, inquit, quod auctor lib. Regum hoc ipſo quod dicit, Non erat aliud, ſcilicet tempore Salomonis, videtur innuere, quod poſtea fuerit aliquid aliud appoſitum.

QVÆSTIO II.

Quomodo Apoſtolus hæc ſcire potuerit.

QVOD ad ſecundam obiectionem attinet, reſpondeo D. Paulum tanquam Gamalielis in Lege peritiſsimi diſcipulum, hoc ex traditionibus ſcire potuiſſe, ſimul enim cum Scripturis orta eſt etiam Scripturarum explicatio, Deo eam reuelante. Duplex enim ſapientiæ genus voluit olim in Synagoga, & nunc etiam in Eccleſia reperiri. Alterum quidem, quod communiter omnibus tam dignis, quàm indignis traderetur. Alterum autem ſanctius, quod altiſsimorum myſteriorum intelligentiam, & ſacrarum litterarum reconditos ſenſus patefaceret; & hoc ſecundum ſapientiæ genus, tantum apud ſanctos, probatoſque viros, eoſque potiſsimè, qui Deo colendo vacarent, reſidere voluit. Fidem huic noſtræ doctrinę faciunt, quę ſcribuntur lib. 4. Eſdræ cap. 14. Nec dicat quis, vt quid mihi 4. Eſdræ librum Apocryphum, quemque Sacr. Concil. Tridentium Seſſ. 4. c. 1. à Canonicorum librorum catalogo reiecit, affers? Profer ex Canonicis Scripturis indubitata teſtimonia. Nam reſpondebo, non eſſe quidem Canonicum eum librum, maximè tamen auctoritatis eſſe in Eccleſia, quæ ex cap. 2. eiuſdem libri deſumit introitum feriæ 3. poſt Pentec. *Accipite iucunditatem*, &c. Ex eodem etiam libro deſumit reſponſorium pro Apoſtolis, *Modo coronantur, & accipiunt palmam*. Et ſanctus Ambroſius laudat eum librum tanquam maximè confirmantem reſurrectionis fidem. Faciet igitur auctoritatem aliquam ijs, quæ dicentur à nobis. Ibi ergo ſcribuntur hæc, *Reuelans* (inquit

D. Paulus Gamalielis diſcipulus.

Duplex ſapientiæ genus.

Quartus Eſdræ liber quantæ ſit auctoritatis.

Quartus Eſdræ liber ab Ambroſio commendatus.

Digitized by Google

(inquit Deus) *reuelatus ſum Moyſi in monte Synai, & enarraui ei mirabilia multa, & oſtendi ei temporum ſecreta, & finem, & præcepi ei dicens: Hæc in palàm facies, & hæc abſcondes.* Cum verò Scripturę ſacrę Babilonica captiuitate eſſent combuſtæ, ſoluta autem captiuitate vellet denuò ab Eſdra reſcribi, & reſtitui ſacroſanctam Scripturá, præcepit Deus, vt in deſertum locum abiret; ibique multis comparatis tabellis, & buxis 40. dies maneret, dicens ei: *Ego accendam lucernam intellectus in corde tuo*, &c. *tunc tradidit illi calicem plenum liquore aqueo, ſed colore igneo, & in eo cum bibiſſem,*

Mirabilis potio.

inquit Eſdras, *cor meum cruciabatur intellectu, & in pectus meum increſcebat ſapientia: nam ſpiritus meus conſeruabatur memoria, & apertum eſt os meum, & non eſt clauſum amplius. Altiſſimus etiam dedit intellectum quinque Viris, qui ſcribebant, & ſcripſerunt, quæ dicebantur exceſſiones noctis, quas neſciebant. Nocte manducabant panem; ego autem per diem loquebar, & per noctem non*

Eſdras Scripturarum reparator.

tacebam. Scripti ſunt autem per dies quadraginta libri ducenti quatuor. & factum eſt cum compleuiſſent quadraginta dies, locutus eſt Altiſſimus, dicens: Priora, quæ ſcripſiſti volumina palam pone, legant digni, & indigni.

Recondita ſapientia.

Nouiſſima autem 70. conſeruabis, vt tradas ea ſapientibus de populo tuo: in his enim eſt vena intellectus, & ſapientia fons, & ſcientia flumen. Et feci ſic. Atque hoc modo vigebant traditiones apud Hebræos, quibus occultiora Scripturæ myſteria poſteritati tradebantur, & hæc ſcientia ſolùm apud ſeniores conſeruabatur. Virtute harum traditionum quædam Scripturæ loca explicantur, vt

Traditiones quales fuerint.

cum dicit Dominus Lucæ 4. *Quando clauſum eſt cœlum annis tribus, & menſibus ſex.* In lib. autem 4. Reg. cap. 17. Solum numerantur anni tres. Item in epiſtola ad Hebręos cap. 9. habetur in

Loca Scripturæ explicata.

Arca Domini fuiſſe incluſam Legem, Manna, & virgas Aaron, & Moyſis. Nullibi autem in ſacra Scriptura inuenimus in Arca fuiſſe virgas. Item illud in epiſtola Iudæ, quod in Arca Domini octo animæ ſaluatę ſint; Hęc igitur per iſtas traditiones, & per occultam expoſitionem Scripturarum cognoſcebantur. Atque hæc doctrina olim celeberrima erat, & vocabatur Cabala. Ita Xiſtus Senenſ. in Bibliotheca Sancta, lib. 2. Verbo Thamuld; &

Cabala quę ſapiẽtia eſſet.

Ioannes Picus Mirandulanus, in ſua Heptaplo, Petrus Galat. lib. 1. de Arcanis ſacræ Scripturæ. Atque de hac doctrina putant aliqui locutum eſſe Dominum Lucæ 11. cum dixit: *Væ vobis Legiſperitis, qui tuliſtis clauem ſapientiæ, & ipſi non introiſtis.* Hoc etiam nobis indicat inſigne illud Rationale, quod ſummus Pontifex Hebræorum gerebat in pectore, de quo Exodi 28. in quo infixi erant duodecim lapides, in quibus inſcripta erant nomina duodecim

Mirabilis fulgor in Rationali.

tribuum Iſrael, in quo præter lumen naturale lapidum, erat etiam aliud myſterioſum lumen, quod auctore Nicolao de Lyra, appellabatur à Iudæis *Vrim*, & *Thummim*, ſcilicet manifeſtatio, & veritas, vel potius manifeſtationes & veritates, de qua etiam Ioſeph loquitur lib. 3. Antiquitatum cap. 11. & magiſter Hiſtoriæ Scholaſticæ hiſtoria in Exodum, cap. 64. Lyranus in cap. Exodi 28. Chryſ. oratione tertia contra Iudæos, quod lumen aliqui dice-

Lumen Rationalis vnde.

bant oriri ex ſubinſcripto lapidibus nomine Dei ineffabili יהוה Alij vltimò dicebant oriri ex repercuſſione lumi-

Inſigne beneficium.

nis gemmarum, ad inſtar circuli lactei. In illud Rationale iudicij quotieſcumque grauis aliqua controuerſia proponebatur ſummo Sacerdoti, oculos conijciens illuminabatur de veritate ſoluendæ quæſtionis. Hic tamen fulgor ceſſauit ducentis annis ante euerſionem Hieruſalem, Ita Ioſeph lib. 3. Antiquit. cap. 13.

QVÆSTIO III.

Cur Deus in Arca cum Manna, Legem & virgam includi voluerit.

QVO ad tertiam difficultatem, reſpondet Oecumenius in comm.

collectis

collectis ex fragmentis veterum Patrum, quod in Arca inerant ea quæ Iudæorum ingratitudinem conuincerent. Virga quidem propter ſeditionem in ordinatione Aaron; Tabulæ verò eo quod Iudæis occaſio fuiſſent, quod priores Tabulæ confringerentur; Manna verò, eo quod edentes illud murmuraſſent. Oportuit ergo, vt hæc quoque ad nepotes tranſmitterentur.

In Arca erāt ea quæ Iudæos ingratitudinis coarguebant.

D. Thomas lectione prima in cap. 9. in tabulis ſapiētiam intelligit; in Manna dulcedinem gratiæ; in Virga ſacerdotium Aaron. Anſelmus in Vrna aurea Manna oppleta, animam Christi in Virga poteſtatem inuictam ſacerdotij; in tabulis verò Chriſti ſapientiam myſticè intelligit.

Glosſa Ordinaria, *Arca*, inquit, *eſt Carο Chriſti qui Manna diuinitatis, & tabulæ duorum teſtamentorum, & Virga pro ſacerdotio Chriſti, Vrna populus in quo Chriſtus panis de cœlo.*

Manna, virga, tabulæ, in Arca quid ſignificarent.

Auguſtinus, *Arca ſignificat Secretum Dei, In Arca iuſſa eſt poni Lex, & Manna, & Virga Aaron. In lege præcepta ſunt. Virga & poteſtas, Manna & gratia, quia niſi cum gratia non eſt poteſtas faciendi præcepta.*

Alij in Virga ſeueritatem iudicij; alij in Manna Iudicij lenitatem intelligunt. Vtraque autem in Arca ſimul manent, quia, *miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt*, vt ſit ſeuera lenitas, leniſque ſeueritas, vt in ira miſericordiæ memor ſit.

Seueritas ei miſcendam lenitatem.

Epiphanius in Ancorato, in Virga Aaron, quæ fronduit, carnis reſurrectionem intelligit. Ambr. autem lib. 4. de Sacramentis, cap. 1. Potentiam regiminis; in Manna verò, Aug. hom. 2. in Apocalypſin intelligit ſpiritualem vitam, quæ cœleſtia contemplatur; in tabulis verò Orig. homil. 10. in Numeros, ſapientiam Dei intelligit.

14. *Namque ex hac Sacra & pretioſa vrna*, &c. Inter omnes Veteris Legis vmbras, ac figuras, quibus ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum figuratum fuit, nulla inſignior, nulla illuſtrior figura fuit, quam Manna. Quare & Chriſtus de admirabili hoc Sacramento verba faciens apud Io. 6. Mannæ illud comparabat dicens: *Non ſicut manducauerunt Patres veſtri Manna*, &c. Nam Manna tum quoad nomen, tum etiam quoad rem ipſam tanti Sacramenti admirabilis extitit vmbra.

Manna illuſtris Euchariſtiæ figura.

Quoad nomen quidem, quia non aliud nomen potuit illi vnquam reperiri niſi illud Manhu Num. 11. Manhu autem ſignificat, Quid hoc eſt? Hoc igitur tam inuſitato, ac ſublimi cibo perpetuum nomen fuit; Quid eſt hoc? O quā verè de admirabili Euchariſtiæ Sacramento dici poteſt Manhu, Quid eſt hoc? Neque vnquam ſatis pro dignitate explicari poſſet, Quid eſt hoc? Plurima in tanti Sacramenti commendationem dicere animus eſſet, ſed à propoſito ſcopo aberrarem, ſi figuram dimittens, eius quod figuratum erat excellentiæ explicationem proſequerer.

Admirabile nomen Manhu.

Manna panis cœli dictum fuit Sap. 16. quod è cœlo daretur: en quam verè cœli panis dici Euchariſtia poteſt, quę panis eſt, qui de cœlo deſcendit.

Manna panis cœli.

Manna panis Angelorum dictum fuit Sap. 16. non quod Angeli eo veſcerentur; ſed quia Angelorum miniſterio dabatur; aut, quia nobilior panis putabatur, quam qui ab homine mandi debuiſſet. O quàm verè Euchariſtia Angelorum panis dici poteſt, non quod Angelorum miniſterio nobis detur, ſed quia ipſi quoq; Angeli eum panem, etſi non Sacramentaliter, ſpiritualiter tamen manducant, cum illum adorant.

Manna cur panis Angelorū dictus, cum eo Angeli nō veſcerentur.

Manna panis Dei dictum fuit, iuxta conſuetam Scripturam, vel Hebraicæ proprietatis phraſim, vt ea quæ in vnoquoque excellentiſsima ſunt, Dei dicantur. vt mons Dei; domus Dei; ita panis Dei. At Euchariſtia, verè panis eſt Dei, nō quod eo veſcatur Deus, ſed quia in eo nos veſcimur Deo. Atq; hæc qui-

Manna quomodo panis Dei.

Digitized by Google

quidem quoad nomen.

Manna in ſolitud ne populo datum.

Iam verò, quod ad rem ipſam attinet; Ea ferè omnia in Euchariſtiæ Sacramento agnoſcemus impleta, quæ in Manna fuerunt figurata. Manna enim datum fuit populo ſolùm in ſolitudine, dum ad terram promiſsionis tenderet; at vbi in terram promiſsionis deuenit populus, non amplius Manna populo datum fuit, quia terra lacte, & melle manabat; ita etiam Euchariſtia datur nobis ſolum in huius vitæ ſolitudine, dum ad terram promiſsionis tendimus: & cum terram cœleſtis promiſsionis intrauerimus, Manna ceſſabit

Mirabilis Mannæ proprietas.

Manna ſuauiſsimus cibus erat, omne delectamentum in ſe habens, & omnem ſaporem ſuauitatis, ſed bonis tantum: nam mirabile dictu deſeruiens, cuiuſque voluntati, in ore cuiuſque ſecundum propriam cuiuſque voluntatem ſapiebat, & ad quod quiſque voluiſſet, conuertebatur; ita Sap. 16. & Auguſtin. epiſtola 118. ad Ianuarium, cap. 3. Malis autem inſipidum videbatur, Quare dicebant: *Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſsimo.* Auguſt. lib. Retractationum cap. 20. Ita Euchariſtia bonis. O quam ſuauis eſt cibus omnium referens chariſmata gratiarum, vt malis non ſapit, nauſeant ſuper hoc cibo.

Quomodo idem ſacrũ Euchariſtiæ Sacramẽtum præſtet.

Manna profeſtis tantum diebus colligebatur, in Sabbatho non colligebatur: ita venerabile hoc Sacramentum in profeſtis huius vitæ diebus colligitur, in delicato illo cœleſtis requietionis Sabbatho non colligitur.

Euchariſtiæ ſupra Manna præſtantia.

In hoc tamen cœleſte hoc Manna Iudaico præſtat, quod hoc corporis tantum, at illud etiam animæ eſt alimentum. Iudaicum Manna ab ęgritudine tantum corporali præſeruabat, vt noſtrum Manna ab animi ægritudine ſanat. Ideò Seruator noſter dixit: *Non ſicut manducauerunt Patres veſtri Manna in deſerto, & mortui ſunt; qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Cuius ſententiæ ſenſus eſt, quod hic panis Chriſti hoc pręſtat Mannę, quia cum Manna inſtitutum eſſet ad corporalem vitã ſuſtentandam, nõ tamen illam ſuſtentare poterat in æternũ: at hic panis inſtitutus eſt ad animæ vitam ſuſtentandam, & hanc conſeruat in æternum.

Quomodo intelligatur ſententia illa ſaluatoris, Non ſicut manducauerũt Patres veſtri Manna, &c.

15. *Aaronis virga floruit, id eſt Eccleſiaſtica dignitas,* &c. Admirabilis eſt Eccleſiaſticæ celſitudinis, & poteſtatis amplitudo, quę *pulchra eſt vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata*; quæ cœleſtis hierarchiæ inſtar, in toto terrarum orbe ſplendeſcit vt ſol, cuius amplitudinem, atque excellentiam inter recentiores pręclaris operibus proſecuti ſunt Ioannes à Turrecrem. lib. de Eccleſia, Alexander à Turrecremata, lib de fulgenti radio Hierarchię militantis Eccleſiæ, Thomas Bozius lib. de Iure ſtatus Eccleſ. poteſtatis, & libertatis, Iſidorus Moſconius libro de maieſtate militantis Eccleſiæ, Cardinalis Bellarminius tomo primo Controuerſiarum.

Amplitudo Eccleſiaſticæ dignitatis admirabilis.

16. *Hoc ſacro in pectore illud ſacrificij factum,* &c. Quid hoc audimus, quod in ſacro pectore immolatum legimus ſacrificium? An iſtud in pectore, & non magis in cruce, cum certum ſit, quod Chriſtus in cruce ſemetipſum obtulit immaculatum Deo. *Is enim aſsiſtens Pontifex futurorum bonorum, per amplius, & perfectius tabernaculum non manufactum, non ſanguine taurorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem ſemetipſum obtulit, & introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta.* Verum cum pectus Chriſti Domini fuerit verum templum, de quo Chriſtus dixit: *Soluite templum hoc, & in triduo excitabo illud: hoc autem dicebat de templo corporis ſui.* Sacrum hoc templum omni planè victima caruiſſe putandum erit? Vt igitur rem totam breuibus explicemus, obſeruandum erit, quod eorum quæ Chriſtus verus ſacerdos obtulit ſacrificiorum, aliud quidem cruentum, alia verò multa fuere incruenta.

Sacrificiũ in Chriſti pectore conſummatum.

Sacrificiũ cruentum & incruẽtum.

Cruen-

Digitized by Google

Cruentum ſacrificium illud fuit, quo Chriſtus ſacerdos, & victima, ſemetipſum obtulit in ara crucis, pacificans omnia per ſanguinem crucis ipſius; & hoc, non in ſuo pectore, ſed in cruce conſummatum fuit: in quo Sacrificio Pater, vt primarius immolans, in manu portabat ignem, & gladium: Chriſtus ipſe ſacerdos ligna, & victimam. Victima igitur, corpus; templum, Caluariæ mons; altare, Crux; gladius, clauis, & lancea.

Pater & Chriſtus ſacrificiū immolantes.

Incruenta ſacrificia, quæ Chriſtus Deo Patri obtulit, plurima fuere. Alterum quidem eſt ſacrificium iuſtitiæ, de quo Dauid Pſal. 5. dicit: *Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ.* Quod in eo conſiſtit, quod quis iuſtè, & piè viuat, in quo quilibet iuſtè, beatèque viuens, ſacerdos eſt, hoc Chriſtus Patri obtulit.

Quilibet iuſtus quo modo Sacerdos dici poſſit.

Alterum eſt ſacrificium, quo quis Deo ſeipſum offert, omniaque ſua in ipſum refert, velle, ac nolle ſuum Dei legi ſubijcit; de quo Apoſtolus Petrus primę Petri 2. *Offerentes Deo ſpirituales hoſtias in odorem ſuauitatis.* Et hoc Chriſtus in primo ſuæ cōceptionis inſtanti Deo obtulit, in odorem ſuauitatis.

Tertium fuit ſacrificium laudis, de quo Dauid Pſal. 49. *Immola Deo ſacrificium laudis.*

Quartum ſacrificium incruentum quidem, ſed tamen ad cruentum tendens, eſt illud, quod Chriſtus ſæpè, ſępiuſque obtulit Patri, dum ſe ipſum in mortem cruce conſummandum Patri obtulit, Crucem, paſſionem, cæteroſque dolores, & ignominias ſponte paratus excipere; quod quidem ſacrificium tunc cruentum euaſit, cum in Cruce diſtendebatur, mente quoque illud ipſum proſequebatur; idemque præſtabat, quod in Romanorum ſacrificijs obſeruandum præceperat Numa Pompilius, qui parato ad ſacrificium ſacerdote, tuba Præconem clamitare iubebat, *HOC AGE.*

Chriſtus ſæpè ſeipſum incruentè obtulit patri, ſemel cruentè.

Attentio in ſacrificijs neceſſaria.

Hæc igitur omnia ſacrificia in Chriſti pectore immolata fuerunt, in quibus ſacerdos ipſe, Chriſtus eſt; templum, pectus; altare, cor; victima, voluntas; ignis, charitas; thus, gratiarum actio. Tunc enim dum manus, brachia, pedes, totumque corpus in Cruce diſtenderetur, mente raptus in Deum, ardentius mente cor Patris, quam Chriſtum Centurio lancea, & milites clauis, feriebat. Tunc autem odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis. Tunc manus velut alter Moyſes eleuauit, vt victus abiret Amalec: cadentibus præ laſſitudine manibus Moyſis non placabatur Deus, ideò vincebatur Iſrael, ſublatis manibus Moyſis placabatur Deus, vincebatque Iſrael. Exodi 17. Ideò cadentes Moyſis manus, Aaron, & Hur ſuſtentabant. Ita quoque ne victor gloriaretur contra nos impius Amalec, eſt verus ſacerdos Chriſtus, qui manus attollit, hę ne cadant, clauis ſuſtentantur, placatuſque factus Deus, victoriam nobis de hoſte Lucifero conceſſit.

Quæ ſacrificia in Chriſti pectore conſummata ſint.

Moyſe manus leuante vincebat Iſrael.

17. *Hoc enim ſacrificium, & hanc manuum eleuationem*, &c. Egregia planè, atque illuſtris auctoritas, quæ hoc loco diligenter explicanda eſt à nobis. Sacrificium igitur veſpertinum, ſollemni quadam ratione ſacrum, ac maximè venerabile præ cæteris tradunt hoc loco Michael Angrianus, aliàs Auctor incognitus. & Ioan. Baptiſta Florengius, & ante hos D. Auguſtin. Pſalm. 140. Sacrificium autem veſpertinum dicitur vtique ad differentiam ſacrificij matutini; hæc enim ſeſe mutuo reſpiciunt, veſpere, & mane. Quare Exodi 29. Leuit. 28. alia inſtituuntur ſacrificia matutina, alia veſpertina. Et in alijs quidem rebus matutina vt lucidiora, ac ſplendidiora, ita etiam felicio ra à Patribus iudicantur. Ideo Sanctus Auguſtin. libro 1. de Geneſ. ad liter. in libro de Gene. imperfecto, item in alijs lib. quos in Geneſ. cōſcripſit initio ſuæ conuerſionis contra Manichæos. Item in lib. 11. de Ciuitate Dei c. 7. & 29. Item in dialogo cum Oroſio de 65.

Sacrificiū Veſpertinum cur ita commendatū.

Matutina veſpertinis præſtātiora, tamen veſpertinum ſacrificiū præſtantius.

Cognitio matutina, & veſpertina in Angelis quid ſit.

quæſtionibus, matutinam in Angelis cognitionem ponit, quam hauriant ex diuini Verbi viſione, aut ex eo quod notitiam ſuam referunt in Deum. Veſpertinam autem, dum res in ſeipſis, & in propria natura conſpiciant. Alij etiam Patres, quæ mane fiunt, pluribus proſequuntur encomijs, vt Baſil. in Pſalm. 29. & 45. Origen. homil. 8. in Ioſue. Gregor. 16. Moral. cap. 21. Cyril. libro 7. in Ioan. cap. 34. Hieronym. in Pſalm. 21. 29. 57. Auguſtinus in Pſal. 5. 11. 54. Arnob. Caſsiodor. in Pſal. 1. In ſacrificijs tamen mirum in modum tanquam veneratione, ac pietate maiore conſpicuum veſpertinum præfertur: nam & Danieli cœleſtis conceditur viſio ad horam ſacrificij veſpertini. Daniel 9. & Eſdrę reuelantur myſteria in tempore ſacrificij veſpertini, 1. Eſdræ 9. & 3. Eſdræ 8. Quæ huius rei cauſa? Hem quanta hic efflorescit copia myſteriorum, ſi quæ Sacrificia manè, ſi quæ veſperi immolarentur eſſent explicanda, prout Leuit. 28. traduntur, ſed aliud agimus. Interim igitur in ſacrificio veſpertino Chriſti, ſacrificium vergente mūdi veſpere, agnoſco in veſpertinis veteris Legis ſacrificijs, prout Auguſtin. quoque agnoſcit, in Pſalm. 140. Ambroſ. libro 1. de Abraham, cap. 6. Baſil. in Pſal. 29 Hieron. ibidem, & in Matth. cap. 8. Hilarius Can. 14. in Matth. In hoc igitur ſacrificio veſpertino facta eſt eleuatio manuum in Cruce; cum autem Chriſtus cum clamore valido, & lachrymis deprecaretur, tunc directa eſt, *Oratio ſicut incenſum in conſpectu Domini, & exauditus eſt pro ſui reuerentia*, Hebr. 9.

Sacrificiū Veſpertinum Matutino præſtantius.

Sacrificiū Veſpertinū, Chriſti ſacrificium figurabat.

Chriſtus cum clamore valido, & lachrymis deprecans exauditus eſt.

18. *At ictus ſæpiſsimè iterati, qui hoc in pectore apparent, &c.* Quamuis locus iſte communiter à Patribus de effoſsione manuum, ac pedum per clauos, vel lateris per lanceam, explicetur, vt Ioannes Apocalyp. 1. & Ioan. cap. 19. dicens: *Videbunt in quem confixerunt.* Tamen de omnibus Chriſti plagis, ac iuxta D. Auguſtini adhibitam explicationem intelligi poteſt: non enim ſolum clauis, ac lancea confixerunt, ſed etiam flagellis aculeatis pupugerunt, & ignominijs inſultauerunt, prout nos copioſè ſupra in cap. 5. oſtendimus.

Chriſtus nō ſolum clauis & lancea, ſed etiam flagellis ſauciatus eſt.

19. *Verum enimuerò iſtiuſmodi ſacratiſsimum pectus, &c.* Efferatam ſanguinariorum carnificum Chriſtum flagellantium rabiem vix feret humanum pectus, quin erumpat in lachrymas, qui adeò durè Chriſtum flagellarint, vt pectus conſciderint. Ita enim flagellis miſerorum corpora conſueuiſſe ſecari, oſtendunt antiquatæ loquendi phraſes. Horatius lib. 1. ſerm. 3.

Quam lachrymabilis Chriſti flagellatio.

Horribili ſectere flagello.

Et Epo. Ode. 4.

Sectus flagellis triumuiralibus,
Præconis ad faſtidium.

Sanctus Cyprianus lib. de lapſis, ait: *Sed cum duriſsimis Iudicis recrudeſcente ſæuitia, iam fatigatus, nunc flagella ſcinderent, nunc contunderent fuſtes, &c.* Fortè hoc quoque colligi poteſt ex illo Ioan. 19. IESVM *verè flagellis cæſum tradidit, vt crucifigeretur.* Hanc autem immanitatē, impios in Chriſtum exercuiſſe carnifices, facilè ex B. Brigitta comprobare poterimus; ita enim B. Deiparam loquentem audiuit, lib. 1. c. 10. *Vidi corpus eius flagellatum, & verberatū vſq; ad coſtas, ita vt coſtæ eius viderentur. Et quod amarius erat, dum retraherentur flagella, carnes ipſis flagellis ſulcabātur. Cumque filius meus totus ſanguinolentus ſic ſtaret, vt non eſſet in eo ſanitas, nec quid in eo flagellaretur inueniretur amplius.* & lib. 4. cap. 70. *Filius meus ſpontè columnam amplectens, reſte ligatur, & flagellis aculeatis infixis aculeis, & retractis non euellendo, ſed ſulcando totum corpus eius laceratur.* Et lib. extrauag. reuelat. cap. 80. Chriſtus ſic loquitur: *Vide me patientiſsimum in flagellatione omnium membrorum.* Excreſcit dolor, conſiderata delicata Chriſti complexione, ita enim B. V. dicit apud B. Brigittam, libro primo, capite decimo. *Cutis filij mei ſic tenera, & gracilis erat, quod nunquam*

Quā horribilis flagellatio Christi.

Chriſtus nunquam ita leniter flagellabatur, quin ſtatim ſan guis exiret.

ita leniter flagellabatur, quin ſtatim exiret ſanguis. Cum in Chriſtifera Syndone Chriſti Domini pectus adeò dirè, inmaniterque diſſectum, & laceratū, cum Sanctorum Patrum aperta teſtimonia Chriſti pectus diſſectum tradant. Quid dicent ij, qui ad pauca reſpicientes de facili enunciant, dicentes in flagellatione licet totum corpus flagellis operiretur, pectus tamen flagellis non cædi ſolitum.

Pectus Chriſti flagellis cæſum.

Rationale iudicij quid eſſet.

20. *Eiuſmodi pectus inquam Rationale illud*, &c. Exigit à me locus iſte vt de hoc Rationali, tam quo ad nomen, quàm quo ad rem ipſam, diſſeram. Rationale igitur erat ornamentum inſigne ſummi Pontif. Iudæorum, quod Hebraicè à loco in quo à ſummo Hebræorum Pontifice geſtabatur *Oſen*, id eſt pectorale dicebatur, ſupra pectus enim geſtabatur. Græcè autem λόγιον, quod Latinè, Rationale ab officio, vel effectu quem in Summi Sacerdotis ratione efficeret, dicebatur. Rationale etiam iudicij dicebatur, quia in Pontificis ratione rectum irradiabat de rebus arduis iudicium; Tamen Auguſt. libro 2. quæſt. in Exodum, cap. 116. dicit. Quod Latini Rationale interpretari ſint, inopia linguæ fecit. Grecus enim habet λόγιον, nō λόγικον Rationale autē illud ſolemus appellare, quod Græci dicunt λόγικον ſed quando λογος, in lingua græca ambiguum eſt, vtrum verbum ſignificet, an rationem, quia vtriuſque rei nomen eſt, vbi putatum eſt à verbo ductum λογιον. Eloquium alij interpretati ſunt; noſtri autem putantes à ratione ductum, Rationale interpretati ſunt.

In Rationali mira intelligētia.

Rationalis figura.

Huius forma deſcribitur Exodi 28. vbi ſic legimus, *Rationale quoque iudicij facies opere polymito, iuxta texturam Superhumeralis ex auro, hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & biſſo retorta. Quadrangulum erit, aliàs quadratum, & duplex, menſuram palmi habebit tam in longitudine, quàm in latitudine; poneſque in eo quatuor ordines lapidum; in primo verſu erit lapis Sardius, & Topazius, & Smaragdus. In ſecundo Carbunculus, Saphyrus, & Iaſpis. In tertio Ligurius, Achates, & Amethiſtus. In quarto Chriſolithus, Onichinus, & Berillus, incluſi auro erunt per ordines ſuos. Habebuntque nomina filiorum Iſrael, & duodecim nominibus cælabuntur ſinguli lapides, nominibus ſingulorum per duodecim trib. Facies in Rationali catenas ſibi inuicem cohærentes ex auro puriſſimo, & duos annulos aureos, quos pones in vtraque Rationalis ſummitate, catenaſque aureas iūges annulis qui ſunt in marginibus eius. Et ipſarum catenarum extrema duobus copulabis vinculis in vtroque latere Superhumeralis, quod Rationale reſpicit Facies & duos annulos aureos, quos pones in ſummitatibus Rationalis, in oris, quæ è regione ſunt Superhumeralis, & poſteriora eius aſpiciunt*, & infra: *Et ſtringetur rationale annulis ſuis cum annulis Superhumeralis, vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta; vt à ſe inuicem Rationale, & Superhumerale nequeant ſeparari. Portabitque Aaron nomina filiorum Iſrael in Rationali iudicij ſuper pectus ſuum, aliàs ſuper cor ſuum, quando ingredietur Sanctuarium. Pones autem in Rationali iudicij doctrinam, & veritatem, quæ erant in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino, & geſtabit iudicium filiorum Iſrael in pectore ſuo in conſpectu Domini ſemper.* Scholiaſtes, in Pentateuchum Hebraicum ex Rabbinorum commentarijs in cap. 28. Exodi. Hoſen, inquit, quod nos Pectorale vertimus, quod in pectore ſummi Sacerdotis portari iuſſum ſit, erat ſumma, & dignior inter ſacerdotalia indumenta veſtis, ſicut Arca ſumma erat inter tabernaculi vaſa, & vtrinque reſponſa diuina dabantur. Habuitque Pectorale illud ornamentum præter duodecim lapides, & nomina filiorum Iſrael illis inſcripta, Vrim, & Tummim, quæ lucem, & perfectionem ſignificant, ex quibus ſummo Sacerdoti reſponſa diuina dabantur. Verum quales fuerint res, nulli mortalium conſtat. Quidam Iudæorum putant fuiſſe ſcriptum quoddam diuinum, aut nomina quædam ſacra; alij putant fuiſſe lucidiſsimos lapides,

Magnum myſteriū.

Rationale inter reliqua ornamenta præſtantiſſimum.

Vrim & Tummim quomodo in Rationali fulgerent.

in quibus ſummus Sacerdos vidit iudicium filiorũ Dei perfectè. Alij aliter ſentiunt, & multa de his rebus nugantur. Placet mihi quod Rabbi Salomon ſcribit, nempè, quod nedum de Oſen pronunciare non poſſumus qualis fuerit res, ſed neque quale fuerit ſimulachrũ Ephod. Hęc Scholiaſtes ibi. Et in c.29. Exodi alia ſubijcit valdè inſignia dicens Aaron Pontificalibus indutus veſtibus, repreſentabat Tabernaculũ, & omnia vtenſilia eius: Pectorale iudicij, repræſentabat Arcam: nam habuit incluſos lapides, vt illa tabulas continebat lapideas. Habuit ſcripturam Vrim, vt illa legem ſcriptam. Ephod verò repræſentabat Propitiatorium, habuit enim duos lapides Onichinos, ſicut illud duos habuit Cherubim. Lamina autem quę ſanctitatem Domini inſculptam tenebat, repræſentabat Gloriam Domini, quæ habitauit in tabernaculo, & ſic de reliquis.

Aaron Pontificalibus indutus repræſentabat Tabernaculum, & omnia vtēſilia eius.

In hoc Rationali valdè admirabile erat illud quod dixit Deus: *Pones in Rationali iudicij doctrinam, & veritatem.* Hebraicè אורים & חושם quod alij vertelrũt doctrinam, & veritatē, alij manifeſtationem, & veritatem, alij lucem, & perfectionem. Bellarm. Card. lib. 4. de Sũmo Pont. c. 3. dicit has voces Vrim, & Tummim eſſe in eo Rationali inſcriptas; quod confirmat auctoritate D. Aug. in Exod. Totaſt, q. 13. & q. 16. in c. 28. Exodi, legit luces, & integritates. Porrò Rationale erat ex duplicato panno, vt fortius eſſet ad lapidum põdus ſuſtinendum. Addit & aliam cauſam Toſtat. ex Rabbi Salomone, quia inter plicaturas Rationalis ponebatur Lamina aurea, cum inſcripto nomine Dei, Tetragrãmaton. Tertiã valdè ridiculam, & futilē addit Rabbi Abraham, quia inquit intra plicaturas Rationalis ponebantur duę Laminę, vna aurea, argentea altera, quæ erant factæ ad modũ Aſtrolabij. Hinc infert alius Rabbi Abben Ezra, quod ab ijs laminis acceperũt alij formam Aſtrolabiorum. Quæ ſententia eo magis impia eſt cenſenda, quòd hæc omnia confingat, vt euentus rerum in aſtrorum conſtitutiones conferat. Alij, eadem impietate infecti Iudæorum Rabbini, dicebant, intra eaſdem plicas contineri Laminam auream in qua eſſent inſcripta nomina 12. tribuum Iſrael, & cum vnoquoque nomine, nomen vnius ſtellæ, vel conſtellationis, vel angeli qui eius Tribus memoriam conſeruaret apud Deum. Ita refert Toſtat. q. 12. in c. 28. Exodi. Alij dicebant in illa lamina eſſe inſcripta varia nomina Dei, alia ſeptuaginta duarum literarum, alia triginta literarum, & alia quatuordecim literarum, alia plura deliramenta alij confinxerunt. Quid autem eſſet hoc Vrim, & Tummim, non omnes vna eademq; ratione explicant. Alij enim dicunt fuiſſe fulgorem ex pretioſiſsimorum lapidum ſplendore prodeuntem. Alij fulgorem ex inſcripto Dei Opt. Max. nomine Iehouah enaſcentem. Alij ex repercuſsione laminis gemmarum ad inſtar circuli lactei. Qua de re legendi ſunt Philo vbi ſupra, Lyranus in c. 28. Exodi, Petrus Gal. l. 1. de Arcanis S. Scripturæ, c. 6. Xiſtus Senenſ. l. 2. Biblioth. Sanctæ, Mag. Hiſt. Scholaſt. in Exodum, c. 64. Chryſoſt. oratione 3. contra Iudæos, Toſtatus vbi ſupra, Ioſeph Flauius, lib. 3. Antiquit. cap. 13. qui ſimul cum Toſtato quæſtion. 15. in cap. 28. Exodi dicunt, quod ille fulgor ceſſauit ducentis ferè annis ante euerſionem Vrbis Hieruſalem factã à Tito Veſpaſiano. Ego in re incerta magis dicam quid non credam, quam quid credam. Non igitur adduci poſſum vt credã, illud Vrim, & Tummim fuiſſe ſplendorē, aut miraculosè in eo à Deo poſitum, aut ex gemmarum repercuſsione micantem, quia verba illa Dei Exodi 28. *Pones etiam in Rationali iudicij Manifeſtationem, & Veritatem*: videntur indicare præter lapides, fuiſſe hoc aliquid aliud quod Moyſes poſſet apponere. Quid autem hoc eſſet temerè di-

Vrim & Tummim quomodo in Rationali.

Aſtrolabium vnde ortum habuerit.

Quid in rationali eſſet inſcriptum.

Fulgor Rationalis ad inſtar circuli lactei.

Fulgor è Rationali quando receſſerit.

Vrim, & Tummim quid eſſet, incertum.

rè diuinare nolo, ſed potius illud, quod ex Scholiaſte ſupra retuli, quod in ijs plurima erant, quæ nobis omninò incognita ſunt. Ita etiam teſtatur Hier. ab Oleaſtro, in cap. 28. Exodi. Auguſtin. lib. 2. quæſt. in Exodum, quæſt. 117. dicit: *Pones in Rationali Iudicij*, &c. Quid ſibi hoc velit, vel in quali re, vel metallo poneretur ſuper Rationale demonſtratio, & veritas? quoniam talia dicit fieri in veſte Sacerdotis, quæ corporaliter fiunt, difficile eſt inuenire. Fabulantur tamen quidam, lapidem fuiſſe, cuius color ſiue ad aduerſa, ſiue ad proſpera mutaretur, quãdo Sacerdos intrabat in Sancta; & hoc eſſe quod ait, Offert Aaron iudicia filiorum Iſrael ſuper pectus ſuum, oſtendens videlicet in illa demonſtratione, & veritate, quid de illis iudicauerit Dominus. Quamquam poſsit intelligi Demonſtrationem, & Veritatem litteris impoſitam ſuper logion. Quidquid igitur tandem fuerit iſtud Vrim, & Tummim, incertum puto. Illud tamen communi omnium conſenſu receptum video, quod in hoc Rationale iudicij quoties grauis aliqua quæſtio in populo orta eſſet, ſi ſummus Pont. oculos conieciſſet, illuminabatur, & gerendorum veritatem Deo reuelante agnoſcebat. Cum enim *Labia ſacerdotis cuſtodiant ſcientiam, & legem requirunt populi de ore eius*; multo magis decuit, vt ſummus Sacerdos altiorem, & eminentiorẽ ſapientiam poſsideret.

Lapidis mira proprietas fabuloſa tamen.

Inſigne donum.

Hoc igitur Rationale tanto elaboratum artificio, tot, tantiſque myſterijs reſperſum, Chriſti Domini pectus figurabat. Et noſter quidem Antiſtes plura ex ijs myſterijs explicauit, docẽs in purpura ſanguinem, in gemmis plagarum congeriem figurari. Nos igitur ſingula proſequamur. In biſsi cãdore, vitæ puritatem; in hyacinto, cœleſtis vitę innocentiam; in auro, ſapientiam; in purpura, ſanguinẽ; in cocco bis tincto plagas plagis additas agnoſcamus: Sic enim dilectum candidum, & rubicũdum agnoſcemus. Niſi in purpura, ſanguinem; in cocco plagas; in hyacinto, liuores; in biſſo nudata oſſa; in auro, tunſiones figurari dicamus.

Rationale Chriſti pectus figurabat.

Rationale quid in Chriſti pectore indicaret.

In Rationali erant duodecim lapides: primus Sardius, ſiue Sardonius, quem Ioſephus l. 3. Antiq. c. 13. mirificè commendat. Hunc Plinius l. 37. c. 67. Iſidorus l. 6. Etymol. c. 5. Toſtatus in c. 28. Exodi, ſuper hęc eadem verba, Arethas in c. 4. Apoc. dicunt eum eſſe quem nos Corneolum appellamus, ſicut terra rubea, cuius virtutem prædicant maximam, vt ad gaudium accendat, & mitem faciat. In hoc lapide D. Greg. l. 17. Moral. c. 29. & 30. Chriſti Crucem, & Paſsionem agnoſcit. Eſt enim ſicut terra rubea ex qua primus Adam formatus eſt, pro quo ſecundus Adam paſſus eſt. In Chriſti pectore hic nobis excoriationes ſanguineas indicabit; in hoc inſculptus erat Rubẽ primogenitus, qui cubile patris aſcendẽs, illud ab ipſo acerbũ benedictionis loco reportauit, *Non creſcas*: cuius incontinẽtia, excoriatione flagellorum caſtiganda eſt, vt Ruben, qui viſionis filius interpretatur, dicere poſsit cum Hier. *Caſtigaſti me Domine, & eruditus ſum.*

Mira lapidum proprietas.

Sardius lapis quid myſtice ſignificet.

Secundus lapis eſt Topazius, aurei coloris, qui Soli expoſitus, gemmis omnibus ſua claritate prælucet, celeberrimus in Scripturis Pſ. 118. *Dilexi mandata tua ſuper aurum, & Topazion.* Valet maximè contra Phreneſim, ſignificat hic lapis ſapiẽtiam, ſiue intelligentiam cœleſtem, in Chriſti pectore commorantẽ, vt docet Lyran. ibid. & Arethas ex Collectaneis Patrum, in c. 21. Apoc. Ideò in eo inſcripta erat Trib. Simeon, Simeon enim auditum ſignificat quo cœleſtem percipimus ſapientiam.

Topazij virtus.

Tertius lapis eſt Smaragdus, virore herbas, lapideſque omnes vincens, ideò maximè viſum recreat, qui viridi colore tanquam omnium maximè temperato, lętatur. Valet maximè contra caducum morbum, ideò crucem Chriſti alijs ſignificare videtur; eſt

Smaragdus Chriſti crucem ſignificat.

Digitized by Google

enim viride ſpei color, in Chriſti pectore liuores exprimit. Ideò in hoc lapide inſcribitur Trib. Sacerdotalis Leui, quæ gloriari debet in cruce Domini noſtri IESV CHRISTI. Leui enim aditum ſignificat, & aſſumptum ſignificat, *vt nemo ſibi aſſumat honorem, ſed qui vocatus ſit à Deo tanquam Aaron.* Et iſti erant lapides primi ordinis.

Carbunculus diuini verbi virtutem indicat.

Quartus in ſecundo ordine erat Carbunculus ignei coloris lapis. Is enim ſuper alios, vt ignitus carbo irradiat. vt etiam noctis tenebras vincat, in Chriſti pectore plagas monſtrabat, myſticè verò ignitum ſermonē. Hier. in cap. 54. Eſaiæ; Ambroſ. autem lib. de Paradiſo c. 3. monſtrat. In hoc inſcripta erat Iudæ Tribus: Iudas enim confitentem ſignificat, huic enim veritatis ſynceritas patet.

Saphyrus cœleſtem conuerſationem ſignificat.

Quintus lapis erat Saphyrus cœleſtis coloris, cor valdè confortans, liuores, timoreſque in Chriſti pectore Saphyrus exprimit, myſticè verò cœleſtem conuerſationem, vel ſecreta Dei ſignificat apud Greg. hom. 8. in Ezech. apud Rupertum in cap. 16. Ezech. in hoc lapide inſcripta eſt Tribus Dan. quod iudicium ſignificat, occulta ſunt enim Dei iudicia.

Iaſpis cœleſtes gratias ſignificat.

Sextus lapis Iaſpis, fortis, duruſque lapis, viridis, venuloſus, ſanguineque aſperſus, cui vis ad ſanguinem comprimendum, in Chriſti pectore tumores liuidos flagellorum ictu apertos, ſignificat; myſticè verò cœleſtes gratias, Greg. 18 Moral. cap. 20. & hom. 18. in Ezechielem commonſtrat. In hoc lapide inſcriptus eſt Nephtalim Tribus, quæ implicationem, ſiue implicatam habitationem ſignificat, hęc enim prima per cœleſtes gratias *alleuiata eſt terra Zabulon, & terra Nephtalim*, & iſti lapides erant in ſecundo ordine.

Ligurius innocentiam mõſtrat.

Septimus lapis erat in 3. ordine Ligurius, coloris inter aurum, argentumque medij, virtutem attrahendi habens maximam, adeò, vt etiam paleas ad ſe attrahat. In Chriſti pectore flagellis ſciſſo liuores exprimens; myſticè verò cœleſtem denotans innocētiam, quæ trahat nos, *vt curramus in odorem vnguentorum ipſius*. In hoc inſcripta erat Tribus Gad. qui ſuccinctum latronem ſignificat, vt diſcat cœleſtem capere, & rapere prædam.

Achates iuſtitiam myſticat.

Octauus lapis erat Achates, nigricans, albis tamen venulis cinctus, varijſque coloribus ſplendens, cui virtus ad tempeſtates ſedandas, & ſomnia pollenda; in Chriſti pectore multiplices pœnas exprimens: myſticè verò legalem iuſtitiam, cuius complexu reliquæ virtutes vniuntur. In hoc inſcripta erat Trib. Aſer, quod opulentiam, beatitudinemq; ſignificat, quæ in virtutum complexione conſiſtit.

Ametiſtus pudicitiam denotat.

Nonus erat Ametiſtus vini colorem redolet, in violæque colorem deſinit, ebrietati reſiſtit. In Chriſti pectore carnis innocentiam ſanguine reſperſam: myſticè verò virginitatis, ac pudicitiæ hieroglyphycum eſt. In hoc inſcipta erat Trib. Iſachar, qui vt aſinus fortis, ligat aſinum ad palum, denteſque eius vino rubent; ſignificatque mercedis memorem, quaſi aureolam Virginitatis in cœlo reponens, & hi in tertio ordine.

Chriſolitus caſtitatem figurat.

Decimus in quarto ordine erat Chriſolitus, quaſi aureus lapis, aureo enim colore fulget, nocte ſplendeſcēs, viui guttas cruoris in Chriſti pectore ſignificat: myſticè verò ſecundū Hieron. in c. 10. Daniel. caſtitatem ſignificat. In hoc inſcribitur Tribus Zabulō, quod fluctus noctis ſignificat. fluctus enim noctis caſtitate ſuperamus.

Onichinus cœleſtem conuerſationem monſtrat.

Vndecimus lapis erat Onichinus, a niatæ vnguis colorem referens; ideò albus rubet, rubicundusque albeſcit, ſpecularem virtutem obtinet, vt tamen vniuerſas rerum ſpecies nobis oſtendat; & hic in Chriſti pectore maciē indicat: myſticè verò cœleſtem cōuerſationem. In hoc inſcriptus erat Ioſeph in quo caſtitas fulſit, vt ſciamus cœleſtē conuerſationē in caſtitate ſitā eſſe.

Duode-

Duodecimus, & vlt. lapis erat Berillus, viridis ſed pallidus lapis; amorem coniugalem fouet; in Chriſti pectore leuiores liuores denotat: myſticè vero, ſobrietatem, in hoc inſcriptus erat Beniamim, qui filius dierum interpretatur, ſobrietate enim longos viuimus annos, atque hæc quoad lapides breuibus dicta ſufficiant.

Berillus ſobrietatem ingerit.

Quod verò Rationale duplicato panno conſtaret opere polimito contexto, qui eoſdem ad pectus vergeret, quos foris ad oſtia ceteris oſtendebat, hoc profectò declarabat eaſdem in ſacerdotis pectore debere ineſſe virtutes, quas alijs oſtendit, ne hypocriſi, aut falſa oſtentatione aliud ſimulet in opere, aliud gerat in corde.

In Rationali mirificè ſplendebat Vrim, & Tummim. 1. Doctrina, & Manifeſtatio: nam in Chriſto inerant *omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei.* 1. Coloſ. 2. Doctrina quidem eſt ſapientia prout à Doctore manat ad alios, quod maximè Chriſti ſapientiam exprimit: *Vos vocatis me magiſter, & Domine, & benedictus, ſum etenim.* Is enim datus eſt nobis Doctor, & Pedagogus, vt fusè Clemens Alex. in lib. quem Pedagogus inſcripſit. In Chriſti enim pectore erat Doctrina, & Manifeſtatio: ideo Ioan. ſupra pectus Chriſti in cœna recumbens, fluenta Euangelij de ipſo Dominici pectoris fronte potauit, & de ſeipſo Chriſtus dicebat: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat, & flumina de vẽtre eius fluẽt aquæ viuæ. Beatus quem tu erudieris Domine, & de lega tua docueris eum.*

Chriſtus optimus Pedagogus.

De hoc Rationali iudicij ita loquitur Hugo Card. in c. 2. epiſtolæ ad Rom. in illud: *Habentem formam Scientiæ, & Veritatis.* Ad hoc, inquit, ſignificandum dicitur Exodi 28. *Pones in Rationali iudicij Doctrinam, & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron.* Rationale iudicij ſignificat auctoritatem, ſiue officium docendi, debet enim habere Doctrinam, & Veritatem vitæ, & hoc in pectore, & non tantum in labijs doctrinam, nec tantum in ſuperficie vitam, ſicut hypochritæ, & in cap. 9. Hebræos, Chriſtus inquit, habet Rationale Iudicij, & Veritatis, quia in hoc ſeculo iudicatus eſt à Pilato, & ipſe iudicabit omnes nationes, & omnes perſonas in alio ſeculo. Hieronym. ab Oleaſtro, in eo quod in lapidibus inſcribebantur nomina filiorum Iſrael, dicit intelligi, quod Pontifex populi ſui curam ſemper debet habere, vt non ſolum humeris ſuſtentet, ſed etiam ſculpta gerat in corde. Ioan. à Turrecrem. diſt. 36. in cap. Ecce, dicit: Erat Rationale quadrãgulum ſignificans, quod ſacerdos debet diſcernere inter quatuor, ſcilicet inter verũ, & falſum, ne deuiet in credendis, inter bonum, & malum, ne deuiet in agendis. Eſt autem duplex, quia debet diſcernere pro duobus, ſcilicet pro ſe, & pro populo. Habebat etiam quatuor ordines lapidum, ſignificans, quod Põtifex debet habere quatuor virtutes principales, ſcilicet Iuſtitiam, Fortitudinem, Prudentiam, & Temperantiam: in ſingulis autem ordinibus habet tres lapides, ſignificans quod Pontif. in primo debet habere fidem, ſpem, & charitatem; in ſecundo modeſtiam, manſuetudinem, & benignitatem; in tertio pacem, miſericordiam, & largitatem; in 4. vigilantiam, ſollicitudinem, & longanimitatem.

Sollicitudo paſtoris erga populum.

Rationale quadrangulum.

Hugo de S. Vict. in annotation. in Exodum; *Pones in Rationali Doctrinam, & veritatem.* Pro doctrina, & veritate in Hebręo habetur Vrim, & Tummim: nam Vrim doctrina, ſiue iudicium interpretatur, Tummim, veritas. Hinc & ſortes, quibus antiquitus ad iudiciũ veritatis vtebantur, Vrim, dictæ ſunt, erantque characteres inſcriptis diuerſis litteris, quibus proiectis, ex iunctura litterarũ deſuper apparentium, quid faciendum, ſiue vitandum foret, vero monſtrabatur indicio. *Pones in Rationali iudicij Doctrinam, & Veritatem, Hæc nomina, ſcilicet ſcripta in textura.*

Sortes antiquitus quid fuerint.

Rupert. lib. 4. de Trinit. & eius ope-

rib. in Exodi c. 21. ex doctrina Rabbinorum, in coloribus Superhumeralis, & Rationalis, quatuor elementa cognoſcit, quibus vniuerſa mundi moles conſtatur. Et c. 22. Rationale, inquit, in medio Superhumeralis poſitum, dicunt terram ſignificare, quæ ad inſtar puncti licet omnia in ſe habeat, tamen à cunctis velatur elementis. Duodecim lapides vel Zodiacum interpretantur Circulum, vel duodecim Menſes. Et c. 23. myſticè hoc de Chriſto explicat, quod in pectore Rationale Iudicij portet, quia in præſentia ſua ſcriptos habet omnes, omniumque condignas meritis ab origine mundi parauit manſiones.

Inſignis hiſtoria.

Quid igitur mirum ſi myſticis hiſce ornamentis indutus Iaddus ſummus Iudęorum Pontifex, diuina ſibi cooperante virtute, tantum apud Alexandrū Magnum, illum inquam Alexandrum potuerit, vt cum Alexander contra Iudęorum gentem furens eo animo Hieruſalem inuaderet, vt eam funditus euerteret, viſo ſummo Iudęorum Pont. Iaddo, adeò corde mutatus ſit, vt omni furore depoſito, equo deſiliens, genibuſque poſitis, ſummum Pontificem adorauit: mirantibuſque ac ſciſcitantibus exercitus Alexandri Principibus, cur cum Hieruſalem adiret, vt eam ſubigeret, Iudæoſque ſuo ſubijceret imperio tam repente mutatus fuerit: & cum Alexander nullum vnquam adorarit; Iudęorum tamen Pontificem adorarit? Reſpondit, ſe antequam bellum ſuſciperet, vidiſſe Deum ijs veſtibus indutū, qui ſibi victorias pollicitus erat: qua de cauſa eum in Iudæorum Pontifice adoraſſe, in eiuſque gratiam ampliſsima dona, ac priuilegia Iudæis conceſsit, vt auctor eſt Ioſephus lib. 11. Antiquitatum, cap. 8.

Alexander Magnus Iaddum Pont. Iudæorum adorat.

Liber Vitæ.

21. *Quandoquidem pretioſiſsimum hunc thoracem cruore depictum*, &c. Sępiſsime in Scripturis Sacris legimus, *Libros vitæ*. Apoc. 3. *Non delebo nomen eius de Libro vitæ.* Dan. 12. *In tempore illo ſaluabitur populus tuus omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in Libro Vitæ.* Phil. 4. *Cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina ſcripta ſunt in Libro Vitæ.* Apoc. 13. *Adorauerunt beſtiam omnes, quorum non ſunt ſcripta nomina in Libro Vitæ.* c. 17. *Mirabuntur omnes, quorum non ſunt ſcripta nomina in Libro Vitæ.* c. 20. *Qui non eſt inuentus in Libro Vitæ, miſſus eſt in ſtagnum ignis.* cap. 21. *Non intrabunt in eam, niſi qui ſcripti ſunt in Libro Vitæ Agni.* Pſ. 68. *Deleantur de Libro Viuentium.* Sępè etiam alios libros legimus. Exodi 32. *Aut dele me de Libro, quem ſcripſiſti.* Pſ. 138. *In Libro tuo omnes ſcribetur.* Et re vera neceſſariò debēt adeſſe Libri ſi iudicium rectè fieri debeat; Ideò Dan. 7. dicitur: *Iudiciū ſedit, & Libri aperti ſunt.* Rupert. l. 3. de Trinit. & eius operib. c. 32. dicit: *Rectè Angeli qui huiuſmodi præſunt, Cherubim dicuntur; id eſt, plenitudo ſcientiæ: ipſi enim iudicandi plenam habent ſcientiam; ſciunt enim quid in Libro uniuſcuiuſque noſtrum ſit ſcriptum: id eſt, benè habent memoria traditum, quid boni, aut mali egerit vnuſquiſq; noſtrum. Quotidie ſingulariter legunt, & in nouiſſimo vniuerſaliter recitaturi ſunt Libros illos, de quibus in Daniele ſcriptum eſt, Iudicium ſedit, & Libri aperti ſunt.* Quid igitur tandem ſunt iſti Libri? An verè in Deo, vel coram Deo ſunt iſti Libri? Sanctus Thom. parte 1. queſt. 24. optimè monet in Deo verè non eſſe hos Libros, ſed ſolum μεταφορικῶς; ipſa enim Dei notitia Liber dicitur: Quoniam autem Scriptura, quæ Dei ſunt, captui accommodat noſtro: nos autem ea ferè tantum certò nouimus, quæ ex Libro, vel in libro legimus, ideò in Deo Libros ponimus.

Horribilis ſententia.

In Deo verè Libri non ſunt.

Plurimos autem in Deo Libros legimus, alios quidem, ex quibus iudicandi ſunt omnes, Daniel 7. *Iudicium ſedit, & Libri aperti ſunt*, de ijs canit Eccleſia, *Liber ſcriptus proferetur, in quo totum continetur, unde mundus iudicetur.*

Conſcientia dicitur Liber, de quo illud intelligitur, *Scribe ea in corde tuo.* Et illud: *Non in tabulis lapideis, ſed in tabulis carnalibus cordis noſtri.* Hieron. in cap. 7. Daniel. & Gregor. 14. moral. cap. 9.

Liber Cōſcientiæ.

Chriſtus

Digitized by Google

Chriſtus dicitur Liber ſignatus ſigillis ſeptem, ipſe eſt ſcriptus intus, & foris, ita Bernard. ſerm. 1. de Reſurrect.

Liber Sac. Scripturę.

Sacra Scriptura dicitur Liber Vitæ, continet enim verba Vitæ. De hoc explicat Franc. Zumel. in parte 1. D. Thomæ, quæſt. 24. illud Eccleſ. 24. *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt*. Hæc omnia Liber Vitæ, & teſtamentum altiſsimi, hoc intelligitur illud Pſal. 39. *In capite Libri ſcriptum eſt de me*, id eſt, in capite, & principio Scripturarum de me Chriſto ſcriptum eſt, iuxta illud Ioan. 5. *Scrutamini Scripturas, & contemplamini in eis, quia ipſa teſtimonium perhibent de me*. Ita Arnobius in Pſal. 39. Auguſt. homil. 4. in Apocal. Rupert. in cap. 34. Eſaiæ.

Triplex Vitæ Liber.

Dicuntur etiam Libri Vitę ij, in quibus vita noſtra deſcripta eſt, quoniam autem triplex eſt vita noſtra, ſcilicet, vita Naturę, vita Gratię, & vita Glorię, ideò triplex eſt etiam Liber Vitę.

Liber Vitę Naturæ.

Liber Vitæ Naturæ, eſt ille, de quo Dauid Pſalm. 68. *Deleantur de libro Viuentium.*

Liber Vitæ Gratię.

Liber Vitę Gratię, eſt ille, in quo iuſtificati deſcribuntur, hoc ipſo, quod ſunt in ſtatu Gratiæ, ius habent ad hæreditatē Gloriæ: In quo homines ſcribuntur ſecundum prǫſentem iuſtitiā, & delentur ſecundum prǫſens peccatum; de hoc intelligitur, illud Apoc. 3. *Non delebo nomen tuum in Libro Vitæ*. Fortè & illud Pſal. 32. *Deleantur de Libro Viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur.*

Liber Vitæ Gloriæ.

Liber Vitæ Glorię eſt, in quo prædeſtinati ſunt deſcripti, qui nunquam delendi ſunt, de quo intelligitur illud Apoc. 21. *Non intrabunt in ciuitatem cœleſtem Hieruſalem, niſi qui ſcripti ſunt in Libro Vitæ*. Et illud Philip. 4. *Cū Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina ſunt in Libro Vitæ*. Ideò Auguſt. lib. 20. de Ciuit. Dei, cap. 15. dicit: *Non Deum Liber iſte commemorat, ne obliuione fallatur, ſed prædeſtinationem ſignificat eorum, quibus æterna dabitur Vita. Ipſa enim eius præſcientia eſt Liber Vitæ.*

Liber mortis nullus.

Hoc verò obſeruandum eſt, quod cum Libri Vitæ multiplices legantur, nullus tamen legitur Liber mortis; ſed qui nō eſt deſcriptus in Libro Vitæ, hoc ipſo intelligitur non viuere, ſed eſſe mortuus; ita explicat Lyran. Ansbertus, & Haimo in cap. 3. Apocal. qui dicunt, Deleri de Libro Vitæ, eſt, nō ſcribi in Libro Vitę. Docte Iulius Syrenius, vir omni ſcientiarum genere abſolutiſsimus, qui Sacra Theologię dogmata in Bononienſi Gymnaſio ante me explicabat, obſeruat, in opuſculo ſuo de prædeſt. & reprobat. lib. 1. c. 37. Eos qui in Libro Vitę ſcripti non ſunt, potius dici eſſe in terra conſcriptos; iuxta illud Ierem. 17. *Recedentes à te, in terra ſcribantur*. Dū igitur noſter Antiſtes per Chriſti pectorale ſanguine rubricatum dicit deſcribi nos in Libro Vitę, librum intelligamus, & Gratiæ, & Glorię, imò Librum illum Vitę, qui eſt ipſe Chriſtus, ſignatus intus, & foris: in hoc enim ſumus, & nos deſcripti. Liber Vitę eſt Chriſti pectus, ita flagellis ſectum; in hoc Libro deſcripti nos ſumus non tanquam in tabulis lapideis, ſed in tabulis carnalibus cordis Chriſti, non atramento, ſed eius ſanguine: caracteres ſunt horribiles plagæ, quibus veluti hieroglificis ſalutis ſignis, ſumus & nos nō minus inſculpti, quàm in lapidibus pretioſis Rationalis, nomina Tribuum Iſrael.

Quid ſit deleri de Libro Vitæ.

Præſciti in terra ſcribuntur.

Chriſtus eſt Liber Vitæ ſcriptus intus & foris.

22. *Doctrinam quidem, quia modum quo noſmetipſos offerre valeamus, edoceat, &c.* O quā latus, ac ſpatioſus ſeſe nobis ad diſputandum offert campus: Cum enim *militia ſit vita hominis ſuper terram*, nobis perpetui, ac formidabiles imminent ictus, foris pugnæ, intus timores: aliud enim ab hoſtibus, aliud à fratribus patimur, nec ſolum cum apertis, ſed cum occultis etiam hoſtibus dimicamus, ijque nobis in via Domini ſunt hoſtes, quos amicos opinamur: eoſque odio proſequi perſæpe tenemur, quos maximè diligere debere credimus, dicente

Militia eſt vita hominis ſuper terrā.

cente Seruatore noſtro, *Qui non odit patrem ſuum, & matrem, & filios, & ſorores, non eſt me dignus.* Heu ſumus & nos nobis hoſtes, ideò Chriſtus, *Qui amat animam ſuam*, inquit, *perdet eam.* Et rurſus: *Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.* Quos igitur, qualeſque nobis imminent ictus, contra quos fortiſsimo hoc Chriſti pectorali velut lorica armamur.

23. *Et ſicut Aaron offerentium peccata deferebat*, &c. Cum Dominus ſingula Aaron ornamenta, quibus ſanctificatus Aaron miniſtraturus erat coram ipſo, feminalium munditiam, tunicæ ſtrictæ nitorem, hyacintinæ veſtis ſingulare decus, tum Superhumerale, Rationale, Baltheum, Thiaram, Laminamque auream eius in fronte deſcripſiſſet, ſubiecit, *Portabitq; Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt, & ſanctificauerunt filij Iſrael in cunctis muneribus, & donarijs ſuis.* Quem locum valdè obſcurum, atque difficilem, animaduertit Hieron. ab Oleaſtro, qui tamen putat, hunc eſſe ſenſum, ſi in oblationibus, ac muneribus, quæ Domino offerentur, aliquid erit peccati, vel iniquitatis, vel vitij, huius pœnam portabit Aaron, qui pro viribus curauit, vt quam maximè munda Domino offerantur ſacrificia. Hugo Card. Bedam ſecutus, *Portabit, id eſt aſportabit, iniquitates, id eſt victimas pro iniquitate oblatas; quia Aaron accipiet munera, vt aſportet peccata.* At Toſtatus propius ad ſenſum noſtrum accedens, *Portabit*, inquit, *Aaron iniquitates offerentium, quia pro eorum peccatis tenetur orare.* A qua ſententia non diſsidet interlinearis, quæ ſic explicat, *Portabit*, id eſt, *Auferet Aaron iniquitates.* Scholiaſtes in Pentateuchum, *Vt portet Aaron*, id eſt, *vt propitietur Aaron iniquitati ſanctificatorum, vt propitiationem adipiſcatur.* Eatenus ergo Aaron peccata portabat, quatenus offerentium peccata Domino ad propitiationem obtinendam offerebat. Talis ergo decebat, vt nobis eſſet Pontifex, Sanctus, innocens, qui accedens per ſemetipſum ad Deum, propitiationem pro peccatis noſtris obtineret, noſtraque peccata portaret, ſicut Chriſtus portauit Eſa. 53. *Poſuit in eo Dominus iniquitates omnium noſtrum.* Eſaiæ ibid. *Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo.* Et rurſus Eſaias, *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.* Chriſtus ergo culpas peccatorum noſtrorum portauit, quatenus pro illis orauit, *& cum lachrymis, & clamore valido deprecans, exauditus eſt pro ſui reuerentia, ac pro totius mundi delictis patiens copioſè ſatisfecit.* Pœnas verè peccatorum noſtrorum in ſe ſuſcepit, factus *Vir dolorum, & ſciens infirmitatem; aſſlictuſque eſt propter delicta noſtra, cuius liuore ſanati ſumus; reconciliauit enim nos Deo Patri in ſanguine ſuo.* 2. Cor. 5.

Aarō portat iniquitates offerentium.

Quid ſit Summum Pont portare iniquitates offerentium.

Pontifex tenetur pro peccatis populi orare.

Chriſtus quomodo peccata totius populi portauit.

24. *Illud autem pectus adeò dilaceratum in myſtico templo deſignatum fuit*, &c. Si quis Chriſti Domini corpus in linteo expreſſum diligenter perſpiciat, infinitam flagellorum multitudinem deprehendet, quę ita ſeſe mutuo interſecant, vt pluribus in locis, præcipuè verò in pectore quandam quaſi retis texturam efficiant: nam vt ſupra ex B. V. Virginis glorioſam Brigittam alloquentis teſtimonijs oſtenſum eſt, ſæui flagellatores aculeatis flagellis ita Chriſti corpus feriebant, vt in retrahendis flagellis Chriſti corpus pluribus excorticationibus, & effoſsionibus, & vulneribus ſulcarent. Dum igitur plagæ plagis, ictus ictibus, tunſiones tunſionibus adderentur, ita vulnera multiplicabātur, vt mutuo complexu, & interſectione retis formā effingerent. Hanc igitur deplorabilem vulnerum in retis ſimilitudinē phalangem, acri perſtringens mente Antiſtes, eius in Scripturis figuras exquirit: in reticulatis igitur Templi ornamentis eam deprehendit, & meritò. Cum enim Templum fuerit Chriſti figura, vt Rupert. & Hieron. in Ezechiel. & Hilar. Canon. 12. in Matth. tradidere, meritò reticulata ornamenta Chriſti plagas, quibus in retis formam

Texturam retis in Chriſti pectore flagella conſcribunt.

Reticulati Templi ornamenta.

Digitized by Google

formam Chriſti corpus ſepitur, figurabatur. Quæ verò fuerint hæc ornamenta, facilè eſt videre: nam Deus Exodi 27. Cratem æneam in modum retis exigit. 3. Reg. 7. quaſi in modum retis, & columnæ, & reti, & periſtilia, & capitella. Illud verò mihi non obſcura huius rei figura videtur, quod Deus tantoperè reticulis victimarum delectaretur. Exodi 29. *Reticulum iecoris offeres incenſum ſuper altare.* Rurſus Leuit. 4. 7. 8. Reticula iecoris exigit, ſed inſignior illa Leuit. 9. vbi reticula victimarum ponit Aaron ſuper pectora victimarum. Obſcurus quidam mihi ſeſe offert locus, vbi an id cótineatur, quod quærimus, hæreo, locus is eſt Iob 40. *Nunquid implebis ſagenas pelle eius?* quaſi enim ſagena quæ rete genus eſt, pelle impletur, dum pellis Chriſti, foraminibus vndiq; lacerata ad inſtar retis perforatur, & excauatur. Hæreo tamen, nec enim habeo auctores, quos ſequar, nouaſque Scripturis explicationes effingere non delector.

Reticulũ victimæ ſuper pectus.

Sagena pelle impleta.

25. *At ictus in Seruatoris corde,* &c. Dum hæc prudens legit lector, caueat opinetur, flagellis verè cor eſſe percuſſum: cordi enim prẹter hepatis repagula, coſtæ, & thorax in anteriori parte, ſpina, & coſtæ in poſteriori, brachia etiam à dextris, & ſiniſtris data ſunt, ideò flagellorum ictus cor ferire non poterát. Cor tamen mirum in modum ex tunſionum repercuſsione patiebatur, & quatenus arteriæ toto diffuſę corpore, vitales ſpiritus à corde trahentes contuſæ flagris, doloris acerbitatem cordi irrogabant. Teſtis B. V. Brigitt. alloquens l. 1. c. 10. *Quandoque dolor de membris perforatis ad cor aſcendebat; quod recentiſsimum erat, & incorruptum, & incredibili dolore, & paſsione vexabat ipſum. Et quandoque dolor à corde in membra lacerata deſcendebat.* Plurima eiuſdem generis teſtimonia leges apud D. Bernar. tract. de Paſsione Domini, c. 3. qui illud quoq; explicat, *Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens, in medio ventris mei.*

Cordis cuſtodia.

Cor Chriſti in flagellatione quid pateretur.

26. *Hinc conijcere cuncti facilè poterunt quonam cruciaretur dolore B. V.* Altitudinẽ cœli, ſtellas firmamẽti, profunditatem abyſsi, quis dimenſus eſt? Quis menſus eſt aquas maris? Nullus, nec metiri poterit. Quis igitur B. V. dolores metiri, aut enumerare poterit? Nullus. *Facta eſt enim ſicut mare contritio illius.* Cum igitur nos B. V. dolores explicare non valeamus, audiamus tamen quid ipſa de ſe ipſa dicat, quid circa Chriſti brachia egerit; ita enim loquitur lib 4. Reuelat. c. 70. ad D. Brigitt. *Alijs recedentibus, ego non recedebam, ſed tam quaſi conſolata ſum, quod corpus eius de cruce depoſitum contingere potui, & vulnera explorare, & extergere ſanguinem. Deinde os eius digiti mei clauſerunt, & oculos pariter compoſui, brachia verò rigentia flectere non potui, vt ſe ſupra pectus componerent, ſed ſuper vẽtrem.* Qualiter autem doleret, tunc explicat lib. 1. c. 21. dicens: *Qualem autem triſtitiam tunc habui, non eſt qui valeat dicere. Erã enim ſicut mulier partẽs, cuius omnia membra poſt partũ tremula ſunt. Ego etiam tunc eram incomparabiliter triſtis.*

Apoſtrophe ad B. V.

Dolor virginis ſicut Mare.

Conſtantia B. V.

27. *Profectò iſthæc brachia nuncupata fuerunt arcus,* &c. Docte auctor propoſitam arcus metaphoram ad B. V. dolores applicat. Brachia Chriſti (vt ſuprà oſtenſum eſt) in arcu fuerant figurata, quos ergo ictus iecerit, nunc explicat. Ecce igitur *ſagittis* cor B. V. confodit arcus. Quare B. V. lib. 1. reuelationum ad B. Brigittam, cap. 27. *In morte filij mei lancea, cor meum pertranſiuit, de quot enim venis exiuit ſanguis eius precioſus, quaſi totis lanceis cor meum perforatum eſt: tunc aruerunt manus mea, oculi obtenebrati ſũt, & facies palluit, quaſi hominis mortui, aures nihil audierunt, os nihil potuit loqui, pedes etiam mei nutauerunt, & corpus meum cecidit ad terram.*

Ex arcu brachiorũ Chriſti ſagittæ in B. V cor explodetur.

28. *Hoc modo Matrem miſerando,* &c. Dolet maximè B. V. cum nullum inuenerit, qui compatiatur ei: hortatur verò, & monet, vt ei compatiamur, dicens apud B. Brigittam lib 1. cap. 27. *Ergo quicunque eſt in mundo, conſideret qualis eram in morte Filij mei, & ſemper habeat præ oculis.*

B. V. dolet quod nullus eius doloribus compatiatur.

Cognitio matutina, & veſpertina in Angelis quid ſit.

quæſtionibus, matutinam in Angelis cognitionem ponit, quam hauriant ex diuini Verbi viſione, aut ex eo quod notitiam ſuam referunt in Deum. Veſpertinam autem, dum res in ſeipſis, & in propria natura conſpiciant. Alij etiam Patres, quæ mane fiunt, pluribus proſequuntur encomijs, vt Baſil. in Pſalm. 29. & 45. Origen. homil. 8. in Ioſue. Gregor. 16. Moral. cap. 21. Cyril. libro 7. in Ioan. cap. 34. Hieronym. in Pſalm. 21. 29. 57. Auguſtinus in Pſal. 5. 11. 54. Arnob. Caſsiodor. in Pſal. 1. In ſacrificijs tamen mirum in modum tanquam veneratione, ac pietate maiore conſpicuum veſpertinum præfertur: nam & Danieli cœleſtis conceditur viſio ad horam ſacrificij veſpertini. Daniel 9. & Eſdræ reuelantur myſteria in tempore ſacrificij veſpertini, 1. Eſdræ 9. & 3. Eſdræ 8. Quæ huius rei cauſa? Hem quanta hic efflorescit copia myſteriorum, ſi quæ Sacrificia manè, ſi quæ veſperi immolarentur eſſent explicanda, prout Leuit. 28. traduntur, ſed aliud agimus. Interim igitur in ſacrificio veſpertino Chriſti, ſacrificium vergente mũdi veſpere, agnoſco in veſpertinis veteris Legis ſacrificijs, prout Auguſtin. quoque agnoſcit, in Pſalm. 140. Ambroſ. libro 1. de Abraham, cap. 6. Baſil. in Pſal. 29 Hieron. ibidem, & in Matth. cap. 8. Hilarius Can. 14. in Matth. In hoc igitur ſacrificio veſpertino facta eſt eleuatio manuum in Cruce; cum autem Chriſtus cum clamore valido, & lachrymis deprecaretur, tunc directa eſt, *Oratio ſicut incenſum in conſpectu Domini, & exauditus eſt pro ſui reuerentia*, Hebr. 9.

Sacrificiũ veſpertinum Matutino præſtantius.

Sacrificiũ Veſpertinũ, Chriſti ſacrificium figurabat.

Chriſtus cum clamore valido, & lachrymis deprecans exauditus eſt.

18. *At ictus ſepiſsimè iterati, qui hoc in pectore apparent*, &c. Quamuis locus iſte communiter à Patribus de effoſsione manuum, ac pedum per clauos, vel lateris per lanceam, explicetur, vt Ioannes Apocalyp. 1. & Ioan. cap. 19. dicens: *Videbunt in quem confixerunt*. Tamen de omnibus Chriſti plagis, ac iuxta D. Auguſtini adhibitam explicationem intelligi poteſt: non enim ſolum clauis, ac lancea confixerunt, ſed etiam flagellis aculeatis pupugerunt, & ignominijs inſultauerunt, prout nos copioſè ſupra in cap. 5. oſtendimus.

Chriſtus nõ ſolum clauis & lancea, ſed etiam flagellis ſauciatus eſt.

19. *Verum enimuerò iſtiuſmodi ſacratiſsimum pectus*, &c. Efferatam ſanguinariorum carnificum Chriſtum flagellantium rabiem vix feret humanum pectus, quin erumpat in lachrymas, qui adeò durè Chriſtum flagellarint, vt pectus conſciderint. Ita enim flagellis miſerorum corpora conſueuiſſe ſecari, oſtendunt antiquatæ loquendi phraſes. Horatius lib. 1. ſerm. 3.

Quam lachrymabilis Chriſti flagellatio.

Horribili ſectere flagello.

Et Epo. Ode. 4.

Sectus flagellis triumuiralibus,
Preconis ad faſtidium.

Sanctus Cyprianus lib. de lapſis, ait: *Sed cum duriſsimi Iudicis recrudeſcente ſæuitia, iam fatigatum, nunc flagella ſcinderent, nunc contunderent fuſtes*, &c. Fortè hoc quoque colligi poteſt ex illo Ioan. 19. IESVM *verò flagellis cæſum tradidit, vt crucifigeretur*. Hanc autem immanitatẽ, impios in Chriſtum exercuiſſe carnifices, facilè ex B. Brigitta comprobare poterimus; ita enim B. Deiparam loquentem audiuit, lib. 1. c. 10. *Vidi corpus eius flagellatum, & verberatũ vſq; ad coſtas, ita vt coſtæ eius viderentur. Et quod amarius erat, dum retraherentur flagella, carnes ipſis flagellis ſulcabãtur. Cumque filius meus totus ſanguinolentus ſic ſtaret, vt non eſſet in eo ſanitas, nec quid in eo flagellaretur inueniretur amplius.* & lib. 4. cap. 70. *Filius meus ſpontè columnam amplectens, reſte ligatur, & flagellis aculeatis infixis aculeis, & retractis non euellendo, ſed ſulcando totum corpus eius laceratur.* Et lib. extrauag. reuelat. cap. 80. Chriſtus ſic loquitur: *Vide me patientiſsimum in flagellatione omnium membrorum.* Excreſcit dolor, conſiderata delicata Chriſti complexione, ita enim B. V. dicit apud B. Brigittam, libro primo, capite decimo. *Cutis filij mei ſic tenera, & gracilis erat, quod nunquam*

Quã horribilis flagellatio Chriſti.

Chriſtus nunquam ita leniter flagellabatur, quin ſtatim ſanguis exiret.

ita leniter flagellabatur, quin ſtatim exiret ſanguis. Cum in Chriſtifera Syndone Chriſti Domini pectus adeò dirè, immaniterque diſſectum, & laceratū, cum Sanctorum Patrum aperta teſtimonia Chriſti pectus diſſectum tradant. Quid dicent ij, qui ad pauca reſpicientes de facili enunciant, dicentes in flagellatione licet totum corpus flagellis operiretur, pectus tamen flagellis non cædi ſolitum.

Pectus Chriſti flagellis cæſum.

Rationale iudicij quid eſſet.

20. *Eiuſmodi pectus inquam Rationale illud*, &c. Exigit à me locus iſte vt de hoc Rationali, tam quo ad nomen, quàm quo ad rem ipſam, diſſeram. Rationale igitur erat ornamentum inſigne ſummi Pontif. Iudæorum, quod Hebraicè à loco in quo à ſummo Hebræorum Pontifice geſtabatur *Oſen*, id eſt pectorale dicebatur, ſupra pectus enim geſtabatur. Græcè autem λόγιον, quod Latinè, Rationale ab officio, vel effectu quem in Summi Sacerdotis ratione efficeret, dicebatur. Rationale etiam iudicij dicebatur, quia in Pontificis ratione rectum irradiabat de rebus arduis iudicium; Tamen Auguſt. libro 2. quæſt. in Exodum, cap. 116. dicit, Quod Latini Rationale interpretari ſint, inopia linguæ fecit. Græcus enim habet λόγιον, nō λόγικον Rationale autē illud ſolemus appellare, quod Græci dicunt λόγικον ſed quando λογιον, in lingua græca ambiguum eſt, vtrum verbum ſignificet, an rationem, quia vtriuſque rei nomen eſt, vbi putatum eſt à verbo ductum λογιον. Eloquium alij interpretati ſunt; noſtri autem putantes à ratione ductum, Rationale interpretati ſunt.

In Rationali mira intelligētia.

Huius forma deſcribitur Exodi 28. vbi ſic legimus, *Rationale quoque iudicij facies opere polymito, iuxta texturam Superhumeralis ex auro, hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & biſſo retorta. Quadrangulum erit, aliàs quadratum, & duplex, menſuram palmi habebit tam in longitudine, quàm in latitudine; poneſque in eo quatuor ordines lapidum; in primo verſu erit lapis Sardius, & Topazius, & Smaragdus. In ſecundo Carbunculus, Saphyrus & Iaſpis. In tertio Ligurius, Achates, & Ametyſtus. In quarto Chryſolithus, Onichinus, & Berillus, incluſi auro erunt per ordines ſuos. Habebuntque nomina filiorum Iſrael, & duodecim nominibus cœlabuntur ſinguli lapides, nominibus ſingulorum per duodecim trib. Facies in Rationali catenas ſibi inuicem cohærentes ex auro puriſſimo, & duos annulos aureos, quos pones in vtraque Rationalis ſummitate, catenaſque aureas iūges annulis qui ſunt in marginibus eius. Et ipſarum catenarum extrema duobus copulabis vinculis in vtroque latere Superhumeralis, quod Rationale reſpicit Facies & duos annulos aureos, quos pones in ſummitatibus Rationalis, in oris, quæ è regione ſunt Superhumeralis, & poſteriora eius aſpiciunt*, & infra: *Et ſtringetur rationale annulis ſuis cum annulis Superhumeralis, vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta; vt à ſe inuicem Rationale, & Superhumerale nequeant ſeparari. Portabitque Aaron nomina filiorum Iſrael in Rationali iudicij ſuper pectus ſuum, aliàs ſuper cor ſuum, quando ingredietur Sanctuarium. Pones autem in Rationali iudicij doctrinam, & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino, & geſtabit iudicium filiorum Iſrael in pectore ſuo in conſpectu Domini ſemper.* Scholiaſtes, in Pentateuchum Hebraicum ex Rabbinorum commentarijs in cap. 28. Exodi. Hoſen, inquit, quod nos Pectorale vertimus, quod in pectore ſummi Sacerdotis portari iuſſum ſit, erat ſumma, & dignior inter ſacerdotalia indumenta veſtis, ſicut Arca ſumma erat inter tabernaculi vaſa, & vtrinque reſponſa diuina dabantur. Habuitque Pectorale illud ornamentum præter duodecim lapides, & nomina filiorum Iſrael illis inſcripta, Vrim, & Tummim, quæ lucem, & perfectionem ſignificant, ex quibus ſummo Sacerdoti reſponſa diuina dabantur. Verum quales fuerint res, nulli mortalium conſtat. Quidam Iudæorum putant fuiſſe ſcriptum quoddam diuinum, aut nomina quædam ſacra; alij putant fuiſſe lucidiſsimos lapides,

Rationalis figura.

Magnum myſteriū.

Rationale inter reliqua ornamenta præſtantiſſimum.

Vrim & Tummim quomodo in Rationali fulgerent.

in quibus ſummus Sacerdos vidit iudicium filiorũ Dei perfectè. Alij aliter ſentiunt, & multa de his rebus nugantur. Placet mihi quod Rabbi Salomon ſcribit, nempè, quod nedum de Oſen pronunciare non poſſumus qualis fuerit res, ſed neque quale fuerit ſimulachrũ Ephod. Hęc Scholiaſtes ibi. Et in c.29. Exodi alia ſubijcit valdè inſignia diceńs Aaron Pontificalibus indutus veſtibus, repreſentabat Tabernaculũ, & omnia vtenſilia eius: Pectorale iudicij, repræſentabat Arcam: nam habuit incluſos lapides, vt illa tabulas continebat lapideas. Habuit ſcripturam Vrim, vt illa legem ſcriptam. Ephod verò repræſentabat Propitiatorium, habuit enim duos lapides Onichinos, ſicut illud duos habuit Cherubim. Lamina autem quę ſanctitatem Domini inſculptam tenebat, repræſentabat Gloriam Domini, quæ habitauit in tabernaculo, & ſic de reliquis.

Aaron Pontificalibus indutus repræſentabat Tabernaculum, & omnia vtẽſilia eius.

In hoc Rationali valdè admirabile erat illud quod dixit Deus: *Pones in Rationali iudicij doctrinam, & veritatem*. Hebraicè אורים & תומים quod alij verterũt doctrinam, & veritatẽ, alij manifeſtationem, & veritatem, alij lucem, & perfectionem. Bellarm. Card. lib.4. de Sũmo Pont. c. 3. dicit has voces Vrim, & Tummim eſſe in eo Rationali inſcriptas; quod confirmat auctoritate D. Aug. in Exod. Totaſt, q.13. & q.16. in c.28. Exodi, legit luces, & integritates. Porrò Rationale erat ex duplicato panno, vt fortius eſſet ad lapidum põdus ſuſtinendum. Addit & aliam cauſam Toſtat. ex Rabbi Salomone, quia inter plicaturas Rationalis ponebatur Lamina aurea, cum inſcripto nomine Dei, Tetragrãmaton. Tertiã valdè ridiculam, & futilẽ addit Rabbi Abraham, quia inquit intra plicaturas Rationalis ponebantur duę Laminę, vna aurea, argentea altera, quæ erant factæ ad modũ Aſtrolabij. Hinc infert alius Rabbi Abben Ezra, quod ab ijs laminis acceperũt alij formam Aſtrolabiorum. Quæ ſententia eo magis impia eſt cenſenda, quòd hæc omnia confingat, vt euentus rerum in aſtrorum conſtitutiones conferat. Alij, eadem impietate infecti Iudæorum Rabbini, dicebant, intra eaſdem plicas contineri Laminam auream in qua eſſent inſcripta nomina 12. tribuum Iſrael, & cum vnoquoque nomine, nomen vnius ſtellæ, vel conſtellationis, vel angeli qui eius Tribus memoriam conſeruaret apud Deum. Ita refert Toſtat. q.12. in c. 28. Exodi. Alij dicebant in illa lamina eſſe inſcripta varia nomina Dei, alia ſeptuaginta duarum literarum, alia triginta literarum, & alia quatuordecim literarum, alia plura deliramenta alij confinxerunt. Quid autem eſſet hoc Vrim, & Tummim, non omnes vna eademq; ratione explicant. Alij enim dicunt fuiſſe fulgorem ex pretioſiſſimorum lapidum ſplendore prodeuntem. Alij fulgorem ex inſcripto Dei Opt. Max. nomine Iehouah enaſcentem. Alij ex repercuſsione laminis gemmarum ad inſtar circuli lactei. Qua de re legendi ſunt Philo vbi ſupra, Lyranus in c.28. Exodi, Petrus Gal. l. 1. de Arcanis S. Scripturæ, c. 6. Xiſtus Senenſ. l.2. Biblioth. Sanctæ, Mag. Hiſt. Scholaſt. in Exodum, c. 64. Chryſoſt. oratione 3. contra Iudæos, Toſtatus vbi ſupra, Ioſeph Flauius, lib. 3. Antiquit. cap. 13. qui ſimul cum Toſtato quæſtion. 15. in cap. 28. Exodi dicunt, quod ille fulgor ceſſauit ducentis ferè annis ante euerſionem Vrbis Hieruſalem factã à Tito Veſpaſiano. Ego in re incerta magis dicam quid non credam, quam quid credam. Non igitur adduci poſſum vt eredã, illud Vrim, & Tummim fuiſſe ſplendorẽ, aut miraculosè in eo à Deo poſitum, aut ex gemmarum repercuſsione micantem, quia verba illa Dei Exodi 28. *Pones etiam in Rationali iudicij Manifeſtationem, & Veritatem*: videntur indicare præter lapides, fuiſſe hoc aliquid aliud quod Moyſes poſſet apponere. Quid autem hoc eſſet temerè di-

Vrim & Tummim quomodo in Rationali.

Aſtrolabium vnde ortum habuerit.

Quid in rationali eſſet inſcriptum.

Fulgor Rationalis ad inſtar circuli lactei.

Fulgor è Rationali quando receſſerit.

Vrim, & Tummim quid eſſet, incertum.

rè diuinare nolo, ſed potius illud, quod ex Scholiaſte ſupra retuli, quod in ijs plurima erant, quæ nobis omninò incognita ſunt. Ita etiam teſtatur Hier. ab Oleaſtro, in cap. 28. Exodi: Auguſtin. lib. 2. quæſt. in Exodum. quæſt. 117. dicit: *Pones in Rationali Iudicij*, &c. Quid ſibi hoc velit, vel in quali re, vel metallo poneretur ſuper Rationale demonſtratio, & veritas? quoniam talia dicit fieri in veſte Sacerdotis, quæ corporaliter fiunt, difficile eſt inuenire. Fabulantur tamen quidam, lapidem fuiſſe, cuius color ſiue ad aduerſa, ſiue ad proſpera mutaretur, quãdo Sacerdos intrabat in Sancta; & hoc eſſe quod ait, Offert Aaron iudicia filiorum Iſrael ſuper pectus ſuum, oſtendens videlicet in illa demonſtratione, & veritate, quid de illis iudicauerit Dominus. Quamquam poſſit intelligi Demonſtrationem, & Veritatem litteris impoſitam ſuper logion. Quidquid igitur tandem fuerit iſtud Vrim, & Tummim, incertum puto. Illud tamen communi omnium conſenſu receptum video, quod in hoc Rationale iudicij quoties grauis aliqua quæſtio in populo orta eſſet, ſi ſummus Pont. oculos conieciſſet, illuminababatur, & gerendorum veritatem Deo reuelante agnoſcebat. Cum enim *Labia ſacerdotis cuſtodiant ſcientiam, & legem requirunt populi de ore eius*; multo magis decuit, vt ſummus Sacerdos altiorem, & eminentiorẽ ſapientiam poſſideret.

Lapidis mira proprietas fabuloſa tamen.

Inſigne donum.

Hoc igitur Rationale tanto elaboratum artificio, tot, tantiſque myſterijs reſperſum, Chriſti Domini pectus figurabat. Et noſter quidem Antiſtes plura ex ijs myſterijs explicauit, docẽs in purpura ſanguinem, in gemmis plagarum congeriem figurari. Nos igitur ſingula proſequamur. In biſſi cãdore, vitæ puritatem; in hyacinto, cœleſtis vitę innocentiam; in auro, ſapientiam; in purpura, ſanguinẽ; in cocco bis tincto plagas plagis additas agnoſcamus: Sic enim dilectum candidum, & rubicũdum agnoſcemus. Niſi in purpura, ſanguinem; in cocco plagas; in hyacinto, liuores; in biſſo nudata oſſa; in auro, tunſiones figurari dicamus.

Rationale Chriſti pectus figurabat.

Rationale quid in Chriſti pectore indicaret.

In Rationali erant duodecim lapides: primus Sardius, ſiue Sardonius, quem Ioſephus l. 3. Antiq. c. 13. mirificè commendat. Hunc Plinius l. 37. c. 67. Iſidorus l. 6. Etymol. c. 5. Toſtatus in c. 28. Exodi, ſuper hęc eadem verba, Arethas in c. 4. Apoc. dicunt eum eſſe quem nos Corneolum appellamus, ſicut terra rubea, cuius virtutem prædicant maximam, vt ad gaudium accendat, & mitem faciat. In hoc lapide D. Greg. l. 17. Moral. c. 29. & 30. Chriſti Crucem, & Paſsionem agnoſcit. Eſt enim ſicut terra rubea ex qua primus Adam formatus eſt, pro quo ſecundus Adam paſſus eſt. In Chriſti pectore hic nobis excoriationes ſanguineas indicabit; in hoc inſculptus erat Rubẽ primogenitus, qui cubile patris aſcendẽs, illud ab ipſo acerbũ benedictionis loco reportauit, *Non creſcas:* cuius incontinẽtia, excoriatione flagellorum caſtiganda eſt, vt Ruben, qui viſionis filius interpretatur, dicere poſsit cum Hier. *Caſtigaſti me Domine, & eruditus ſum.*

Mira lapidum proprietas.

Sardius lapis quid myſticè ſignificet.

Secundus lapis eſt Topazius, aurei coloris, qui Soli expoſitus, gemmis omnibus ſua claritate prælucet, celeberrimus in Scripturis Pſ. 118. *Dilexi mandata tua ſuper aurum, & Topazion.* Valet maximè contra Phreneſim, ſignificat hic lapis ſapiẽtiam, ſiue intelligentiam cœleſtem, in Chriſti pectore commorantẽ, vt docet Lyran. ibid. & Arethas ex Collectaneis Patrum, in c. 21. Apoc. Ideò in eo inſcripta erat Trib. Simeon, Simeon enim auditum ſignificat quo cœleſtem percipimus ſapientiam.

Topazij virtus.

Tertius lapis eſt Smaragdus, virore herbas, lapideſque omnes vincens, ideò maximè viſum recreat. qui viridi colore tanquam omnium maximè temperato, lętatur. Valet maximè contra caducum morbum, ideò crucem Chriſti alijs ſignificare videtur; eſt enim

Smaragdus Chriſti crucem ſignificat.

Digitized by Google

enim viride ſpei color, in Chriſti pectore liuores exprimit. Ideò in hoc lapide inſcribitur Trib. Sacerdotalis Leui, quæ gloriari debet in cruce Domini noſtri IESV CHRISTI. Leui enim aditum ſignificat, & aſſumptum ſignificat, *vt nemo ſibi aſſumat honorem, ſed qui vocatus ſit à Deo tanquam Aaron.* Et iſti erant lapides primi ordinis.

Quartus in ſecundo ordine erat Carbunculus ignei coloris lapis. Is enim ſuper alios, vt ignitus carbo irradiat, vt etiam noctis tenebras vincat, in Chriſti pectore plagas monſtrabat, myſticè verò ignitum ſermonē. Hier. in cap. 54. Eſaiæ; Ambroſ. autem lib. de Paradiſo c. 3. monſtrat. In hoc inſcripta erat Iudæ Tribus: Iudas enim confitentem ſignificat, huic enim veritatis ſynceritas patet.

Carbunculus diuini verbi virtutem indicat.

Quintus lapis erat Saphyrus cœleſtis coloris, cor valdè confortans, liuores, timoreſque in Chriſti pectore Saphyrus exprimit, myſticè verò cœleſtem conuerſationem, vel ſecreta Dei ſignificat apud Greg. hom. 8. in Ezech. apud Rupertum in cap. 16. Ezech. in hoc lapide inſcripta eſt Tribus Dan. quod iudicium ſignificat, occulta ſunt enim Dei iudicia.

Saphyrus cœleſtem conuerſationem ſignificat.

Sextus lapis Iaſpis, fortis, duruſque lapis, viridis, venuloſus, ſanguineque aſperſus, cui vis ad ſanguinem comprimendum. in Chriſti pectore tumores liuidos flagellorum ictu apertos, ſignificat; myſtice verò cœleſtes gratias, Greg. 18 Moral. cap. 20. & hom. 18. in Ezechielem commonſtrat. In hoc lapide inſcriptus eſt Nephtalim Tribus, quæ implicationem, ſiue implicatam habitationem ſignificat, hęc enim prima per cœleſtes gratias *alleuiata eſt terra Zabulon, & terra Nephtalim*, & iſti lapides erant in ſecundo ordine.

Iaſpis cœleſtes gratias ſignificat.

Septimus lapis erat in 3. ordine Ligurius, coloris inter aurum, argentumque medij, virtutem attrahendi habens maximam, adeò, vt etiam paleas ad ſe attrahat. In Chriſti pectore flagellis ſciſſo liuores exprimens; myſticè verò cœleſtem denotans innocētiam, quæ trahat nos, *vt curramus in odorem vnguentorum ipſius.* In hoc inſcripta erat Tribus Gad. qui ſuccinctum latronem ſignificat, vt diſcat cœleſtem capere, & rapere prædam.

Ligurius innocentiam mōſtrat.

Octauus lapis erat Achates, nigricans, albis tamen venulis cinctus, varijſque coloribus ſplendens, cui virtus ad tempeſtates ſedandas, & ſomnia pollenda; in Chriſti pectore multiplices pœnas exprimens: myſticè verò legalem iuſtitiam, cuius complexu reliquæ virtutes vniuntur. In hoc inſcripta erat Trib. Aſer, quod opulentiam, beatitudinemq; ſignificat, quæ in virtutum complexione conſiſtit.

Achates iuſtitiam myſticat.

Nonus erat Ametiſtus vini colorem redolet, in violæque colorem deſinit, ebrietati reſiſtit. In Chriſti pectore carnis innocentiam ſanguine reſperſam, myſticè verò virginitatis, ac pudicitiæ hieroglyphycum eſt. In hoc inſcripta erat Trib. Iſſachar, qui vt aſinus fortis, ligat aſinum ad palum, denteſque eius vino rubent; ſignificatque mercedis memorem, quaſi aureolam Virginitatis in cœlo reponens, & hi in tertio ordine.

Ametiſtus pudicitiam denotat.

Decimus in quarto ordine erat Chriſolitus, quaſi aureus lapis, aureo enim colore fulget, nocte ſplendeſcēs, viui guttas cruoris in Chriſti pectore ſignificat: myſticè verò ſecundū Hieron. in c. 10. Daniel. caſtitatem ſignificat. In hoc inſcribitur Tribus Zabulō, quod fluctus noctis ſignificat, fluctus enim noctis caſtitate ſuperamus.

Chriſolitus caſtitatem figurat.

Vndecimus lapis erat Onichinus, aniatæ vnguis colorem referens; ideò albus rubet, rubicunduſque albeſcit, ſpecularem virtutem obtinet, vt tamen vniuerſas rerum ſpecies nobis oſtendat; & hic in Chriſti pectore maciē indicat: myſticè verò cœleſtem cōuerſationem. In hoc inſcriptus erat Ioſeph in quo caſtitas fulſit, vt ſciamus cœleſtē conuerſationē in caſtitate ſitā eſſe.

Onichinus cœleſtem conuerſationem monſtrat.

Duode-

Digitized by Google

Duodecimus, & vlt. lapis erat Berillus, viridis ſed pallidus lapis; amorem coniugalem fouet; in Chriſti pectore leuiores liuores denotat: myſticè verò, ſobrietatem, in hoc inſcriptus erat Beniamim, qui filius dierum interpretatur, ſobrietate enim longos viuimus annos, atque hæc quoad lapides breuibus dicta ſufficiant.

Berillus ſobrietatem ingerit.

Quod verò Rationale duplicato panno conſtaret opere polimito contexto, qui eoſdem ad pectus vergeret, quos foris ad oſtia ceteris oſtendebat, hoc profectò declarabat eaſdem in ſacerdotis pectore debere ineſſe virtutes, quas alijs oſtendit, ne hypocriſi, aut falſa oſtentatione aliud ſimulet in opere, aliud gerat in corde.

In Rationali mirificè ſplendebat Vrim, & Tummim. 1. Doctrina, & Manifeſtatio: nam in Chriſto inerant *omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei.* 1. Coloſ. 2. Doctrina quidem eſt ſapientia prout à Doctore manat ad alios, quod maximè Chriſti ſapientiam exprimit: *Vos vocatis me magiſter, & Domine, & benedicitis, ſum etenim.* Is enim datus eſt nobis Doctor, & Pedagogus, vt fusè Clemens Alex. in lib. quem Pedagogus inſcripſit. In Chriſti enim pectore erat Doctrina, & Manifeſtatio: ideò Ioan. ſupra pectus Chriſti in cœna recumbens, fluenta Euangelij de ipſo Dominici pectoris fronte potauit, & de ſeipſo Chriſtus dicebat: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat, & flumina de vētre eius fluēt aquæ viuæ. Beatus quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.*

Chriſtus optimus Pedagogus.

De hoc Rationali iudicij ita loquitur Hugo Card. in c. 2. epiſtolæ ad Rom. in illud: *Habentem formam Scientiæ, & Veritatis.* Ad hoc, inquit, ſignificandum dicitur Exodi 28. *Pones in Rationali iudicij Doctrinam, & Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron.* Rationale iudicij ſignificat auctoritatem, ſiue officium docendi, debet enim habere Doctrinam, & Veritatem vitæ, & hoc in pectore, & non tantum in labijs doctrinam, nec tantum in ſuperficie vitam, ſicut hypochritæ, & in cap. 9. Hebræos, Chriſtus inquit, habet Rationale Iudicij, & Veritatis, quia in hoc ſeculo iudicatus eſt à Pilato, & ipſe iudicabit omnes nationes, & omnes perſonas in alio ſeculo. Hieronym. ab Oleaſtro, in eo quod in lapidibus inſcribebantur nomina filiorum Iſrael, dicit intelligi, quod Pontifex populi ſui curam ſemper debet habere, vt non ſolum humeris ſuſtentet, ſed etiam ſculpta gerat in corde. Ioan. à Turrecrem. diſt. 36. in cap. Ecce, dicit: Erat Rationale quadrāgulum ſignificans, quod ſacerdos debet diſcernere inter quatuor, ſcilicet inter verū, & falſum, ne deuiet in credendis, inter bonum, & malum, ne deuiet in agendis. Eſt autem duplex, quia debet diſcernere pro duobus, ſcilicet pro ſe, & pro populo. Habebat etiam quatuor ordines lapidum, ſignificans, quod Pōtifex debet habere quatuor virtutes principales, ſcilicet Iuſtitiam, Fortitudinem, Prudentiam, & Temperantiam: in ſingulis autem ordinibus habet tres lapides, ſignificans quod Pontif. in primo debet habere fidem, ſpem, & charitatem; in ſecundo modeſtiam, manſuetudinem, & benignitatem; in tertio pacem, miſericordiam, & largitatem; in 4. vigilantiam, ſollicitudinem, & longanimitatem.

Sollicitudo paſtoris erga populum.

Rationale quadrangulum.

Hugo de S. Vict. in annotation. in Exodum; *Pones in Rationali Doctrinam, & veritatem.* Pro doctrina, & veritate in Hebręo habetur Vrim, & Tummim: nam Vrim doctrina, ſiue iudicium interpretatur, Tummim, veritas. Hinc & ſortes, quibus antiquitus ad iudiciū veritatis vtebantur, Vrim, dictæ ſunt, erantque characteres inſcriptis diuerſis litteris, quibus proiectis, ex iunctura litterarū deſuper apparentium, quid faciendum, ſiue vitandum foret, vero monſtrabatur indicio. *Pones in Rationali iudicij Doctrinam, & Veritatem, Hæc nomina, ſcilicet ſcripta in textura.*

Sortes antiquitus quid fuerint.

Rupert. lib. 4. de Trinit. & eius ope-

Digitized by Google

rib. in Exodi c. 21. ex doctrina Rabbinorum, in coloribus Superhumeralis, & Rationalis, quatuor elementa cognoſcit, quibus vniuerſa mundi moles conflatur. Et c. 22. Rationale, inquit, in medio Superhumeralis poſitum, dicunt terram ſignificare, quæ ad inſtar puncti licet omnia in ſe habeat, tamen à cunctis velatur elementis. Duodecim lapides vel Zodiacum interpretantur Circulum, vel duodecim Menſes. Et c. 23. myſticè hoc de Chriſto explicat, quod in pectore Rationale Iudicij portet, quia in præſentia ſua ſcriptos habet omnes, omniumque condignas meritis ab origine mundi parauit manſiones.

Inſignis hiſtoria.

Quid igitur mirum ſi myſticis hiſce ornamentis indutus Iaddus ſummus Iudęorum Pontifex, diuina ſibi cooperante virtute, tantum apud Alexandrũ Magnum, illum inquam Alexandrum potuerit, vt cum Alexander contra Iudęorum gentem furens eo animo Hieruſalem inuaderet, vt eam funditus euerteret, viſo ſummo Iudęorum Pont. Iaddo, adeò corde mutatus ſit, vt omni furore depoſito, equo deſiliens, genibuſque poſitis, ſummum Pontificem adorauit: mirantibuſque ac ſciſcitantibus exercitus Alexandri Principibus, cur cum Hieruſalem adiret, vt eam ſubigeret, Iudæoſque ſuo ſubijceret imperio tam repente mutatus fuerit: & cum Alexander nullum vnquam adorarit; Iudęorum tamen Pontificem adorarit? Reſpondit, ſe antequam bellum ſuſciperet, vidiſſe Deum ijs veſtibus indutũ, qui ſibi victorias pollicitus erat: qua de cauſa eum in Iudæorum Pontifice adoraſſe, in eiuſque gratiam ampliſsima dona, ac priuilegia Iudæis conceſsit, vt auctor eſt Ioſephus lib. 11. Antiquitatum, cap. 8.

Alexander Magnus Iaddum Pont. Iudæorum adorat.

21. *Quandoquidem pretioſiſsimum hunc thoracem cruore depictum*, &c. Sępiſsime in Scripturis Sacris legimus, *Libros vitæ*. Apoc. 3. *Non delebo nomen eius de Libro vitæ*. Dan. 12. *In tempore illo ſaluabitur populus tuus omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in Libro Vitæ*. Phil. 4. *Cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina ſcripta ſunt in Libro Vitæ*. Apoc. 13. *Adorauerunt beſtiam omnes, quorum non ſunt ſcripta nomina in Libro Vitæ*. c. 17. *Mirabuntur omnes, quorum non ſunt ſcripta nomina in Libro Vitæ*. c. 20. *Qui non eſt inuentus in Libro Vitæ, miſſus eſt in ſtagnum ignis*. cap. 21. *Non intrabunt in eam, niſi qui ſcripti ſunt in Libro Vitæ Agni*. Pſ. 68. *Deleantur de Libro Viuentium*. Sępè etiam alios libros legimus. Exodi 32. *Aut dele me de Libro, quem ſcripſiſti*. Pſ. 138. *In Libro tuo omnes ſcribẽtur*. Et re vera neceſſariò debẽt adeſſe Libri ſi iudicium rectè fieri debeat; Ideò Dan. 7. dicitur: *Iudiciũ ſedit, & Libri aperti ſunt*. Rupert. l. 3. de Trinit. & eius operib. c. 32. dicit: *Rectè Angeli qui huiuſmodi præſunt, Cherubim dicuntur; id eſt, plenitudo ſcientiæ: ipſi enim iudicandi plenam habent ſcientiam; ſciunt enim quid in Libro uniuſcuiuſque noſtrum ſit ſcriptum: id eſt, benè habent memoria traditum, quid boni, aut mali egerit vnuſquiſq; noſtrum. Quotidie ſingulariter legunt, & in nouiſſimo vniuerſaliter recitaturi ſunt Libros illos, de quibus in Daniele ſcriptum eſt, Iudicium ſedit, & Libri aperti ſunt*. Quid igitur tandem ſunt iſti Libri? An verè in Deo, vel coram Deo ſunt iſti Libri? Sanctus Thom. parte 1. queſt. 24. optimè monet in Deo verè non eſſe hos Libros, ſed ſolum μεταφορικῶς; ipſa enim Dei notitia Liber dicitur: Quoniam autem Scriptura, quæ Dei ſunt, captui accommodat noſtro: nos autem ea ferè tantum certò nouimus, quæ ex Libro, vel in libro legimus, ideò in Deo Libros ponimus.

Liber Vitæ.

Horribilis ſententia.

In Deo verè Libri non ſunt.

Plurimos autem in Deo Libros legimus, alios quidem, ex quibus iudicandi ſunt omnes, Daniel 7. *Iudicium ſedit, & Libri aperti ſunt*, de ijs canit Eccleſia, *Liber ſcriptus proferetur, in quo totum continetur, vnde mundus iudicetur*.

Conſcientia dicitur Liber, de quo illud intelligitur, *Scribe ea in corde tuo*. Et illud: *Non in tabulis lapideis, ſed in tabulis carnalibus cordis noſtri*. Hieron. in cap. 7. Daniel. & Gregor. 14. moral. cap. 9.

Liber Cõſcientiæ.

Chriſtus

Digitized by Google

Chriſtus dicitur Liber lignatus ſigillis ſeptem, ipſe eſt ſcriptus intus, & foris, ita Bernard. ſerm. 1. de Reſurrect.

Liber Sac. Scripturę.

Sacra Scriptura dicitur Liber Vitæ, continet enim verba Vitæ. De hoc explicat Franc. Zumel. in parte 1. D. Thomæ, quæſt. 24. illud Eccleſ. 24. *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt*. Hæc omnia Liber Vitæ, & teſtamentum altiſſimi, hoc intelligitur illud Pſal. 39. *In capite Libri ſcriptum eſt de me*, id eſt, in capite, & principio Scripturarum de me Chriſto ſcriptum eſt, iuxta illud Ioan. 5. *Scrutamini Scripturas, & contemplamini in eis, quia ipſa teſtimonium perhibent de me*. Ita Arnobius in Pſal. 39. Auguſt. homil. 4. in Apocal. Rupert. in cap. 34. Eſaiæ.

Triplex Vitæ Liber.

Dicuntur etiam Libri Vitę ij, in quibus vita noſtra deſcripta eſt, quoniam autem triplex eſt vita noſtra, ſcilicet, vita Naturę, vita Gratię, & vita Glorię, ideò triplex eſt etiam Liber Vitę.

Liber Vitę Naturæ.

Liber Vitæ Naturæ, eſt ille, de quo Dauid Pſalm. 68. *Deleantur de libro Viuentium.*

Liber Vitæ Gratię.

Liber Vitę Gratię, eſt ille, in quo iuſtificati deſcribuntur, hoc ipſo, quod ſunt in ſtatu Gratiæ, ius habent ad hęreditatē Gloriæ: In quo homines ſcribuntur ſecundum pręſentem iuſtitiā, & delentur ſecundum pręſens peccatum; de hoc intelligitur, illud Apoc. 3. *Non delebo nomen suum in Libro Vitæ*. Fortè & illud Pſal. 32. *Deleantur de Libro Viuentium, & cum iuſtis non ſcribentur.*

Liber Vitæ Gloriæ.

Liber Vitæ Glorię eſt, in quo prædeſtinati ſunt deſcripti, qui nunquam delendi ſunt, de quo intelligitur illud Apoc. 21. *Non intrabunt in ciuitatem cæleſtem Hieruſalem, niſi qui ſcripti ſunt in Libro Vitæ*. Et illud Philip. 4. *Cū Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina ſunt in Libro Vitæ*. Ideò Auguſt. lib. 20. de Ciuit. Dei, cap. 15. dicit: *Non Deum Liber iſte commemorat, ne obliuione fallatur, ſed prædeſtinationem ſignificat eorum, quibus æterna dabitur Vita. Ipſa enim eius præſcientia eſt Liber Vitæ.*

Liber mortis nullus.

Hoc verò obſeruandum eſt, quod cum Libri Vitæ multiplices legantur, nullus tamen legitur Liber mortis; ſed qui nō eſt deſcriptus in Libro Vitæ, hoc ipſo intelligitur non viuere, ſed eſſe mortuus; ita explicat Lyran. Anſbertus, & Haimo in cap. 3. Apocal. qui dicunt, Deleri de Libro Vitæ, eſt, nō ſcribi in Libro Vitę. Doctè Iulius Syrenius, vir omni ſcientiarum genere abſolutiſſimus, qui Sacra Theologię dogmata in Bononienſi Gymnaſio ante me explicabat, obſeruat, in opuſculo ſuo de prædeſt. & reprobat. lib. 1. c. 37. Eos qui in Libro Vitę ſcripti non ſunt, potius dici eſſe in terra conſcriptos; iuxta illud Ierem. 17. *Recedentes à te, in terra ſcribantur*. Dū igitur noſter Antiſtes per Chriſti pectorale ſanguine rubricatum dicit deſcribi nos in Libro Vitę, librum intelligamus, & Gratiæ, & Glorię, imò Librum illum Vitę, qui eſt ipſe Chriſtus, ſignatus intus, & foris: in hoc enim ſumus, & nos deſcripti. Liber Vitę eſt Chriſti pectus, ita flagellis ſectum; in hoc Libro deſcripti nos ſumus non tanquam in tabulis lapideis, ſed in tabulis carnalibus cordis Chriſti, non atramento, ſed eius ſanguine: caracteres ſunt horribiles plagæ, quibus veluti hieroglificis ſalutis ſignis, ſumus & nos nō minus inſculpti, quàm in lapidibus pretioſis Rationalis, nomina Tribuum Iſrael.

Quid ſit deleri de Libro Vitæ.

Præſciti in terra ſcribuntur.

Chriſtus eſt Liber Vitæ ſcriptus intus & foris.

22. *Doctrinam quidem, quia modum quo noſmetipſos offerre valeamus, edoceat*, &c. O quā latus, ac ſpatioſus ſeſe nobis ad diſputandum offert campus: Cum enim *militia ſit vita hominis ſuper terram*, nobis perpetui, ac formidabiles imminent ictus, foris pugnæ, intus timores: aliud enim ab hoſtibus, aliud à fratribus patimur, nec ſolum cum apertis, ſed cum occultis etiam hoſtibus dimicamus, iijque nobis in via Domini ſunt hoſtes, quos amicos opinamur: eoſque odio proſequi perſæpe tenemur, quos maximè diligere debere credimus, di-

Militia eſt vita hominis ſuper terrā.

cente

Digitized by Google

ſormam Chriſti corpus ſepitur, figurabatur. Quæ verò fuerint hæc ornamenta, facilè eſt videre: nam Deus Exodi 27. Cratem æneam in modum retis exigit. 3. Reg. 7. quaſi in modum retis, & columnæ, & rete, & periſtilia, & capitella. Illud verò mihi non obſcura huius rei figura videtur, quod Deus tantoperè reticulis victimarum delectaretur. Exodi 29. *Reticulum iecoris offeres incenſum ſuper altare.* Rurſus Leuit. 4. 7. 8. Reticula iecoris exigit, ſed inſignior illa Leuit. 9. vbi reticula victimarum ponit Aaron ſuper pectora victimarum. Obſcurus quidam mihi ſeſe offert locus, vbi an id cōtineatur, quod quærimus, hæreo, locus is eſt Iob 40. *Nunquid implebis ſagenas pelle eius?* quaſi enim ſagena quæ rete genus eſt, pelle impletur, dum pellis Chriſti, foraminibus vndiq; lacerata ad inſtar retis perforatur, & excauatur. Hæreo tamen, nec enim habeo auctores, quos ſequar, nouaſque Scripturis explicationes effingere non delector.

Reticulū victimæ ſuper pectus.

Sagena pelle impleta.

25. *At ictus in Seruatoris corde,* &c. Dum hæc prudens legit lector, caueat opinetur, flagellis verè cor eſſe percuſſum: cordi enim præter hepatis repagula, coſtæ, & thorax in anteriori parte, ſpina, & coſtæ in poſteriori, brachia etiam à dextris, & ſiniſtris data ſunt, ideò flagellorum ictus cor ferire non poterāt. Cor tamen mirum in modum ex tunſionum repercuſsione patiebatur, & quatenus arteriæ toto diffuſę corpore, vitales ſpiritus à corde trahentes contuſæ flagris, doloris acerbitatem cordi irrogabant. Teſtis B. V. Brigitt. alloquens l. 1. c. 10. *Quandoque dolor de membris perforatis ad cor aſcendebat, quod recentiſsimum erat, & incorruptum, & incredibili dolore, & paſsione vexabat ipſum. Et quandoque dolor à corde in membra lacerata deſcendebat.* Plurima eiuſdem generis teſtimonia leges apud D. Bernar. tract. de Paſsione Domini, c. 3. qui illud quoq; explicat, *Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens, in medio ventris mei.*

Cordis cuſtodia.

Cor Chriſti in flagellatione quid pateretur.

26. *Hinc conijcere cuncti facilè poterunt quonam cruciaretur dolore B. V.* Altitudinē cœli, ſtellas firmamēti, profunditatem abyſsi, quis dimenſus eſt? Quis menſus eſt aquas maris? Nullus, nec metiri poterit. Quis igitur B. V. dolores metiri, aut enumerare poterit? Nullus. *Facta eſt enim ſicut mare contritio illius.* Cum igitur nos B. V. dolores explicare non valeamus, audiamus tamen quid ipſa de ſe ipſa dicat, quid circa Chriſti brachia egerit; ita enim loquitur lib 4. Reuelat. c. 70. ad D. Brigitt. *Alijs recedentibus, ego non recedebam, ſed tamquaſi conſolata ſum, quod corpus eius de cruce depoſitum contingere potui, & vulnera explorare, & extergere ſanguinem. Deinde os eius digiti mei clauſerunt, & oculos pariter compoſui, brachia verò rigentia flectere non potui, vt ſe ſupra pectus componerent, ſed ſuper vētrem.* Qualiter autem doleret, tunc explicat lib. 1. c. 21. dicens: *Qualem autem triſtitiam tunc habui, non eſt qui valeat dicere. Erā enim ſicut mulier parturiēs, cuius omnia membra poſt partū tremula ſunt. Ego etiam tunc eram incomparabiliter triſtis.*

Apoſtrophe ad B. V.

Dolor virginis ſicut Mare.

Conſtantia B. V.

27. *Profectò iſthæc brachia nuncupata fuerunt arcus,* &c. Docte auctor propoſitam arcus metaphoram ad B. V. dolores applicat. Brachia Chriſti (vt ſuprà oſtenſum eſt) in arcu fuerant figurata, quos ergo ictus iecerit, nunc explicat. Ecce igitur *ſagittis* cor B. V. confodit arcus. Quare B. V. lib. 1. reuelationum ad B. Brigittam, cap. 27. *In morte filij mei lancea, cor meum pertranſiuit, de quot enim venis exiuit ſanguis eius precioſus, quaſi totis lanceis cor meum perforatum eſt: tunc aruerunt manus mea, oculi obtenebrati ſūt, & facies palluit, quaſi hominis mortui, aures nihil audierunt, os nihil potuit loqui, pedes etiam mei nutauerunt, & corpus meum cecidit ad terram.*

Ex arcu brachiorū Chriſti ſagittis in B. V cor explodit̄ur.

28. *Hoc modo Matrem miſerando,* &c. Dolet maximé B. V. cum nullum inuenerit, qui compatiatur ei: hortatur verò, & monet, vt ei compatiamur, dicens apud B. Brigittam lib 1. cap. 27. *Ergo quicunque eſt in mundo, conſideret qualis eram in morte Filij mei, & ſemper habeat præ oculis.*

B. V. dolet quod nullus eius doloribus compatiatur.

ALPHON-

ALPHONSI PALEOTI
ARCHIEPISCOPI II. BONONIENSIS.
SACRAE SINDONIS EXPLICATIO.

De Plagis Domini in manibus inflictis, & de clauorum quibus infixa ſunt qualitate. *Caput Decimumſextum.*

Inſpiciatur exemplaris locus, vbi litera K. appoſita fuit.

Quales in Sacra Sindone ſeſe manus oſtendant.

NVNC, 1. ad manus tractandas deueniendum. In ſacra Sindone manus oblongæ, & pulcherrimæ apparent; 2. & ſiniſtra dexteræ ſuperinducta in modum Crucis exſtitiſſe videtur; ſicut in exemplaris loco, in quo litera K. deſignata eſt apertiſſimè conſtat. 3. In eadem autem ſiniſtra manu, circulare vulnus, & grande ſatis ineſt, 4. vnde vberrima ſanguinis copia dimanat; ex qua ſatis, ſuperque conſtat, 5. Seruatorem noſtrum ingentibus clauis manibus perfoſſis, Cruci adfixum fuiſſe, quemadmodum mos erat Romanorum, & ſupra à nobis relatum fuit. Quod etiam ex eo manifeſtè colligitur, quod D. Thomas Apoſtolus in Euangelio dixit: *Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam manum meam in locum clauorum, non credam.* 6. Vnà etiam videmus illud Zachariæ veritati conſentaneum factum, quod de plagis hiſce in manibus perforatis iam antea prædixerat: *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum?* Quem locum ſacri Doctores de vulneribus manuum Seruatoris, clauis perforatis, interpretantur, vti D. Thomas illud Dauidicum explicans,

Chriſtum magnis clauis manibus perfoſſis Cruci adfixum fuiſſe.

Ioan. cap. 20.

Vaticiniũ de Chriſti manibus clauis perfoſſis.

Zach. cap. 13.

cans, *Foderunt manus meas, & pedes meos*, & D. Hieronym. hunc eundem locum exponens; Sic enim inquit, *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Senſus eſt, cur adhæres patibulo? cur manus tua transfixæ ſunt clauis?* Eodem pacto Rupertus Abbas, & Gloſſa Ordinaria hanc Zachariæ ſententiam interpretantur.

In Pſ. 21. *In c. Zach. 13.* *Rup li. 5 Comm. in c. 13.* *Gloſſa ibidem.*

Quinimò ſacroſanctam Eccleſiam hoc idem vaticinium, hoc modo explicare videmus: quandoquidem in epiſtola de Chriſti vulneribus, hunc ipſum locum legendum in Miſſa decernat. 7. Idem quoque de Seruatoris hiſce manuum vulneribus prænunciauit, *Foderunt*, inquit, *manus meas* Sic interpretantur D. D. Bernardus, Auguſtinus, Anſelmus, Hieronymus, & Rupertus, quin D. Hieronymus iuxta Hebraicam verſionem Pſalmorum, hunc locum ita conuertit, *Fixerunt manus meas, & pedes meos.*

Pſal 21. *D. Bern. ſerm. 61 in Cant. 60. tract. de Paſſi. Dom. c. 7.* *D. Aug. Enarra in Pſ. 21.* *D. Anſel. dialog. de Paſſ Do.*

8. Hæc autem manuum vulnera Seruatori vehementiſſimum dolorem attulerunt, cum clauis admodum magnis perfoſſæ fuiſſent, vti Toſtatus animaduertit, in parte, vi præ cæteris ſentiendi prædita, & cum totius corporis pondus ſuſtinerent, 9. vt ampliora fierent, 10. & vberiorem ſanguinis copiam diffunderent, 11. neceſſe fuit: præterea oſſa corporis exteriora denudarent, oportuit; hinc cum eadem oſſa cuncta dinumerari poſſent, Dauidis vaticinium adimpletum exſtitit, *Foderunt manus meas, & pedes meos, & dinumerauerunt omnia oſſa mea* Quem locum D. Auguſtinus perpendens, *Non potuit melius*, inquit, *deſcribi extenſio corporis in ligno, quam vt diceret, Dinumerauerunt omnia oſſa mea.*

Toſtatus Parad. 3 c. 10. *D. Hier. l. 14. comm. c. 53 Eſa.* *Ruper. lib. 4 de Trin. & eius operib.* *Pſal. 21.* *Hieron. in Pſal c. 5.* *Enarrat. in Pſalm. 21.*

12. At hæ ſacratiſſimæ manus, cum claui refigerentur, & deiectæ fuiſſent ſanguineis guttis irrigabantur, inter digitos dum ſanguis efflueret: vnde manifeſtè illud eſt comprobatum, quod in Canticis ſcriptum legimus, *Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacintis*; 13. pretioſas cruoris guttas hyacinti nomine appellando; quod tanti ſint æſtimatæ, vt humanam naturam in libertatem redemptam, vendicare poſſent. 14. Sunt etiam Hyacinti genus florum, cœleſtẽ referens colorẽ; nam pretioſiſſimi cruoris illius virtute, dum è manibus diffluerct, cœleſtem gratiã cunctis impertiuit; & ipſum cœlũ, vel ab initio nobis clauſum reſerauit; 15. quin etiam cœlum idem ab ſanctis hiſce vulneribus ſplẽdore perfuſum ingẽti, diuini Seruatoris triumphi, noſtręq; ſalutis perpetuum præfert indicium. 16. Hæ ſunt etiam manus illæ, de quibus in Canticis hocce vaticinium legimus, *Manus meæ diſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſima.* Nam myrrha mortem deſignat; & ideò myrrha à Magis Seruatori muneri eſt oblata. Et ita ſanctiſſimæ manus illæ, ſuam virtutem deperdendo, ob vulnus neruis reſpondens, & pretioſiſſimum ab digitis cruorem dimanando, myrrham produxere probatiſſimam: cum

Cant. c. 5. *Hyacinti in Chriſti manibus quales extiſtant.* *Myrrha mortem deſignat.*

ſanguis

ſanguis ipſe pluris profectò æſtimaretur, quàm quodlibet vnguentum myrrhæ in Oriente magni ſemper æſtimatum. Et eam ob cauſam D. Iſidorus, *Manus*, inquit, *meæ diſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni ſunt myrrha*; quod *ſpecialiter dixit Sapientia propter fixuram clauorum, & propter malitiam, qua crucifigendus erat.* 17. Hunc locum clauis Domini manus traiecturis, adſcribendo: & quoniam ab eiſdem manibus plurimum virtutis manare oportebat, eam ob rationem, veluti feneſtræ obliquæ vocatæ fuerunt; quæ quidem in his adumbratæ ſunt, quas Salomon in tẽplo fabricari mandarat; de quibus legimus, *Fecit in Templo feneſtras obliquas.* Atqui Dominicum corpus ab Apoſtolo Ioanne templum vocatur. *Hoc aut dicebat*, inquit, *de templo corporis ſui.* Ezechiel etiam, dum myſticum illud Templum deſcriberet, inquibat, *In templi veſtibulo, & eodemmet in Templo feneſtras obliquas eſſe*; iſtiuſmodi autem feneſtræ illæ dicũtur eſſe, quæ foris anguſtæ ſint, at intus ampliores reddantur, & plurimũ lucis effundant: vti D. D. Hieronymus, Gregorius, Rupertus Abbas, & Nicolaus Lyrenſis teſtantur. Cum verò templum illud Domini noſtri Corpus demonſtraret, quemadmodum prædicti Patres referunt, hæc ſacra Vulnera per obliquas feneſtras deſignantur; quòd vitam, & lucẽ mundo attulerint: quæ licet à paucis intimius inſpectæ, foris anguſtiores appareant; nihilominus, ſi cum pietatis affectu conſiderari contingat eas, plurimũ ſanè amplificantur, & vitam cũ luce cunctis præbent.

Manus Domini myrrha plenæ, dũ Cruci adfigerentur.

In tract. de Paſſione Dom. c. 36.

3. Reg. c. 6.

Ezech. c. 40. & 41.

Obliquæ in templo feneſtræ quales extiterint.

D. Hiero. lib. 12. comm. in c. 41. Ezech.

D. Greg. hom. 17. in Ezech.

Rupert. li. 8 de Trini. & eius operib. in Ezech c. 31.

Nicol. Lyrenſ. in c. 41. Ezechiel.

18. Cæterum, hoc loco pius lector meditabitur, ſacram Virginem doloribus excruciatam, contemplari ingentem ſanè filij cruciatum in delicatiſſimis manibus, & in illa parte neruis vndique referta, & cum Zacharia exclamabit; Iſtiuſmodi vulnera ſanctiſſima Mater in medio manuum ſacratiſſimus tuus iſte natus pertulit in illorum domo, qui ipſum diligere debuiſſent. Hinc digitos cruore manantes inſpiciendo, hæc ſubdat, O Regina Angelorum, ſunt ne iſtæ manus hyacintis plenæ: hi tornatiles digiti, per Salomonem deſcripti? O quantum myrrhæ probatiſſimæ caſtiſſimum in pectus tuum diſtillant, & influunt. Mox Virginem ſibi ante oculos propoſitam, & hæc exoſculantem vulnera meditans, dum Sindonis effigiem pariter oſculatus erit, hunc in modum loquatur. Hoc mihi ſanè maximè Chriſte Seruator dolet, quod ex hiſce vulneribus tot cruciatus ſuſtuleris, cum ſacratiſſimi corporis tui totum pondus ſuſtinerent, & omnia Diuini pectoris oſſa tui exponerent dinumeranda. Hoc pacto, & Natum, & Matrem miſerando, dum hæc crudelia vulnera meditabitur, ingentem planè fructum inde capiet; ſi iſthæc vulnera ſæpiùs intuens, illud cum animo reputarit, ex hiſce plagis Seruatori Crucis dolores duplicatos extitiſſe.

FRA-

Digitized by Google

FRATRIS DANIELIS MALLONII DE PLAGIS MANVVM CHRISTI ELVCIDATIONES.

IN CAPVT SEXTVMDECIMVM.

Fractus auctoris ordo.

NVNC, 1. *ad manus tractandas deueniendū* &c. Hoc meritò ordinis ratio poſtulabat, vt poſt explicatas brachiorũ plagas, inſignes manuũ plagæ explicarentur: ac primò manuũ pulchritudinem, & decorem explicat, auctor dicens: *Manus Chriſti longas, & pulcherrimas eſſe.* Ad manuum decorem longitudo requiritur. In deſcriptione qua Pilatus Chriſti effigiem explicabat, cum de manibus Chriſti loqueretur, dixit: *Manus habuit rectas.* Nicephorus lib. 1. c. 23. de B. V. loquens, dicit, *Manus illi ſimul, & digiti longiores.* & cap. 40. Chriſtum dicit, per omnia Matri ſimilem eſſe, cuius manus dixit eſſe longiores.

Manus Chriſti pulcherrimæ.

Manus Chriſti oblongæ.

Siniſtra manus dexteræ ſuperpoſita.

2. *Et ſiniſtra dextre ſuperpoſita in modum crucis*, &c. Cum Chriſtus iam de cruce depoſitus eſſet, eumque in ſinum ſuum B. V. recepiſſet, membraque eius lachrymis rigaſſet, os eius, oculoſque clauſiſſet; corpus tandem compoſuit, vt ſepulturæ traderetur, ſicut ipſa S. Brigittæ refert lib. 4. c. 70. *Brachia eius*, inquit, *rigentia flectere non potui, vt ſe ſupra pectus componerent, ſed ſuper ventrem.* Ita planè ſacræ Sindonis monſtrat effigies; manus enim manui ſuperpoſita, vtraque autem ventri. At dum B. V. brachia ſuper pectus componere vellet, indicat nobis morem, quo veteres Iudęi corpus ſepulturæ mandandum diſponerẽt; vt ſuper pectus brachia complicarentur. Sed an ita, vt manibus expanſis cubiti ſuper pectus replicarentur; vt eam referre formam, in qua paruuli quoque in Matris vtero concepti, in lucem emittuntur; An verò ita, vt cancellatæ manus ſuper pectus crucis efficerent ſignum, hæc enim brachiorum cruciatio deprecãtis formam magis exprimit, incertum hoc. Myſterio verò non careret id ſi eſſet, vt etiam qui Chriſti aduentũ præceſsiſſent, Patriarchæ, & Prophetæ Chriſti crucem, ac mortem mortui figurarent. Ita autem manus pectori ſuperpoſitę ſunt, vt vola, anteriorque manus pars ventrem tangat, exteriorque conſpiciatur in Sindone, prout fuſius capit. 2. explicatum fuit.

B. V. depoſitū è cruce Chriſti corpus decenter componit.

Iudęi quomodo cadauera ſepelienda diſponerent.

Chriſti manus qualiter diſpoſitæ.

Si quis autem ſacroſanctam euangelicam Sindonem conſpexerit, in ea ita Chriſti manus pictas apertè videbit; vt non ſiniſtram manum dextræ ſuperpoſitam videre videatur, vt hic ducet Auctor; ſed omnino dextram ſiniſtræ ſuperpoſitam. Non igitur oculatum Antiſtitem putet quis hoc loco hallucinatum. Cum enim ſacra Sindon, qua parte anteriorem Chriſti partem oſtendit, illi fuerit ſuperpoſita, ita Chriſti excepit effigiem, vt illam nobis inſtar ſpeculi ſupra ſentet. Si quis igitur manum ſuam ſiniſtram ſupra dextram ponat, accedatque ad ſpeculum, quæ è ſpeculo ſurget effigies, non ſiniſtram dextræ, ſed ſiniſtræ dextram ſuperpoſitam oſtendet: hæc enim eſt ſpeculi natura, vt quæ à ſiniſtris nobis ſunt, oſtendat

Chriſti manus qualiter ſacra ſindon exhibeat.

Speculum à dextris exhibet quod nobis eſt à ſiniſtris.

S dextra;

Digitized by Google

dextra; & vice verſa quæ à dextris nobis ſunt, ſiniſtra oſtendat. Ita & ſi duo homines ſeſe reſpiciant mutuo, manus vnius dextra erit ad alterius ſiniſtram, & è contra, ſiniſtra ad alterius dextram. Ita enim legimus Geneſ. 48. Ioſeph, qui Patrem reſpiciebat poſuit Ephraim ad dextram ſuam, id eſt, ad ſiniſtram Iſrael, Manaſſen verò in ſiniſtra ſua, ad dextram ſcilicet Patris.

Ephraim & Manaſſes qualiter à dextris eſſent Iacob, & qualiter Ioſeph.

Dum autem in Chriſto manum manui ſuperpoſitam video, vtramque autem in Crucis formam diſpoſitam, recolo ea, quæ in Iacob Patriarcha lego Geneſ. cap. 48. Is enim filijs Ioſeph benedictionis ſuæ gratiam largiturus, manus ita complicauit, vt dextram poneret ſuper eum qui ſibi erat à ſiniſtris, ſiniſtram verò ſuper eum, qui ſibi erat à dextris. Quo quidem in facto illud Patres adnotarunt, quòd maior ſeruiet minori, & quòd Deus Synagoga reiecta, Gentilium Eccleſiam ſibi adoptauit: ita hoc myſterium proſequitur Ambroſ. libro de Ioſeph cap. 7. & lib. de benedictionibus Patriarcharum cap. primo. Beda in cap. 28. Geneſ. Hieron. in cap. 10. Zachariæ, Hilar. in Pſal. 59.

Manus Chriſti in crucis figuram diſpoſitæ.

Reprobatio Synagoga.

3. *In eadem autem ſiniſtra manu circulare vulnus, & grande ſatis ineſt*, &c. Si idem nobis eſſet pietatis affectus, qui B. V. cor mirificè perfundebat, temperare vtique non poſſemus à lachrymis: ita enim de ſeipſa loquitur B. V. apud S. Brigittam lib. 1. cap. 10. *Cum verò conſiderabam loca clauorum in manibus, & pedibus; Oculi mei lachrymis replebantur, & cor meum quaſi ſcindebatur præ triſtitia.* Loca igitur clauorum in Chriſti manibus cōſideramus, ſed vbi lachrymarum fontes? vbi cordis triſtitia? Ita autem clauorum loca ſunt à nobis conſideranda, vt cum in Chriſto acerbiores dolores dignoſcimus; altiore etiam ſenſus dolore affici nos oporteat. Grandis enim hæc, atque rotunda plaga, non præcisè ſiniſtræ in exterioris manus medio, vt dici ſolet mathematicè, ſed vbi manus ſolidior cernitur in dextra non omnino cernitur, cum ſiniſtra dextræ manus vulnus contegat. Quidam autem ſacra manuum vulnera proxima carpo cenſuerunt, moti auctoritate Bedæ in cap. 22. Geneſ. dicentis brachia Saluatoris in medio vulnerata. Inde auctoritatem adducebant S. Brigittæ, dicentis fixas eſſe manus in ea parte vbi os erat ſolidius; ita libro 1. cap. 10. & libro 2. cap. 21. explicans modum, quo Chriſtus de cruce depoſitus fuit, dicit: *Aſcendens ſecundus, extuſſit primò vnum clauum de vno brachio*, &c. morem ſic perforandi manus ex Plauto deducunt, qui in Muſtellar. dicit, *Affigentur bis pedes, bis brachia.* Tandem, etiam compertum eſt, ſi clauis manus mediæ figantur verſus digitos, perſæpè corporis pondere luxatas diſcerpi manus, rueréque è crucibus cadauera. Huius autem vulneris magnitudinem ex ſacroſancta Sindone exceptam; quáue in parte manus inflictum fuerit ſequens figura monſtrabit.

B. V. lachrymæ.

Clauorum vulnera quo affectu cordis meditanda

Manuum vulnera vbi inflicta.

Cadauera è crucibus prolapſa.

Sed reclamat nimium Zacharias, dicens: *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum?* reclamat Dauid, dicens: *Foderũt manus meas.* Reclamat Thomas, dicens: *Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum.* Reclamat Chriſtus, qui corporis ſui veritatem diſcipulis comprobaturus oſtendit bis eis *manus*, *&* *latus*: ſemper enim manus legimus; brachia perforata non legimus. Reclamat tandem communis Eccleſiæ conſenſus. Neque verò quicquam nos ita vrget, vt commodè explicari non queat. Brachia Saluatoris in medio vulnerata cum Beda fatemur, ſed flagris, ac flagellis diſſecta, non clauis perforata. Plautum flocci facere, nil abſonum. At fateamur ſæpe plures clauis pluribus eſſe confixos, nec brachia ſolum, ſed genua, ſed coxendices, ſed caput; ita Agricola pluribus clauis perfoſſus; ita in martyrijs Sanctorum


Vulnera clauorum in medio manuum.

Soluuntur obiectiones.

Mar-

Digitized by Google

SACRATISSIMARVM CHRISTI MANVVM SITVS.



Digitized by Google

S. Martyres clauis affixi

S. Matthæus lõgis clauis in terra confixus.

Marcelliani, Mauritij, Pionij, Polycarpi, & aliorum legimus. Et S. Matthæum longis clauis in terra confixum ſcribit Niceph. lib. 2. Hiſtor. c. 41.

Non vrget B. Brigittę teſtimonium, cui ſatis eſt, ſi manus clauis perforatas credamus, medias illas quidem, ſed qua parte os ſolidius eſt: eſt enim fixio ſolidior, ne diſcerpta manus, corpus laxet. In libro autem 2. dicit excuſſum clauum de vno brachio, id eſt, manu regente brachium, & quod ita ſit accipiendum patet ex ſubſequentibus verbis, ſubdit enim, *Deinde applicata ſcala excuſſit clauum alterius manus.* Non pictorum experientia vrget, quibus cum corpora clauis cruci affixerint laniata manu, carneque diſrupta, prolapſa ſunt corpora. Intereſt enim plurimi, quibus clauis cruci adſtringantur manus, an rotundis, an craſſioribus, an quadratis, an tenuioribus; iſti enim carnem facilius ſecare, illi magis ſuſtinere ſunt apti. Non denique ſacrę Sindonis effigies vrget. licet enim in ſiniſtra manu vulneris locus oſtendatur, non pręcisè in media manu, ſed in manu quidem nonnihil magis verſus carpum, non tamen in carpo, nec etiam manui qua parte immediatè vnitur carpo, inflictum fuit vulnus, ſed verè manui, qua tamen in parte ſolidior eſt. Hoc vt melius videas. nota quę B. Brigitta de modo crucifixionis Chriſti doceat, lib. 1. cap. 10. lib. 4. cap. 70. lib. 6. cap. 15. Primò enim Chriſtus poſtulatus manum, dextram porrexit, qua clauo aſtricta cruci, ſiniſtram fune alligatam magno impetu trahunt ad oppoſitam ſtipitis partem. Dum tanta vi manus fune ligata trahitur, criſpatur ad manus cutis, criſpatur caro. Experientia hoc monſtrat, quæque ſupremæ manui hæret cutis, & caro carpum verſus manui ſubſidet, & attrahitur ad manus medium; idque magis, dum clauus ferientis mallei ictus excipit. Dum verò retracto fune, euulſoq; è vulnere clauo, libera relinquitur manus, ad propriũ locum, ſedemque caro, cutiſque recurrit, atq; ita quod in manu criſpata receperat vulnus, illud leuigata ad propriumque reuerſa locum carne, oſtendit magis verſus carpum. Quæ ita deſcripſimus, docente nos experientia, ſenſatè perſpeximus prius. Quare cum pręter communem omniũ conſenſum, adeò etiam aperta ſint Brigittæ teſtimonia, quod primò dextra manus cruci ſit affixa; deinde fune attracta ſiniſtra, audiendus non erit Io. Gretſer. qui lib. 1. de Cruce c. 21. dicit, non vnam manum prius quam alteram, neque manus prius quam pedes Cruci affixos, ſed omnes ſimul, & pedes, & manus: quatuor enim, inquit, milites erant, & crux humi extenſa: nam cap. 4. oſtenſum eſt, probabilius eſſe Chriſtum cruci in altum erectæ affixum. Præterea, antiquus etiam mos, quem explicat Lucianus in Prometheo, id teſtatur; ita enim Promethei crucifixionem explicat. Mercurius ait; ſed iam porrige dextram. Vulcane tu reclude, & affige malleo potenter immiſſo. Præbe læuam quo & illa ritè implicetur. Benè actum.

Intereſt plurimum quibus clauis cruci adſtringantur corpora

Dextra manus primò cruci affixa.

Cur plaga manus altior oſtẽdatur.

Siniſtra manus fune attracta.

Vtraque manus nõ ſimul clauis fixa.

Crucifixionis mos antiquus.

4. *Grande ſatis ineſt, vnde vberrima ſanguinis copia dimanat,* &c. Quæ clauorum forma figuráue fuerit, an figurę ſphęricæ, an trigonę, an pentagonę, an hexagonę, &c. etiam ſi clauos non videamus tamen ex ſacrę Sindonis inſpectione cognoſcere poſſumus, ſicut è veſtigio pedem. Plaga rotunda, rotundum clauum oſtendit, tales autem debuiſſe adhiberi clauos, ratio ſuadet: angulati enim claui, ſecando magis ſunt idonei, ſuſtentando verò corporis ponderi minus ſunt apti.

Clauorũ figura.

Confirmat hoc ratio; quia vt oſtendimus cap. 1. & fuſe Lipſius fol. 62. Crucifixorum corpora in cruce computreſcere, & tabo confecta defluere permittebant, nulliſque ea ſepelire fas erat. Tales igitur clauos adhibebant qui diu cadauera ſuſtentare poſſent, tales autem ſunt rotundi.

5. In-

Digitized by Google

5. *Ingentibus clauis manibus perfoſsis,* &c. Clauos quibus Chriſti corpus cruci affixum eſt, magnos, & longos fuiſſe, & Doctores, & Patres paſsim docent. Ratio ipſa ſuadet, vt corpus conſtantius ſuſtentare poſſent, manuſque non diſcerperent. Sed præterea, aperta B. Brigittæ auctoritas id comprobat: nam B. V. eidem reuelans modum quo Chriſtus de cruce depoſitus fuit, ſic ait: *Duo Chriſtum de Cruce depoſuerunt. Tres applicabant ſcalas; vna protendebatur ad pedes, ergo Crux alta erat; ſecunda ſubtus aſcellas, & ad brachia; tertia ad medietatem corporis. Primus aſcendit, & tenebat eum per medium, ſecundus aſcendens per aliam ſcalam, excuſſit primò vnum clauum de vno brachio; deinde applicata ſcala, excuſſit clauum alterius manus, qui quidem claui longè vltra ſtipitem Crucis protendebantur. Deſcendente igitur illo qui ſuſtentabat onus corporis, paulatim, & modicè, prout poterat, ille alius aſcendit ſcalam, quæ tendebatur ad pedes, & excuſſit clauos de pedibus. Cumque appropinquaret ad terram, vnus eorum tenuit corpus per caput; alius per pedes; Ego verò, quæ Mater eram, tenui per medium.* Ioannis loca id aptè confirmant capit. 20. *Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, non credam,* & infra: *Infer digitum tuum huc.* Si enim talia fuerunt foramina, in ipſis vt inſeri poſſet digitus, clauos igitur magnos fuiſſe neceſſe eſt. Refert autem Ioannes Lanſpergius homil. 41. de Paſsione Domini, quorumdam deuotorũ ſententiam, dicentium, manus Chriſti viginti & ſex malleorum ictibus Cruci eſſe affixas.

Chriſtus quomodo è Cruce depoſitus.

Chriſtus è cruce depoſitus fixa in aëre ſtãte Cruce.

Vulnera clauorum magna.

Manus Chriſti quot mallei ictibus affixæ.

Porrò ſacroſanctæ Sindonis effigies apertè ſtultitiam, impietatemque profligatiſsimi ac perditiſsimi Mahumetis euertit. Effutire is auſus fuit, nõ Chriſtum, ſed Simonem Cyrenæum Chriſti loco cruci affixum; ita refert Prateolus de ſectis Hæreticorum. Turpiſſimum hoc deliramentum, olim ante ipſum alter Diaboli primogenitus Simon Magus effinxerat, Chriſtum, veluti peritiſsimum magum ſuam Simoni Cyrenæo impreſsiſſe imaginem, Simonemque Chriſti loco Crucifixum fuiſſe vt refert idẽ Prateolus vbi ſupra. Hauſeratque Mahumetes hoc dogma ex fœtenti Cherinti latrina, is enim dicebat; IESVM fuiſſe purum hominẽ, & non Chriſto coniunctum, in baptiſmate autem Chriſtum IESV coniunctum, ſed immortalem, ſolumque IESVM crucifixum, ſed non Chriſtum: ita hæreſim hanc Cherinti refert Tertull. lib. de præſcriptionibus cap. 48. & Irenæus lib. 1. aduerſus Hæreſes cap. 25. Quam hæreſim confutauit S. Ioannes Euangeliſta adhuc viuens, non ſolum quando ad euertenda Ebionis, & Cherinti dogmata intonuit, *In principio erat Verbum*; ſed etiam quando in epiſtola ſua prima Canonica, cap. quarto dixit: *Omnis qui ſoluit* IESVM, *ex Deo non eſt*; IESVM enim ſoluebat Cherintus, dicens, alium eſſe IESVM, & aliũ Chriſtum, & IESVM crucifixum fuiſſe, Chriſtum verò immortalem perſeueraſſe. Sed turpiſsimus hic error ecce quam apertè refellatur: is enim, qui cruci fuit affixus, is idem conditus in ſepulchro, is idem ſacræ Sindoni vulnerum cicatrices impreſsit, is idem à mortuis reuiuiſcens diſcipulis oſtendit manus, pedes, & latus, is idem Thomæ dicit: *Infer digitum tuum huc, & vide loca clauorum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.*

Mahumetis impietas.

Simonis Magi delirium.

Cherinti ſtultitia.

IESVM ſoluere quid ſit.

IESVS idem qui & Chriſtus.

6. *Vnde etiam videmus illud Zachariæ veritati conſentaneum factum,* &c. Locus hic adeò clarum de Chriſti Paſsione teſtimonium refert, vt communi totius Eccleſiæ conſenſu de Chriſto explicetur, & meritò; nam totum illud Zachariæ caput de Chriſto eſt intelligendum, vt illud, *Configent eum Pater eius, & mater eius, & genitores eius cum prophetauerit*, id eſt, Iudaicus populus, & Synagoga Chriſtum crucifigent, poſtquam prophetauerit, & euangelizauerit. Porrò verba illa, *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum?* Velut ab Angelis Chriſtum interrogantibus dicta putat Hier. & meritò: nam etiam ſimilia ferè verba apud Eſa. 63. legimus ab

Chriſti plagæ in medio manuum.

Digitized by Google

Angeli Chriſtum vulneribus ſauciatū mirantur.

Angelis Chriſtum in ſua Aſcenſione interrogantibus, dicta: cum enim inter ſe colloquentes quæritarent, *Quis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctus veſtibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua, & gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ?* Ipſeque reſpondiſſet; *Ego qui loquor iuſtitiam, propugnator ſum ad ſaluandum.* Rurſusque maiore admiratione perculſi interrogant,

Grandis admiratio.

Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? Quibus ille, *Torcular calcaui ſolus*, & quæ ſequuntur. Ita & hic, *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum?*

Grauis Quæſtio.

Alta inſigniſque interrogatio, digna, quæ alta, inſigniquc dilucidatione illuſtretur.

In primis igitur, vt ordinatiore methodo noſtra currat, ac recurrat oratio, videbimus an poſtquam Chriſtus ſurrexit à mortuis, veras plagas retinuerit, an ſolum cicatrices.

Secundò, cur eas retinuerit, vt interroganti, *Quid ſunt plagæ iſtæ, in medio manuum tuarum?* veras reddere cauſas poſsimus. Quod ad primum attinet.

AN CHRISTVS POST RESVRrectionem veras plagas retinuerit, an ſolum cicatrices.

VIDEBVNTVR potius in Chriſto cicatrices, quam vulnera conſeruata: dicit enim S. Leo ſermo. 1. de Aſcenſione. *Dum in corpore ſuo Chriſtus oſtendit reliquias vulnerum, veſtigia cicatricum.* Amplius autem, quis non videat ex vulneribus tolli eam corporis continuitatem, quæ humanæ naturæ maximè conſentanea eſt. Adde, quod ita in Chriſto veſtigia vulnerum apparent ſicut & in corporibus Martyrum glorificatis, veſtigia remanent vulnerum, pro Chriſto acceptorum. Tum quia perſæpè Gregor. Cyrillus, & paſsim Patres, Chriſti vulnera poſt reſurrectionem ſeruata, vocát veſtigia, ſtigmata, cicatrices, notas vulnerum. Is ergo cui caput Chriſti cauſa ſit abſciſſum, ſi verè non ſolum vulneris veſtigium referat, ſed verum vulnus retineat; iam ei caput omnino à corpore erit abſciſſum, quod omnino monſtruoſum videbitur: lege quæ hac de re ſcribit D. Auguſt. lib. vigeſimoſecundo de Ciuit. Dei cap vigeſimo, *Ita ſi cui excectus naſus, oculus erutus, exuſta facies, & alio quouis indecoro cruciatu affectus fuerit, corporis pars inſignis ablata, an hæ verè in corpore glorificato membrorum deturpationes adhuc perdurabunt?*

Primum argumentum.

Cicatrices vulnerum in Chriſto.

Secundum argumentum.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Tamen quod haſce quinque præcipuas plagas verè omnino retinuerit aſſerendum eſt, neque ſolas vulnerum cicatrices Chriſtum in ſua reſurrectione ſeruaſſe; ſed vera vulnera retinuiſſe, ac vera vulnerum foramina reſeruaſſe. Hoc enim apertè probant allata teſtimonia Zachariæ 13. *Quid ſunt plagæ iſtæ?* Ioan. 20. *Infer digitum tuum*, &c. Petrus Chryſologus Io. 20. inducit Chriſtum ſic loquentem, *Aperite foramina, ſulcate latus, renouate vulnera.* Et ſermo. 76. *Ipſa clauorum foramina reſumit.* B. Laurentius Iuſtinianus lib. de triumphali Agone cap. 21. Conſultò addidi, quod ad has quinque præcipuas plagas attinet, quia de alijs minutioribus, minuſque præcipuis plagis aliter fortè ſentiẽdum eſt, eas enim omnes fortè neque retinuit, neque etiam earum cicatrices, vel veſtigia reſeruauit. Hippolitus Martyr oratione de conſummatione mundi, putat etiam caput ſpinis redimitum, & ſpinis laceratum, in die iudicij conſpiciendum. Quamuis credibile valdè ſit, quod in die extremo, quo orbem ad iudicandum veniet, illas etiam cunctis ſit oſtẽſurus ad ſolatium Martyrum, ædificationem, & humilitatem electorum, & confuſionem damnatorum, quod nonnulli vt Gulielm. Pipinus de Paſsione Domini, ex illo Nahum 3. probant. *In die illa reuelabo cunctis populis ignominiam tuam.* Cur autem haſce quinque plagas poſt ſuam reſur-

Chriſtus vera vulnera poſt paſſionem retinuit.

Primum argumentum.

Plagas inſigniores Chriſtus retinuit.

Caput Chriſti ſpinis coronatum in die iudicij ab omnibus conſpiciẽdum.

rectio-

rectionem ſeruauerit, infra latius oſtendetur. Interim erunt nobis leuia illa argumenta diluenda, quę nobis ſupra obijci poſſe oſtendimus.

Solutio obiectorum. Ad primum.

Quod igitur ad ſancti Leonis auctoritatem attinet, facilè ex illo colligi poteſt, quod non ſolas cicatrices, & vulnerum veſtigia, ſed ipſa quoque vulnera reſeruarit, appellauit tamen reliquias vulnerum; quia dum Chriſtus vulnera excipiebat, & dolorem, & vulnera patiebatur, eo reſurgēte manſit corpus, eiuſdem quidem naturæ, ſed alterius gloriæ, in quo pulſo dolore, ſola reſeruata ſunt vulnera: in glorificato igitur corpore ſola relicta ſunt vulnera, non dolor, meritò ergò reliquiæ dicuntur, quæ ex vniuerſa paſſione ſunt relicta. Eadem ratione dicūtur veſtigia cicatricum ad dolorem, paſsionemque pellendam.

Chriſtus reſurgens fuit eiuſdem naturæ, ſed alterius gloriæ.

Ad ſecundum & tertium.

Ad ſecundum reſpondendum eſt ex D. Tho. 3. parte, quæſt. 54. art. 4. ad ſecundum, quod licet illa vulnera aliquam continuitatem à Chriſti corpore ſuſtulerint, hoc tamen compenſatur per maioris gloriæ augmentum, & maiorem gloriæ decorem, vt corpus non ſit minus integrum, ſed magis perfectum.

Ad quartum.

Ad vltimum reſpondendum eſt, quod in Martyribus veſtigia vulnerū, vulnera etiam illa, quæ glorioſiorem oſtendent eorum fortitudinem, ſunt conſeruanda, hoc enim maximè illis cedet ad gloriam; vulnera autem illa, quæ corpus omnino ſcindunt, & eius continuitatem ex toto tollunt, qualia illa fuerunt S. Iacobi, qui interciſus dicitur, hoc ipſo quod corpus in fruſta ſecant, cum actuali ſeparatione non remanebunt, ſatis enim erit ſi eorum veſtigia ad maiorem eorum gloriam reſeruentur: ſi enim homines ſummæ laudis, & gloriæ loco duxerunt, quod ad patriæ, vel amicorum conſeruationem vulnera excepiſſent, illaque maximè oſtentabát, quanto magis coram Deo erunt tanquam heroicæ magnanimitatis, & inconcuſſæ fortitudinis monumenta reſeruanda? Ita apud Saluſtium in Iugurthino bello legimus, Marium illū ſepties Coſ. ita de ſe magnificè loquentem. Non poſſum fidei cauſa imagines, neque triumphos, aut Conſulatus maiorum meorum oſtentare: at ſi res poſtulet, haſtas, vexillum, phaleras, alia militaria dona; pręterea, cicatrices aduerſo corpore, hę ſunt meę imagines, hæc mea nobilitas. Eadem ratione pater illius Tergemini Curiatij apud Titum Liuium, filij ſui præconia & vulnera Reip. cauſa ſuſcepta oſtentabat. Quod ad ſecundam quæſtionem attinet.

Veſtigia cicatricū in B Martyribus.

Mirabile artificium Marij Conſulis.

CVR CHRISTVS POST RESVRrectionem vulnera retinuerit.

VARIÆ à varijs rationes afferuntur; ex ijs enim ſublimi illi quęſtioni, quam apud Zachariam legimus, *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum?* ſatisfiet.

Prima fuit dicentis in Chriſto poſt reſurrectionem vulnera remãſiſſe propter impotentiam, quod, ſcilicet Chriſtus reſurgens non ita citò vulnera ſanare potuiſſet; ita Porphyrius apud Auguſtinum epiſtola 49. dicebat enim, *Si poſt reſurrectionem ſtatus beatus futurus eſt, quid ſibi vult cibatum Chriſtum fuiſſe, & vulnera monſtrauiſſe?* & rurſus apud Bedam, vbi infra: *Si Deus veſter nec ſibi inflicta à Iudæis vulnera curare potuit, qua temeritate putatis eius veſtra de puluere membra ad integrum reſtauraturum?* Impia planè vox iſta, quam Beda in caput vltimum Lucę confutat, dicens: *Hæc vulnera in Chriſto remanſiſſe non ex impotentia curandi, ſed vt in perpetuum victoriæ ſuæ circumferat triumphum.*

Vulnera in Chriſto ex impotentia conſeruata quis dixerit.

Confutatur hæretica ſtultitia.

Secunda illa eſt, quę Patrum maximè communis eſt, quod ea Chriſtus reſeruauerit ad confirmandam diſcipulorum fidem, ſicut apertè ex illo Io. 20. cognoſcimus, hęſitanti enim

Vulnera ad Apoſtolorum fidem cōfirmanda à Chriſto reſeruata.

Digitized by Google

Thomæ apparet Chriſtus, & dicit, *Infer digitũ tuũ huc, &c & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* Interroganti ergo, *Quid ſunt plagæ iſtæ?* Reſpondeamus, ſunt fidei confirmatio.

Vulnera ad triumphum cõſeruata

Tertia eſt Bedę in cap. vltimum Lucæ, vt in perpetuum victoriæ ſuæ circumferat triumphum. *Quid ergo ſunt plagæ iſtæ?* Sunt perpetuus victoriæ triumphus.

Vulnera ad coarguẽdos in iudicio impios à Chriſto retenta.

Quarta eſt Auguſtin. lib. 2. de Symbolo, cap. 8. B. Laurentij Iuſtiniani, libro de triumphali agone cap. 21. *Vt quemadmodum Thomam coarguit incredulitatis, oſtendens ei latus, & vulnera: ita etiam in die iudicij, inimicis ſuis, ſua oſtenſurus eſt vulnera, vt conuincens eos veritas dicat. Ecce hominem quem crucifixiſtis: videtis vulnera, quæ infixiſtis, agnoſcitis latus, quod pupugiſtis, quoniam per vos, & propter vos apertum eſt, nec tamen intrare voluiſtis. Quid ergo ſunt plagæ iſtæ?* ſunt impiorum exprobratio.

Vulnera ad charitatem oſtendendam conſeruata

Quinta, vt ſua morte redemptis propoſitis propriæ mortis indicijs, oſtendat quam miſericorditer ſint adiuti. *Quid ergo ſunt plagæ iſtæ?* Sunt miſericordia electorum.

Vulnera noſtri memoriam Chriſto conſeruãt.

Sexta eſt Auguſt. lib. Soliloquiorum, cap. 2. quia illis plagis nos deſcripſit, vt noſtri memoriam ſemper haberet, affero eiuſdem verba, quoniam aurea ſunt, *Manus tuæ*, inquit, *Domine fecerunt me, & plaſmauerũt me; manus inquã, illæ, quæ clauis ſunt affixæ pro me. Opus manuum tuarum Domine ne deſpicias; ecce in manibus tuis Domine deſcripſiſti me, lege ipſam ſcripturam, & ſalua me.* Et cap. 13. dicit, *En in manibus tuis deſcripſiſti me, vt ſemper ſit memoria mea apud te, ſi tamen memoria tua iugiter ſemper fuerit apud me. Quid ergo ſunt plagæ iſtæ?* Sunt recordatio ſaluandorum.

Chriſtus in manibus ſuis nos deſcripſit.

Vulnera ad confuſionem damnatorũ a Chriſto retenta.

Septima eſt Chryſoſt. homil. 77. in Matth. & hom. 1. de Cruce, & Latrone, *Ad confuſionem damnatorum, vt cum videant quam copioſa ſit apud Deum redemptio, maximè confundantur, videntes quam multa pro ipſis fecerit Deus.* Huc etiã facit illud Auguſt. 2. de Symbolo, cap. 8. *Inimicis ſuis vulnera oſtenſurus eſt ſua, vt eos conuincens, dicat, ecce hominem, quem crucifixiſtis.* Tunc enim verificabitur illud Zachar. 12. *Aſpicient ad me, quem confixerunt:* quem locum de Chriſto ad iudicium veniente interpretatur Auguſtin. lib. 20. de Ciuit. Dei, cap. 30. & lib. 1. de Trinit. cap. 13. Hieronym. Theodoretus, Rupertus in eundem locum; Leo epiſtola 97. Chryſoſt. de Latrone, & Cruce, Arethas, & Ansbertus in c. primum Apoc. *Quid ergo ſunt plagæ iſtæ?* Sunt confuſio damnatorum.

Vulnera in pretiũ libertatis.

Octaua eſt D. Ambroſ. ſerm. de Aſcenſione. *Vt ſalutis noſtræ pretia in cœlos inferat, & oſtendat Patri.* Beda, Auguſt. & Damaſc. libro 4. capit. 18. *Quid ergo ſunt plagæ iſtæ?* Sunt ſalutis noſtræ pretia.

Poſt iuſtificationẽ cicatrices peccatorum conſeruantur.

Nona eſt, vt diſcamus, quod cum à peccatis noſtris, & vitijs ſurrexerimus per ſacramentum Pœnitentiæ, nihilominus tamen, quaſi cicatrices quaſdam reſeruare debeamus; hoc eſt, memoriam, & recordationem peccatorum noſtrorum, de quãta miſeria nos Deus eduxerit, & calamitate; tum, ne ingratiſimus tanto beneficio; tum etiam ne cum aliquem peccare conſpexerimus, in ſuperbiam efferamur, ſed illi potius magna cum clementia condoleamus. *Quid igitur ſunt plagæ iſtæ?* Sunt grati animi incentiua.

Vulnera Chriſtus conſeruauit, vt pro nobis orans exaudiatur.

Decima eſt B. Cypriani, ſerm. de Baptiſmate, & D. Bernardi, vt pro nobis apud Patrem interpellans efficacius exaudiatur, oſtẽdens quale genus mortis pro hominibus paſſus ſit. Aurea ſunt D. Bernardi verba de Aſcenſione Domini, *Stat*, inquit, *ante filium Mater, oſtendens ei pectus, & vbera, ſtat ante Patrem filius, oſtendens ei latus, & vulnera.* Vnde ſubdit: *Quis dubitet de venia, vbi tot exſtãt meritorum præconia? Quid ergo ſunt plagæ iſtæ?* Sunt præconia meritorum.

Vulnera in exemplum conſeruata.

Vndecima eſt Bernardi ſerm. 61. in Cantic. *Vt ſectatores Chriſti eius vulnera intuentes, non dubitent ſimilia pro eius nomine pati. Quid igitur ſunt plagæ iſtæ?* Sunt corroboratio debilium.

Duo-

Digitized by Google

Vulnera ad ſolatiū noſtri cōſeruata.

Duodecima eiuſdem Bernardi, ſermo.61. in Cát. *Vt ſolatium in Chriſti vulneribus habeamus*; ita enim explicat illud Cant.2. *Columba mea in foraminibus petræ. Ego*, inquit, *fidenter quod ex me mihi deeſt, vſurpo mihi ex viſceribus Domini, quoniam miſericordia affluunt, neque deſunt foramina, per quæ effluant, foderunt manus eius, & pedes eius, latuſque lancea forauerunt: & per has rimas mihi licet ſugere mel de petra, oleumq; de ſaxo duriſſimo. Quid ergo ſunt plagæ iſtæ?* Sunt refugium peccatorum.

Quid ex viſceribus Chriſti vſurpare debeamus.

7. *Idem quoque de Seruatoris hiſce manuum vulneribus Dauid prenuntiauit*, &c. Et hic etiam locus valdè inſignis, eſt quam tâquam ad litteram de Chriſto à Dauide prenuntiatum vniuerſalis Eccleſiæ conſenſus amplexus eſt. In quo duo prædicit Dauid. Primum manuum, pedumque clauifixionem, dicens: *Foderunt manus meas, & pedes meos.* Secundò extenſionem Chriſti in Cruce, dicens: *Et dinumerauerunt omnia oſſa mea*; adeò, vt doctè dixerit Auguſtin. enarratione in Pſal. 21. Non potuit melius deſcribi extēſio corporis in ligno, quam vt diceret, *Dinumerauerunt omnia oſſa mea.* Quoniam autem locus valdè inſignis eſt, ideò à nobis inſigni Patrum explicatione condecorandus eſt, litteralem, vt inſtituto noſtro maximè conſonam, afferam. Quod igitur ad litteralem explanationem attinet; in primis hoc obſeruandum eſt, cuius manus, pedeſque effoderunt, & cuius oſſa dinumerauerunt. Secundò, quinam foderint manus, & pedes. Tertiò, quid ſibi velit noua hæc metaphora, *Foderūt*, cum propriè fodere terram dicamus, non ita manus, vel pedes.

Extenſio Chriſti in cruce qualiter prædicta.

Tria dubia.

Soluitur primum dubium.

Et quidem, vt rem propius aggrediamur; communis Patrum, & Eccleſiæ conſenſus, vt ſupra oſtendi, eſt, quod locus iſte de Chriſto ad litteram ſit intelligendus. Huius igitur manus, pedeſque effoſsi, huius dinumerata ſunt oſſa.

Soluitur ſecundum dubium.

Quod ad ſecundum attinet, recolenda ſunt præcedentia verba, in quibus Dauid dicit: *Circumdederunt me canes multi*; & ſubdit, *Foderunt manus meas, & pedes meos.* Canes igitur foderunt Chriſti manus, & pedes. Qui autem ſunt iſti canes? Notant Euſebius Cæſarienſ. & Theodoretus relati in catena græca Patrum, in Pſalm. quod ſupra dixerat Dauid, *Circumderunt me vituli multi, & tauri pingues obſederunt me*; & poſtea ſubdit, *Circumdederunt me canes multi. Concilium malignantium obſedit me.* Per tauros pingues iugo aſſuetos Iudęos, & Principes Sacerdotum iugo legis aſſuetos intelligunt: ita Theodoretus, Euſeb. Nicephor. in catena Patrum relati. Inter latinos, Gregor. libro ſeptimo Moral. cap. quarto, & libro trigeſimoprimo Moral. cap. 18. Ambroſ. Epitom. 71. Auguſtin epiſtola 120. Hieronym. in capit. primo, ſeptimo, & 31. Eſai. Ambroſ. Caſsiodor. in Pſalm. vigeſimumprimū, Clem. Alexand. 6. Stromat. Per vitulos intelligunt Iudæorum populum: vitulus enim ad iugum natus, taurorum filius, patrum veſtigia ſequitur. Omnes igitur iſti Chriſtum circundederunt, & obſederunt, & ſuper ipſum tanquam leones rugientes, & rapientes aperuerunt ora ſua, dum Princeps Sacerdotum ſcidit veſtimentum ſuum, quod tamen facere nunquam cōſueuerat, (lege Baron. Cardinal. in anno Chriſti trigeſimo-quarto numero 73.) & exclamauit, *Audiſtis blaſphemiam, quid vobis videtur?* Omnes verò dicunt, *Reus eſt mortis.* Adducunt etiam illum ad Pilatum dicentes, *Secundum legem debet mori.* Et inſtantes vocibus magnis, poſtulabant, vt crucifigeretur, cum omnes clamabant; *Tolle, tolle, crucifige eum.* In tauris igitur, & Vitulis Iudęi intelliguntur. Horum igitur explicato facinore, ad Gentilium ſcelus exaggerandum conuertitur, & dicit, *Circūdederunt me canes multi.* Canes igitur, vt benè notat Euſeb. Theodoretus, Didymus, Gentiles intelliguntur: ita etiam inter latinos, Hilarius 5. & 15. in Matth. Ambroſ. in cap. 16.

Canes foderunt Chriſti manus, & pedes.

Principes Iudęorum tauri pingues dicti.

Caiphas primus omnium ſummorum Pont. veſtimenta ſua ſcindit.

Canes ſunt Gentiles.

Digitized by Google

Lucę. Aug. lib. quęſtionum Veteris & Noui Teſt. quęſt. 39. Hier. in cap. 9. Eccl. & hæc explicatio valdè bona eſt. nam & Chriſtus Matth. 7. dicit, *Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus*; per filios, Iudæos intelligens; & per canes, Gentiles. Tunc igitur circundederunt Romani Chriſtum, non ſolum quando ad eum tanquam ad latronem exierunt cum gladijs, & fuſtibus; ſed etiam quando Pilatus conuocans vniuerſam cohortem IESVM illis tradidit ad flagellãdum, & illudendum, & tandem ad crucifigendum. Iſti igitur canes; ſcilicet Romani milites, foderunt manus & pedes Chriſti. Quamquam Auguſt. epiſt. 120. per canes Iudæos etiam intelligat. *Dinumerarunt omnia oſſa mea.* Cum B. V. Chriſti extenſionem in cruce S. Brigittę explicaret, lib. primo cap. 10. & lib. 4. cap. 70. dicit, quod *primo dextram manum confixerunt; deinde ſiniſtram manum fune adeò validè traxerũt; vt omnia Chriſti oſſa numerari poſſent; inde quoque pedes.* Quare meritò Patres in ijs verbis, *Dinumerauerunt, &c.* Chriſti extenſionem in cruce intelligunt.

Canes fodientes Chriſti manus & pedes, fuerunt milites Romani.

Quoad tertium, quid ſibi velit noua hæc metaphora, *Foderunt.* In primis deteſtanda eſt quorundam Rabbinorum improbitas. Ipſi enim ex quadam vocis vicinitate, hebraicam dictionem (Charu) quæ ſignificat, *foderunt*, vertunt in aliam non admodum diſsimilem (Kaari) quæ ſignificat, vt leo; & faciunt hunc ſenſum, *Circundederunt me canes multi, concilium malignantium, vt leo manus meas, & pedes meos obſedit me:* huius autem lectionis ridiculam afferunt interpretationem, dicentes eſſe hic ſimilitudinem pugnantium, & ideò canes obſederunt, vt leo manus, ne dimicare poſſem, pedes, ne fuga ſalutem quęrere poſſem. Verum leuis hæc explicatio ſubſannatione explodenda eſt, cum & apud antiquiores Rabbinos legatur, *foderunt*, vt benè notat Eugubinus hoc loco, & Septuaginta etiam legant, *foderunt*; ideò vulgata noſtra lectio in Concilio Tridentino authenticata, & ab omni Eccleſiæ Patrum conſenſu confirmata, retinenda eſt. Verum altera metaphora obſeruanda eſt. Quis nouã hanc metaphorã non admiretur? vt dicantur effoſſę manus, effoſsi pedes. Fodere enim propriè, eſt ruderibus egeſtis foſſa excauare. Quomodo ergo dicentur canes Chriſti manus, ac pedes effodiſſe? An quod dentibus ſuis carnes excauauerint? Vel potius vt vulnerum profunditas, atque atrocitas intelligeretur? Si enim tenui foſsicula aliquid excauetur, exarari potius, quam effodi dicitur. Ita enim ſupra, cum de Chriſti flagellatione ageremus Chriſti corpus ſulcatum, & exaratum agnouimus. Cum igitur de Chriſti pedibus, manibuſque eſſet agendum, non exaratas, non ſulcatas tantum, ſed etiam profundè excauatas, & verè effoſſas nouimus. Notat Cardin. Charenſis in Pſalm. 21. hoc verbum, *Foderunt, non enim*, inquit, *dixit, transfixerunt, ſed foderunt, quia ex profunda hac excauatione ad inſtar foſſæ exprimitur fiſtulus, qui inde proſiliji, foſsis enim agros circumdamus; vt ex ijs fructus copioſos exhauriamus, ſicut quidam cecinit,*

Rabbinorum peruerſa explicatio.

Editio vulgata retinenda.

Fodere quid ſit.

Manus & pedes Chriſti altè effoſſæ.

Foſſa parit tellus optato tempore fructus.
Foſſa caro Chriſti cœlica regna dedit.

Foſsis igitur Chriſti corpus excauatum eſt, vt fructum æternæ beatitudinis nobis referret. Vel ideò effoſſum Chriſti corpus eſt; *vt columba in foraminibus petræ, ac cauerna maceriæ nidularet, & in ijs inhabitaret.* Ierem. 48. *Relinquite ciuitates, & habitate in petra Moab, & eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis.* De hac vulnerum Chriſti foſsione intelligit Hugo Cardinalis illud Eſa. 2. *Ingredere in petram & abſcondere in foſſa humo, à facie timoris Domini.*

Chriſti corpus foſſis excauatum.

8. *Hac autem manuum vulnera Seruatori vehementiſsimum dolorem attulerunt. &c.* Acerbitatem dolorum quos Chriſtus in clauifixione manuum, ac pedum ſuſti-

Chriſti dolor maximus.

ſuſtinuit, catholici omnes, ſummo conſenſu prædicant eſſe ſummum, & S. Thom. 3. par. q. 46. art. 6. probans dolorem Chriſti fuiſſe maximum, præter alia multa, ex eo etiam probat, quod Chriſtus in locis neruoſis clauis transfixus ſit: ſolet enim dolor adeò excreſcere, vt ſpaſmum cauſet, membrorum ſtuporem, & etiam à ſtatu mentis abductionem. Inſigniter autem Ioannes Eckius in Tract. de Paſsione Domini, artic. 5. conſideratione 3. hanc dolorum acerbitatem explicat dicens, Manus altera obtuſo clauo (vt grauior eſſet dolor) cruci affixa eſt; altera verò quando iam foramen attingere non poterat, funibus ſic extenſa eſt, vt venæ diſrumperentur. Non aliter itaque extenſum eſt Chriſti corpus, quam ſoleat extendi timpanum, & ſicut cordę diſtenduntur, ita vt omnia Chriſti membra, nerui omnes, venæ quoque, atque arteriæ, & coſtæ omnes ſine vlla commiſeratione extenderentur. Quare inquit, refert Lodulphus, cuidam homini pio reuelatum fuiſſe à Chriſto, ſe maiorem pœnam non habuiſſe, niſi quando ſic extenſis, expanſiſque manibus cruci eſt affixus. Quæ autem de violenta membrorum Chriſti tractione atque extenſione in cruce ſunt dicta, eadem etiam B. V. Sanctæ Brigittę reuelauit libro primo cap. 10. & libro 4. cap. 70. & Chriſtus ipſe lib. 6. cap. 15. Chriſtus apud S. Brigittam lib. 2. cap. 26. dicit, *Acerbi claui vulnerauerunt manus, & pedes meos.*

Spaſmus vnde cauſetur.

Chriſtus ad inſtar timpani in cruce extenſus.

Extenſio in Cruce fuit dolor maximus.

Tanti autem doloris acerbitatem, quæ Chriſto Domino mortem, longè citiùs quam concrucifixis latronibus intulit, miratur Alphonſus Toſtatus in Paradoxo tertio, à cap. 43. vſque ad 53. Et quamuis immanium clauorum vulnera acerbiſsima fateatur, non tamen ex illis ſolis Chriſto mortem fuiſſe tam cito inflictam concedit: eadem enim, inquit, paſsi ſunt latrones quæ Chriſtus; nam eadem hora qua Chriſtus, eodem etiam modo ſimilibus quoque clauis crucibus ſunt affixi. Cur ergo non ita cito ſicut Chriſtus & ipſi præmortui; adeò vt crurifragio debuerint ipſi vitam finire, quam ex ſola crucifixione Chriſtus abſoluit? Tanti igitur, tamque acerbi in Chriſto doloris, qui eum tam cito exanimare potuerit, refert in maiorem apprehenſiuę potentiæ vim, tum in delicatiorem Chriſti complexionem, tum in perfectiſsimam corporis Chriſti organizationē: ex ijs enim maxime augetur dolor; ex ęquali enim vulnere propter delicatiorem complexionem, acerbiorem cruciatum patietur inquit homo quam aſinus. Ideò in cap. 49. docet impoſsibile eſſe quemquam in toto orbe ex ſolis plagis Chriſto illatis tantum ſuſtinuiſſe dolorem, quantum ex ijs Chriſtus paſſus eſt.

Chriſti delicata complexio acerbiores crucis dolores reddidit.

Verùm, etſi illud neceſſariò concedendum eſt, quod delicata complexio, exactiſsima humorum ſymmetria, floridus perfectæ virilitatis, ac iuuentutis flos, cæteris paribus, dolorem augere queant; nam & iuuenes grauius ægrotare, docuit Cicero de ſenectute; quam ſenes; tamen ex ijs adæquata cauſa dolorum Chriſti ſupra cæteros latrones deſumenda non eſt; neque hęc adęquata cauſa eſt cur Chriſtus latronibus præmortuus ſit, ſed cauſa illa erit adæquata, quod ante crucifixionem Chriſtus longè plura ſupplicia, tormenta, doloreſque perpeſſus ſit, quam latrones. Chriſtum enim bis flagellatum volunt alij adeò, vt Ioannes Eckius tractatu de Paſſ. dicat; hanc eſſe communiorem ſentētiam, quicquid tamen hac in re ſentiendum ſit in cap. 5. indicauimus. Amplius Chriſtus dum à militibus captus, dum vltròque, citròque à Pilato ad Herodem, ab Herode ad Pilatum tranſmitteretur incredibilia Chriſtus paſſus eſt, vt ſupra docuimus. Accedit quod Chriſtus alapis, colaphis, pugnis, arundine ſæpè, ſæpiuſque percuſſus ſit. Præterea ſpineæ coronę ſuppliciū grauiſsimum fuit,

Chriſtus cur latronibus præmortuus.

Chriſtus plura paſſus quam latrones.

Digitized by Google

Sæua flagellatio cõcitatioris mortis fuit cauſa.

fuit. Tandem cũ de Chriſti flagellatione ageremus, oſtendimus eam adeò fuiſſe acerbam, vt ex illa Chriſtus mori debuiſſet: ita enim data militibus pecunia contendebant Iudęi, vt Chriſtus adeò acriter vapularet, vt etiam ſi à Pilato dimitteretur, non tamen ſuperuiuere poſſet amplius. Hæc igitur ſimul iuncta tantum Chriſto dolorem incuſſerunt, vt Chriſtus cæteris citiùs præmori debuerit, quæ niſi præceſsiſſent Chriſtum non tam citò emori coegiſſent. Sed vt à clauorum conſideratione orta diſpitatio in ipſis quoque cõquieſcat, addam quæ valdè piè idem Toſtatus vbi ſupra capit. 51. ſcripſit, *Quod Chriſtus in Cruce per tres horas, & eò fortè amplius viuens pependerit.* In quo quantus fuerit dolor, tota illius benedicti corporis graui mole fixis manibus, & pedibus ſuſtentata. atque pondere ſuo ad inferius trahente, nemo ſatis admirari ſufficiet. Et quamuis inflictis his cruciatibus, qui Chriſto illati ſunt, quilibet virorum nullus ita citò moreretur, nemo tamen eſſe potuiſſet, qui ijs ſuſceptis, tantos inde dolores ſuſtinuiſſet: & ſi cuiquam quouis modo ex aliquibus pœnalitatibus tanti ſequerentur dolores, neceſſarium erat hunc breuiſsimè mori: nemo enim tam acres dolorum cumulos ita diu tolerasſet. Hęc ille. Sed adhuc ad viuum magis Chriſtus ſanctæ Brigittæ dolores ſuos reuelauit, cum modum ſuæ crucifixionis aperuit, libro 7. cap. 15. Ibique vidit glorioſa Brigitta, quod Dominus IESVS in cruce extenſus interdum conabatur extenſiones facere in cruce præ amaritudine nimia, quam ſentiebat intenſi doloris & acutiſsimi, *Nam quandoq; dolor de membris eius, & venis perforatis aſcendebat ad cor, & vexabat eum crudeliter intenſè martyrio.*

Chriſtus tribus horis in cruce viuus pependit.

Chriſti dolores acerbos nullus ita diu ſuſtinere potuiſſet, ſicut Chriſtus.

Chriſtus præ doloris amaritudine cõtorquebatur in cruce.

9. *Et cum totius corporis pondus ſuſtinerent, vt ampliora fierent,* &c. Inter vberrima ſanctiſsimæ Crucis præconia, hoc valdè inſigne legitur, quod Crux dicatur ſtatera; ita enim canit Eccleſia, ſtatera facta corporis, prædamque tulit tartari; de qua intelligitur illud Iob, *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior in ſtatera; quaſi arena maris hæc grauior appareret.* Crux igitur ſtatera ideò dicitur, quia corporis Chriſti pondus ſuſtentabat, eatenus autem ſuſtentabat, quatenus clauis erat affixum; ſed quoniam claui non manus tantum, ſed etiam pedes perforarunt, ideò negari nullo modo poteſt, quin etiam pedum claui partem corporis ſuſtentarent. Verùm, vt hoc omnino concedendum eſt, illud tamen etiam fatendum neceſſariò eſt, clauos quibus manus tranſuerberatæ Cruci affigebantur, potiſsimum pondus, ſaltem viuente Chriſto, in Cruce ſuſtinuiſſe, licet poſt mortem maius pondus, corporis pedum claui ſuſtentarint; Ita enim B. Brigittę ſanctiſsima Deipara, prout legit. lib. 1. cap. 10. loquitur, *Appropinquante morte Chriſti, manus eius retraxerunt ſe modicum de loco perforationis, & pondus corporis pedes amplius ſuſtentabant.* Idem ferè habet libro 4. cap. 70. ſed clarius lib. 7. cap. 15. deſcribitur modus crucifixionis, qui fuit huiuſmodi, *Excitata, ſurſumque ſublata Cruce, eaque firmata, ad Crucis ſtipitem tabulæ quædam appoſitæ ſunt, per quas, veluti per gradus aſcendebatur.* Hos cum Chriſtus, ſæuique tortores conſcendiſſent, Chriſtus poſtulatus manum tollere, primò manum dextram extulit, eaque perforata, manum ſiniſtram, fune attractam, alio diro figunt clauo. ſublatiſque tabulis, totum corporis pondus paribus libratum põderibus, manuum clauis ſuſtentatur, attrahuntur deorſum pedes, clauiſque & ipſi perforantur. En igitur, quomodo graue corporis pondus claui manus transfigentes, ſuſtentabant. Tunc igitur vulnera manibus inflicta clauis laxabantur, ac dilatabantur. Hoc enim experientia adeò clarè oſtendit, vt perſæpè ſi manus hominum, aut cadauerum in Cruce actorum tenuioribus clauis perforêtur, diſcerptis

Crux ſtatera.

Claui pedum partem ponderis Chriſti ſuſtentabant.

Claui pedum poſt mortem grauius pondus ſuſtinebant.

Modus crucifixionis Chriſti.

Cadauera è Cruce prolapſa.

diſcerptis manibus è Crucibus corpora prolapſa diffluant. Laxationem hanc vulnerum credo ſubobſcurè à B. V. indicatam, cum S. Brigittam alloquens, lib. primo, cap. 10. dixit: *Appropinquante Chriſti morte, manus eius retraxerunt ſe modicum de loco perforationis, & corporis pondus pedes magis ſuſtentabant.* Idipſum B. Brigitta Chriſto hoc illi reuelante, vidit lib. 7. cap. 15. Ideò dixit, in illa hora manus eius aliquantulum ſe retraxerunt à loco perforationis clauorum, præ nimio pódere corporis; & ſic corpus eius quaſi ſuſtentabatur à clauis quibus pedes crucifixi erant.

Appropinquante morte manuum vulnera laxabantur.

Cur è vulneribus ſanguis effluat.

10. *Et vberiorem ſanguinis copiam diffunderent*, &c. Connaturalis eſt paſsio, vt corpus humanum graui accepto vulnere ſanguinem fundat, ſagax enim, prouidaque natura, vt læſæ parti ſuccurrat, eò ſpiritus ſanguinem, alimentaque tranſmittit, vbi acceptum fuerit detrimentum. Quare nil mirum, ſi eam ſanguinis copiam Chriſti manus effoſſæ transfuderint, qualem ſanguinis veſtigia in euangelica Syndone relicta præmonſtrant, cum B. V. D. Brigittæ libro primo cap. 27. dicat venas manuum Chriſti perforatas fuiſſe.

Sanguis è manibus Chriſti fluens.

Porro libet hoc loco illud recenſere, quod de ſacroſancta huiuſce ſanguinis effuſione pia Sanctorum Patrum conſenſio docuerit; S. Hier. tum in comm. in cap. 27. Matth. tum in cap. quintum epiſtolæ ad Epheſios, refert ſe quadam die quendam audiſſe concionantem, docentemque in Caluariæ monte ſepultum fuiſſe Adamum protoplaſtum illum parentem noſtrum, dictumque ideò eſſe Caluariam, quod ibi Adam, qui totius humani generis caput extitit fuerit ſepultus. Cum igitur Chriſtus in cruce extenſus ingentem ſanguinis copiam è vulneribus funderet, tunc Chriſti ſanguine tactum Adamum, eiuſque virtute purgatum, vt vbi primus Adam iaceret, ibi ſecundus Adam moreretur, qui pro tollenda Adæ culpa moriebatur, Adamum inclamat concionator dicens, *Surge qui dormis, exurge à mortuis. & illuminabit te Chriſtus. Magno*, inquit, *applauſu populi pia explicatio ſuſcepta eſt, non tamen vera, cum nequè Adam in Caluariæ monte ſepultus ſit: vbi enim ſepultus ſit Adam, teſtatur liber Ioſue cap. 14. dicens: Ibi Adam maximus inter filios Enachim ſepultus eſt, neque & Caluaria mons ab Adæ capite, ſed à Caluarijs eorum, qui in eo monte capite plectebantur ſic appellatus fuit.* Hier. ſententiam propter viri auctoritatem maximam plurimi, ijdemque grauiſsimi auctores ſecuti ſunt; Rupertus in Ioan. Nicolaus Lyranus, Ianſen. imò & D. Thom. 3. par. q. 46. art. 10. qui etiam videtur hoc ex quadam congruentia confirmare, quod Chriſtus non debuerit ſupra Adæ ſepulchrum mori, ne pro ſolo Adam mori videretur. Confirmari poſſet eadem ſententia, quia conſtat montes, ſaltem plurimos, factos eſſe in diluuio.

Caluaria vnde dicta.

Hier. de Adæ ſepultura ſententia.

Adam in Caluariæ monte nō eſſe ſepultum.

Chriſtus pro ſolo Adam nō eſt mortuus.

Tandem quia Hebron, in quo Dauid primo regnauit annis ſeptem, dicta eſt ciuitas quatuor hominum, quia ibi quatuor celeberrimi homines dicuntur ſepulti, ſcilicet Adam, Abraham, Iſaac, & Iacob.

Adam, Abraham, Iſaac, & Iacob vbi ſepulti.

Verum communior Patrum ſententia, quam alij traditionem putant, eſt, Adamum in Caluariæ monte eſſe ſepultum; imò & montem Caluariæ à caluaria, & cranio Adæ ſic dictum, qui prius Golgotha dicebatur; ita Tertull. lib. 2. contra Marcionem, ijs carminibus teſtatur,

Adam in Caluariæ monte ſepultus.

Golgotha locus eſt capitis Caluaria quondam
Lingua paterna prior, ſic illum nomine dixere.
Hic medium terræ eſt, hic eſt victoria ſignum.
Os magnum hic veteres noſtri docuere repertum,
Hic hominum primum ſuſcepimus eſſe ſepultū,
Hic patitur Chriſtus, pio ſanguine terra madeſcit,
Puluis Adæ, vt poſſit veteris cum ſanguine Chriſti
Commixtus ſtillantis aquæ virtute lauari.

Origenes etiam Tract. 35. in Matth. idem planè teſtatur, dicens: *Venit ad me traditio quædam talis, quod corpus Adæ primi hominis*

Digitized by Google

Adam in Caluariæ monte ſepultum, dicitur eſſe traditio.

hominis ibi ſepultum eſt, vbi crucifixus eſt Chriſtus, vt ſicut in Adam omnes moriuntur, ſic in Chriſto omnes viuificentur, vt in loco illo, qui dicitur Caluaria locus, id eſt, locus capitis, caput humani generis reſurrectionem inueniat cum populo vniuerſo per reſurrectionem Saluatoris, qui ibi paſſus eſt, & reſurrexit. Huic quoque traditioni fidem auget Baſilius Magnus, in cap. 5. in Leuiticum, ſic ſcribens, *Obtinuit fama quædam in Eccleſia memoriam conſeruans, non quidem ſcripto proditam,* (Ecce qualiter traditionem deſcribat) *quæ talis eſt. Quod prima vtique Iudæa hominem habebat accolam, nimirum Adam, ſimul atque excidit delicijs paradiſi, in hac terra collocatum, ad mitigandam iacturam bonorum, quibus fuerat exutus. Prima igitur etiam mortuum hominem excepit, qui & illic eam, cui addictus erat ſententiam condemnationis plenè eſt executus. Itaque inſolens eſſe, ac nouum videbatur illius ætatis hominibus ſpectaculum, os capitis, defluente carne, nudum: at illi recondentes cranium loco illi indiderunt nomen Cranion, id eſt, Caluariam.* Probabili igitur ratione potuit Noe non ignoraſſe ſepulchrum principis huius, & mortalium omnium primogenij, ſi quidē de hac re, fama à diluuio mox per orbem propagata eſt ab ipſo, & dimanauit, eoque Dominus excuſſa origine humanæ mortis in Caluariç loco paſſus eſt. Inſignis eſt etiam Auguſtin. ſententia ſerm. 71. de Tempore, qui ita ſcribit: *Verè fratres, non incongruè creditur, quia ibi erectus ſit medicus, vbi iacebat ægrotus, & dignum erat, vt vbi acciderat humana ſuperbia, ibi ſe inclinaret diuina miſericordia, & ſanguis ille pretioſus etiam corporaliter, puluerem antiqui peccatoris, dum dignatur ſtillando contingere, redemiſſe credatur.* Idem etiam habet Auguſt. quæſtion. 161. in Geneſ. Eandem ſententiam ne ſingulorum ſigillatim ſententias deſcribamus, habet Athan. in ſermo. breui de Paſsione Domini, Chryſoſt. homil. 84. in Ioan. Eius diſcipuli, Euth. & Theophilactus in c. 22. Matth. Moyſes Barcephas, lib. de Paradiſo, parte 1. cap. 14. Ambroſius lib. 5. epiſtola 19. & in Lucam cap. 23.

Caluaria quid ſignificet.

Ibi erectus eſt medicus vbi iacebat ægrotus.

Patres docentes Adam in Caluariæ monte ſepultum.

S. Cyprianus ſermone de Reſurrect. Domini. Anaſtaſius Synaita libro 7. contemplationum in Hexameron, Epiphanius Hæreſi 46. Germanus in Theoria rerum Eccleſiaſticarum; imò, quod magis mirandum videtur, ipſe D. Hieronym. in epiſt. 22. ad Marcellam, vt illam inducat ad Hieruſalem inuiſendam, inter præclara, quæ ibi cernuntur, hoc quoque aſſerit. Et inter recentiores Cardinal. Baronius, tomo 1. Annali. anno Chriſti 34 à num. 112. & ſeq. Perer. lib. 7. in Geneſ. in diſputat. propria de hac re. Benzonius Epiſcopus Lauretanus libro 2. de anno Iubilæi cap. 42. & lib. 1. de fuga, diſput. 29. propè finem. Cardin. Bellarmin. libro 3. de amiſſione gratiæ, & ſtatu peccati. cap. 12. Suarez. & Medina, in comm. D. Thom. quæſt. 46. artic. 10.

Noſtri ſeculi Doctores idē adſtruentes.

Facilis quoque accedit coniectura, Adam enim conſueuit inhabitare loca, quę poſtea fuerunt ſub partitione Tribus Iuda, ſicut teſtatur Chriſtianus Adricomius in deſcriptione Terræ Sanctæ, in Tribu Iuda, numero ſeptimo, dicit enim eſſe ſpeluncam Adam in qua traduntur Adam, & Eua centum annis luxiſſe Abelem; in qua etiam viſuntur lecti eorum ſaxei, longitudine pedum triginta. Quod etiam ante ipſum docuerant, Borchardus in deſcriptione Terræ Sanctæ, Bredenbachius Itinerario 6. Salignanus tomo 10. capit. 5.

Adam viuens Palæſtinam incolebat.

Adam centum annis luxit Abelem.

Lectus ſaxeus Adæ longitudine pedum triginta.

A qua communi Patrum ſententia recedere nolo, quod & eorum auctoritates plurimi faciam, & quod traditioni proxima ea ſententia videatur. Quæ etiam traditio noſtro ſeculo perdurare videtur: nam ad pedes Chriſti crucifixi conſueuimus craneum hominis pingere, aut ſcalpere, quod Adę nobis craneum refert, vt teſtatur Ioannes Molanus, libro de picturis ſacris, capit. 78.

Cur ad pedes Chriſti crucifixi cranium pingatur.

Neque etiam vrgere videntur, quæ in contrarium adducuntur: dum enim Ioſue

Soluuntur argumenta in contrarium allata.

Digitized by Google

Ioſue cap. 14. dicitur Adam maximus inter filios Enachim,ibi ſepultus communiter Doctores aſſerunt Adam non eſſe ſolum nomen perſonale primi hominis,ſed & eſſe commune homini. Adam enim ſignificat hominem;ſenſum ergo volunt eſſe;ibi Vir maximus inter filios Enachim ſepultus eſt.

Ad D. Thom.congruentiam facilis patere reſponſio poteſt. Primò enim nō ita mordicus hoc negat S. Doctor, ſed ſolum aſſerit magis debuiſſe Chriſtum crucifigi in communi loco damnatorum, vt oſtenderetur quòd Crux Chriſti non ſolum erat in remedium contra peccatum perſonale ipſius Adæ, ſed etiam contra peccatum totius mundi.

Montes an præextiterint ante diluuium.

Quod autem montes dicantur facti in diluuio, controuerſam tangit quæſtionem: nam re vera negare non poſſumus, quin montes plurimi diluuij inundationibus concreuerint; cum Bononię, Veronæ,& in alijs altiſsimis montibus ego conchilia plurima,& teſtaceas conchiliarum cruſtas effodi in maxima copia viderim;omneſque,qui idipſum mecum viderunt, reliquias,& monumenta diluuij teſtabantur. Mirabile illud, quod à viris fide dignisſimis audiui,quod Feltri,ea eſt vrbs Italiæ,ditionis Venetæ, propè Germaniæ fines,dum è quodam monte ſaxa eruerentur, inuentum fuiſſe gigantis corpus in ſaxum conuerſum,quod ſcilicet dum diluuij alluuionibus montes excitaretur, ibi, obuolutum ſit gigantis cadauer, quod prius, ſale conditum ne putreſceret, tandem diuturnitate temporis in lapidem induruit. Et quam facile ex maris perturbationibus & agitationibus montes excitentur, apertè, & ſenſatè nimis veneti experiuntur, qui facta tempeſtate, fluctibuſque Adriatici maris excitatis, ne aduentantium naues naufragij detrimentum patiantur, Magiſtrum nauium aduehendarum,quem Archipeotam Italicè *l'Armiraglio* vocant, emittunt, qui perpendiculo in mare demiſſo,vadum explorat, perſępè nouos montes magnos arenæ, alijs complanatis, verticum vi coacervatos deprehendit,quos illi *Pezzas* vocant;ita enim tempeſtatum rabie maris vndæ exagitantur, vt *ſimul* arenæ egerantur, iuxta illud Virgilij Æneidos primo,

Cadauer gigantis in monte inuentum.

Cadauer hominis in ſaxum conuerſum.

Experientia Adriatici maris.

furit æſtus arenis
Treis notus abreptas in ſaxa Latētia torquet,
Saxa vocā Itali, medijs quæ in fluctibus aras
Dorſum immane mari ſummo.

Negandum igitur nulla ratione erit, plurimos mōtes diluuij inūdationibus excitatos eſſe. Verū, ante diluuij tempora fuiſſe aliquos montes,non ita difficile erit hanc coniecturam aſſequi, valdè enim probabile eſt, tunc,cum in prima mundi conſtitutione iuſſit Deus ſeparari aquas ab aquis, & apparere aridam, miniſterio Angelorū, egeſtas eſſe ruderum moles ingentes, vt excauata terra locum relinqueret, in quo ſubſiderent aquæ, quæ verò egeſta eſſet tellus,ea montes firmauit. Pluribus hoc probat Aſcanius Martinēgus in Gloſſa Magna in Geneſ. quæ ego libens prætermitto, ne longius ab inſtituto deflectam.

Montes diluuio præextiterunt.

Argumentum ſatis efficax hoc teſtari videtur,quod altiſsimi quique montium ferè ad latera marium excitata tollantur in altum. Quare aut Caluariæ mons potuit præextitiſſe diluuio, & in ipſo condi Adæ corpus. aut certè ſi in diluuio montes excitati ſunt, non admodum difficile erit aſſerere, quo in loco ſepultum fuerat Adæ corpus, ibi diuina excitatum prouidentia, poſtea fuiſſe temporibus diluuij montem,qui Adæ cadauer cōderet, in quo eius cranium,& caluaria fuerit inuenta.

Altiſſimi montes circa maria.

Adæ corpus quomodo ad Caluariæ montem delatum.

Quæ tandem ex nomine Hebron, quod diceretur ciuitas quatuor hominum, coniectura deducitur, ea ſatis infirma eſt; nam alij ad Abraham, Iſaac, Iacob addunt, non Adam, ſed Arbe, alij Enac, vt quaternarius numerus expleatur.

Admo-

Digitized by Google

Admonet me nunc hæc ipſa de Caluariæ monte ſuſcepta diſceptatio, vt quod memoria proditum eſt, grande prodigium hoc loco, quaſi aliud agẽs, afferam. Non inanis digreſsio iudicanda, quæ magnæ pietatis ſecum fructum afferat. *Traditur in petroſo Caluariæ monte, in eo loco, qui ſiniſtræ manui Chriſti in cruce extenſi ſubſidet, cum Chriſtus animam Patri tradidit, & petræ ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta ſunt, tunc etiam excauatam eſſe ſciſſuram quandam, & foramen quoddam magnum, in quo dominici ſanguinis color adhuc deprehendi poteſt. Huius foraminis latitudo tanta eſt, vt hominem capere facile poſſit, profunditas immenſa, adeò, vt dimiſſo bolide explorari non queat, nec per perpendiculum ſufficiens lucis, adeò, vt foramen illud ad inferos vſque protendi dicatur, vt myſterio locus pateat. Vt enim latroni qui à dextris erat, locum aperuit quo ad cœlum vſque eueheretur, ita impio latroni à ſiniſtris pendenti, & omnibus qui eius impietatẽ ſequuntur, locum ad inferos vſque ſciſſo effoſſum. Sanguis enim Chriſti, qui iuſtis author eſt gloriæ, impijs confuſionis acerbiorisque horroris eſt cauſa.* Huius ſciſſuræ meminit, & illam atteſtatur Chriſtianus Adricomius, libro deſcriptionis Hieruſalem, nume. 252. Bredenbachius in deſcriptione Terræ Sanctæ ſub die 12. Iulij; Georgius Braum, Agrippinas in Theatro præcipuarum vrbium totius mundi, itin. 6. Sed extat inſigne teſtimonium Luciani Antiochenſis Presbyteri, viri antiquitate, ac vitę ſanctitate celeberrimi, quod teſtimonium eo maiorem habet authoritatem, quo pro fidei noſtræ veritate confirmanda, adducitur. Hoc teſtimonium refert Euſebius Cæſarienſ. libro nono Hiſtor. Eccleſiaſticæ, capitulo ſexto, ſi tamen liber hic eſt Euſebij, & non potius primus Ruffini. Teſtimonium Luciani eſt eiuſmodi in oratione rationem reddente catholicæ religionis, aſtipulatur, inquit, his ipſe in Hieroſolymis locus, & Golgothana rupes ſub patibuli onere diſrupta.

Fructuoſa digreſsio.

Grande prodigiũ.

Foramen immẽſum in Caluariæ monte.

Sciſſuræ comprobatio.

11. *Prætereà oſſa corporis exteriora denudarent*, &c. Merito cum Dauid Crucifixionem Chriſti prædixiſſet, dicens: *Foderunt manus meas, & pedes meos*, & ſubdit, *Dinumerauerunt omnia oſſa mea.* Illud enim cauſa, hoc verò cauſatum, ad extenſionem enim Chriſti in cruce ſubſecuta eſt oſſium dinumeratio. Quare Euſebius, & Theodoretus locum hunc explicantes, ſic Chriſtum loquentem inducunt: *Sic me dum traſcerent, at Cruci affigerent, extenderunt, vt facillimum fuiſſet cuilibet oſſa mea numerare.* Et Nicephorus, ita, *vt oſſium meorum compagines dinumerari poſſent.* Efferatam hanc crucifigentium Chriſtum rabiem Ioannes Eckius acute deſcripſit, in tract. de Paſsione Domini, dicens Chriſtum adeò dirè in cruce extenſum eſſe, vt venæ, neruique diſcerperentur. Hoc nos etiam paſsim apud alios auctores legimus. Verum quoniam hoc nonnulli tanquam ὑπερβολικῶς ad exaggerationem magis, quam ad rei veritatem dictum putant, ideò apertis firmiſque teſtimonijs erit hæc veritas confirmanda. Accedat igitur in primis beatiſsimæ Virginis teſtimonium, hæc enim B. Brigittam alloquens lib. primo reuelationum cap. 10. ſic Chriſti crucifixionem explicat, *Primò dextram manum eius affigentes ſtipiti, qui pro clauis perforatus erat, & manum ipſam ex ea parte perforabant, qua os ſolidius erat: inde trahentes cum fune aliam manum eius ad ſtipitem, eam ſimili modo affixerunt. Deinde dextrum pedem crucifixerunt, & ſuper hunc ſiniſtrum duobus clauis, ita vt omnes nerui, ac venæ diſrumperentur.* Et infra, *Manus eius, & pedes rigidiſsimè extenſi erant, & iuxta formam cruci attracti, & conformati.* Et libro primo cap. 7. Idem refert lib. 4. cap. 70. Sed & ipſe Chriſtus hoc idem ſanctæ Brigittæ reuelauit, vt legimus lib. 7. cap. 15. Ita enim reuelationem ſibi factam deſcribit ſancta Brigitta, *Primò dextram manum perforabant, deinde ſiniſtram fune trahentes, vehementer, cruci affixerunt. Deinde extenſo corpore vltra modum in cruce poſita fuit vna tibia ſupra aliam, & ſic iunctos pedes affixerunt*

Oſſa Chriſti quomodo dinumerantur.

Chriſti extenſio in cruce aſperrima comprobatur.

in cru-

interuco duobus clauis : & in tantum extenderunt illa glorioſa membra in cruce vehementer, quod quaſi omnes venæ eius, & nerui rumpebantur. S. Bern. tract. de Paſsione Domini cap. 7. *Dinumerauerũt omnia oſſa mea; ac ſi diceret, Tantum diſtentus ſum dextrorſum, ſiniſtrorſum, & à ſummo deorſum, vt corpore undo in modum timpanicæ pellis diſtenſo, facilè poſſent omnia oſſa mea dinumerari.*

Venæ & nerui Chriſti in eius extẽſione diſrupta.

12. *At hæ ſacratiſsimæ manus, cum claui refigerentur, & deiectæ fuiſſent, ſanguineis guttis irrigabãtur*, &c. Poſtquam auctor vulnera in Chriſti manibus ſcintillãtia deſcripſit: nunc loca in quibus myſticè vulnera manuum, decurrentiſque ſanguinis ſtillę ſunt figurata, proſequitur. Tollenda in primis eſt apparens quædam contradictio, quæ in ſapientiſsimi Antiſtitis noſtri dictis deprehendi videtur. Is enim in c. 20. D. Ambroſ. ſententiam adfert, quod miraculoſum ſit, ſi è corpore mortuo ſanguis effluat, ideò miraculum cenſet, quod aperto Chriſti latere, ſanguis & aqua manarit. Nunc autem euulſis, retractiſque clauis è manuum vulneribus ſanguinem aſſerit effluxiſſe. An nouum igitur hoc loco miraculum erit effingendum, cum prius latus ſit effoſſum, quã reuulſi claui, atque e vulneribus extracti? Verum hæc contradictio nulla eſt: nam etſi interdum in cadaueribus concreſcat ſanguis, ſæpiſsimè tamen ex iiſdem magna etiam in copia ſanguinem interdum è naribus, interdum ex ore, interdum ex vulneribus, maximè verò ſi præmortui hoſtis, qui vulnus intulit, aut parentum aliquis, vel aliquo cõſanguinitatis gradu propinquus acceſſerit; tunc reuiuiſcere plagas, ebullire vulnera, ſanguinem vbertim effluere, non ſine maxima admiratione atque aſtantium ſtupore conſpicimus. Tum igitur in Chriſto naturalis hæc paſsio Matre preſente fortè reuixit. Sed illud addatur, quod nos ſupra ex B. Brigittæ teſtimonijs oſtendimus, clauis nõ ſolum manus tranſuerberatas, ſed etiam neruos, venaſque transfixas; qua ergo ex parte claui partem manus, quæ ad digitos vergit, ita comprimebant, vt ea ex parte ſanguis non poſſet effluere, quis non videat, quod retractis clauis, apertaque ſanguini via, qui in venis ad digitos tendentibus includebatur, ſanguis, prout pius tradidit Paſtor, effluxerit? Hac igitur veritate firmata, ad vaticinij explicationem tranſeamus.

Contradictio apparens.

Tollitur contradictio.

Cadaueris è vulnere ſanguis effluit, ſi hoſtis, vel agnatus aduenia.

Quomodo è plagis Chriſti iã mortui ſanguis fluere potuerit.

Manus eius tornatiles aureæ. Tornatile dicitur, quod torno rotatum, & expolitum eſt, exitque illud rotundum. Vnde quidam cecinit,

Quod velut à torno ſic prodiſſe putes.

Et Horatius.

Currente rota cur vrceus exit?

D. Gregorius in cap. 5. Cant. 6. Tornatiles manus Chriſti intellexit, quia ſicut quod tornatur in ſua rotunditate, ſine obſtaculo voluitur, ſic Chriſti opera in rectitudinis rotunditate voluebantur, vt nulla ei peccati macula obſiſteret. At Rupertus ibidem in tornatilibus manibus agilitatem ad miracula perpetranda intellexit, quæ enim torno fabricata ſunt huc, illucque maxima cum agilitate feruntur: ideò Chriſti manus tornatiles dicuntur, quia maxima cum poteſtate, & agilitate omnia quæ Chriſtus voluit, operabantur. Hugo Cardinalis in eundem locum, manus tornatiles vocat. Quæ enim torno fabricata ſunt, ea artificioſè ſunt elaborata. Vt ergo ſciamus quod Chriſti opera maximo ſunt artificio elaborata; omnia enim in numero, pondere, ac menſura diſpoſuit. His ego doctiſsimis explanationibus aliam nouam adderem, quod manus Chriſti dicantur tornatiles, quia eius manus rotunda plaga fuerunt exornata. Clauus vt ſupra oſtenſum eſt, rotundus, rotundam in Chriſto figuram impreſsit. Vel ſi manus cũ infixis clauis ſimul ſumantur, tornatiles dicẽtur, quia claui tornatiles erant, eodem elocutionis artificio, quo Poëta cecinit,

Chriſti manus cur tornatiles dictæ.

Chriſti opera artificioſè elaborata.

Manus tornatiles quia vulnera manuum fuerunt rotunda.

Pulſauit buccina buccas. non enim buccina buccam, ſed bucca buccinam pulſat; ita tornatiles manus propter tornatiles infixos clauos dicentur.

Chriſti manus aureæ.

Aureę autem dicuntur manus; aurea enim pretioſa ſunt, ita Chriſti opera pretioſa: vel in auro diuinitatem intelligamus. Plenæ hyacintis dicuntur; hyacinthus interdùm gēma, interdum flos eſt, cœleſtis coloris. Hyacintino colore Deus maximè oblectatus eſt, hyacintina enim veſte exornari voluit ſummum Sacerdotem, Exodi 25. 26. & 28. Leuit. 8. Hyacintinam vittam inſtituit. Anſulas etiam voluit Deus hyacintinas, quibus tabernaculi cortinæ connecterētur. Hyacintinis etiam pellibus tabernaculum voluit operiri, Exodi 25. & ſequentibus. Dimicantes in Apoc. cap. 9. Hiacintinis loricis tegebantur. In celeberrima autem ſtructura Hieruſalem, vndecimum lapidem quo inniteretur ciuitatis ſtructura, voluit eſſe Hyacintum, manus quoque ſponſi ſunt plenæ Hyacintis.

Hyacinto cœleſtia explicantur. Hyacintinis ornamentis Deus delectatus.

Manus Chriſti cur plenæ hyacintis.

Manus hyacintis conſtipatas variè Doctores interpretantur. Rupertus manus hyacintis plenas dixit, propter cœleſtem retributionem æternæ felicitatis. Arethas in cap. 21. Apocalyp. In manibus Chriſti admiranda eius opera intelligit, in hyacintis, myſticos ſenſus, & recondita myſteriorum arcana, quibus Chriſti opera ſunt conferta. Hugo Cardinalis per hyacintos, quibus Chriſti manus ſunt plenæ, explicat interdum dona cæleſtia, interdum dona Spiritus ſancti, cœleſtes retributiones, virtutes, miracula. Noua ergo videtur explicatio, ſi ideò Chriſti tornatiles manus dixerimus plenas eſſe hyacintis, quia guttis ſanguinis velut cœleſtibus gemmis, aut floribus ſunt refertæ; noua planè videbitur, non tamen incongrua.

Hyacinto dona cœleſtia exprimuntur.

13. *Quod tanti ſint æſtimata, vt humanam naturam in libertatem redemptam vendicare poſſint*, &c. Immenſum ad nos redimēdos Chriſti ſanguinis valorem conſiderans B. Ambroſ. dicebat, *Bonum aurum eſt ſanguis Chriſti:* hoc auro redempti ſumus, ideò Apoſtolorum Princeps dicebat primæ Petri cap. 1. *Scientes quod non corruptibilibus auro, vel argento, ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati, & incontaminati Chriſti redempti eſtis, de vana veſtra conuerſatione.* Et Eccleſia canit, *Dediſti tuum ſanguinem, noſtræ ſalutis pretium.* Pretioſi huius ſanguinis valorem conſiderans Clemens VI. in Extrauaganti, *vnigenitus*, dicebat, vnicam guttam Chriſti ſanguinis ſatis fuiſſe ad vniuerſum orbem redimendum. Nazian. oratione 2. de Paſchate, *Exiguæ*, inquit, *gutta ſanguinis Chriſti orbem inſtaurarunt.* Cauſa autem tanti valoris eſt, quia ſanguis hypoſtaticè vnitus fuit. Quare Clem. Alexand. lib. 3. Pedagogi cap. 3. dicit; *Verbi particeps fuit humanus ſanguis, & gratia per Spiritum habet communionem.* Quare in 6. Synodo, actione 8. & 16. dicitur, *Factus eſt Deus homo in aſſumptione carnis, & ſanguinis.* Quod dictum ſæpè repetijt S. Leo epiſt. 10. & ſerm. 8. & 10. de Paſsione. Quam veritatem de fide definitam à Clem. VI. docuit Nicolaus Eumericus in Directorio Inquiſitorum, quęſt. 10. & Sylueſt. in aurea Roſa, quæſt. 31. dicit, idem à Pio II. definitum. Qua de cauſa ſacroſanctum Chriſti ſanguinem, ſummo adorationis genere, quæ λατρεία dicitur, adoramus.

Pretioſus Chriſti ſanguis.

Chriſti ſanguis redemptionis noſtræ pretium.

Vna gutta ſanguinis Chriſti quantum valeat.

Chriſti ſanguis hypoſtaticè vnitus.

14. *Sunt etiam Hyacinti genus florum*, &c. Hi ſunt flores quibus ſtipari, ac fulciri Sponſa cupiebat, dicens: *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo.* In floribus enim cœleſtes gratias intelligebat, & ſpirituales profectus, quibus ad iuſtitiam tendūt tyrones, cathecumeni, incipientes, ac proficientes, vt ſanctus Greg. in cap 2. Cant. & in hom. 15. in Ezechiel. Bernard. ſerm. 51. in Cantica.

Quibus floribus ſtipari nos optandum.

15. *Quin etiam cœlum idem ab ſanctis hiſce vulneribus ſplendore perfuſum ingentis*, &c. Quis

Digitized by Google

&c. Quis crederet vnquam? Mirum planè, quod etiam ab hominibus, terreſtribus ſcilicet animalibus, ſit cœlum condecorandum, & tamen reuera ita eſſe deprehendimus, diuina ſic diſponente clementia, *Fulgebunt*, inquit Dan. cap. 12. *docti ſicut Sol, & qui multos erudiunt ad pietatem, quaſi ſtella in perpetuas æternitates*. Et Sapientiæ 2. impij dicent, *Hi ſunt quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperij: ecce, quomodo computati ſunt inter filios Dei.*

Cœlo decus hominum gloria addet.

16. *Hæ ſunt etiam manus illæ*, &c. Quid hoc loco agimus, nam quæ verba hęc enunciat, Sponſa eſt, non Sponſus: ſic autem, vt à Sponſo dicta accipiuntur. Non igitur hoc nos terreat; in Sponſa enim Eccleſiam intelligimus: hæc autem, & prout cum capite, ac Sponſo vnita eſt, accipi poteſt; interdum, vt ab eo diſiuncta eſt. Primo modo accipitur cum de ea dicitur, *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit delicijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum*; en vt cum Sponſo coniuncta eſt. Secundo modo accipitur cum ipſa dicit, *Quæſiui illum, & non inueni*. Hoc loco accipiatur Sponſa, vt cum dilecto ſuo coniuncta eſt. Tunc enim & Sponſæ manus Sponſi manibus iunctæ, ideò diſtillant myrrham; quia manus quoque Sponſi myrrham, eamque probatiſsimam diſtillarunt. Ita enim in myrrha noſtræ carnis mortificationem, non vtcunque, ſed cum Chriſti Paſsione coniunctam figurat apud Ambroſium lib. de inſtitutione Virginum cap. 15. apud Hieronymum epiſtola ad Pammachium, apud Bernardum ſermone 53. in Cantica. Præclara ſanè ſtillicidia, digna, quæ cum myrrha, eademque probatiſsima conferantur. Eſt myrrha arbuſculum hominis altitudinem parum excedens, fructibus, floribuſque caret, odore quidem ſuauiſſima, guſtu amaricans, præſeruandis corporibus optima; cuius caudex durus, aſper, tortuoſus; cuius cortex ſi præcidatur, lachrymas emittit, quæ myrrha, eaque probatiſsima dicitur. Cum igitur adeò guſtui amara, præduraque ſit, merito Patribus pœnalitates, macerationes, pœnitentię opera præſefert, hæc myrrha probatiſsima, quam Sponſæ manus diſtillant. Verùm, quia in myrrha Origenes homil. prima in Cantica, & Baſil. in Pſal. 44. ibi, *Myrrha, & gutta, & caſia*, &c. intelligunt Chriſti humanitatem, eiuſque pro nobis ſuſceptas pœnalitates, quibus ſubſcribit Bernardus homil. 43. in Cant. Fulgentius ſermo. de Epiphania. Naz. oratione in S. Lumina, Hieronymus in cap. 2. Matth. Ideò cum inter præcipuas pœnalitates, crucis ſupplicium locum obtineat primum, meritò Chriſti manus diſtillaſſe myrrham dicentur, cum earum per clauorum foſsionem euulſo cortice, alteque inflicto vulnere, non lachrimę tantum, ſed copioſa ſanguinis ſtillicidia profluxerunt. Tamē digiti oſsium non quidem confractionem, concuſſionem tamen pręſentientes acerbiſsimam, cruciatuum myrrham ſtillarunt.

In Sponſa Eccleſia intelligitur.

Eccleſia dupliciter accipitur, aut quatenus Sponſo vnita eſt, aut vt ab eo diſiuncta.

Manus myrrham ſtillantes quæ

Myrrha mortificationem ſignificat.

Manus Chriſti in cruce myrrham diſtillarunt.

17. *Et quoniam ab eiſdem manibus plurimum virtutis manare oportebat*, &c. Locus nobis & ad intelligendum arduus, & ad explicandum difficilis, & ad intentionem noſtram confirmandam ineptus prima facie videtur. Quare meritò Gloſſa moralis Hieronymi in cap. 41. Ezechiel. cum obliquæ feneſtræ eſſent explicandæ, adducitur, quæ dicit, ignoſce lector difficultati, & veniam tribue confitenti. Per feneſtras enim obliquas, & in modu n retis factas, & quæ ſemper clauſæ ſunt, aſpicimus; ideò cœleſti præſidio opus eſt, vt diligenter explicetur à nobis, & percipiatur ab alijs. Locus is eſt ex 3. Reg. 6. vbi dicitur *Salomon feciſſe in templo feneſtras obliquas*; idem etiam apud Ezechielem habes cap. 40. & 41. Quid autem ſunt feneſtræ iſtæ obliquæ, non ita liquet. Caietan. notat in textu Hebraico legi, fecit feneſtras reſpicientes

Feneſtræ obliquæ.

Quales eſſent feneſtræ obliquę.

Digitized by Google

clauſas. Rupertus libro de Trinit. & eius operibus in 3. Reg. cap. 9. dicit, eſſe feneſtras penè occultas, quæ lumen non ferunt, quia Deus templum inhabitans lux eſt nullo extero egens lumine. At idem lib. 2. commen. in cap. 40. Ezechiel. cap. ſuo 11. dicit, Feneſtræ obliquæ, quaſi ſagittæ dicuntur, eo quod inſtar ſagittarum anguſtum in ædes lumen referant. Quod ante ipſum docuerat prius Hieronym. dicens Græcè dici τοξικαί, id eſt ſagittæ: ſeptuaginta legunt feneſtras abſconditas, S. Hieron. in cap. 41. Ezechiel. dicit, feneſtræ quoque erant in modum retis, inſtar cancellorum, vt non ſpeculari lapide, nec vitro, ſed lignis interaſcilibus, & vermiculatis clauderentur; pro quibus in Hebraico feneſtras obliquas habetur. Alij tortuoſas intelligunt, quæ per latos parietes contorto aditu laxarentur. Sanctes Pagninus vertit, feneſtras latas extrinſecus, intrinſecus anguſtas. At cõmunis explicatio Caietani, Lyrani, Hier. Cardinalis Charenſis, Ruperti eſt, eſſe feneſtras extrinſecus anguſtas, intrinſecus latas. Has Caietan. dicit appellari clauſas, has autem dicit non abſolutè clauſas, ſed relatiuè ad partem interiorem. Exiſtente enim magna groſſitie muri, non poterant intus exiſtentes foras aſpicere, ideò clauſæ erant ad aſpectum, apertæ ad lumen, non tamen quæ inhabitantes intus occluderent, quales ſunt feneſtræ marmoreæ foraminibus plenæ, reddentes quidem lumen, ſed claudendo aſpicientes. Ex tanta igitur Doctorum diuerſitate, hoc ſolum liquidò intelligimus, quod obliquæ feneſtræ erant illæ, quæ foris anguſtæ, intus latè patent, ingentemque luminis copiam intrudunt.

Feneſtræ abſcondi tæ.

Feneſtræ extra anguſtæ intra latæ obliquæ dicuntur.

Feneſtræ clauſæ ad aſpectum apertæ, ad lumen dicuntur obliquæ.

Quid autem feneſtræ obliquæ myſticè ſignificarent, non ita conuenit inter Doctores; adeò, vt in harum explicatione tutò illud vſurpare poſſimus, *Quot capita tot ſententiæ.*

Feneſtræ obliquæ quid myſticè deſignent.

Gloſſa moralis in feneſtris templi Doctores intelligit, qui dum ea quę in occultò vident publice pandunt, quaſi ſuſcepto ſolis lumine, cuncta tẽpli penetralia replent, quæ ideò, obliquæ, id eſt, intus laxiores dicantur, quia iubar ſupernæ cõtemplationis ad momentũ percipit, mox ſinum cordis caſtigãdo, amplius dilatat, & ad maiora capeſcenda ſolerti exercitatione præparat. Eadem ferè habet Gloſſa Hieronymi, in cap. 41. Ezechielis.

Feneſtræ obliquæ ſunt Doctores.

Gulielm. Durantus lib. 1. Rationalis diuin. offic. cap. 1. in ijs feneſtris Scripturas ſacras intelligit, quæ exterius anguſtæ ſunt propter litteralem ſenſum, interius autem latiores, quia myſticus ſenſus amplior eſt.

Feneſtræ obliquæ ſunt Scriptura.

Incognitus in Pſalm. 44. ſuper illa verba, *Adducentur in templum Regis.* Tropologicè feneſtras obliquas explicat, quod anima quæ eſt Templum Dei, debeat affectiones voluntatis exterius habere anguſtas, reſpectu temporalium, & latas interius reſpectu ſpiritualium.

Feneſtræ obliquæ ſunt voluntatis affectiones.

Propius accedit Bernardus in Parabola de nuptijs Filij Regis, & de ornamentis Sponſæ eius, hoc explicans anagogicè, *feneſtra*, inquit, *ex aëre conſtat & pariete, nam vbi eſt paries continuus, ibi nulla eſt feneſtra, ſed paries admittens intra ſe ipſum aërem vocatur feneſtra. Chriſtus verò eſt ex humanitate quaſi pariete, & diuinitate intra humanitatem lucente, it. q; Chriſtus feneſtra eſt, imò in ipſo quinque feneſtræ ſunt, ſcilicet Incarnatio, Conuerſatio, Doctrina, Reſurrectio, Aſcenſio.*

Feneſtra obliqua eſt humanitas iuncta diuinitati.

Propius adhuc accedit Rupertus vbi ſupra, *Templum non manufactum eſt*, inquit, *templum dominici hominis, non deforis lumen petit, non aliundè poſcit claritatem ſolis, aut diei; habet ergo feneſtras plurimas, non vt deforis lumen recipiat; ſed vt ſanctæ ciuitati de ſemetipſo lumen effundat. Quales iſtæ feneſtræ obliquæ ac penè occultæ, ſpiritus enim vbi vult ſpirat, & vocem eius audis, ſed neſcis vndè veniat, aut quò vadat.*

Feneſtræ obliquæ ſunt cœleſtes illuſtrationes.

Propius etiam acceſſiſſe videtur Petrus

trus Bercorius in ſuo Dictionario, feneſtra luminis, inquit, eſt B. Virgo. & Chriſti humanitas, quia non per oſtiū, ſed per feneſtram, quæ eſt via extraordinaria, & inconſueta ingreſſus eſt Dei filius in mundum, id eſt, per Virginem glorioſam, qui ingreſſus valdè exorbitauit à communi aliorum regula; vndè de Salomone dicitur 3. Reg. 6. *quod fecit in Templo feneſtras obliquas.* Et Ezech. 4. dicuntur feneſtræ ſuper oſtia clauſæ: quia B. V. & Chriſti humanitas feneſtrę ſunt obliquę, & clauſę: clauſę per Virginitatem, obliquæ per extraordinariā, & naturę cōtrariam qualitatem.

Feneſtris obliquis Chriſtus natus.

Noua igitur erit explicatio, ſi in templi feneſtris Chriſti vulnera intelligamus. Noua planè explicatio, inſignis tamen, & optima, atque ex Patrum teſtimonijs acutè deducta. Hoc autem qua ratione fiat breuibus indicabo. S. Aug. lib. 12. cont. Fauſt. Manichęum in feneſtra, quæ erat in latere arcæ, intelligit vulnus, quod in aperto Chriſti latere fuit inflictum. Idem quoque repetit lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 26.

Feneſtræ obliquæ ſunt Chriſti vulnera.

Beda lib. 30. Quæſt. in lib. Reg. q. 12. In oſtio lateris medij in parte dextra, in templo Salomonis, intelligit vulnus in latus dextrum Chriſti inflictum. Iiid. de Paſſ. Dom. In aquis, quę egrediebātur de tēplo à latere dextro, prout ſcribit Ezech. c. 47. intelligit ſanguinē, qui egrediebatur à latere dextro, accepti à Chriſto in cruce vulneris. Idem quoq; ſcripſit Rupert. in l. 3. Regum cap. 6.

Oſtium templi in latere dextro ſignificat vulnus lateris.

Si ſupra in feneſtra Arcę, Chriſti plagas Patres agnoſcunt, ſi in oſtio templi plagas Chriſti agnoſcunt, cur ergo in feneſtris plagas non intuebimur? Quid in Patrum doctrina nos prohibet? Rupert. l. 3. Reg. c. 10. Aug. l. 15. de Ciuit. Dei c. 26. *Quod oſtium accepit in latere arca, profectò illud eſt vulnus, quando latus crucifixi lancea perforatum eſt.*

Feneſtra arcæ vulnus Chriſti deſignabat.

Plagæ igitur Chriſti feneſtræ ſunt. Vt enim feneſtræ ſunt parietis foramina; ita Chriſti vulnera ſunt corporis eius foramina: feneſtræ ſunt ad proſpiciendum, ita quoque plagæ ad proſpiciendum ſunt: in ijs enim proſpicimus in infernum, vt quanta debeat eſſe peccatorum vitio cognoſcamus, quandoquidem tantum Deo cruciatum intulerunt. In cœlū proſpicimus, vt quanta ſit futura beatorum gloria, conſpiciamus, quę tanto pretio empta fuit. In ijs miſericordiam Dei proſpicimus, qui ſuo nos ſanguine redemit. In ijs Dei charitatem miramur; *Maiorem enim charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*; Ipſe verò poſuit pro inimicis. In ijs dæmonis verſutias proſpicimus, cœleſtiaq; præſidia contemplamur. In ijs Dei amorē, & peccati turpitudinem intuemur. Feneſtræ igitur ſunt plagæ à Chriſto pro nobis ſuſceptæ, illæque obliquæ: cur obliquæ? An quia contra iuſtitiæ ordinem inflictæ, vt innocens pro peccatoribus moreretur? An obliquæ, quia cum à clauis verſus baſim groſsioribus, verſus cuſpidem ſubtilioribus ſint inflictæ neceſſario, vna ex parte anguſtiores, altera ex parte laxiores eſſe debuerunt? An obliquæ quòd corpus ferientes triſtitiam quoque maiorem inferrent in animam? An vt dicit auctor ideò anguſtæ, quia à paucis conſiderantur, dilatentur tamen; cum pio cordis affectu à nobis intelliguntur? Indeque effluxit lux vnita. An tandem obliquæ, quia forinſecus valdè anguſtæ, intrinſecus autem in infinitum dilatantur? Extrinſecus quidem anguſtæ videntur, ſi ſolus homo pati, crucifigi, vulneribus conſcindi conſpiciatur. Intrinſecus autem in infinitum amplientur, ſi non purus homo, ſed Deus pati, crucifigi, vulneribuſque conſcindi credatur. O quàm in immenſum dilatantur! ô quantam luminis copiam ingerunt! ô quantum Dei Eccleſiam illuſtrant, & exornant!

Vulnerum Chriſti ad feneſtras comparatio.

Quid ex ijs feneſtris conſpiciamus.

Vulnera Chriſti cur obliquæ feneſtræ.

Plagæ manuum interrè laxiores, externè ſtrictiores.

Vulnera Chriſti dilatantur, ſi in homine Deus pati intelligatur.

Illud hoc loco non omittam, quod Hier. in c. 41. Ezech. ait, feneſtras haſce in modum retis fabricatas, cancelliſq; cōſitas tribus ex partibus templum circumu-

Feneſtræ obliquæ triplici ex parte templum illuminant.

cũunire, ſcilicet ab aquilone, meridie, occidente, verſus orientem feneſtras nullas eſſe. En quomodo hæc omnia Chriſto conueniunt. Is enim feneſtris reticulatis totus eſt obſitus, qui plagis, verberibus, vulneribuſq; vndique obſitus eſt, vt à planta pedis vſque ad verticem non ſit in eo ſanitas, omnique ex parte plagis circundatus eſt. Ab Aquilone, vnde patet omne malum, in myſtico corpore plagas perſecutionis excipit. Ab Occidente à peccatoribus. Ab Auſtro, ab ijs qui delicijs affluunt, vulneratur. Ab Oriente tamen, vndè diuinitatis radius ad nos exurgit, plagas non excipit, ea enim non fulget miraculis, cum humanitas ſuccumbat iniurijs.

Feneſtris reticulatis Chriſti corpus vndique conſitum.

Ab Aquilone, Occidente, & Meridie Chriſtus vulneribus ſauciatur.

B. V. in Chriſtum amor.

18. *Cæterum hoc loco pius lector meditabitur*, &c. Tanta erat caſtiſſimæ Matris in puerum IESVM amoris intenſio, tanta ſuauitas, vt cum pueri IESV pulchritudinem contemplaretur, incredibili voluptate perfũderetur; adeò, vt ipſa de ſeipſa dicat, *Tunc anima mea præ delectatione quaſi rorem ſtillabat*. At verò cum pueri IESV manus, ac pedes in quorum contemplatione adeò delectabatur, clauis dirè configẽdos meditaretur, en doloris gladio conficiebatur, copioſèque erumpentes lachrymę, ingentes animi dolores obteſtabantur; ita ipſa B. Virgo, apud ſanctam Brigittam lib. 1. cap. 10. & lib. 6. cap. 58.

B. V. prænidens Chriſti paſſiones grauiter angebatur.

Si hos dolores B. V. ex ſola vulnerum Chriſti prænotione patiebatur, quales tandem dolores eam paſſam eſſe putabimus, cum Chriſtum amariſſima patientem, eiuſque manus, ac pedes, dira clauorum confoſſione transfigi cerneret, *Oculi enim dolorem augent, nec auertere à miſerijs cogitationem ſinunt*. Profectò, adeò acerbi cruciatus virgineum pectus penetrarunt, vt dolorum acerbitate, quaſi emarceſſentibus corporis viribus, in terram ſe veluti exanimem corruiſſe teſtetur. Hic B. V. ſpaſmus inſigni piorum veneratione celebratur. Sed hic parumper ſubſiſtere opus eſt, ſubtiliq; indagine perſcrutari, an in B. V. ſpaſmus fuerit.

Oculi augent dolorem.

B. V. in terrã collabitur.

AN B. V. SPASMVM PASSA *fuerit, & qualem.*

PLVRES maximi nominis auctores legi, qui in B. V. ſpaſmũ admittendum non eſſe conſtanter aſſeruerunt; ita Suarez 3. p. to. 7. diſp. 41. ſect. 2. Caiet. tomo 2. opuſc. quæſt. vltima. Bartholom. Medin. 3. par. q. 27. art. 4. Ianſenius in Concordia Euangelica, quorum fundamenta præcipua ſunt.

Spaſmum in B. V. nõ admittendum.

Primò, quia ſpaſmus, ſiue ſpaſma, dicit contractionem, & conuulſionem neruorum quę à voluntario motu, mẽbra in naturalem motum vi retorquet, ita Auicennas, tractatu de ſpaſmo. D. Thom. lect. 2. in 2. lib. meteorolog. ſed in B. V. non fuit hæc neruorum, vel membrorum contractio, cum apertè Ioannes cap. 19. dicat, *Stabat autem iuxta crucem* IESV, MARIA, &c.

Prima ratio.

Quia indignum eſt tanta perfectione, atque excellentia B. V. quod ipſa animę deliquium, & deliramenta rationis paſſa dicatur; cum B. V. ex optima complexione, ne ęgrotaſſe quidem vnquã putanda ſit. Licet quidam ſpaſmũ in B. V. fingant, vt eius dolorem exaggerent, num animo aduertunt ſe in eo, quod B. V. commendare ſtudent, plurimũ de B. V. dignitate detrahere: nam tollunt ab ipſa heroicum illum conſtãſtantiæ gradum, quem maximè in ea Patres commendant. S. Antoninus 4. p. Summæ, tit. 5. c. 41. §. 1. qui dicit, quod B. V. ſtabat ante crucem verecũda, modeſta, lachrymis plena, doloribus immerſa, ita tamen diuinæ voluntati conformis, quod, vt Anſelmus, ait, *ſi oportuiſſet, ad implendam ſecundum rationem voluntatem Dei, ipſa filium in cruce poſuiſſet, atque obtuliſſet: neque enim minoris obedientiæ fuit, quam Abraham*. Imò. Patres ita commendant B. V. conſtantiam, vt dicant, quod Chriſto patiente, ipſa filij paſsionem Patri offerebat. Ideò Ambroſ. de obitu Valentiniani dicit,

Secunda ratio.

Tertia ratio.

B. V. qualiter Cruci aſtiterit.

B. V. Chriſtum proprijs manibus crucifixiſſet ſi opus fuiſſet.

Digitized by Google

B. V. obedientia, maior obedientia Abraham. dicit: *Stantem illam lego, flentem non lego.* Iſti noſtri fingunt eam eiulantem, crines euellentem, genas laniantem, & grauitate ſua indignâ facientē.

Quarta ratio. 4. Quia carius erat Deo, quod B. V. Chriſto compateretur ſecundum partem rationalem, quam quod à rationis ſede abducta, ſenſibus quoq; priuata, in terram collaberetur.

Quinta ratio. 5. Quia B. V. tanta gratiæ perfectione prędita fuit, vt nullos pateretur motus, imò ne primos, ſed omnes motus ad imperium rationis illi prę ſto eſſent.

Spaſmus in B. V. admittendus. Verùm, pia fideliũ credulitate ſpaſmus in B. V. circumfertur; nam erigũtur altaria, ędificantur Eccleſię ſub inuocatione ſpaſmatis B. V. Beatiſsimãque Virginem doloris acerbitate, in terram collabentem, pictæ tabellę in Eccleſijs publicè expoſitę pręmonſtrant. Tradũt etiam, qui Terrę Sanctę deſcriptionem referũt, in loco vbi B. V. ſpaſmum paſſa dicitur, excitatam eſſe Eccleſiam, quę vocatur S. Maria de ſpaſmo. B. V. vbi ſpaſmum paſſa. Hanc quoq; ſentẽtiam grauiſsimi auctores docuerunt: S. Bernard. opuſc. de lamentat. B. V. S. Bonau. lib. Medit. vitę Chriſti c. 77. & 79. Anſel. dial. de Paſs. Dom. B. Laurẽt. Iuſtin. lib. de triumphali agone c. 21. Diony. Cartuſ. in c. 19. Ioan. Io. Lanſperg. l. elucidationum in paſs. Chriſti. Lodulph. in vita Chriſti p. 2. c. 64. & 70. Chriſtoph. Verucchinus lib. Medit. & paſsim qui ſerm. de paſs. Dom. conſcripſerunt.

Conciliãtur ſentẽtiæ diſſidentes. Quid igitur in tanta Doctorum diſſenſione piè, probabiliterque dicendum erit, cum ex altera parte, alios legamus dicentes impium, ac temerarium eſſe, ſpaſmum in B. V. confingere: ex altera verò parte viros inſigni pietate prędi tos ſpaſmum in B. V. prædicantes, legamus.

Spaſmus multipliciter dicitur. Hinc ergo veritas patere poterit, & facilè Doctores concordari poterunt, ſi ſpaſmum non vna tantum ratione, ſed multipliciter dici obſeruauerimus: quod etiam Caietanus vbi ſupra, & Cœl. Rhodigin. libro vltim. lection. antiquarum, adnotarunt.

Prima ſpaſmi acceptio pro propriè dicta. Primò enim ſpaſmus propriè dictus, eſt, cum ex vehementia, & acerbitate doloris, nerui contrahuntur, & conuelluntur, & rigeſcunt: vt non ſolum cruciatum acerbiſsimum inferant, qui etiã hominem à rationis, & ſenſuum vſu abducant, hominemque exanimem reddant, poſt longam verò moram, etſi rationis ſenſuumque vſum homo recuperet, longo tamen poſtea morbo detineatur; & hunc ſpaſmum in B. V. ponere impium, temerariũ, & vt Med. ſupra dicit, hæreticum eſſet, hoc enim efficaciter confutatur ex eo, quod B. V. *Stabat iuxta crucem* IESV, quod propriè eſſe accipiendum, optimè probat Caietanus, & Medina, vbi ſupra. Qualis ſpaſmus in B. V. non ſit admittendus.

Secunda ſpaſmi acceptio. 2. Spaſmus dicitur cum etiam abſq; neruorum cõtractione, vel conuulſione dolor tamẽ ita augetur, vt cruciatus acerbitas deliquium rationis, vel ſyncopen inducat; adeò vt homo cõcepto mortis pallore, ſenſibus ita abdicatur, vt frigido ſudore madefiat, & non ſolùm ſenſibus, ſed ne ratione quidem vti poſsit. Tale deliquium animi ſæpè cruciatus, quibus iudices ad veritatem eruendam ſontes vexant, inferre ſolẽt. Et hunc etiam ſpaſmum à Deipara Virgine remotum fuiſſe, fatendum eſt; vt optimè Caietanus, vbi ſupra; nam hoc ipſo quod nõ ſolum à ſenſibus, ſed etiam à ratione abducit, graue inferret B. V. excellentiæ præiudicium. Spaſmus cum deliquio animi in B. V. non admittendus.

Tertia ſpaſmi acceptio. 3. Communi omnium locutione ſpaſmus dicitur dolor valdè acutus, & intenſus, qui etſi neruos non contorqueat, neque conuellat, neque etiã ſenſuum vſum, multò minus rationis vsũ non intercipiat; adeò tamen dirè, ac crudeliter vexat, vt vires corporis imminuat, adeò, vt robur corporis quodammodo marceſcat, & viriũ debilitas ſubſequatur, & ſuſtentare ſe vix homo poſsit, in terramque interdum labatur: ſit dicit Ezech. *Emarcui, nec habui quicquã virium.* Hunc autem ſpaſmum in B. V. pij Viri admittunt. Hic enim doloris Qualis ſpaſmus in B. V. admittendus.

Digitized by Google

acerbitatem exprimit, ſed B. V. excellentię iniuriam nullam irrogat. Hanc autem doloris acerbitatem, paſſam eſſe B. V. non ſemel, ſed etiam iterato, apertis eiuſdem B. V. S. Brigitt. alloquentis teſtimonijs cōprobare poſſumus: nam l. 1. c. 10 de Chriſti flagellatione loquēs dicit, *Ad primum igitur ictum, ego, quæ aſtabam propinquius, cecidi quaſi mortua, & reſumpto ſpiritu vidi corpus eius verberatum;* & infra de crucifixione Chriſti verba faciens, dicit: *Cum primus clauus infigeretur ei, ego ad primum ictum cõturbata cecidi quaſi mortua, oculis obſcuratis, manibus tremẽtibus, pedibus nutantibus, & nõ reſpexi præ amaritudine antequam ex toto affixus erat. Surgens verò, vidi filium meum miſerabiliter pendentem.*

Miſerabilis matris compaſſio.

Ecce igitur quomodo talem doloris acerbitatem B. V. deſcribat, quæ corporis quidem vires imminueret, ſicut etiá l. 2. c. 21. explicat idem dicens, *Etiam cum filius meus de cruce deponeretur, ſicut mulier pariens, cuius omnia membra tremula ſunt.* A ſenſuum officio, neq; à rationis imperio deiecta fuit, ideò dicit: Aſpicere nolui dum figeretur; poſtea verò ſurgens vidi filium pendentem. Similia habet l. 4. c. 70. & l. 7. c. 15. Ideò optimè hæc cohærēt cum illo quod crucifixo Chriſto ſtaret iuxta crucem, & l. 6. c. 57. aurea hęc verba habet. *Quoties audiui opprobria Filij mei, & mendacia, & inſidias ei poſitas; toties animus meus motus eſt dolore, ita quod vix tenere ſe poterat; ſed virtute Dei dolor meus modum, & honeſtatem habuit, ne impatientia, & leuitas in me notaretur; & quando vidi Filium meum ligari, & flagellari, & in ligno ſuſpendi, corrui quaſi exanimis; ſed reaſſumpto ſpiritu, fleti dolens, & ſic patienter ſufferens, vt nec inimici, nec alij in me aliud reperirent, niſi grauitatem. Quid enim videbis in Sunamite niſi choros caſtrorum?* Quare ex ijs patet, an, & quomodo ſpaſmus in B. V. ſit admittendus, & quid ad obiecta argumenta reſponderi debeat.

Quomodo omnia concilientur.

In B. V. nil indecorum inuentum, &c.

19. *Mox virginem ſibi ante oculos propoſitam, & hæc exoſculantem, vulnera meditans, &c.* Matres nonnullas legimùs ex filiorum interitu, tãto mœrore afflictas, vt non ſolum hoſtibus mala imprecarentur, ſed ſibiipſis etiam mortem vltrò cõſciſcerent. Nam Thomiris Maſſagetarum Regina cum à Cyro filium ſuum obtruncatum audiſſet, adeò ira excanduit, vt captum bello Cyrum, in crucem egerit, caput verò eius enſe pręciſum in vtrem ſanguine plenum coniecerit, dicens: *Satiare ſanguine, quem ſitiſti.* Aliæ verò hoſtibus in ſemetipſas crudeliores, mortem ſibiipſæ conſciuere. At B. V. lachrymis plena, heroico pectore patienter omnia ferens, hoſtibus non iraſcitur, ſed filio compatitur. Et quamuis cum filio commori cuperet, nihil tamen in ſe committit, quo ſibi necem inferat: ſciens non a ſe, ſed ab alio occidi debere, qui veſtigia ſequitur Chriſti. Ideò Martyr fuit, & pluſquam Martyr, quæ gratias Deo retulit, quod poſt mortem filium ſuum in ſinum excipere, vulnera explorare, extergere ſanguinem, lachrymis ſacra redemptionis pignora rigare, & oſculari potuerit.

Matres filiorũ deſiderio, ſe occidentes.

Thomiris Reginæ Maſſagetarum ira, & crudelitas in Cyrũ Perſam.

Heroicum B. V. cor.

O incomparabilem mulieris fortitudinem! ô inuictam Virginis cõſtantiam, quæ etiam vulnera oſculatur! cunctas hæreſes ſola interemit. Quid dicent hæretici, cum Matrem filij ſui vulnera oſculantem legerint? qui nobis inſultare audēt, eo quod crucis ac paſſionis Chriſti inſtrumenta veneremur, dicentes; Pium filium Patris opprobria non venerari. Quod B. V. in filij vulneribus venerabatur, idem nos in Chriſti paſsione colimus. Quid igitur ô ſacerrima Virginum, in Chriſti vulneribus venerabaris? An hoſtium feritatem? An filij tui æſtuantem erga nos charitatem? Hanc vtique, *ſic enim dilexit nos; vt ſuo nos ſanguine redimendos cenſuerit.* Eadem igitur nos quoque veneremur. Chriſti igitur doloribus, ac B. V. cruciatibus pio animo compatientes, cum B. V. plagas à Chriſto pro nobis exceptas, atque ad pietatis excitationem, in ſacra Sindone pro nobis impreſſas, pia veneratione proſequamur.

B V mulier fortis.

B V oſculatur Chriſti vulnera.

B. V. hæreticorum ſtultitiam proſtrauit.

Quid nos B. V exẽplis excitati facere debeamus.

ALPHON-

Digitized by Google

ALPHONSI PALEOTI
ARCHIEPISCOPI II.
BONONIENSIS.

SACRAE SINDONIS
EXPLICATIO.

De Plagis ventris, ac dolore per illas in viſcera ingeſto; curque acerba illi adeò fuerint; quamuis cæteris minutiores eſſent.
Caput Decimumſeptimum.

Inſpiciatur exemplaris locus, per M. notam deſignatus.

SERVATORIS, 1. caro qualibet in ſui parte delicatiſſima fuerat, quod ex puriſſimis Virg. Matris Mariæ Dominæ noſtræ, ſanguinibus Spiritus ſancti virtute, conceptus fuiſſet; 2. ſed iſtæ ventris partes cæteris delicatiores erant; 3. quippe, quæ viſceribus inhærerent, quò fiebat, vt natura molliſſimæ forent, & ictus grauiſſimos eiſdem in partibus, cruciatus efficerent: & ſacra in Sindone plagæ minutiores illic apparēt, quàm reliquis in omnibus compareant; ſed innumerabiles exiſtūt; quod ibi grande vulnus infligi nequiret; 4. cum vēter, mollis adeò verberibus cædēdo reſtringeretur; 5. quod tamen non minoris eſt indicium doloris; quin multo maiorem procreat, ex ventris conſenſione prouenientem, & in viſcera permeantem, dum venter ipſe ſeſe quaſi colligeret; & vim ictuum illuc demandaret: vndè tum extrinſecus, tum etiam intrinſecus Seruator noſter hiſce in partibus acerbiſſimo cruciatu diuexatus eſt. 6. Hunc autem dolorem in viſcera penetrantem Agnus ille Paſchalis deſignauit: cuius inteſtina

Seruatoris ventres acerbiſſime diſcruciatus.

Figura ventris Chriſti verberibus diſſecti.

Exod. cap. 12.

Digitized by Google

comedenda fore Deus ipſe iubebat: vt exprimeret hunc immaculatum agnum Iesvm, cuius inteſtina Iudæi, & Romanorum miniſtri flagris deuaſtanda ſibi ſumpſiſſent, per illum demõſtrari, cum ictus innumerabiles ſæpiſſimè repetiti, per ventrem permearent in viſcera. Hunc autem Agnum Domini noſtri figuram expreſſiſſe, Iuſtin. Martyr inter alios egregiè declarat, dum modum, quo illum aſſarent, exponit, *Agnus Paſchalis,* inquit, *in figuram cuius ſolitus erat aſſari, affixus duobus lignis, recto, & tranſuerſo, in modum Crucis expanſis.* 7. Has autem verberibus excarnificatas partes Iob ante prænunciauit, *Interiora mea,* inquit, *efferbuerunt abſque vlla requie.*

Dial. cum Tryphon. orat. ad Anton. Pium. — *Iob c. 30.* — Vaticiniũ de Chriſti ventre flagellato.

8. De viſcerum verò cruciatu Ieremias, *Viſcera mea,* inquit, *conturbata ſunt.* Quin etiam clarius idem Diuinus Vates, *Vide Domine,* inquit, *quoniam tribulor, conturbatus eſt venter meus.* Hæc autem ventris conturbati diuexatio Dauidis diuino ſpiritu acti vaticinio, deſignata fuit, *Factum eſt,* inquit, *cor meum, tanquam cera liqueſcens in medio ventris mei.* At in medio ventris, dixit, vel ventris nomine pectus indicans, vel quod hac in parte laceratus adeò, ac deformatus erat, vt omni ventris, & pectoris diſcrimine ſublato, cor cecidiſſe videretur, cum nuſpiam ſuſtineri poſſe appareret; vel quod intra viſcera percuſſum, & diuerberatum, ſummoperè læſum extiterit; vel quod anima ob ventris dolorem planè liquefacta ſit, & ob duplicatas plagas, eadem in parte acceptas, dum illi ſubuenire parti laborat, miſerè ſanè diſcruciata fuerit.

Thren. c. 2. — *Thren. c. 1.* — *Pſal. 21.* — Chriſti cor dolore liquatum.

9. Hinc autem perpendi facillimè poteſt, ſi vnicus viſcerum dolor vitam valet eripere; quidnam potuerit duplicatus hac in parte Seruatori cruciatus interius, exteriuſque crudeliter quidem admotus: qui eo magis augebatur; quos Iob non alio decentiore modo deſcribere conatus eſt, quam ſi ipſorum terribiles oculos, & obtutum indignatione refertum circumſcriberet, *Terribilibus,* inquit, *oculis intuitus eſt me.* 10. Modo quidnam faciendum nobis erit, dum iſtiuſmodi ſacroſanctum, piumque ſimulachrum contueri voluerimus, cum de D. Ioan. Chryſoſt. ſcriptũ legamus, ipſum inter adſpiciendum D. Pauli effigiem, vehementer ſanè commoueri ſolitum. Sic enim Simeon Metaphraſtes, & Georg. Patriarcha Alexand. referunt. 11. Nonne etiam & nos ſummoperè affici, conſentaneum fuerit, dum iſtiuſmodi imaginem Chriſti Seruatoris non coloribus, ſicut illam, ſed ſacratiſſimo illiuſmet cruore depictã adſpexerimus? Præterea, cum illud in memoriam reuocauerimus, ipſum quoque ſanguinem pecuniam extitiſſe, qua redemptionis noſtræ pretium perſolutum Patri fuit? 12. Igitur nos etiam non terribili crudelium miniſtrorum, ſed pientiſſimo D. Chryſoſtomi obtutu, hocce ſimulachrum contueamur. Excitemus itidem nos omnes, non quemadmodum

Iob c. 16. — Quo pacto vẽtris plagæ Seruatoris noſtri cõtemplandę. — *Metaphr. in vita D. Io. Chryſoſtom.* — *Georg. in eiuſdem vita.*

modum illi rabiem ob impietatem, ſed ſicuti iſte ad commiſeratio-nem; cum eundem deformatum, & flagrorum multiplici quidem cruciatu laceratum videamus; ijs præſertim in partibus, quæ ſumma cum honeſtate contegi, atque cuſtodiri conſueuere.

13. Nuſquam veteri in lege Deus ſuimet figuram, aut inſpici, aut pingi permiſit: quin Moyſi reſpondit, *Videbis poſteriora mea, faciem au-* Ex d. 33.
Exod. 33. *tem meam videre non poteris.* 14. Ad hoc Arcam cum Cherubinis fabricari iuſſit, ſicuti ſacris in hiſtorijs legimus, & æneum Serpentem, & Num. 21.
id genus alia, quibus Diuina Maieſtas adumbraretur, de qua dixerat,
Exod. 33. 15. *Non videbis me homo, & viuet.* 16. Modo quantum clementiæ nobis præſtitit, cum ſeſe nullis inuolutum inuolucris, quæ illum circumcirca contegerent; 17. ſed nudum, flagris cæſum, ac laniatum, ijs etiam in partibus, quæ vulgo veſtimentorum quibuſdam quaſi velis obtenduntur, ne conſpici a quopiam valeant, contemplandum præbuit; 18. & quod in ſua gloria ne adumbrari quidem permiſit, id totum in ſua miſeria, qualibet in parte adamuſſim intuendum expoſuit. 19. At quanto cum amoris affectu nos oporteret, & meditatione comprehendere, & ex animo haſce plagas particulatim exoſculari, quæ noſtrum omnium cauſa, cuncta illius inteſtina tam crudeliter diuexarunt?

Seruatoris ſumma in nos clementia, dum ſe quacũque in ſui corporis parte nobis contẽplandum exponit.

20. Hinc ad B. Virginem mente cõuerſa, nos omnes meditari oportebit, hunc molliſſimum Filij ventrem, quo tempore cum putilliſſimis illius viſceribus coniunctus erat, antequam in hanc lucem ederetur, adeò delicatum fuiſſe; nunc autem ab ipſa contueri tam acerbè dilaceratum: ex quo meditari dabitur, quantum illius viſcera turbata fuiſſent, & quo planè inenarrabili dolore cruciaretur. Hinc illam nobis proponere ob mentis oculos, natum ad vbera ſtringentem, vndique vulneribus laniatum, facilè quidem poterimus, & eiuſdem dolores miſerando, hunc in modum Filium, atque Matrem compellare. Chriſte Seruator, quonam pacto innumerabiles tot ob ictus, tuus iſte venter conturbatus exſtitit? Quóue modo ipſius in medio ventris cor tuum, ad inſtar ceræ colliquatum, deſcendit? Vt viſcera iſthæc tua efferueſcentis in modum ebullierunt? Mox ad Virginem conuerſi, eandem ita alloquamur, oportet. O quantum tibi dolorem illud afferebat, quod per illud temporis non modo dulciſſimum natum curare, ſed nec etiam fouere, ſolariue poteras; dum tu dolore per pectus vndique ſæuiẽte, vberrimis lachrymis partes illas irrigares, atque ablueres, quæ tam deformes, & horridæ euaſerant. Hac autem commiſeratione concepta, noſtrum vnuſquiſque pietate mollitus ingenti, lachrymas poterit ab oculis fundere vberrimas.

Conuerſio ad B. V.

FRA-

ſolari. Ipſa verò B.V. de ſe ipſa teſtatur lib. 1. c. 10. *Cum conſpicerem, & conſiderarem pulchritudinem eius, anima mea quaſi rorem præ gaudio ſtillabat.* Quàm rectè igitur in Canticis dicitur, *Ecce tu pulcher es dilecte mi; ecce tu pulcher es.* S. Anſelm. in dial. de Paſsione Domini, dicit: *tantam fuiſſe Chriſti corporis pulchritudinem, vt B. V. licet edicti Pilati, quo Chriſtum flagellari præceperat, eſſet conſcia; tamen milites Chriſti pulchritudine permotos, Chriſtum non eſſe flagellaturos ſperaret.*

Pulchritudo Chriſti.

Fuit etiam Chriſti corpus egregio, viuidoque robore præditum, talique temperamento munitum, vt non ſolùm nunquàm ægrotauerit, ſed ne minimum quidem capitis dolorem, ex ęgritudine perſenſerit. Imò & B. V. lib. 1. cap. 10. lib. 4. cap. 70. *Nunquam ſupra Chriſti corpus pediculus, aut vermis venit.* Quare D. Bernardus tract. de Paſsione Domini, cum plurima de Chriſti defectibus pro nobis aſſumptis, diſputaſſet, ſubdit, *Sciendum tamen eſt, quod ea, quæ diximus de deformitate corporis ſpecioſi, non de naturali, ſed de accidentali deformitate Domini ſunt accipienda, non accuſantes in ipſo defectum naturæ, ſed paſsionis charitatem commendantes.*

Vermes ſupra Chriſti corpus nunquam aſcenderunt.

Fuit etiam Chriſtus optima, proceraque corporis magnitudine prędituis, ſicut ea clarè oſtendunt, quę nos ſupra cap. 3. cum de Chriſti pulchritudine ageremus, retulimus; talique fuit, qualem eſſe decebat filium Dei, qui virtute Spiritus ſancti conceptus eſſet.

Chriſti ſtatura procera.

Altera etiam ratio delicatæ Chriſti naturę, etiam pulchritudinis fuit, quia ex puriſsimis B. V. ſanguinibus formatus erat. Vbi enim natura fuit abſque peccato, ibi non decuit adeſſe naturæ defectus, qui perſonæ dignitati non congruerent. Cum enim Chriſtus pro nobis carnem aſſumpſiſſet, quoſdam pro nobis defectus voluntariè aſſumpſit, nullos tamen neceſſarios contraxit. Eos verò aſſumpſit, qui miſerię noſtræ ſanandę conducerent, & perſonæ iniuriam non irrogarēt. Huc accedit, quòd Chriſtus Matri Virgini fuit omnino perſimilis. Ita Nicephor. lib. 1. cap. 40. at vero, B. V. delicatiſſimę, & optimę complexionis fuit; ſuę verò complexionis ſubſtantiam ex Matris ſanguinibus, & Spiritus ſancti virtute ſuſcepit. Tandem vt eius rationis robur agnoſcatur, addatur optima, & omni exceptione maior teſtis ipſa ſcilicet B. V. hæc enim apud D. Brigittam, lib. 1. Reuelat. cap. 10. ſic loquitur dicens, *Quamuis filius meus poſtquam crucifixus erat ſic liuidus, & totus laceratus eſſet, ſolum tamen cor recens erat, quia optima, & fortiſsima natura erat. De mea enim carne corpus mundiſsimum, & optimè complexionatum ſumpſit.*

Quales defectus Chriſtus ſuſceperit.

Optima complexio Chriſti.

2. *Sed iſta ventris partes cæteris delicatiores erant*, &c. Dum partem hanc corporis audis, alias delicijs excedere, non hoc tibi animum ſurripiat, vt putes hic fieri cum cęteris omnibus partibus cōparationem, & hanc omnium maximè delicatam iudicari. Conſtat enim cor, oculos, pupillam, teſtes, atque ferè in vniuerſum, ſenſationum organa eſſe delicatiora, ſed hanc partem ſolum intelligas inter alias partes delicatas cōnumerari, atq; etiam quibuſdam alijs eſſe delicatiorē, hac enim de cauſa Andreas Veſalius lib. 5. de fabrica humani corporis c. 3. ſcribit, ab aliquibus ventrem animantium Regem eſſe dictum.

Venter Chriſti maximè delicatus.

3. *Quo fiebat, vt natura molliſsima forent & ictus grauiſsimos eiſdem partibus*, &c. Huius doctrinæ teſtimonium affert ipſa experientia. Si enim venter etiam ſolo pugno percutiatur; ita viſcera concutiuntur, vt non ſolum viſcerum languor, inteſtinorum contorſio, dolorque maximus ſubſequatur, ſed anhelitus quoque præcludatur, omniſque corporis vis emarceſcat, nec niſi totius corporis contorſione præſto remedium adhiberi poſſe videatur; meritò Sophocles in Aiace flagellifero.

Viſcerum dolor maximus.

Manibus percuſſi
Autem in pectoribus, certè cadunt.

Fortè

Digitized by Google

Fortè etiam cum Deus iuſsit Deut. 25. flagellandos in terram deijciendos, & ſic flagellandi in ventrem flagellabantur ſupini: vt hinc ad impios Turcarum ritus hic tranſierit, qui ſontes octingentis verberum ictibus flagellant, vt tradit Ioannes Boemus Aubanus libro 2. de moribus omnium gentium c. 11. Nouimus autem ex fidis relationibus, ſolitos apud ipſos ſontes in terram diſtentos ſupinos, in ventrem cædi. Et quoniam interdum totis viribus cędebantur, vt Scholiaſtes in Pentateuchum in Deut. cap. 25. tradit, ideò ſubdit Deus clementiæ legem; vt quadragenarium numerum non excederent, ne fœdè laceratus frater tuus abeat, Toſtatus legit, obeat ante oculos tuos.

Turcica flagellatio.

Flagellatio Iudaica.

4. *Quod ibi grande vulnus infligi nequiret*, &c. Mirabitur hoc loco quis hoc legens, quod grauis infligi plaga nequiuerit, cum tamen quoſdam martyrum legamus tam flagellatos in ventrem dici, donec inteſtina diffluerent. Grandis igitur, grauiſque plaga fundabatur: admirationem illud augebit, quod Chriſtum taxillatis, aculeatiſque flagellis flagellatum ſupra oſtendimus. Verum etiam ſi negari non poſsit, quin ſi vno, eodemque in loco ventris Chriſtus ſæpè, ſæpiuſque vapulaſſet, horribilis plaga eſſet inflicta, ex qua inteſtina diffluxiſſent; tamen neque illud negari iure poterit, quin propter mollem inteſtinorum retractionem vulneri infligendo difficilior patuerit via.. Si enim bombardarum impetus eluditur, ſi earum globorum ictus molli lecto, paleis, vel etiam arenis excipiatur, multò magis flagellorũ ictus molli ventre exceptus, ita eneruabitur, vt ita ferire altè nequeat, ac ſi duriori carne oſsibus diſtenta exciperetur.

Flagellatio in ventrem.

Bombardæ ictus molli repagulo eneruatur.

5. *Quod tamen non minoris eſt indicium doloris*, &c. Non noua nunc philoſophandi ratio, ſed maximè mirabilis naturæ proprietas commendatur, quod percuſsio exterius illata, grauiorem intrinſecus ictum infligat, quam exterius, grauiuſque internè, quam externè feriat.

Percuſſio externè illata internè vulnus infligit.

Hoc vt planius intelligatur, attendenda eſt quędam percuſsionum proprietas, ſæpè enim accidit, vt percuſsio accipiatur in corporis ſuperficie, quæ tamen in corpore internè terminatur. Ita interdum Chirurgi ijs, quibus tumet lien, ſecurim ſubiecto papyro ſuperponunt ventri, percuſſaque ſecuri ictus in ſplene recipitur, ipſum ſcinditur, ſecatur lien, ſectio verò in ſuperficie ventris extima apparet nulla. Sæpè accepta in extima corporis ſuperficie concuſsione, intus vlcus innaſcitur, apoſtema concreſcit, & cum ſupra craneum quis ictum exceperit, intra craneum cerebrum inficitur, terebrarique neceſſe eſt craneum, vt cerebro opem ferre poſsimus. Legimus, & milites in dextra parte temporum concuſſos, oculum ſiniſtrum amiſiſſe; qui verò in lęua parte vulnus excepiſſent, dextro oculo captos fuiſſe. Et nos perſæpè experimur, concuſſo pomo, medullam marceſcere prius quàm corticem quaſi quæ grauius ipſo cortice læſa fuerit. Ex ijs igitur liceat nobis colligere, quam graues ictus Chriſti inteſtina exceperint, cum eius venter tam multiplici concuſsione, flagrorumque ardore cremarit.

Lien ſecuri quomodo ſecetur.

Milites in dextra capitis parte percuſſi, ſiniſtro oculo orbati.

6. *Hunc autem dolorem in viſcera penetrantem*, &c. Fuit adeò inſignis, adeòque illuſtris Chriſti figura Agnus ille, qui Exodi 12. præcipitur immolari in memoriam liberationis, & exitus populi de Ægypto; vt in eo communi conſenſu Patres Chriſtum figuratum agnoſcant: ita Hieron. in c. 16. Eſaię, & c. 53. *Sicut agnus ad occiſionẽ.* Origen. hom. 14. in Num. & hom. 8. in Leuit. Rupertus in cap. 12. Exodi, Auguſt. tract. 7. in Ioan. Cyrillus Alexand. in cap. 1. Ioan Eſychius in c. 14. & 23. Leuit. Beda in c. 12. Exodi, vtraque Gloſſa, Greg. in 1. Reg. cap. 7. & meritò: nam & Ioan. Baptiſta prædicans, dice-

Agnus Paſchalis inſignis figura Chriſti.

Digitized by Google

dicebat, *Ecce agnus Dei*: & Ioan. Euangeliſta cap. 19. de Chriſto illud explicauit, *Os non comminuetis ex eo*, & Apoſtolus, *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus*, & Apocalyp. 5. *Agnus occiſus viuit, & accepit de dextra ſedentis in throno librum*. D. Petrus, *Non enim corruptilibus*, &c.

Chriſtus quomodo Agno cõparetur.

Conuenit hæc figura Chriſto, Chriſtus enim eſt Agnus per innocentiam, paſtoris vocem audit, & obtemperat, is obeſſe nulli nouit, ſed prodeſſe lana, & carnibus: mundum eſt animal, & ſacrificijs aptum, tam in holocauſtum, quàm pro peccato, patientia, ac tolerantia incredibili: *Coram tondente ſe non aperit os ſuum*. Comeditur à nobis, ſed præcipuè in Paſchate cum lactucis agreſtibus amaricantibus, & baculis. An baculis crucis, vt Iuſtinus ait, quod duplici ligno in figuram crucis aſſabatur. Eſt teſtis liberationis noſtræ è captiuitate Ægypti, quę omnia in Chriſto completa eſſe nos credimus: ſed quod ad rem noſtram facit, hoc obſeruemus, quod caput cum pedibus, & inteſtinis ipſius vorabatur, interimq; illud reputamus quod in cap. 18. de Chriſto oſtendimus eſſe intelligendum, *Deuorabimus eum*. Ideò Iob cap. 16. 17. & 19. *Membra mea ad nihilum redacta ſunt*. Pſal. 77. *Ad nihilum redactus ſum, & neſciui*. Quomodo autem etiam interiora Chriſti quodammodo vorata fuerint, diſcamus ex B. V. S. Brigittam ſic alloquente lib. primo cap. 10. *Venter filij mei dorſo inhærens, quaſi non haberet viſcera*: ecce quomodo viſcera quodammodo vorata erant, & lib. 4. cap. 70. *Venter conſumptis iam humoribus dorſo applicabatur*. lib. 7. cap. 15. S Brigitta ſic Chriſti ventrem explicat, *Ventrem habebat ſubmiſſum, cohærentem dorſo, ac ſi nulla intus habuiſſet viſcera*.

Agnus Paſchalis duplici ligno torrebatur.

Chriſtus quodammodo deuoratus.

Venter Chriſti quaſi viſcera non haberet.

7. *Has autem verberibus excarnificatas partes*, &c. Notanda eſt metaphora, qua B. Iob loquitur dicens, interiora mea efferbuerunt: ea enim ferueſcere dicuntur propriè, quæ ſubiecto igne ebulliunt; inde ducta metaphora, dicitur, & mare ferueſcere, quod cœleſtium aſtrorum calore, crudus dum excoquitur eius humor, æſtuare, & ferueſcere videatur; ita etiam Ariſtoteles dixit, circa cor animalis in ira animati, ſanguinem efferueſcere, quod contracto ex iracundia ſpiritu circa præcordia, quodammodo ſanguis ferueat, & ebulliat. Interiora igitur efferbuerunt in Iob, & Chriſto: in Iob quidem, quoniam æſtu vrgente febris, quę non immeritò à Gręcis πυρετός ab igne dicitur, æſtuare, & ebullire videantur. In Chriſto verò quoniam flagellorum ictus quidam ſubſequitur ex accurrente ſanguine caloris impetus, atque exarſio quædam; inde dictum quidam putant flagrum, à quo flagellum diminutiuum à flagrandi verbo, quod ardere ſignificat. Ideò Horatius Epodo 6. dixit, Coſtas flagellis exuſtas: quod ſcilicet ardorem incutiat, vel eliciat, licet Iſidorus lib. 5. Originum, cap. de pennis à flatu, quæ cum ſonitu excitat, flagrum dictum putet, melius tamen à flagrandi verbo ducetur. Conſonat enim & Italica phraſis; locus enim vbi flagellis paulò acrius tactus quis ſit, dicitur *brugiare*, alijs *cuocere*. Igitur interiora Chriſti omnia efferbuerunt. *Concaluit cor meum intra me: ideò factum eſt tanquam cera liqueſcens*, Et rurſus: *Aruit tanquam teſta virtus mea*. Oſſa Pſalm. 101. *Oſſa mea ſicut cremium aruerunt*.

Feruor vnde.

Febris cur πυρετός dicta à Græcis.

Flagellum vnde dictum.

8. *De viſcerum verò cruciatu Ieremias*, &c. Acerbitatem doloris, quo Chriſtus non ſolùm corpore extimo afficiebatur, ſed quo omnia etiam interiora eius diriſsimè cruciabantur, Chriſtus ipſe B. Brigittæ lib. extrauagantium reuelationum cap. 51. reuelauit, dicens: *Interiora mea omnia arida, & contracta fuerunt*. Et in ſermo. Angelico eidem B. Brigittæ reuelato, fer. lectio 2. ita dicitur; *Nouerat B.V. quod corpus Chriſti intus, & foris omni amaritudine, & anguſtia vſque ad mortem cruciandum erat*, præci-

Interiora Chriſti qualiter cruciata.

præcipuè autem cor. Ideò lib. primo cap. 10. & lib. 4. cap. 70. & lib. 7. cap. 15. & lib. extrauagant. reuelationum, c. 51. & libro primo cap. 27. dicitur, *Cor autem Chriſti quia recentiſſime, & optima erat natura, quaſi cum morte luctabatur; ideò dolor quandoque de neruis perforatis ad cor, quandoque à corde ad neruos ferebatur, & ita mors prolongabatur. Tandem ex magnitudine, & violenti doloris vehementia, corrumpebatur, & crepuit.* lib. 7. cap. 30. libro primo, cap. 10. 19. lib. extrauag. reuelationum, cap. 51. & 106. Bernardus tract. de paſsione Domini, cap. 37. cor Chriſti doloris magnitudine quodammodo ſciſſum tradit dum in horto, *Factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* Idem quoque ſupra tradidit de Chriſti corde in morte ſciſſo, cap. 3.

Cor Chriſti quomodo cruciatum.

Cor Chriſti quanta paſſum.

9. *Hinc autem perpendi facillimè poteſt,* &c. Inter maximè acerbos inteſtinorū dolores, ille maximoperè vexare ſolet, qui colicus ab inteſtino colo ſic dictus, in quo incluſus ventus ita inteſtinum illud inflat, extendit, vexat, vrget, diſcerpit, vt dolor ſubſequatur adeò acutus, adeò intenſus, vt ferè exanimet. Qui etiam à vermibus, quos *Aſcarides* appellant, infeſtari conſueuerunt; ita vermium morſibus, vel contorſionibus lacerantur, vt non ſolùm robur corporis marceſcat, ſed etiam homines interdum ita ſenſibus capiantur, vt per horas plurimas mortui iudicentur. Teſtis ego eſſe poſſum, qui cum tertiumdecimum circiter ætatis annum agerem, ita vermium contorſionibus angebar, vt non ſolum ſæpe, ſæpiuſque morti proximus fuerim adiudicatus; ſed etiam vt quadam die ſpatio horarum octo, omnino ſpiritu deſtitutus iacerem, animamque exhalaſſe putarer. Iam fletibus domus tota replebatur, lachrimiſque omnia plena aduetantium amicorum, agnatorumque collachrimationes obaudiri, miſceri gemitus fœminarum; capſa lignea in qua includerer extrui; atque vt vno verbo plura dicam, ad funeris iuſta perſoluenda omnia parari; cum ecce tibi, elapſo octo horarum ſpatio, D. O. M. gratia, B. V. meritis, vermiumque impetu euaneſcente, quodammodo reuiuiſcere, ſpiritum denuo reſumere, calore corpus tepefieri, oculos aperire, circumagere, loqui, corpore moueri cœpi. Ibi collachrimantes parentes, agnatos, amicos vidi, ſtatimque conualui. Nouimus & eos, qui efferata quadam rabie, in torquendis hominibus, noua tormenta excogitarunt, nouiſque cruciatibus oblectantur, hūc etiam diabolo, vt opinor, monſtrante inſinuatum eſſe, vt longiſsimam triginta ferè, & eo amplius vlnarum ſericeam vittam aqua guttatim in os inſtillata excruciando corpori paullatim tranſgluttiendam tradi, quæ cum per inteſtina coextenſa cucurrerit, tum ſæui tortores caput eiuſdem vittæ, quod non ita per os in ventrem traiectum fuerit paullatim, ac pedetentim trahere incipiunt. Noua tunc viſcerum omnium contorſio ſubſequitur, cruciatuſque intolerabilis, hoc veritatem ſe elicere putant, ſed nouam hanc cruciandi formam à diabolo edocente intimatam dixi, quod perſæpe mortem ingerat, antequam delictum apertum ſit. Ideò communiter Doctores nouam hanc quæſtionandi ad veritatem eliciendam formam maximè reprehendunt.

Colicus morbus vnde dictus.

Aſcarides vermes.

Auctoris languor maximus.

Horridum cruciandi genus.

Cruciatus dæmone docēte inuentus.

En igitur vt à Paſtore noſtro meritò dictum ſit, quod ſæpè ventris dolor ſolet mortem inferre: ita enim laterum, iliumque dolore, plures exanimatos nouimus.

Vētris dolor mortem incutit.

Quanto igitur magis dolor ventris non interior ſolum, ſed etiam exterior mortem inferre poterit? Argumentum à minori ad maius. Plurima hoc loco de flagellantium Chriſtum miniſtrorum rabie dicerem, niſi ſatis copioſè de ea cap. 5. me dixiſſe recolerē. Illud hoc loco notanter addiderim, locum hunc Iob cap. 16. *Terribilibus oculis intuitus eſt me,*

Digitized by Google

me , à Ioanne Lanſpergio Theorem. 18. de beneficijs , in perſona Chriſti cum flagellaretur, eſſe explicatum; ita enim dicit , *Contuere verberum multiplicem crudelitatem , atque duritiam , quæ vſque ad oſsium patefactionem penetrarunt, & dorſum ſecundum Auguſtinum , & humeros , ſecundum Hieronymum verò pectus Deitatis capax , omniaque corporis membra ſauciabant, diſsecabant, lacerabant*. Huius figuram tam nominis interpretatione, quã paſsionis conformitate, Iob gerẽs, in perſona flagellati IESV loquebatur, *Hoſtis meus terribilib. oculis intuitus eſt me.*

Flagellatio Chriſti oſſa nudauit.

10. *Modo quidnam faciendum nobis erit* , &c. Hic incipit ſecunda pars capitis, in qua religioſus Antiſtes ouium ſibi creditarum animos ad pietatem flectere , & in ipſis religionis , ac deuotionis igniculos excitare contendit , exemplumque D. Chryſoſtomi proponit , qui D. Pauli imaginem conſpiciens , tanto pietatis affectu internæ afficiebatur. Addamus nos igitur & aliud ex eodem Ioan. Chryſoſtomo teſtimonium, ipſe enim in oratione, quod veteris , & noui teſtamenti idem ſit auctor, dicit : *Ego & ex cera fuſilem picturam pietate plenam adamaui. Vidi enim Angelum in imaginem barbarorum nubes propulſantem.* B. quoque Aſterius Epiſcopus Amaſeæ, cum ſanctæ Euphemiæ martyrium in imagine expreſſum deſcripſiſſet , quomodo lictor arrepto Virginis capite, & in tergum reflectens dentes Virginis malleo , & terebra excuteret, ſubdidit , *Sed lachrymas fundo; nam hæc mihi paſsio vocem aufert , vt amplius loqui nequeam; nam tam exactè ſanguinis guttas ex ore aefluentes pictor expreſsit , vt iuraueris à labijs profluere*. Quod quidem teſtimonium cum in ſancta Synodo Actione 4. relatum eſſet, clariſsimi Duces dixerunt , *Ad picturæ emphaſim exprimendam , quod ſanctus Vir hæc videns compunctus eſt*. Et Baſilius Ancyranus Epiſcopus ſubdit, *Iſte ſanctus Vir eiſdem affectibus obnoxius fuit*,

Secunda pars capitis.

Auctoris intentio.

Chryſoſt. viſa ſancti Pauli imagine, qualiter afficiebatur.

Sanctarum imaginum commendatio.

quibus etiam S. Gregor. ambo enim per imagines ad lachrymas acti ſunt. S. Gregor. Nyſſenus oratione de Deitate Filij, & Spiritus ſancti, & in Abraham dicit, *Vidi ſæpè inſcriptionis imaginem, & ſine lachrymis tranſire non potui, cum tam efficaciter pictura ob oculos poneret hiſtoriam. Procumbit enim ante aram Iſaac genibus innixus , circunductas ferens in tergo manus. Ille verò à tergo pueri innixium pedum curuamini , ſiniſtra comam pueri apprehendit ad ſe trahens Declinat faciem ad puerum miſerabiliter intuens , dextram autem gladio obarmatam geſtat , quam etiam ad cadem dirigit, iamque gladij acies propemodum ipſum corpus attingit , cum illum diuina vox à facto deterret*. Hoc autem teſtimonium cum in Synodo Nicæna 7. eſſet recitatum , ſubdit Theodorus Epiſcopus Cathanes , *Si B. Gregor. vigilantiſsimus ad diuina oracula , inſpecta Abrahæ hiſtoria fleuit, quanto magis inſp. cta œconomia D. N.* IESV CHRISTI *veri Dei, ad lachrymas , & vtilitatem contemplantes nos adhortabitur.* Baſilius Ancyræ Epiſcopus , *Frequenter*, inquit , *B. Pater hiſtoriam legit, ſed obiter , poſtquam autem eam pictura expreſſam vidit, fleuit*. Et Patriarcha eidem Concilio præſidens intulit, *Nonne & nos lachrymas funderemus , ſi Dominum, & nos videremus cruci affixum , ſed vt picturæ vis melius appareat habet enim plus ad commouendum virium , quam oratio.* Licebit nobis ex gentilium ſcripturis exemplum afferre. Scribit enim Appianus libro ſecundo de Ciuilibus bellis , quod interfecto Cæſare , quidam ex eius amicis crudelitatẽ interfectorũ populo oſtenſurus, ex lecto Cęſaris, qui tum in ferro politus erat, imaginem eius ex cera fabrefactam protulit , quæ tres & viginti plagas vultui, & vniuerſo corpori ferino ritu impreſſas , atque patentes repræſentabat : quo nimirum ſpectaculo, maiorem in populo dolorem , & iram concitauit, quam vlla vel oratione, vel actione potuiſſet. Huius vim exitus comprobauit , eo enim horrendo ſpectaculo viſo, populus ita ira excanduit,

Baſilius, & Gregorius imaginibus valdè afficiebantur.

Imagines ſacræ ad lachrymas flectunt.

Iſaac agones ὑποτυπώσῃ indicantur.

Paſſio Chriſti qualiter ad lachrymas impellat.

Plus afficit pictura, quam lectio & oratio.

Imago Cæſaris ex cera ad vindictam animat.

vt contra Cæſaris perſecutores, multa crudeliter tentarit, inflixeritque ſupplicia.

11. *Nonnè etiam & nos ſummoperè affici conſentaneum fuerit, dum illiuſmodi imaginem Chriſti Seruatoris non coloribus ſicuti illam*, &c.

Sanguis mirè afficit.

Magna, mira, incredibiliſque ſanguinis vis ad intimos tum animi, tum corporis ſenſus, tū internè, tum externè commouendos! Sanguine animantur, & ad bellum incitantur Elephantes: nam ſanguine ita excandeſcunt, vt in medios irruant hoſtes, apertaque vitæ ſubeant diſcrimina. Ita Annibal, qui primus ad Romanos Elephantes immiſit, ſanguine eos concitaſſe legitur. Impij quoque Sacerdotes Baal, ad ipſum commouendum à mane vſque ad veſperam clamabant, lanceoliſque ſeſe ferientes, ſanguinem è corporibus eliciebant, clamantes, Baal audi nos. 3. Regum 18. Sanguine enim humano mirum in modum Diabolus oblectatur: ideò ſua ſacrificia tabo, tetro ſcilicet ſanguine conſpergi, & ad reſponſa allici peramabat, proprio quoque ſanguine ſyngraphas conſcribi, quibus ſe quiſque Diabolo deuoueret, optabat. Deus etiam, vt duræ ceruicis populum ſuum, ne ad Idola deflueret, contineret; plurima in veteri lege inſtituerat ſacrificia, quę effuſo ſanguine immolabantur: ideò Apoſtolus ad Hebræos nono dicit, *Omnia enim ſecundum legem in ſanguine mundantur, & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſsio.* Eadem de cauſa Deus ad fideles ſuos commouendos, docet, *quod Sol conuertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem*. Mirabilis paſsio, ſi cadauer accepto vulnere iaceat, & ſuperueniat hoſtis, qui hominem necauit, aut præmortui parentum aliquis, vel frater, vel ſoror, vel alius intimè agnatione coniunctus, tunc reuiuiſcere obductum vulnus, rubentem ſanguinem denuò fundere, non ſine magna admiratione conſpicimus. Occulta paſsio, mirabilis ſympathia, Verum συμπάθειαν dicam, an ἀντιπάθειαν? Sympathiam dicam, ſi aduentu cognatorum ebulliat ſanguis; antipathiam, ſi hoſte aduentante reuiuiſcat. Apertam hanc paſſionem occulto Dei iudicio, quidam non abſque graui ratione conſcribunt, vt ea ratione, vel agnati ad miſericordiam, vel hoſtes ad veniam petendam pelliciantur. S. Ianuarij ſanguinem eius capiti admotum, prius concretum, mox colliquari, ebullireq; Neapoli cernimus.

Elephantes viſo ſanguine animantur ad pugnam.

Annibal Elephantes primus adhibuit ad pugnā, & in Romanos immiſit.

Diabolus humano ſanguine delectatur.

Sacrificia cur data populo.

Luna in ſanguinē conuertenda.

Occulta ſanguinis paſſio.

Occulta Dei iudicia.

S. Ianuarij ſanguis mirificè ebullit.

Tunica quoque Ioſeph hædi ſanguine conſperſa, oſtenſa Iacob, ad eam miſericordiam Patrem filij adegerunt, vt dixerit, *Deſcendam cum mœrore ad inferos*. Tali artificio mulieres quaſdam ad vindictam de hoſte capeſcendam, filios cum adoleuiſſent armaſſe dicuntur; induſium enim patris ſanguine conſperſum conſeruaſſe, eumque cum ad id ætatis deueniſſent, vt commodè de hoſte vindictam moliri poſſent, filijs poſt longam orationem oſtendiſſe, ſicque acclamaſſe. En veſtis Patris veſtri, en ſanguinem Patris veſtri, hic vos ad vlciſcendos hoſtes incitet, hic animos ingerat, hic vos impellat. Tomirim quoque Reginam ad efferatam Cyri Regis Perſarum rabiem exaggerandam, eius caput obtruncatum, in vas ſanguine plenum conieciſſe, indignatamque exclamaſſe legimus, *Satiare ſanguine quem ſitiſti*. Iuſtinus hiſtoricus libro primo hiſtoriarum.

Tunica Ioſeph tincta ſanguine hædi, patri miſericordiam conciliauit.

Muliebris aſtus.

Tomiris Reginæ Maſſagetarum in Cyrum crudelitas.

Quam igitur ad animos noſtros flectendos, atque ad commiſerationem maximam intimè commouendos, habebit Chriſti ſanè Seruatoris noſtri Syndon, eiuſque effigies Syndone excepta? Cur fideles Elephantum inſtar hoc ſanguine non animantur ad pugnam? Cur hic Parentis noſtri Dei ſanguinem, veſteſque ſanguine intinctas conſpicientes, ad miſericordiam non flectimur? Viſa Iacob filij Ioſeph

Sacra Sindon quam ad commouendam miſericordiam efficax.

tunica

Motiues ad affectus mouendos efficaces.

tunica ſanguine conſperſa, ad inferos deſcendere cupiebat; viſa nos Chriſti Syndone Patris noſtri Chriſti ſanguine conſperſa, ex inferis exilire non curabimus? Trahitur ſanguine diabolus, ſi in eius cultum quis proprium eliciat ſanguinem, vt Baal Sacerdotes, diabolum nos Chriſti ſanguine non fugabimus? Ad vindictam de hoſtibus repoſcendam ſanguis Patris veſtibus aſperſus filios impellit: hos ad peccatorum deteſtationem, ad diaboli vltionem, Chriſti ſanguis veſti aſperſus nō commouebit? Ad lachrymas S. Gregor. viſa imagine coloribus picta prouocabatur: quid feciſſet, ſi imaginem ſanguine pictam conſpexiſſet? Meritò igitur pius noſter Paſtor, qui in feruido, ac Chriſti amore ſaucio pectore hos motus, hos affectus ſentiebat, non abſque miſeratione magna dicebat. Nunquid nos non commouebimur, Chriſti effigiē non minio aut coloribus, ſed Chriſti ſanguine expreſſam intuentes? nouamque ſubſignat rationem, dicens, & eius ſanguine, qui eſt numiſma.

Chriſti ſanguis aurum bonum.

Bonum aurum exclamat Ambroſius lib. 6. in Lucam, *Bonum*, inquam, *aurum eſt Chriſti ſanguis*. Hic eſt numiſma cenſus, quo nos Deo deuouemus, hoc ſumus nos redempti, hoc ſanctificati, in hoc lauamus ſtolas noſtras. *Non enim corruptibilibus auro, vel argento, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati, & incontaminati Chriſti redempti ſumus de vana conuerſatione*, 1. Petri ſecundo, & primo Corinth. 6. *Empti eſtis pretio magno, ſcilicet Chriſti ſanguine.*

12. *Igitur nos etiam non terribili crudelium miniſtrorum, ſed pientiſsimo D. Chryſoſtomi obtutu, hocce ſimulachrum contuemur; excitemus itidem nos omnes*, &c.

Effectus orationis quis. Quid in meditanda Chriſti paſſione concipere debeamus.

Hic effectus, & affectus contemplationis orationem aſſumimus; contemplationi vacamus, vt Deum placemus, vt Deo ſimiles efficiamur, ac etiam vt in nobis affectus excitemus. Solent autem ab ijs, qui meditationibus pijs ſeſe exercent, hæ regulæ præſcribi, vt quis Chriſtum modo concipiat tanquam Patrem, eumque tanquam patrem filij culpa ſæuiſsimè cruciatum contempletur: ſubſequitur enim commiſeratio magna, fletus ebullit, erumpunt lachrymæ. Patrem quis non habet, ſed filium, Chriſtum igitur tanquam filium contempletur, qui talia, qualia Chriſtus tormenta ſuſtinuit patiatur: tunc enim ſimili angore cruciabatur. Nec Patrem, nec filium quis habet, fratrem aut ſororem, aut coniugem, aut ſingulariter ſibi carum amicum, Chriſtum igitur tanquam fratrē, vel ſororem, vel ſponſum, vel ſponſam, vel inſigni neceſsitudine coniunctum meditetur amicum, qui ijs ſubijciatur quæſtionibus, tormentis excrucietur, capiatur, ligetur ad columnā, flagelletur, ludibrijs, doloribuſq; vexetur acerbiſsimis, tandemque Cruci affigatur. Tunc enim mœrore maximè oppletum cor contabeſcet, lachrymas profundet, ſingultus excitabit, in fletus reſolutum incredibiles patietur affectus.

Chriſtus vt pater filius, amicus iudex, &c concipiendus.

Concipiat Chriſtum, vt Iudicem, qui talibus affectus iniurijs, ad hoſtes iudicandos adueniat; tunc enim magnus in nobis excitabitur timor, tremorque maximus.

Chriſtus iudex.

Concipiat Chriſtum, vt Sacerdotem, qui ad victimas pro nobis offerendas accedat. Addat, ſe ſacrificij comitem, Mariam, Sanctoſque quos præcipuè quiſque prę cæteris colat, aſciſcat: magnos enim cordis ſentiet affectus.

Sacerdos.

Concipiat Chriſtum in victimam offerri, ſuum quiſque cor victimæ addat, thus adhibeat, preces, ſuſpiria, gemitus fundat; inſignes enim ſentiet pietatis affectus.

Victima.

His ergo alijſque eiuſmodi, ſe quiſque moueat artibus.

Concipiat Chriſtum verum Deum, talia pro ſe patientem; nam vt magno quiſque Dei conflagret amore, ita magnos ſentiet pietatis, & commiſerationis affectus.

Digitized by Google

Hi igitur non terribiles, ſed pij oculi; hi oculi ſunt Chryſoſtomi, hi Gregorij, hi Columbæ, hi Sanctorum, hi electorum oculi.

13. *Nuſquam Veteri in Lege Deus ſuimet figuram*, &c.

Deus in Veteri Lege viſus.

Quid hoc eſt? Falſa videbitur hæc doctrina: nam ita ſe Deus videndum Patribus in antiqua Lege obtulit, vt etiam ſacroſanctum Trinitatis myſterium indicaret. Viſus enim fuit ab Abraham, cui dixit Geneſ. 15. capit. *Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.* Iacob apparuit innixus ſcalę, Geneſ. 18. & cùm cum ipſo luctaretur Geneſ. 32. dicebat, *Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea.* Apparuit Moyſi Exodi 3. dicens, *Ego ſum Dominus Deus tuus, Deus Patrum tuorum*, &c. Et ne quis diceret, viſum fuiſſe per ſomnia, & imagines, voluit Deus oſtendere quomodo ſe Moyſi videndum offerret. Ideò Numero. 12. dicit, *Si inter vos fuerit propheta Domini, in viſione apparebo, vel per ſomnium loquar ei. At non talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſſimus eſt; ore enim ad os loquor ei, & palam, & non per ænigmata, & figuras Dominum videt.*

Moyſes Deum vidit.

Trinitatem autem qualiter indicauerit; oſtendit, Alexander Papa I. in epiſtola ſua decretali, ſcripta omnibus Eccleſijs, vbi ſic ait: *Si Trinitas non eſt, quare Seraphim apud Eſaiam Sanctus, Sanctus, Sanctus tertiò dixerunt? Si Vnitas non eſt, Quare ſub trina repetitione vnum Deum, ac Dominum intimerunt? Si Trinitas non eſt; quare in Geneſi dicitur, dixit Deus, fecit Deus, benedixit Deus? Si Vnitas non eſt, quare tertiò Deus, & Deos plurali numero non commendauit? Si Trinitas non eſt, quare in Exodo dictum eſt, Domine, Domine, Domine, miſerator, & miſericors? Si Vnitas non eſt, quare dum tertiò Domine diceret, poſtea miſerator, & miſericors ſingulariter dixit? Si Trinitas non eſt, cur Abraham ad ilicem Mambre ſe leuis tribuſque occurrens, vni dixit, Domine? Si Vnitas non eſt, cur cum Moyſi Deus Abraham, Deus Iſaac, & Iacob tertiò diceretur, Vnitatem oſtendens, hoc mihi nomen eſt dixit, & non hæc nomina noſtra ſunt, deſignauit? Si Trinitas non eſt, quare Dauid tertiò dixit, Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus? Si Vnitas non eſt, quare cum tertiò Deum nominaſſet, benedicat dixit, & non benedicant ad iunxit? Si Trinitas non eſt, cur Eſaias denuò dicit, Dominus Deus Sabaoth, Deus Iſrael, qui ſedes ſuper Cherubim? Si Vnitas non eſt, quare ſedes dixit, & non ſedetis aſtruxit?* Plurima alia ſub eadem repetitione colligit, quę fuſius hic tranſcribere non eſt animus: ſatis ſit, quod ex ijs apertè colligitur, quod Trinitas perſonarum in Veteri Lege fuerit demonſtrata, & quod in Veteri Lege Deus ſe videndum vltrò præbuerit. Confirmant hoc ipſum S. Aug. epiſtola 112. & Gregor. libro 15. Moral. c. 27. iuxta aliam ſectionem cap. 37. ex eo quod Moyſes Exodi 33. dicit, *Si inueni gratiam in oculis tuis, oſtende mihi faciem tuam. Si enim Deus*, inquiunt, *non erat cum quo loquebatur, oſtende mihi Deum, diceret, & non, oſtende mihi te ipſum.*

Vnitas & Trinitas quomodo ex Scripturis colligatur.

Scriptura quam diligenter perpendenda.

Verum, quæ à ſapientiſsimo Antiſtite explicata doctrina eſt, ea pia atque catholica eſt. Et quidem non in eo ſenſu accipienda eſt, quod Deus nullam vnquam ſui ipſius figuram conſpici, nec ipſe in aliqua corporea figura videri voluerit, neque etiam quod nullus vnquam Dei eſſentiam in hac vita aliquo modo conſpexerit; hoc enim apertè falſum eſt: neque hęc cordatiſsimi Paſtoris mens fuit, vt quæ inter ſcholaſticos Doctores agitatur quæſtio, decideret, ſed ſolum quod Deus in Veteri Lege nullam figuram ſui ipſius permanentem, atque oculis mortalium conſpicuam, quæ ipſum ad viuum, vt dicitur, exprimeret, relinquere voluerit, qualis ea eſt, quæ in ſacroſancta Sindone conſpicitur, quæ Chriſti corporis habitudinem, figuram, quantitatem, altitudinem, latitudinemque exprimeret. In hoc autem ſenſu explicata doctrina, adeò certa, ac firma eſt, vt nulli planè, quamuis alter-

Deus in ænigmate viſus.

Nulla imago Deum exactè repræſentat.

Digitized by Google

altercationis cupido, oblatrandi pateat aditus.

Quomodo Moyſes poſteriora Dei viderit.

Verùm, in eo quod Deus Moyſi dixit, *Non videbis faciem meam, ſed poſteriora mea videbis*, grande nobis myſterium eſt perquirendum, quid ſcilicet per faciem: quid per poſteriora ſit intelligendum, vt ex hoc nobis appareat, cur ita Deus faciem ſuam obſtruendam, & occultandam duxerit.

Facies Dei quid indicet.

In facie Dei diuinam eſſentiam Doctores intelligunt: Toſtat. quæſt. 17. in cap. 33. Exodi. Sed altiorem quendam ſenſum in Dei facie Patres intelligunt: per faciem enim Filium Dei, ſcilicet, Verbum, qui eſt Sapientia Patris, & ſecunda in Trinitate perſona, explicant. ita Hieronym. in Pſal. 29. Auguſtin. in Pſal. 138. Hugo Charenſis in eundem locum, & meritò. Vt enim in facie hominis ſenſa conſpiciuntur, ita & verbum, eorum quæ in mente ſunt paſsionum, eſt nota. Quia ergo in veteri Lege, non ita clarè ſecunda in Trinitate perſona eſt explicata, ſicut in noua, poſt incarnationis enim myſterium longè clarius eſt explicata Verbi perſona, ſicut & poſt Pentecoſten Spiritus ſancti perſona: quid mirum, ſi faciem ſuam non ita cunctis patentem, atque perſpicuam voluit Deus eſſe? In poſteriori parte Toſtatus quæſtion. 17. & ſequenti in cap. 33. Exodi dorſum humani corporis intelligit: putat enim Deum fulgentiſsimum quoddam corpus aſſumpſiſſe, cuius facies ita clareſceret, vt aciem fulgor maieſtatis occluderet, aut perſtringeret. In eandem ſententiam magna ex parte deflectit Lyranus, & Oleaſter: Gloſſa tamen interlinearis, in poſteriori parte myſterium Incarnationis intelligit, vt ſenſus ſit. Faciem meam, hoc eſt eſſentiam, vel Verbi perſonam in ſua eſſentia videre non poteris; in carne autem aſſumpta poſt incarnationem videbis.

Secunda perſona Trinitatis non ita apertè in Veteri Lege indicata, ſicut in noua.

Spiritus ſancti perſona, poſt Pentecoſten exactius explicata.

Poſteriora Dei quid ſint.

14. *Ad hoc Arcam cum Cherubinis, &c.* Cum earum rerum, quæ in Veteri Lege euenere conditionem, cum earum quæ in Noua Lege accidunt maieſtate, conferret Apoſtolus. *Omnia*, inquit, *in Veteri Lege in figura contingebant illis.* Veterem enim Legem veluti pedadogum contemplabatur Apoſtolus, cuius doctrinam in pedagogo fusè proſequitur Clemens Alexandrinus, & meritò pedagogo Lex Vetus cõparatur: vt enim in veritatis decus diſcipulum paullatim pedagogus inducit; ita in Chriſti gloriam, qui eſt veritas, & vita, paullatim Lex Vetus manu ducebat. *Eibebant omnes de ſpiritali conſequente eos petra; petra autem erat Chriſtus.* In Serpente æneo Chriſtum fuiſſe figuratum, Chriſtus ipſe indicauit, dicens; *Sicut Moyſes exaltauit Serpentem in deſerto.* Is etiam in Arca & Vaſis, vt ſupra oſtendimus, ita figurabatur, vt quæ in myſterijs eorum agerentur, omnia Chriſtum in vmbra aliqua figurare, aut obuelare viderentur: ideòque meritò oculatus Antiſtes, in Veteri Lege Dei maieſtatem docuit obuelatã. Ita enim figuris, veluti inuolucris quibuſdam obtegebatur. Veritatis ſynceritatem carnalis populus non inſpiciebat, ideò adueniens Deus, deſcendebat in nebula, tegebatur Domini tabernaculum. Velo etiam maximè obtegebatur atrium illud venerabile, quod Sanctum Sanctorum dicebatur, in quo Arca erat Dei, & Propitiatorium, quod quidem velum, eo tempore, ſcilicet, in Chriſti morte, ſciſſum eſt à ſummo vſque deorſum, hoc eſt reiectis inuolucris, veritatis maieſtas affulſit. Alis etiam ſuis Cherubim Arcam obuelabant; quod quidem myſterium tetigit Apoſtolus ad Hebræos 9. ſed in eo fuſius explicando noluit immorari, ideò dixit; *Superque eam erant Cherubim gloriæ obumbrantia Propitiatorium. De quibus non eſt modo dicendum per ſingula.* Si quis autem fuſius cognoſcere cupiat, quomodo illa omnia, quæ in Veteri Lege continebantur Chriſtum

Lex Vetus Pedagogus fuit.

In Veteri Lege omnia Chriſtum inuebant.

Nebula Veteris Legis.

Velum ſciſſum in Chriſti morte quid fuerit.

Digitized by Google

figurarent, legat præcipuè Rupertum Abbatem in lib. 6. de Trinitate, & eius operibus, qui hæc omnia acuratiſsimè de Chriſto explicat.

15. *Non videbit me homo, & viuet,* &c. Longa, arduaque concertatio inter Catholicos ex vna, & Arianos, ex altera, antiquitus accidit; quomodo de Deo illud eſſet intelligendum, *Deum nemo vidit vnquam* Et, *Non videbit me homo, & viuet.* Ariani enim ſolum Patrem inuiſibilem dicebant; Filium autem tanquam ἰνεργοῦντα viſibilem. Qua de re alibi in Bibliotheca Scholaſt. in 2. ſent. diſt. 10. diſput. 5. à nobis actum fuit.

Deum nemo vidit vnquam quatiter intelligẽdum.

16. *Modo quantum clementia nobis praſtitit,* &c. Cum Abſalon occiſo Ammon Regis Dauid filio, exularet, obnixè rogabat, vt tãtum ſibi ſcelus in Dauid comiſſum condonaretur. At verò cũ offenſa dimiſſa, illud audiſſet, *Veniat Abſalon, ſed faciem meam non videat*; adeò triſtatus eſt Abſalon, vt ſcelus ſibi dimiſſum non duceret, donec Regis faciem videret; ideò Ioab miſit qui diceret, malle Abſalon mori, quam paternæ faciei viſione priuari, ſummæque gratiæ loco duxit, quod ſibi Pater faciem exhibuerit conſpiciendam. Atque adeò cum occiſo Abſalon lugeret Dauid, obuelatoque capite lachrymis delibutus parietibus occluderetur, ſeque exercitus aſpectui ſubtraheret, adeò doluit populus, vt ne in ciuitatem quidem ingredi voluerit: ſed vnuſquiſque ciuitatem ingredi declinauit, ſicut declinare ſolet populus euerſus, & fugiens de prælio, adeòque Regis ſubtractum aſpectum doluit, vt Ioab ad Dauid accurrens dixerit: *Confudiſti hodie vultus omnium ſeruorum tuorum, qui ſaluam fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum, & filiarum tuarum, & animam vxorum tuarum, & animam concubinarum tuarum. Nunc igitur ſurge, & procede, & alloquens ſatisfac ſeruis tuis. Iuro enim tibi per Dominum, quod ſi non exieris, ne vnus quidem remanſurus ſit tecum nocte hac, & peius tibi hoc erit, quam omnia mala, quæ tibi acciderunt in omni vita tua. Prodijt ergo in conſpectum populi Rex, & procedens ſedit in porta, & nuntiatum eſt, quod Rex ſederet in porta, & venit vniuerſa multitudo coram Rege.* 2. Reg. 19. loco ſummæ gratiæ habuit, quod populo ſe conſpiciendum exhibuerit Rex. Quantæ igitur gratiæ loco illud nos ducere debemus, quod Chriſtus ſe ſe nobis videndum exhibuerit; quodque inaudito miraculo corporis ſui effigiem ſacræ impreſſam Sindoni conceſſerit inſpiciendam, faciemque ſuam aperuerit, *in quam deſiderant Angeli proſpicere?* Inſita eſt enim neſcio quęnam humanitatis ſignificatio in eo, quod ſe videndum quis exhibeat: nam Regina Heſter verita ne faciem ſuam humaniter conſpiciendam ſibi Aſſuerus Rex concederet, adeò animo conſternata eſt, vt cum primo colore roſeo vultum perfuſa, coram Rege conſtitiſſet, omnino tamen corruerit, & in pallorem colore mutato lapſa, ſuper ancillulam reclinauerit caput: tantumque in ea potuit doloris acerbitas, vt quamuis ad ipſam è Regio throno, proſiliens Rex aduolaſſet, eamque vlnis ſuis exceptam ſuſtentaſſet, donec ad ſe rediret, blandis etiam verbis eam conſolaretur dicens, *Quid habes Heſter, ego ſum frater tuus, noli metuere*; vix tamen animum recipere, vix reſpirare potuerit, Heſter cap. 16. Maximæ igitur in nos humanitatis ſignum eſt æſtimandum, quod eam faciem, quam videre tantoperè antiquæ Legis Patriarchæ deſiderarent, nobis in hac vita miſerijs confitam, ſputis, alapis, liuoribuſque obductam, conceſſerit inſpiciẽdam; quam rutilanti gloria radiantem in cœleſti patria conſpiciendam reſeruat.

Abſalon triſtitia, quod patris faciẽ videre nõ poſſet. Abſalon mori maluit, quam patris viſione carere.

Dauid faciem ſubtrahens populum turbat.

Dauid faciem populo oſtendit.

Chriſtus gratiam magnam confert, dum faciem ſuam nobis oſtendit.

Heſter viſo Aſſuero turbatur.

In facie beneuolentiæ ſignum fulget.

17. *Iis etiam in partibus,* &c. Quid hoc eſt? Homo ne igitur Princeps animantium, mundi Dominus, μικρόκοσμος, qui dignitate cunctis præſtat, cuius corpus omni animantium corpore perfe-

Hominis excellentia.

perfectius, cuiuſque ſtatura, habitudo, ac corporis diſpoſitio, tantoperè commendatur, partes tamen habet in quibus confundatur, quaſque pudoris cauſa alienis ſubtrahere cogatur aſpectibus? Heu dolenda nimis hominis conditio! heu deploranda hominis miſeria. Omnino delictum in nobis eſt. Primus noſter parens Adamus, cum inſignis iuſtitiæ originalis prærogatiua circundatus, innocentiæ ſtolam conſeruaret, nudum ſe nudæ Euæ oſtendebat. Adæ item nudo nuda Eua videri non confundebatur. Non enim pudenda caro peccati neſcia, nec turpis à conditore caro facta eſt: ſed ſtatim atque peccauit Adam, peccauit & Eua, ſtatim inquam ſuam vterque nuditatem erubuit; adeò que deformes, adeò turpes corporis partes peccati reddidit turpitudo, vt nuditatem ſuam erubeſceret Adam, nuditatem ſuam doleret Eua, & ficus folijs obtegere, atque occulere feſtinarint. Hinc verenda Noe, & carnem turpitudinis in Aaron, & obſcæna corporis legimus. Has ergo corporis partes alienis aſpectibus oſtentare confundimur, quod & in nobis peccato vitiatæ, atque informes redditæ fuerint. At dices, honeſtas has partes omni peccati labe carẽtes, Chriſtus indicare abſque rubore potuit. Nulla enim in ipſo peccati fœditas, nulla turpitudinis labes fuit, neque in ipſo obſcænæ partes potuerunt inueniri, in quo innocentię ſplendor effulgeret. Sed reſpondere non eſt difficile, quod etſi Chriſtus carnem peccati non haberet, habebat tamen carnem ſimilem carni peccati. Hinc eſt quod ſanctiſsima Deipara apud S. Brigittam libro primo cap. 10. & libro quarto cap. 20. teſtatum reliquerit, quod Chriſtus cum iamiam in crucem agendus eſſet, denudatus, ruborem ſentiebat, cum verò velum quis præcinxiſſet, quo nuditatem ſuam tegeret, mirum in modum recreatus fuerit.

Vnde fœditas in homine.

Nuditatis horror ex Adæ peccato.

Obſcœna corporis ex peccato.

Chriſtus licet carnem peccati non habuerit, habuit tamen carnem ſimilem carni peccati.

18. *Et quod in ſua gloria ne adumbrari quidem permiſit*, &c. Elegans & concinna antitheſis, qua obumbrationi, clara viſio, & miſeriæ, opponitur gloria: ſed mirabitur fortè quis, quod hoc loco maioris gratiæ loco tributum videatur, quod ſuas nobis miſerias Chriſtus conceſſerit intuendas, quam quod gloriam ſuam nobis reuelare voluit. Verum, ſi quis ea, quæ in humanam accidunt conſuetudinem inſpexerit, mirari profectò deſinet. Superbum enim animal eſt homo, quodque gloriam ſuam iactare, & pulchritudinem ſuam oſtentare, & in delicijs ſuis geſtire conſueſcat. Miſerias verò ſuas erubeſcere, in illis confundi, eas deflere, aliorumque oculis occulere fatagit. Chriſtus tamen haſce miſerias, flagellationes, plagas, vulnera, liuores, tanquam ſuæ in nos clementię, atque humanitatis teſtes, nobis conſpiciendas expoſuit. Quæ enim amicorum cauſa perpeſsi ſumus, eorum etiam oculis libenter exponimus. Ita vulnera ſua Reipub. Rom. cauſa aduerſo corpore excepta coram toto Senatu, reiectis veſtibus oſtentaſſe apud Saluſtium in Iugurthino bello legimus Marium Coſ. ita Chriſtum ſua poſt mortem vulnera conſeruaſſe: in cœleſti etiam gloria, in Martyribus aſſeruari legimus, gloriæ & decoris maioris cauſa, vulnerum cicatrices, quas pro Chriſti nomine in hac vita perpeſsi ſunt, ſupra nos fusè oſtendimus.

Antitheſis concinna & elegãs.

Chriſtus miſerias ſuas nobis conſpiciendas conceſſit.

Homo ſuperbum animal.

Marius Coſ. vulnera ſua Reipub. cauſa accepta, in Senatu oſtentat.

In Martyribus cicatrices ad gloriam aſſeruantur.

19. *At quanto cum amoris affectu nos oporteret*, &c. Darius inſignis ille, ac potentiſsimus Perſarum Rex, cum Zopyri amiciſsimi vulnera, fœdam, horridamque lacerationem contemplaretur, adeò illius amore capiebatur, vt diceret, malle ſe Zopyrum fœditatis expertem, quam mille Babilonias. Cum verò quadam die ingens malogranatum fracto cortice conſpiceret, multipliciaque eius grana admirabundus contemplaretur, interrogatus Darius, & cuiuſnam tandem rei tot cuperet habere, quot in Punico malo grana

Darius Zopyri fœditatẽ quantum doluit.

Digitized by Google

Amicus omnibus præponēdus.

conſpiceret: tot Zopyros reſpondiſſe fertur Darius apud Plutarchum in Apophtegmatibus. Et quoniam tanti tamque ſtrenui viri mentionem fecimus, operepretium me quoque facturum puto, ſi heroicum ipſius facinus breuibus ex Iuſtino hiſtorico libro primo deſcripſero. Erat Zopyrus vnus ex ſeptem Perſarum primatibus, penes quos totius Regni ſumma fuit. Cũ verò hinnitus equini ſtratagemate, omnium conſenſu Perſarum Rex acclamatus eſſet Darius; adeò ſe illi fidelem amicum præbuit, vt cum quadam die à Dario Perſarum Rege deſciuiſſent Aſſyrij, & Babiloniam occupaſſent, æſtuaret autẽ Darius, eo quod difficilis vrbis expugnatio eſſet; tum Zopyrus Sinonicum hunc actum excogitauit. Domi ſe verberibus lacerari toto corpore iubet, naſum, & labia, & aures, & oculorum palpebras ſibi præcidi, atque ita Regi inopinanti ſe offert. Miratur tam acerbo ſpectaculo Darius, hæret, horreſcit, cauſam tam fœdæ lacerationis expoſcit. Conſilium ſuum ſic exponit Zopyrus: Aſſyriorum exercitum nimis validum, fortem, inexpugnabilemque agnoſco. Hoſtem igitur me tibi fingam, abs te ita crudeliter tractatum dicam, impietatem tuam oſtentabo, crudelitatem exaggerabo, quod me Regni tui conſortem non virtute, ſed equi hinnitus auſpicio ſuperaris, ita tamen crudeliter tractaueris. Vindictam tantæ à te acceptæ iniuriæ expetere me ſimulabo, agamque cum ipſis, vt iniuriæ vlciſcendę cauſa, ducem me ipſorum exercitus eligant. Nota mea nobilitas, explorata virtus, fidem præſtabit fictioni meæ: pignora hæc ipſa vulnera corporis, & iniuriæ notas habebo, recentiſque iræ ſimulatio, & acerbioris capiundæ vindictę probabilis rabies ducibus eorum præponet. Electus verò eorum exercitus Imperator, & dux, omnem eorum exercitum facilè tibi ſubigam iugulandum. Veritatem, &

Heroicum amoris facinus.

Zopyri inauditum ſtratagema.

Hoſti nūquam credendum.

conſtantiam, & fidelitatem Zopyri, exitus comprobauit, hoc enim ſtratagemate Aſſyriorum eſt fuſus, ac proſtratus exercitus. Hac de cauſa tanto beneficio gratus Darius, dicebat, Malle ſe Zopyrum fœditatis expertem, quam mille Babilonias, & non tot Babilonias, tot Regna, tot Imperia, quot grana in Punico pomo conſpiceret, ſed tot Zopyros exoptare. Similem in Virgilij 2. Æneidos libro Sinonis aſtum legimus. Sed iam diſputationis noſtræ vela contrahamus, remque noſtram agamus. Si Zopyri fœditates adeò admirabatur Darius, vt hac de cauſa ſe illi tantoperè deuinctum fateretur, quòd ea vulnera ſui ipſius cauſa ſponte ſuſcepiſſet; tanto nos ardentius Chriſti vulnera diligere, amplecti, & oſculari tenemur, quanto ſe nobis fideliorem amicum Chriſtus exhibuit, qui noſtræ ſalutis cauſa, vulnera in ſemetipſo ſuſcepit.

Darij in Zopyrum gratus animus.

Sinonis ad Zopyrum ſimilitudo.

20. *Hinc ad Beatam Virginem mente conuerſa*, &c. Quis mortalem hanc quam in terris degimus vitam, lachrymarum vallem, miſeriarum conceptaculum, mortis ſpeculum neget? quandoquidem doloribus, miſerijs, calamitatibus, tribulationibuſque omnia ſunt referta. Quis ab omni corporis, vel animi triſtitia longius abeſſe debuit quam Chriſtus, quam B. V.? & tamen *Chriſtus factus eſt vir dolorum, & ſciens infirmitatem.* Eius verò caſtiſſima Mater lachrymis, atque cruciatibus plurimum repleta fuit; cui partus dolores ſublati non ſunt, ſed tranſlati, vt quos in partu non pertulit, eoſdem in Chriſti paſsione perferret: ita Damaſcenus libro quarto de fide orthodoxa, cap. 15. Cyprianus ſermone de Natiuitate Chriſti, B. Laurentius Iuſtinianus libro de triumphali agone cap. 21. Bernardus ſermone 2. in Vigiliam Natiuitatis Chriſti. Quare cum filium ſuum B. V. conciperet, parturienſque in lucem ederet, maxima lætitia perfundebatur: cum verò Chriſtum

Vita noſtra mortis ſpeculum, ac vallis lachrymarum.

Chriſtum & B. V. omnium maximè à miſeria abeſſe decuerat.

Lætitia B. V. in partu.

Digitized by Google

ſtum tam acerba ſupplicia pati conſpiceret, ſummoperè languebat. Et quàm iucunda fuit partus exultatio, tam etiam acerba fuit in Chriſti morte compaſsio. Quàm verò iucunda fuerit integerrimæ Matris in partu exultatio, quis vberius, quis exactius exprimere poſſet, quam ipſa Virgo? Eam igitur ingentem ſuam in partu lætitiam explicantem audiamus; ita enim apud B. Brigittam lib. 1. cap. 10. loquitur: *Audito Angeli verbo, ferventiſsimum affectum habui eſſe Mater Dei, & loquebatur anima mea præ amore; Ecce ego, fiat voluntas tua in me. Ad quod verbum illico concipiebatur filius meus in vtero meo, cum ineffabili exultatione animæ meæ, & omnium membrorum. Cumque haberem eum in vtero, portabam eum ſine dolore, ſine grauedine, & tædio ventris mei. Humiliabam me in omnibus, ſciens eum omnipotentem, quem portabam. Quando verò peperi eum, ſine dolore, & peccato peperi eum, ſicut & concepi cum tanta animæ, & corporis exultatione, quod pedes mei præ exultatione non ſentiebant terram, vbi ſtabant. Et ſicut in omnia membra mea, cum gaudio totius animæ meæ intrauit, ſic cum gaudio omnium membrorum, exultante anima ineffabili gaudio, ſine læſione Virginitatis meæ exiuit. Cumque conſpicerem, & conſiderarem pulchritudinem eius, anima mea quaſi rorem præ gaudio ſtillabat.* Hæc illa. Sed heu quantum exultauit in delicijs partus, tantum illi in Chriſti morte tormentorum datum fuit, cuius cor doloris acerbitate ſcindebatur, oculi lachrymis replebantur, omniaque membra tremoribus concutiebantur, & omnia viſcera triſtitia replebantur, atque ita dolores quos in partu effugit, in filij morte ſuſtinuit; quæ ideò apud ſanctam Brigittam libro ſecundo cap. 21. ſub parturientis ſimilitudine dolores ſuos explicat, dicens: *Eram*, inquit, *ſicut mulier pariens, cuius omnia membra poſt partum tremula ſunt*. Quare ſicut omnium Matrum lætiſsima fuit in partu filij, ita omnium matrum mœſtiſsima fuit in morte filij.

Ineffabilis B. Matris exultatio in Chriſti filij conceptione.

Quantum in partu exultauit B. V. tantum in filij morte doluit.

B. V. dolores habuit vt parturientis.

ALPHONSI PALEOTI
ARCHIEPISCOPI II. BONONIENSIS.

SACRAE SINDONIS EXPLICATIO.

De Plagis in anteriore coxarum, & crurium parte, quæ flagellantium ob crudelitatem ad viuum vſque dilaceratæ fuerunt.
Caput Decimumoctauum.

Inſpiciatur exemplar vbi litera N. appoſita.

Crucibus affixos humilibus deuorandos à feris.

CÆSARIENSIS, 1. Euſebius refert, quoſdam Sanctos Martyres, humilibus affixos Crucibus, & Vrſis, ac Leonibus obiectos adeò fuiſſe, vt ipſos deuorarent, incipiendo à cruribus, & coxis in anteriore corporis parte; quemadmodū de D. Blandina narrat, *Blandina verò*, inquit, *ligno ſuſpenſa, beſtijs irruentibus, ad vorandum eſt propoſita.* Flauius quoque Vopiſcus ſimile refert de quodam tabellione cui nomen fuit Mneſtheus, ſic enim inquit, *Mneſtheus poſtea ſurreptus ad ſtipitem, feris eſt obiectus*. Idem etiam à Tertulliano colligitur. Lib. 5. c. 1. In vita Aureliani. Lib. de Pudicit. c. 22.

2. Sed Iudæi Chriſto Domino peius tormenti genus moliti ſunt; tanquam qui miniſtros Pilati ad maiorem crudelitatis rabiem inſtigarent: nam ipſi, veluti Leones, de quibus 3. Dauid intellexit cum inquit, *Sicut Leo rapiens, & rugiens*, dentibus in eum fremebant, vt eundem deuorarent, & conſumptum in nihilum reducerent: nec tantum Domini perſonam abſumere, ſed nomen quoque obli- Pſal. 21.

terare

Digitized by Google

terare cupiebant; vt ex hominum memoria prorſus abraderetur; ſic enim illorum conſilium Ieremias explicauit cum inquit, *Et nomen eius non memoretur amplius.* *Cap. 11.*

4. Cæterum, Canes iſti, voraceſque Leones commoditate dilacerandi Chriſtum ipſis præſtita, ſanè quam euidenter in coxis, & cruribus ipſius crudelitatem ſuam exercuerunt; vt diuinum ædificium ſacratiſſimi corporis illius, fractis & comminutis cœleſtibus columnis illis, ſi fuiſſet eis permiſſum, vtcunque demolirentur. Et hanc ob cauſam iſthac in anteriore parte, eiſdem quoque in coxis, cruribuſque longæ admodum dilacerationes, 5. ac plagæ apparent; qua de re Iob ſententia, quam ad hæc omnia exprimenda pronunciarat, veritatem continuiſſe apertiſſimè conſtat, *Destruxit,* inquibat, *me vndique, & pereo, & quaſi auulſæ arboris ſuſtulit ſpeciem meam*; perinde ac ſi dixiſſet. Quemadmodum radices arborem erectam ſuſtinent; at ſi illæ conuellantur, arbor cadat oportet; ſic etiam, 6. coxæ, & crura Seruatoris, quæ illum ſuſtentabant, ob flagella adeò debilitata ſunt, vt arbor, corpus ſcilicet ſuum, vera vitæ Arbor, quaſi abſque radicibus conciderit, & vires cum forma deperdi dixit: nam coxæ, & crura ipſa, adeò dilaniata videntur, vt iure dici poſſit, inde corticem fuiſſe detractam: quocirca iſthæc eadem pelle dirupta, cum patentes, 7. admodum portæ factæ fuiſſent, ex quibus vberrimè ſanguis effluxit, ſanctiſſimum corpus illud, vt omnino exareſceret, effecerunt; quemadmodum Dauid prædixerat, *Oſſa mea*, inquibat, *ſicut cremium aruerunt*, & ſicuti ad arborem conuellendam, foſſas circum circa, 8. deducunt, ſic ad has coxas, & crura demolienda ſacratiſſimi Corporis Domini tanquam baſes, ſancta in Sindone dilacerationes apparent, foſſis quàm ſimiles; non diſſimili ſanè ratione ab ijs diſcrepantes, quas ſanctis Martyribus ſcorpio ſolebat efficere. *Cap. 19.* *Pſal. 101.*

9. Quæ cum ita ſe habeant, quid tibi homo planta cœleſtis, vti Plato dictitare conſueuerat, faciendum erit; cum eo maiorem fruticandi ſpem concipias, quo virgulta in arboris huiuſce truncum inſerueris; vnde cum forma vitam hauris, cum ſanctiſſimum illum truncum, cortice denudatum prorſus exaruiſſe conſpicias? An non perpetuo indolueris? 10 an non hoc tibi ingentem moleſtiam attulerit? Immò, an non in animo tuo id infixum habueris, adeò, vt quemadmodum ex varijs phantaſiæ conceptibus, ſæpenumerò noſtris in artubus notæ imprimuntur nonnullæ, quæ cum fructuum, aliarumue rerum figura transfunduntur in filios, quemadmodum grauiſſimi Scriptores, Plutarchus, & Plinius obſeruant: ita etiam anima tua, quaſi cœleſti, ac diuino amore fœta, ſuis quibuſcunque in potentijs haſce quaſi plagarum notas iſtarum, & caracteres inurat, in mente

Quonam pacto Chriſtianus fruticare valeat inter has Chriſti plagas contemplandum.

Plin. lib. 7. c. 12.

Plutarch. lib. 5. de Placit. Philoſ. c. 12.

Digitized by Google

mente veram effigiem conſeruando illius, qui eaſdem in ſacra Sindone reliquit inſcriptas? Et fructus, quos iſtiuſmodi ſacro iuuante ſtipite, tibimetipſi tulerit, hinc tales exiſtant, vt notas præſeferant eas, quas harum plagarum cruciatus, in mente iampridem conceptus, in illis impreſſerit. Ex his autem, qui pio in ſanctiſſimam Virginem deuotionis affectu incenſus eſt, eandem meditari cum D. Antonino quiuerit, cum ipſe ſecum reputarit, quod ſtabat Mater verecunda, modeſta, lachrymis plena, doloribus immerſa, ſed tamen ſe talem oſtendebat, vt à Dei voluntate non abſcederet; ſic enim D. Anſelmus inquit, & D. item Antoninus refert, *Si oportuiſſet* (ille inquit) *ad implendum ſecundum rationem voluntatem Dei, ipſa filium in Cruce poſuiſſet & obtuliſſet, neque enim fuit minoris obedientiæ, quam Abraham.* Pius itaque Lector, dum Matris dolores contemplatus erit, inter coxas, & iſthæc crura contemplandum, & ad memoriam reuocandum, ipſa ſemper inceſſiſſe recta ad ſanctitatem, & alios in iter idem perpetuò direxiſſe; modo verò liuida, & laniata eſſe cogitarit, viuido pietatis affectu ea complecti, & oſculis fatigare poterit; non ſecus ac pientiſſima conſueuerat Parens illa in infantia nati ad pectus adſtringere, & ipſi delicias facere, mox cum Beda dicet, Video, ſanctiſſima Domina mea, in iſtis filij tui plagis id ad exitum tandem perueniſſe, quod Iob de eiſdem præuidiſſe conſtat; nimirum, iſtiuſmodi crura, in radicis baſe percuſſa, formam amiſiſſe ſuam. Sic itaque meditando partes haſce, & Matris miſerando dolores, ſuas cum Virginis lachrymis largiter effluentes coniungere poterit.

Conuerſio ad beatiſſimam Virginem.

4. p. tit. 15. c. 41. §. 1.

FRA-

FRATRIS DANIELIS MALLONII DE ADVERSIS COXIS AC TIBIIS CHRISTI ELVCIDATIONES.

IN CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

CÆSARIENSIS 1. *Euſebius refert,* &c. Cũ eximius Dei Vates Ieremias, efferatam eorum rabiem, quos vrbem Hieruſalẽ expugnaturos prophetico ſpiritu præuidebat, lamentaretur Thren. cap. 2. truculentam hanc rabiem ſic deſcripſit: *Aperuerunt ſuper te os ſuum omnes inimici tui, ſibilauerunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt, Deuorabimus.* Locum autem iſtum, etſi de Hieroſolymitanæ vrbis excidio Patres omnes ad litteram explicant; tamen allegoricè de efferata perſecutorum Eccleſiæ rabie plurimi explicarunt. Cardinalis Charenſis in eum locum, Hieron. in cap. 9. Eſaiæ, Hilarius in Pſal. 52. tanta enim, tamque truculẽta ſuppliciorum acerbitate impij perſecutores Eccleſiam diuexarũt, vt non ſolum eam funditus euellere, ſed etiam deuorare, & deglutire decreuerint. Execrandum hoc conſilium illud manifeſtat, quod non parum ſibi ducerent ſanguinarij laniatores, ſi in Eccleſiam, inque Chriſti Martyres, pugnis, alapis, calcibus, fuſtibus, neruis tauris, plumbatis, flagellis, ſcorpionibus, laminis, eculeis, rotis, vncis, vngulis ferreis, pectinibus, facibus, lampadibus, æquuleis, ollis, æneo tauro, cratibus ignita ſartagine, trocleis, culeis, cuſpidibus, igni, ferro, ſexcentiſq; alijs tormentorum, mortiſque generibus, quæ è tartareis euocata ſedibus, Diabolus ſuggerebat, deſeuirent; niſi etiam ad tormentorum, ac mortis horridum genus, in Chriſti Martyres tauros rabidos, canes, leones, vrſos, pardos, apros agreſtes, mures, ſerpentes, aliaque, id generis efferata animantia immitterent, quibus Chriſti Martyres, in ipſiſque Eccleſiam vorarent, & deglutirent. Alios enim ferinis pellibus indutos leonibus obijciebant, vt in ſancto Ignatio legimus, qui cum beſtiarum fremitum audiſſet, *Frumentum*, inquit, *Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar, vt panis mundus inueniar.* Alios veſtibus denudatos, in theatra ſua adducebant, eos nullis vinculis alligatos, ſed inuicta Chriſtiana fortitudine conſiſtentes immobiles canibus, vrſis, leonibus, alijſque rapacibus, voracibuſque beſtijs obijciebant. Alios, vt auctor eſt Euſebius Cæſarienſis lib. 5. hiſtor. Eccleſiaſticæ cap. primo, pedibus in ſaxorum foramina immiſsis, ac liquefacto plumbo firmatis, ſic beſtiarum morſibus exponebant; alios palis alligatos; alios ſtipitibus affixos, beſtijs tradebant vorandos; alios tandem humilioribus Crucibus adſtrictós, feris laniandos exponebant. Cum autem multos cùm apud Euſebium lib. 5. & 8. Tertullian. de pudicitia, tùm apud eos, qui accuratè Martyrologiorum monumenta proſecuti ſunt, quorum non ſolùm Martyrum nomina plurima, ſed cruciatuum etiam genera pari cum pietate, & eruditione deſcripſit Antonius Gallonius in de SS. Martyrum cruciatibus opuſculo, placuit tamen pientiſsimo noſtro Antiſtiti,

Ieremias quomodo hoſtium rabiem deſcripſerit.

Ieremias allegoricè intelligendus.

Perſecutores Eccleſiã deuorare conati ſunt.

Suppliciorum genera varia à Tyrannis Eccleſiæ perſecutoribus inuenta.

Perſecutores contra Martyres beſtias concitabant.

Ignatij inuictus animus.

Pedes Martyrum plũbo firmati

Martyres feris laniandi expoſiti.

Laudatur Gallonij opus de cruciatibus Martyrum.

Digitized by Google

S. Blandina Martyr.

Ante Chriſtum alij crucibus affixi, beſtijſque laniandi expoſiti.

tiſtiti, Sanctæ Blandinæ Martyris veluti ad id, quod maximè intendebat accommodatiſsimum exemplum afferre. Hæc enim cum alijs, quos Euſebius Cæſarienſ. lib. 5. hiſtor. Eccleſiaſticæ cap. primo, refert ſtipiti alligata in Crucis formam, feris laceranda fuit expoſita, quia Chriſtum Cruci affixum; ſed ſauciatis, ac quodammodo voratis prius per flagellorum ſectiones tibiarum, cruriumque carnibus nouimus. Hanc etiam reor eſſe cauſam, cur cum potuiſſet ad intentum ſuum comprobandum exemplum ſeptem filiorum Saul adducere, qui à Gabaonitis crucifixi fuerunt cruribus humilibus, & Reſpha filia Aia abigebat aues per diem, & beſtias noctu, ne eos lacerarent, vt legitur 2. Regum cap. 21. maluerit tamen pientiſsimus Paſtor exemplum S. Blandinæ adducere, quia in nouo teſtamento pro Chriſti fide Cruci affixa, beſtijs dilanianda expoſita eſt.

Pſalmi Dauid myſterijs pleni.

Tituli Pſalmorum inſignes, ſed obſcuri.

Tituli Pſalmorum quo ſpiritu explicandi.

In titulis Pſalmorum explicandis verificatur illud elogiũ, quot capita, tot ſententię.

Titulus Pſal. 21 obſcuriſſimus.

2. *Sed Iudæi Chriſto Domino peius, &c.* Quamuis Regij Vatis Pſalmi, tot, tantiſque myſterijs grauidi, ac referti ſint, vt non ſolùm in ijs plures contineantur ſententiæ, quam verba, in ſingulis etiam verbis plurima cœleſtium Sacramentorum arcana contineantur, in quibus elucidandis non ſolum acutiſsimorum Doctorum ingenia obruantur, ſed Sanctorum etiam Patrum, quos tamen Sancti Spiritus obumbratio maximè illuſtrat, deſudet induſtria: tamen Pſalmorum inſcriptiones, quos titulos nominamus, adeò inſignes, adeòque ſublimes ſunt, vt ſub vilioribus verborum inuolucris ampliſsima perſæpè myſteria contineantur; in quibus explicandis, non tam ingenio, quàm diuinatione opus eſt. quæque non alio, quam quo ſunt conſcripta ſpiritu, intelligi, & explicari queant. Ideò in ijs explicandis tanta Doctorum diſſenſio, tanta diuerſitas reperitur, vt non ſolum vulgatum illud elogium maximè verum appareat, *Quot capita, tot ſententiæ*; ſed etiam cum diuerſorum auctorum placita collegeris, tunc denſioribus te in tenebris obuerſari fateare neceſſe ſit. Cum autem grauis hæc difficultas in omnibus Pſalmorum titulis explicandis reperiatur, præcipuè tamen Pſalm. 21. titulus tot tantiſque tenebris obſitus eſt, vt non tam Doctores in tituli explicatione diſſentiant, quàm etiam in ipſis vocibus, vocumque ſignificationibus enodandis mirum in modum diſcrepent. Huius igitur Pſalmi titulus Hebraicè ſic legitur *hal aielet haſſachar*, quem titulum Græcè ſic verterũt Septuaginta, ὑπὲρ ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς, id eſt, ſuper ſuſceptione matutina. Sanctus Hieronymus pro Ceruo matutino. Alij pro Cerua matutina. Notat autem Auguſtin. Eugubinus, Ceruam apud Hebræos tria ſignificare, primò animal; ſecundò, aſcenſum auroræ, tertiò, ſtellam, quæ ſummo mane exoritur, quę græcè φώσφορος latinè Lucifer appellatur; Chaldæus interpres ſic vertit, ſuper virtute ſacrificij, & iugis holocauſti. Sanctus Auguſtinus, & ferè communiter Latini, 70. verſionem ſecuti, per ſuſceptionem matutinam, Chriſti reſurrectionem intelligunt. Eſt enim veluti noua generatio, ſummo mane facta. Eandem explicationem in Catena Grecorum Patrum in Pſalmos habuerunt Athanaſius, Euſebius, Didymus. Nicephorus autem, & Theodoretus per ſucceſsionem matutinam, Chriſti aduentum intellexerunt, qui velut *aurora conſurgens*, ſplendidiſsimis ſuę diuinitatis radijs toti mundo affulſit, *& ambulantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis.* Eſai. 1. *Eſt* enim *vera lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Qui verò Ceruam pro aſcenſu auroræ accipiunt, eadem ferè ratione titulum hunc explicant, quod Chriſtus *velut aurora* in ſua reſurrectione *conſurgens*, Cant. 6. *Et velut fulgentiſsima ſtella inter nebulas gloria* mirabiliter *effulgens*, Eccle-

Cerua tria ſignificat apud Hebræos.

Septuaginta Interp.

Reſurrectio eſt noua generatio.

Chriſti aduentus velut aurora.

Chriſtus eſt ſtella inter nebulas gloriæ.

Digitized by Google

Eccleſiaſt. 50. ſuis nos ſplendoribus ad gloriæ decus alliciat. Ego verò etſi haſce omnes interpretationes tãquam tãtorum Patrũ auctoritatibus maximè communitas, plurimi faciam, & ſummoperè commendem, hoc tamen loco ſanctiſsimi Patris Hieronymi & aliorum interpretationem, qui Ceruam matutinam, vel matutinum ceruum interpretantur, tanquam inſtituto propoſito meo maximè accommodatam, præ cæteris omnibus cenſui eligendam; Ceruum autem matutinum Chriſtum interpretabor, ſecutus Baſilium homil. 1. in Pſalm. 28. & Auguſtinum libro 83. quæſtion. 71. & ſermo. 21. de verbis Apoſtoli. Origenem homil. 2. & 3. in Cantica, & in cap. 15. Matth. Gregorium lib. 3. Moral. cap. 16. qui in Ceruo Chriſtum interpretantur, ceruique proprietates Chriſto attribuunt. Si etiam Ceruam legamus, Chriſti humanitatem cum Cardinali Hugone intelligemus, ac cum præcedenti hæc quoque coincidet explicatio. Nam & Cantic. 2. de Chriſto dicitur, *Reuertere dilecte mi, ſimilis es Capreæ, Hinnuloque Ceruorum*; in hoc enim Hinnulo Chriſtum intelligit Rupertus libro 7. de diuinis officijs cap. 27. Video & Chriſtum pacifici huius animalis figura delectatum, cum ipſe Chriſtus Beato Euſtachio apparens præſtantis cerui formam ſuſceperit, in cuius cornibus eiuſdem Chriſti crucifixi ſignum emicabat.

Chriſtus eſt ceruus matutinus

Chriſtus in figura cerui S. Euſtachio apparet.

Cum igitur hucuſque ſpecioſiſsimum Ceruum, id eſt Chriſtum, vel ſpecioſiſsimam Ceruam, hoc eſt eius Humanitatem venati ſimus, nunc huius Cerui myſteria hac venatione minimè defatigati proſequamur, & cur matutinus etiam ceruus dicatur, denuò venemur.

Eſt Ceruus animal procerum, ad currendum expeditiſsimum, cornibus ad ornatum, non ad offenſam præditum; ſed Canum, Leonum, Vrſorum, aliarumque carniuorarum beſtiarum morſibus vehementer expoſitum. In hoc igitur Pſalmo, qui Chriſti paſsionem ita clarè explicat, vt Auguſtin. præfatione ſecunda in Pſalm. 21. dixerit, eſſe potius Euangelium Chriſti patientis, quam Prophetiam: quæ Chriſtus ſeipſum Ceruo ab Vrſis, Leonibus, Canibus etiam fatigato, ac vallato, iam iamque morſibus acerrimè abſque vlla ſubterfugij ſpe lacerando, diſcerpendo, vorandoque aſsimilat: ideò ex intimis cordis doloribus ad Deum confugiens, clamat, voceſque ingeminat, dicens: *Deus Deus meus, reſpice in me; quare me dereliquiſti?* Quaſi dicat; en Ceruum matutinum, quem rabidi Canes, Leoneſque famelici lacerandum, venandumque vallarunt. Verè Chriſtus ſeipſum matutinum Ceruum venationi, morſibus, ac lacerationi expoſitum, nominat. Hoc qua ratione ſit verum, videamus, & attentè quæ Euangeliſtæ ſcripſerunt, legamus, & matutinam cerui venationem intelligemus. Matthæ. 27. *Mane autem facto, inierunt omnes Principes Sacerdotum conſilium aduerſus* IESVM, *vt eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum.* Marci 15. *Et confeſtim mane conſilium facientes ſummi Sacerdotes cum Senioribus, vincientes* IESVM, *duxerunt, & tradiderunt Pilato.* Ioan. 18. *Erat autem mane, & ipſi non introierunt in Prætorium.* Ecce igitur matutinum Ceruum inter mortiferæ venationis anguſtias conſtitutum; ideò clamat, *Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me; aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut Leo rapiens, & rugiens:* & paulò infra, *Circundederunt me canes multi, conſilium malignantium obſedit me.* Quaſi diceret, inſtat tempus, tempus vrget, quo Ceruus matutinus ſit mactandus. Quam benè Chaldæus interpres vertit; ſuper virtute ſacrificij matutini, & iugis holocauſti. Ceruus enim hic matutinus ſacrificium inſtaurabat matutinum, & iuge.

Ceruus quale animal.

Pſalm. 21. eſt veluti Euangeliũ Chriſti patientis.

Matutina Iudæorum Venatio.

Summo mane Iudæi Chriſtum inſtant crucifigi.

Canes, Leoneſque Chriſtum circundant.

Quàm

Quàm doctè, quàm acutè Eccleſiaſticus noſter Princeps, & Archiepiſcopus Palæotus, cum martyres in Crucem actos feris expoſitos tradidiſſet, ſubdit; ſed peiora in Chriſtum moliti ſunt Iudæi, veluti crudelitatis miniſtrorum inſtigatores, ipſi enim etiam antequam in Crucem actus eſſet, lacerandum, vorandumque Ceruum canibus obiecerunt. Verum, qui ſunt iſti vituli, & tauri, qui Chriſtum obſederunt, & ſuper ipſum os ſuum aperuerunt, ſicut leo rapiens, & rugiens, & qui ſunt iſti Canes, qui Chriſtum circumdederunt? Neque enim hæc myſterijs vacare putandum eſt, ex ijs autem optimè cognoſcitur, cur dictum ſit, peiora in Chriſtum moliti ſunt Iudæi, vt inſtigatores crudelitatis miniſtrorum. Euſebius, Nicehor. Theodoretus, relati in Catena Græcorum Patrum, in Pſal. & inter Latinos Gregor. lib. 7. Moral. cap. 4. & lib. 31. Moral. cap. 18. Ambroſ. epiſtola 72. Auguſt. epiſtola 120. Hieronym. in cap. 1. 7. & 31. Eſaiæ. Arnobius & Caſſiodorus in hunc locum, Clem. Alexand. 6. Stromat. In vitulis multis, qui vitulum circumdederunt, intelligunt Iudæorum populum; Vitulus enim ad iugum natus taurorum filius, patrum veſtigia ſequitur; iſti ergo circumdederunt Chriſtum, *aperuerunt ſuper Chriſtum os ſuum ſicut leo rapiens, & rugiens, clamantes, tolle, tolle, crucifige, crucifige eum. Non hunc, ſed Barrabam. Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Per tauros pingues, Principes Sacerdotum intelligũt præcitati Patres, iſti etiam circumdederunt Chriſtum inientes contra eum concilium, *& aperuerunt ſuper ipſum os ſuum ſicut Leo rapiens, & rugiens, clamantes, reus eſt mortis*; & perſuadentes plebi, vt Barrabam peterent, & Iesvm crucifigendum acclamarent. Per canes autem, Euſebius, Theodoretus, Didymus, vbi ſupra, & inter Latinos Hilar. Can. 5. & 15. in Matth. Ambroſ. in cap. 16. Lucæ, Auguſtin. lib. quæſt. Vet. & Noui Teſtamenti, q. 39. Hieron. in cap. 9. Eccleſiaſtes, intelligunt Gentiles. Fortè & Chriſtus idipſum ſenſit, dicens Matth. 7. *Non eſt bonum ſumere panem de manibus filiorum, & dare Canibus.* Iudæi igitur Chriſtum canibus, & beſtijs lacerandum, ac diſcerpendum expoſuerunt, cum eum Gentilibus, tanquam Canibus lacerandum, ac flagellandum tradiderunt, qui ipſius tibias, ac crura ita lacerarunt, ac ſi Cruci humiliori affixus beſtijs eſſet expoſitus laniandus. Sæuiſsimam & nullis vnquam ſeculis auditam impuriſsimi Neronis beſtialitatem imitati ſunt Iudæi: Nero enim viros mulieresque ad palum alligari iubebat, in quos ipſe ferè pelle tectus irrumpens, petulantem ſæuitiam rictu, ictu, ac morſu exercebat, Suetonius in Nerone, M. Antonius Sabellicus in Suetonium.

Iudæi crudelitatis miniſtrorum Pilati inſtigatores.

Iudæi peiora in Chriſtum moliti, quã Gentiles in Martyres.

Iudæi Tauris, & Vitulis comparati.

Gentiles canes appellati.

Canes quomodo tibias & crura Chriſti vorarunt.

Neronis beſtialitas.

3. *Dentibus in eum fremebant*, &c. Dum efferatam hanc perſecutorum Chriſti rabiem admirabundus contemplaretur Dauid, Pſalm. 2. ſic exorſus eſt, dicens: *Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterũt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.* Ferino enim dente, ac beſtiali laniatu Chriſtum ita exterminare nitebantur, vt eum vorare, & eius nomen è terra radere cogitarent. Quod benè expreſsit Ieremias cap. 11. *Venite, mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.* Et reuera, admiratione maxima dignum eſt, cur talem in Chriſtum inuidiam, talemque rabiem contraxerint: ideò dicebat, Quare? Reſpondebimus nos, hoc factum fuiſſe auctore Diabolo; vt enim Rupertus in cap. 8. Ioan. teſtatur, ſtatim atque Diabolus cognouit Verbum humanitati ſe velle coniungere, tantum aſſumpſit in eum odium, vt de illo occidendo ſtatim cogitauerit. Idem confirmat ipſe apud B. Brigittam lib. reuela-

Rabiem perſecutorum Chriſti prauidit Dauid.

Chriſtum deuorare perſecutores optabant.

Diabolus Chriſtum ab initio occidere deliberauit.

reuelationum cap. 34. Ideò armauit Principes, & Reges, & Gentes, & populos, vniuerſaſque hoſtium Chriſti phalanges, vt nomen Chriſti abraderet, vt non memoraretur amplius. Vt autem aſtum diaboli, peſsimamque eius rabiem cognoſcamus, ea perſcrutemur, quæ diabolus contra Chriſtum molitus eſt. Statim atque natus eſt Chriſtus, contra ipſum armauit Herodem, qui eum è terra eradere conatus, tot Innocentum ſtrages edidit. At cum ne hac quidem ratione Chriſtum è vita eradere potuerit, contra eum denuò concitauit, & armauit Iudæos, & Gentes, & flagellationibus, ignominijs, ac Cruce, eius nomen delere conatus eſt. At videns conſilium ſuum omninò vanum, atque irritum extitiſſe, Chriſto in cœlum ſublato, horrendas in Chriſtum perſecutiones concitauit, quas Ioannes Euang. in Apocalypſ. cap. 6. proſequitur.

Aſtus diaboli contra Chriſtum.

Diabolus perſecutores contra Chriſtum concitauit.

Cum enim ad primi ſigilli apertionem Chriſtum Dominum eiuſque triumphos, ſub ſacro hieroglifico candidi equi deſcripſiſſet, cuius ſeſſor arcum manu geſtaret, gladiumque vtraque parte acutum ore vibraret, in capite diademata multa geſtaret, quique egrederetur vincens, vt vinceret, ſtatim etiam horridas contra ipſum à diabolo concitatas perſecutiones expreſſit. Ideò aperto ſecundo ſigillo, equum rufum deſcripſit, cuius ſeſſor grandem gladium vibrabat, in quo Reges, atque Imperatores Chriſti Eccleſiam, ac nomen perſequentes, quos diabolus contra Chriſtum armauerat, expoſitores intelligunt; ij enim omnes dicebant, *Venite, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.* At verò, cum in tanta perſecutionis acerbitate, Eccleſiam gladio, ac internecionibus nõ deſtrui, ſed magis confirmari diabolus aduertiſſet, alios aſtus excogitauit, alios quoque cenſuit contra Chriſtum armandos. *Sed omnia vincit Veritas, & preualet.* Ideò,

Chriſtus in candido equo figuratus.

Equus rufus Chriſti perſecutores deſignat.

Omnia vincit Veritas, & præualet.

aperto tertio ſigillo egreditur equus niger, cuius impius ſeſſor ſtateram manu geſtabat. In quo impium, ac profligatiſsimum Arium Doctores intelligunt, qui veluti bellum filio Dei indicens, eum ex diuinitatis arce deijcere conabatur, dicens: *Venite, eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.* Niger, ac teter is fuit, qui à fidei candore, ac religionis ſynceritate ad peſtilentem hæreſeos labem defluxit; ſtateram manu geſtabat, quaſi ad ſtateram examinare vellet, an Patri filius ſimilis, ęqualis, coæternus, atque ὁμοούσιος, id eſt conſubſtantialis eſſet. In quo quidem Ario adeò diabolus profecit, vt in Ariminenſi Cõcilio vniuerſus orbis ſe Arianum eſſe miraretur. Verum cum cognitis Arianorum fraudibus, eorum impudentia, atque hæreſis reiecta eſſet, Catholica fides iterum proclamata, Chriſti nomen abradi non valuit, *Omnia enim vincit Veritas, & preualet.* Alios igitur denuò cenſuit armandos, quos in quarto ſigillo deſcribit Ioannes. Fuit is equus ille pallidus, cuius ſeſſor erat mors, grandem vibrans falcem, quem aperto ore ſubſequebatur infernus. In quo quidem equo pallido, teterrimum atque profligatiſsimũ Doctores intelligũt Mahumetem, qui ſuos cohortans, diceret, *Eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.* Equus pallidus, quòd terrorem, palloremque incutiat; eius ſeſſor dicitur mors, quod mortem inferat dum falcem vibrat. Auſus eſt enim ſe Dei virtutem dicere Mahumetes, & Chriſto quidẽ miracula, ſibi verò gladium eſſe conceſſum, vt legem ſuam non miraculis, non ſignis, non prædicatione, non verbis, ſed gladio, ſed necibus, perſuadeat. Ideò ſubſequitur ipſum dilatato ore infernus, eos vorãs, qui Chriſti nomini teſtimonium reddere formidauerint. At cum ne hac quidem ratione Chriſti nomen abradere, ne memoraretur amplius non

Equus niger Arium Hæreſiarcham ſignificat.

Arius conſubſtantialitatem filij negat.

Equus pallidus Turcicam ſectam ſignat.

Mahumetes ſibi pro miraculis gladium datum cœlitus mentitur.

Stratagemata diaboli.

valuerit: ideò noua ſtratagemata molitus eſt, ſtellas traxit è cœlo, quas Ioãnes Apocal. 9. dicit in puteum abyſſi deſcendiſſe, in qua hæreticos inſignes, præcipuè verò Lutherum Pannonius intelligit: is enim cum ſequacibus dicebat, *Eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.* Ex puteo enim infidelitatis egreſſus eſt perfidiæ fumus, caligine cœlum, id eſt Eccleſiam replens. Ex puteo egreſſæ ſunt abominabiles illæ locuſtæ, ſimiles equis paratis in prælium, ſuper capita earum tanquam coronæ ſimiles auro, facies earum hominum, & capilli ſicut mulierum, dentes earum ſicut Leonum, in quibus quidem locuſtis Lutheranos, ac Caluiniſtas, Bellarminus Cardin. intelligit. At cum ne hac quidem ratione contra Chriſtum præualere, neque illius nomen abradere valuerint, alios etiam diuerſis temporibus cenſuit contra Chriſtum armandos, ſed *omnia vincit veritas.* Armauit enim contra Chriſtum Philoſophos, armauit Poëtas, armauit Hiſtoricos.

Lutherus cũ ſequacibus.

Locuſtæ abominabiles Lutheranos & Caluiniſtas deſignant.

Diabolus contra Chriſtum Philoſophos concitauit.

Hos quidem, vt aut de Chriſto profana conſcriberent, aut ſaltem eius admirãda opera reticerent. Armauit Philoſophos, vt dicerent, *Eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.* Quos maximè in primo Nicæno Concil. hoc molitos eſſe cognoſcimus, qui ideò à Patribus interdùm Patriarchę hæreticorum ſunt appellati, qui fidei myſteria, quæ humana mente probari non poterant, negarent; ſed *omnia vincit veritas, & praualet.*

Philoſophi dicti Patriarchę hæreticorum.

Diabolus contra Chriſtum Poetas cõcitauit.

Armauit Poëtas, qui fidei dogmata ad fabulas detorquebant, hi etiã dicebant. *Eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.* Ideò fidei myſteria quæ in Scripturis leguntur, ſuis fabulis conſtuprata, riſui exponebant. Caſum enim diaboli ad Phaetontis caſum detorquebant; Adæ peccatum, qui Deus effici volebat, in Prothei fabula irridebant: ex Coſmopeia ſeptem dierum ſpacio in Geneſi explicata, Chaos fingebant: Paradiſum terreſtrem, Alcinoi hortum: cœleſtem Paradiſum, Elyſios campos appellabant: Cherub ad valuas Paradiſi gladium verſatilem tenentem, Tricerberum appellabant: inferni pœnas, Cociti nomine: diaboli aſtus in morte Charontis fabulam: Deum iudicantẽ, Radamantẽ fingebant: diluuium Noe in Deucalionis diluuiũ transferebant: duplicem Chriſti naturam, humanam ſcilicet & diuinam, Caſtoris, ac Pollucis fictione conſtuprabant: filij Dei deſcenſum ad hominum filios delectabant, dicentes,

Fidei myſteria à Poetis ad fabulas detorta.

Iam noua progenies cœlo demittitur alto.

Poëtarum venena.

Innocentiæ ſtatum aureum ſeculum appellabant: ſanctos Viros ipſi heroes fingebant: homines perditiſsimos, qui ob ſua ſcelera ad inferni incendia deſcendebant, in Deos relatos dicebant. Si nos Chriſti deſcenſum ad inferos credimus, ipſi Herculem fingebant Hydram occidentem. Atque hac arte ijſque figmentis fidei noſtræ myſteria eludere, Chriſtique nomen abradere nitebantur. At *omnia vincit veritas, & praualet.* Quare irrita, atque inania omnia ſua conſilia videns impius Satan, noua ſemper moliri, noua machinari, atque tentare aggreditur. Armabit tandem in fine mundi contra Chriſtum horridum draconem omnium profligatiſsimum, & perditiſsimum Antichriſtum, *qui extolletur contra omne id, quod eſt Deus, atque coletur, ita vt etiam audeat ſtare in templo, quaſi ſit ipſe Deus.* Is ſuis ſatellitibus dicet, *Venite eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius.* Sed nihil proficiet, *Omnia enim vincit veritas, & praualet.*

Diabolus contra Chriſtum nil proficit.

4. *Cæterum canes iſti, voraceſque leones, &c.* Valdè apta, atque accommodata metaphora columnæ ædificia ſuſtentantis, inſtitutum ſuum proſequitur Antiſtes: vt enim, qui ſtragem maximam, ſubitamque ędificiorum ruinam expetunt, columnas demoliri ſatagũt, quod

Columnis euulſis corruunt ædificia.

Digitized by Google

quod feciſſe legimus in lib. Iudicum
Sampſon plures occidit mortuus, quam viuus occiderat.
Sampſonem, qui vt ſubita ruina incautos opprimeret Philiſtæos, columnas effregit, multòque plures moriens occidit, quam viuus occiderat; ita & Iudæi, templum corporis Chriſti, de quo dixerat Saluator, *Soluite templũ hoc*, &c. ſoluere volentes, crura, ac tibias Saluatoris, quas ſupra diximus eſſe columnas marmoreas, ita excoriare, itaque excarnificare voluerunt, vt corpus ſuſtentare nullatenus poſſent.

Iob arboris ſimilitudine calamitates ſuas deplorat.

5. *Qua de re Iob ſententia*, &c. Cum lucidiſsimum Chriſtianæ patientiæ ſpeculum Iob, acerbitatum ac paſsionum ſuarum impetus deploraret, quibus non ſolum corpus ſuum, ſed tota quoque poſteritas videretur abſumpta, in caput decimumnonum eleganti arboris metaphora calamitatem ſuam deſcripſit, dicens: *Deſtruxit me vndique, & pereo, & quaſi auulſæ arbori abſtulit ſpem meam*; quia ſcilicet dum arbor circumquaque cortice ſubtracto deſtructa, & radicitus euulſa eſt, ita certæ morti eſt expoſita, vt repullulationi aut ramificationi in qua denuò viuat, nullus relinquatur amplius locus. Elegantem hanc euulſæ arboris metaphoram Chriſto applicat auctor, quod ſcilicet è cruribus, ac tibijs Chriſti perinde cutis auulſa, & extracta eſt, ſicut ab arbore cortex euellitur.

Arbor euulſo cortice moritur.

Cum autem cortex arbori euellitur, excoriaturque arbor, tunc de illa actum omninò eſt, ita ergo Iudæi, & Canes crura, ac tibias Chriſti excoriare, & excarnificare decreuerunt, vt nulla amplius Chriſto ſpes relinqueretur, ſed omnino nomen eius, & memoria eius abraderetur. Accommodata autem eſt Chriſto metaphora, non ſolum quia vt ſupra oſtendimus, Iob fuit Chriſti figura, ſed etiam quia Patres Chriſtum arbori comparant, & myſticè in arbore Chriſtum intelligunt.

Chriſtus arbori comparatus

In arbore ſinapis Chriſtum intelligunt, Origenes in capite ſexto epiſtolæ ad Romanos, & Hilarius in Cano. 12. in Matth. Gregor. 19. moralium, Ambroſ. ſermone ſecundo. Ipſe eſt etiam arbor vitæ in medio Paradiſi ſituata. Ipſe eſt arbor bona, quæ bonos fructus facit, quæ radices ſuas fixit in Abraham, Iſaac, Iacob, & reliquis, quos enumerat Matth. capite primo, Luc. capite tertio.

In Chriſto ſtips, frondes, flores, & fructus.

Stips, & truncus eſt ipſa Chriſti vita, rami Apoſtoli, frondes Patriarchæ veteris Legis, fructus eſt vita æterna. Hæc arbor ſecundum temporum incrementa, in electos ſuos radices miſit, & dilatauit, ramos in vniuerſum mundum expandit, adeò, vt volucres cœli venerint, & habitauerint in ramis eius.

Mirabilis inſitio.

Mirabilis in hac arbore inſitio facta eſt, dum diuino Verbi ſuppoſito, humana natura copulata eſt; inde fructus ſuauiſsimi prodiere, fructus honoris, & honeſtatis.

Arbor Nabuchodonoſor.

Felicitatem huius arboris procerrima illa Nabuchodonoſor arbor expreſsit, cuius myſteria Daniel explicauit. Verum de illa arbore dictum fuit, *Succide eam, ſed germen eius ſerua*; ita hæc etiam arbor euulſa, ſed radicitus conuulſa non eſt; Conabantur illam quidem radicitus euellere Iudæi, atque Gentiles, dicentes: *Eradamus eum de terra viuentium*, ideò circumquaque corticem, cutemque cum carnibus excoriantes, veluti foſſas circumcirca fodientes, arborem extirpare, & radicitus conuellere tentabant. Et licet funditus radices euellere, eiuſque nomen abradere non valuerint, adeò tamen circumquaque truncum humanitatis deſtruxerunt, vt eum mori compulerint; ideò dixit: *Deſtruxit me vndique, & pereo*.

Chriſtus eſt arbor vitæ.

6. *Vera vitæ arbor*, &c. Inſignis, illuſtriſque eſt hæc arbor vitæ inter omnes arbores, quas legimus in Scripturis, ideòque nonnulla de ipſa tam quoad nomen, quàm quoad ſubſtantiam, & virtutem erunt dicenda. Et quidem quod ad nomẽ attinet, in textu Hebræo ſic legitur: *Ghetz bachaim*, id eſt lignum

vitarum, quo in loco triplex Hebraiſmus continetur.

Lignum pro arbore.

Primus, quod ponatur lignum pro arbore. Secundus, quod ponatur lignum vitæ pro ligno viuifico, ſiue vitali, ſiue faciente viuere. Tertius, quod dicatur lignum vitarum, pro ligno vitæ; quamuis non deſint qui aſſerant dici lignum vitarum, non ſolum, quia conſeruaret & vitam ſenſitiuam, & vegetalem, & rationalem in homine, ſed etiam quia faciebat adeò longam vitam viuere, & ea vita multas alias vitas collectiuè acceptas, alijs arboribus ſuſtentatas, viuere faceret. Et quoniam etiam abſque arbore vitæ homines alijs arboribus viuentes vitas ſuas traducebant ad nongentos, & eo amplius annos, etiam poſt peccatum Adæ, ideò putarunt alij, parum eſſe, ſi hæc arbor vitam conſeruaret ad quatuor, vel octo millia annorum; vt etiam addiderint, eam vim habuiſſe conſeruandi hominis vitam infinito tempore: ita Chryſoſtom. homilia decimaoctaua in Geneſ. docet, eſu huius arboris hominem redditum iri immortalem; quod etiam habet Auguſtinus libro decimoquinto de Ciuitate Dei, capite vigeſimo, & vigeſimotertio, Rupertus libro tertio de Trinitate & eius operibus, capite vigeſimo, Toſtatus quæſtione 175. in caput decimumtertium Geneſ. addit Strabus, & Hugo Cardinalis in caput ſecundum Geneſ. quod non ſolum à morte præſeruabat, ſed ab omni etiam morbo, & perpetua ſtabilitate, ac ſanitate vitam confirmabat, ne vnquam in deterius mutaretur, viceturque ex eo deduci, quod dicitur Geneſ. tertio. *Videte ne ſumat de ligno vitæ, & viuat in æternum.* Tum etiam, quia ſi homo non peccaſſet, nunquam mortuus fuiſſet. Alij tamen communiter dicunt, non potuiſſe illud lignum habere hanc virtutem naturalem, vt conſeruaret æterno tempore, quia omne agens in agendo repatitur: tum quia virtus naturalis cibos in alimentum conuertit, nunquam ita perfectum reſtituit humidum radicale, ſicut erat prius, tum quia virtus naturalis, & finita, infinito tempore conſeruare non poterat: ita S. Thom. 1. p. quæſt. 97. artic. 4. Caietan. ibidem, Pererius in cap. ſecundum Geneſ. & ferè communiter Theologi. Facilè autem conciliari cum ijs Doctores primæ ſententiæ poſſunt, dicunt enim, quod reddebat hominem immortalem, quia ſi homo non peccaſſet, poſtquam beneficio eius ligni diu, multumque vitam traduxiſſet, rapuiſſet eum Deus in cœlum abſque vlla mortis intercapedine, gloriamque illi elargitus eſſet, qua corpus redderetur immortale, ſicut & modo fit nunc in gloria. Verum quidquid hac de re dicendum ſit, negari tamen non poteſt, quin ea virtus ſiue finito, ſiue infinito tempore hominum vitam fuiſſet præſeruatura, fuerit valdè mirabilis. Qua de cauſa S. Bonauent. quarto, diſtinct. 17. docet eam virtutem fuiſſe ſupernaturalem, quod ante ipſum docuerat Beda in Geneſim, & Sanctus Auguſtinus lib. de Geneſ. ad literam capite primo, & quinto, & lib. 11. cap. 40. & lib. 13. de Ciuitate Dei cap. 20. & 23. dicit, eam virtutem fuiſſe in illo ligno ex quadã diuina inſpiratione, & mirabilem illum effectum tamdiu conſeruandi habuiſſe, quaſi ſacramentali virtute. Alijs tamen placet magis, quod virtus illa fuerit naturalis: ita Hugo in eum locum, & D. Tho. vbi ſupra. Ex quibus patet, hanc arborem longè ijs arboribus, quas Solis, & Lunę arbores nominabant, fuiſſe feliciorem. Arbores autem Solis, vt refert Petrus Comeſtor in hiſtorijs diuerſis poſt lib. Heſter c. 4. procerrimæ erant arbores, quarum ſummitatem ſtatim atque Sol exoriens ſuis radijs attingebat vſque ad radices concutiebantur, tuncque interrogantibus reſponſa dabãt. Qui verò harum arborum pomis veſcebantur quadringentis

Marginal notes:

Lignum vitæ quid ſignificet.

Arbor vitæ in Paradiſo, an infinito tempore conſeruare potuerit.

Arbor vitæ etiam à morbo præſeruabat.

Si homo non peccaſſet nũquam mortuus fuiſſet.

Omne agens in agendo repatitur.

Homo in ſtatu innocentiæ, quomodo mortem euaſiſſet.

Virtus mirabilis in arbore vitæ.

An ea virtus naturalis fuerit.

Arbores ſolis mirabiles.

Digitized by Google

gẽtis annis victitaſſe dicti ſunt. Eas arbores ſe conſuluiſſe, & reſponſa ab ijs accepiſſe teſtatus eſt Alexand. Magnus in epiſtola ad Ariſtotelem, de mirabilibus Indiæ. Ego verò quamquam hęc fabuloſa videam, & à Poëtis conficta, adhuc tamen ſi verè extitiſſent, non poterant cum nobiliſsima hac arbore vitæ conferri. Atque hæc quoad huius feliciſsimæ arboris vitæ hiſtoriam, dicta ſufficiant. Nunc huius arboris myſteria requiramus. In hac enim arbore Chriſti crucem Patres intelligũt. Ambroſ. lib. de ijs qui initiantur myſterio cap. 3. & ſermo. 23. Primaſius in cap. 2. Apocal. Viegas ibid. Hieron. in cap. 2. Ioel. & epiſtola in id, *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.* Eſychius cap. 14. Leuitici, Greg. lib. 12. Moral. c. 3. & 12. Aug. lib. 12. cont. Fauſtum Manichæum cap. 34. & 35. tract. 2. in Ioan. Alij in Ligno Vitę charitatem intelligunt. Alij felicitatem, vt Aretas. Alij ſacramenta. Verum inter omnes myſticas explicationes illa mihi magis arridet, quam ſancti Patres communiter tradiderunt, ſcilicet, quod illa arbor Chriſtum nobis figuraret: ita Auguſt. lib. 12. contra Fauſtum c. 35. Hilarius in Pſal. 1. Tertull. lib. aduerſus Iudęos. Beda in c. 2. Geneſ. & in c. 2. Apocalypſeos, Richardus de S. Victore in cap. 2. Apocal. Hier. in cap. 65. Eſai. Greg. 12. Moral. c. 3. & 4. Amb. in Hexamer. Et hanc explicationem colligunt alij ex illo Apocalypſis 2. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei.* Hæc enim arbor Chriſtus radices habẽs in Patriarchis, plantata eſt in vtero Virginis, inſita eſt in Incarnatione, creuit in prædicatione, fructificauit in miraculis, ramos expandit in beneficijs, tandem pręciſa in paſsione, viuit in æternum poſt reſurrectionem. Quam eleganter igitur, quam concinnè ſacer noſter Antiſtes, Chriſtum veram arborem appellauit, è cuius tibijs, ac cruribus ad inſtar corticis euulſa eſt cutis.

Crux eſt arbor vitæ.

Arboris vitæ ſignificatio multiplex.

Metaphora arboris explicatur.

7. *Corpus illud vt omnino exareſceret, effecerunt,* &c. Qui eminentiſsimam hominis dignitatem contemplantes, hominem ampliſsimo μικροκόσμου nomine dignandum cenſuerunt, plurima quæ in orbe vniuerſo, quem μεγάνθρωπον, id eſt, magnum hominem appellabant, contemplabantur, quæ miro quodam artificio in μικροκόσμῳ, id eſt, in paruo mundo homine, deprehendebant, quæ quidem omnia ne nimium excreſcat oratio, non ſunt hoc loco explicanda. Verum, vt iſta ſunt nobis reticenda, illud tamen cenſeo recenſendum, quod quemadmodum terra tum ſubterraneis, tum extra, & ſupra terrã præterfluentibus fluminibus, alijs quidem latioribus, minutioribus alijs, alluitur, & irrigatur, & fœcundatur; addit Fran. Venierius in lib. de generatione etiam fermentatur; ita humanum corpus, vtpotè terreum, ſanguinis veluti aquæ alluuione perfunditur, irrigatur, nutritur. Hic per omnes corporis partes, per venas excurrens, per quas veluti areolas, & fluuios, ſanguis præterfluat, deprehendimus alijs quidem laxioribus, minutioribus alijs, alijs itidem ramalibus vniuerſum corpus irrigare. Et quemadmodum omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat, *quia ad locum vndè exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant.* Eſt enim mare veluti primus fons, è quo omnis aqua promanat: ita in homine datur cor in quo conceptacula, ac veluti ſanguinis primi fontes ebulliunt, iuxta Ariſtotelis mentem, aut hepar, ſecundum placita Medicorum. Inde ſanguis per venas in omnes corporis partes excurrit. Quemadmodum igitur terra ſi cataractæ aperiantur, vt omnis aqua præterfluat, areſcit, iuxta illud Gen. 1. *Congregentur aquæ, quæ ſub ſole ſunt, in locum vnum, & appareat arida.* Ita, ſi in homine ruptis venis efluat ſãguis, omnes corporis partes flaueſcunt, & areſcũt: excoriata igitur in Chriſto fuerũt oſſa crurũ, ac tibiarũ venę diſruptę

Homo dictus μικρόκοσμος.

Vniuerſũ μεγάνθρωπος dictum.

Hominis ad vniuerſum comparatio.

Mare primus totius vniuerſi fons.

X 3 ideò

ideò caro exuſta eſt, *oſſaque ſicut cremium aruerunt*; Licet enim Bernardus ſerm. de cute, carne, & oſsibus, dicat, quod oſſa non ſint comminuta, quia neque confracta, deficiente tamen ſanguinis alimento arefacta ſunt, & *ſicut cremium aruerunt.*

Oſſa Chriſti cur arefacta dicantur.

8. *Sancta in Sindone dilaterationes apparent*, &c. Cauſam cur mea ita aruerint, aſsignat; quia altæ quædam excarnificationes in tibijs, ac cruribus conſpiciuntur, ad inſtar earum, quas in martyribus ſanguinariorum inſtrumentum, quod ſcorpio dicebatur, infligebat.

Scorpio quid fuerit.

Quis porrò ſcorpio is fuit; in hoc enim ſcorpione agnoſcendo, multos defatigatos, multos noui deceptos.

Scorpionis nomẽ æquiuocum.

Cauſa verò cur multi ita facilè ſint decepti, eſt, quia ſcorpionis nomen ęquiuocum eſt; ſcorpionesque omnes cædendo, ac feriendo ſunt excogitati. Quidam igitur ſanctorum Martyrum acta, cruciatuſque legentes, dum Martyres ſcorpionibus laceratos legebant, putabant ad eorum corpora admotos eſſe ſcorpiones, id eſt vera animalcula inſecta, qui arcuatis in cancri formam brachijs, quos beneuolentię cauſa amplexari ſe velle ſimulant, eos veneno in cauda retento inficiant. Scorpius etiam, ſiue ſcorpio, dicebatur baliſta, ſiue manubaliſta, ſiue catapulta, & erat bellicum inſtrumentum ad ſaxa, vel ſpicula in hoſtes immittenda. Et quidem Ammianus Marcellinus lib. 24. & 25. dicebat ſcorpionibus tantum lapides proijci, baliſtis verò ſpicula. E contra Vitruuius lib. 10. c. 15. & 16. dicebat, ſcorpionibus ſpicula, baliſtis verò lapides emitti. Tamẽ Vegetius lib. 4. docet, per ſcorpiones, & ſaxa, & ſpicula explodi ſolita. Alij ſcorpione tantum ſagittã veneno illitam emitti; ſed tamen cõſtat ſcorpionem idipſum quod baliſtam fuiſſe, tum ad ſaxa, tum ad veru ſiue mucronata, ſiue mucronibus carentia emittenda fabrefactam, quam alij catapultam dicebant: licet catapulta maius eſſet inſtrumentum, cuius brachia maiore nixu flexa arcuarentur. Quæ omnia inſtrumenta ideò ſcorpionis nomine vocabantur, quia eorum brachia ad inſtar brachiorum ſcorpionis maximè inflexa, & retorta, dum liberè dimittuntur & extenduntur, globos, ac ſagittas explodunt. Etenim arcus manubrio maioris nixus cauſa attractus, & emiſſus, quod inſtrumentum etiam nomen tormento bellico minore quo milites noſtri temporis puluere pyrio iniecto, & accenſo, globulos in hoſtes explodunt, apud Italos nomen dedit: tale enim tormentum Italice dicitur, *Archobuſo*, quaſi arcus perforatus, quod ſcilicet ferrum ita perforatum idem efficiat, quod etiã arcus efficere conſueuerat. Dum ergo legunt Martyres ſcorpionibus cęſos, putant eos baliſtis percuſſos.

Baliſta Scorpio appellata.

Catapulta, Baliſta, & Scorpius an idem fuerint.

Alij ſcorpionem putabant eſſe genus illud forcipis ferreæ, & aculeatæ, quo ad homines excarnificandos, ac fortiter lacerandos in ſanctorum martyrum carnificinis vtebantur ſanguinarij. Hoc inſtrumentum ita fabricabatur: ſumebantur duo vectes ferrei, atque in medio vtriuſque vectis foramine facto clauo ferreo, in Crucis Andreanæ formam, ita connectebantur, vt inter ſeſe partes extremæ, & concurrere, & elongari ea ratione poſſent, qua fabrorum forcipes poſſunt. Atque ex vna parte, quæ martyribus cruciandis applicabantur extrema ferreorum vectium inter ſe concurrentium ita flectebantur, vt vnius vectis extrema pars in acutum dentem deſineret oppoſitum reſpicientem, alterius autem vectis pars in duplices acutos dentes deſineret, vt dum perſtringerentur vectes, tunc alterius vectis acutus dens oppoſitæ vectis duplici denti insereretur, qua ratione ſerratos beſtiarum dentes mutuo inſeri conſpicimus. Neque hiſce ſerratis, mutuoque inſertis dentibus contenta laniatorum improbitas, in eiſdem vectibus paulo inferius verſus

Scorpio non idem quod vngula.

Vngula qualiter fabricaretur.

Digitized by Google

verſus axem ſupra quem cruciati vectes voluebantur, alios ſimiles dentes ferreos adiungerent, ſed eo artificio, vt in eo vecte in cuius ſuprema parte vnicus prominerèt dens, duos inferius dentes aſtruerent: in eo verò cuius extrema pars in duplicem dentem deſineret, vnicus tantum infigeretur dens, qui oppoſito duplici denti infereretur. Pars autem illa vectium, quæ in aduerſam partem ab axe protendebatur, manubriorum loco deſeruiebat ad ipſum inſtrumentum circumagitandum, ſicut ſuas fabri ferrarij forcipes flectunt, & agitant. Vſus huius inſtrumenti is erat. Arreptis vtraque manu ſingillatim huius inſtrumenti manubrijs, impius laniator dentatam partem martyris corpori ſuperponebat apertam, mox ſic ſuperpoſitam ita ſtringebat, vt dum dentatæ partes inter ſeſe concurrerent, martyris carnes ſulcarent, ac ſecum traherent, intraque eos ferreos dentes incluſas crudeliter, ac dirè laniarent. Erat hoc ſupplicij genus acerbiſsimum. Hoc igitur inſtrumentum putarunt alij ſcorpionem eſſe appellatum, quod ad inſtar ſcorpionis extrema brachia coniungens, acriter cruciaret. Verum iſti ſic opinantes, falluntur: tale enim inſtrumentum non ſcorpio, ſed vngula vocabatur; quòd martyrum corporibus ſuperpoſita, & perſtricta, ita intra ſe carnes includeret, ac cruciaret, ſicut vngues facere conſueuerunt. Et dum laxata prius perſtringebatur, corpus ſulcabat: eiuſmodi enim verbum, cum de vngula ſit ſermo, frequenter in actis Martyrum vſurpatum cernimus. Auguſtin. epiſtola 158. *Non ſulcantibus vngulis.* Hieronym. epiſtola 49. ad Innocentium, *Cum liuidas*, inquit, *carnes vngula cruenta pulſaret, & ſulcatis lateribus dolor quæreret veritatem*; dicebatur, & latera fodere. De hoc inſtrumento ſic canitur in hymno martyrum, *Ceſsit his lacerans fortiter vngula.*

Vngula fortiter lacerabat.

Vngulam alij Scorpionem arbitrabātur.

Vngula corpus excarnificando ſulcabat.

Vngulam qua impij excruciatores ſanctorum Martyrum corporibus excarnificandis vtebantur, inter reliquias aſſeruat Romæ Summus Pontifex, atque in præcipuis anni feſtiuitatibus eius miniſtri eam ſuper altare vbi ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli corpora cuſtodiuntur, in Baſilica S. Petri ſtatuunt ſimul cum alijs lapidibus, quos ad Martyrum pedes, dum ſuſpenſi pendebant, alligabant. Hanc ego vngulam ſæpè ſæpiuſque, quamuis indignus, vidi, oſculatus ſum, attrectaui.

Vngula ferrea vbi aſſeruata.


Scorpio igitur, quo antiqui noxijs cædendis, perſecutores autem fidei Martyribus percutiendis vtebantur, erat virga nodoſa, & aculeata, ac veluti ſpinis groſsioribus armata, & taxillata, qua ſanctorum Martyrum corpora cædebantur. Rationem huius reddit Iſidorus lib. 6. Etymologiarum cap. vltim. dicens, *Virga nodoſa, & aculeata Scorpio dicitur, quia arcuato vulnere in corpus infligitur. Virga enim flexilis corpori dum coextenditur arcuatur.* Ferreos tamen ſcorpiones interdum legimus. Plurima de ijs ſcorpionibus ſi quis legere cupiat, legat Anton. Gallonium lib. de ſanctorū Martyrum cruciatibus, legat & excellētiſsimum noſtræ ætatis Ariſtotelem, Vlyſſem Aldrouandum lib. 5. de Inſectis cap. 11. vbi plurima alia ſcorpionum ſignificata intelliget. Nos verò, vt iſthæc omnia clarius cognoſcantur, horum omnium figuras, & ſchemata dare non grauabimur, quibus horum, quæ dicta ſunt imagines oculis ſubijciamus, ſine quibus, ne accurata quidem verborum expreſsione, aut circuitione, nullus ad viuum deſcribet. Verum, antequam hoc faciamus, Antiſtitis noſtri doctrinam colligemus, quę in cruribus, ac tibijs Chriſti foſsiones ad inſtar ſcorpionis inſtrumenti inflictas aſſerit. Non erit hoc mirum, quandoquidem ſupra Chriſtum taxillatis, aculeatiſque flagellis cæſum diximus.

Virga aculeata dicebatur Scorpio, & cur.

Scorpio arcuatus quid eſſet.

Digitized by Google

SCORPIONVM SCHEMATA.



Digitized by Google

Homo cœleſtis planta.

9. *Quæ cum ita ſe habeant, quid tibi homo planta cæleſtis*, &c. Quid hoc loco nouum, quid admirandum legimus, hominem cum plantam cœleſtem legimus? Hem, quo Gentilis viri ſapientia proceſsit? Hem, quo idolatræ philoſophia aſcendit?

Plato Sacras Scripturas lectitauit.

Mirarer hoc equidem, niſi ſacras Litteras à Platone lectas noſcerem, niſi Platonem non alium eſſe, quam Moyſem loquentem atticè perſæpè apud Patres lectitaſſem.

Hominis encomia.

Ampliſsima planè ea ſunt, quæ hominis dignitatem, atque excellentiam maximè commendant, quæ dum præſtantiſsimi Philoſophi contemplarentur, hominem ſummis, excellentiſſimiſque encomijs condecorandum cenſuerunt. Nam Mercurius ille, cui & rerum geſtarum amplitudo, & admirabilis ſapientię decus Ter Maximi nomen dedit, hominis dignitatem conſiderans, exclamauit, dicens:

Homo dicitur miraculum magnum.

Magnum miraculum eſt homo, nihilque in mundo magnum præter hominem eſſe; neque ijs contentus, paulò poſt hominem *ſecundum Deum*, appellauit.

Homo Annulus Dei.

Pythagoras, hominem *rerum menſuram*, Xenocrates, *annulum Dei*, Ariſtoteles, *finem rerum omnium*, Plato, *cœleſtem plantam*, Deus ipſe, *mundi Dominum* proclamarunt.

Verum inter multiplicia hominis encomia, iſtud præ cæteris eligendum Antiſtes excepit, vt ad nouum, illudque mirabile myſterium ſibi aditum aperiret. Supra enim Chriſtum arborem vitæ docuit, à qua ſit cortex auulſus, vt inſitioni locus aperiatur, ſi tam miſeranda plantula reperiatur, ſed ecce tibi, hominem cœleſtem plantam, poterit igitur cœleſtis hæc planta inſeri.

Cœleſtis planta qualiter Chriſto inſerenda.

Magno igitur pietatis affectu hominem veluti cœleſtem plantam hortatur, vt veluti tenellus quidam malleolus, plagis ſeſe inſerat Saluatoris: hæc enim ſuauiſsimi ferendi fructus via, hæc ratio eſt; eatenus enim fructum fert palmes, quatenus in vite manet. In his ergo vulneribus habitemus, nidificemus velut *columba in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ*. Ibi delicias noſtras collocemus: ita enim fiet, vt in ijs amore inhærẽtes, ita hæreamus, vt cum ipſo viuamus, & ſimus in ipſo noua creatura, ſicut & ipſe in nobis eſt; hoc eſt enim Chriſto inſeri, & Chriſto incorporari.

Inſitio contra naturam.

At inquies, contra naturam inſitionis hoc eſt, ſi arbor mala bono frutici inſeratur. Solent enim boni fruticum palmuli infrugifero ſtipiti inſeri. Qua de cauſa D. Hieron. in ſua regula benè, beatéq; viuẽdi, quę incipit, Tepeſcens, &c. dicit: *Inſeruntur fruct. feræ arbores infructuoſis, vt ars vim repellat naturæ*: ſed huic obiectioni apertam in terminis ſolutionem adhibuit Apoſtolus ad Rom. cap. 9. dicens, *Oleaſtrum contra naturam in bonam oliuam inſitam eſſe*. Quia ſi Chriſtus eſt Arbor Vitæ, vtcumque quis Chriſto inſeratur, proficiet ad ſalutem. Licet enim homo arbor mala eſſet, ſi tamen Chriſto inhæreat, tanquam cœleſtis planta, bona arbor fiet, & fructus lucis afferet.

Mirabilis proprietas.

10. *Immo an non in animo tuo id infixum habueris*, &c. Mirabilis naturę paſsio, vt mulierum paſsiones, quæ ab ipſis prægnantibus concipiuntur, maculas tranſmittant in fœtus; eaſque fœtibus maculas inurant, quarum formas ipſæ expetunt. Mirabilis hęc naturę vis, vix à ſolertiſsimis naturæ obſeruatoribus explicatur. Facile iſtud quidem explicabitur, quomodo matres filios ſuos viris ſimiles, interdùm quomodo patres filias vxoribus, alijs item viris, aut mulieribus ſimiles progignant, adeſt enim Ariſtotelis ſatis accuratè explicata doctrina, lib. 4. de Gener. animalium cap. 3. & ſequẽtibus, quod ex maximo motu in phantaſia hæc paſsio accidat,

Vnde in fœtibus maculæ.

quæ interdùm in viro maior, quam in fœmina, ècontra in fœmina maior perſæpè eſt, ideò interdum viro, interdùm fœminæ ſimilis partus effingitur. In vehementi enim feruore libidinis vim imaginationis ineſſe maximam, ſcri-

Digitized by Google

Vis imaginationis quanta.

Mulier adulterij ſuſpicione quomodo liberata.

Mulier vt pulchros filios pariat.

Mulieres ſerpentes parientes.

Vxores filios ex adulterio cōceptos, cur maritis ſimiles pariant.

pſit Iſidorus lib. 2. qua formas viſas ad ſe attrahat. Quare D. Hieronym. auctor eſt, à Quintiliano matronam fuiſſe defenſam, quæ adulterij accuſabatur, quia filium Æthiopem ipſa pepererat: ea autem arte defenſa fuit, quia in cubiculo ſuo pictum habebat Æthiopem, quem dum conciperet, aſpiciebat: nam eadem forti imaginationis apprehenſione factum docet Ioan. Baptiſta Porta lib. 2. Magiæ naturalis, cap. 23. vt mulier filium ſuum colori marmoreo quam ſimillimum pepererit, quia vt pulchrum puerum concipere poſſet, elegantem puerum marmoreum in cubiculum ſuum iuſsit inferri, quem acutiſsimè, dùm conciperet, contemplabatur. Fortis enim imaginatio ſpiritus internos immutat, qui mox ad ſanguinem accurrentes, ita afficiunt; vt forma quàm acutè intuentur, fœtui imprimatur, ita enim hoc acutè perpendit, & explicat Marſilius Ficinus in conuiuium Platonis, oratione 7. cap. 8. Qua de cauſa interdùm tradunt mulieres ſerpentum formas aſpicientes, ſerpentis quoque effigies ſuis impreſsiſſe conceptibus. Atque ex hoc non difficile erit cauſam aſsignare grauiori alioqui quæſtioni, quam aliqui interrogantes ſic proponunt. Cur interdùm mulieres adulterantes, & etiam ex adulterio concipientes, filios tamen ſuos non viris, quibuſcum ſunt adulteratę, ſed ſuis maritis ſimiles procreauerint? Quia ſæpè accidit, vt mulier inter adulterandum ob coniugis ſui timorem, ipſum ſuum coniugem menti fixum retineat, è cuius apprehenſione forti fit, vt in adulterio concipiens filium, ſuo marito perſimilem gignat. Quare Io. Bapt. Porta vbi ſupra docuit, vxorē licet non adulteram, ſi tamen alteri viro, quā ſuo marito gignat ſimilem, adulterij quod mente conceperat eſſe ream. Maximæ huius virtutis, quæ in imaginatione ſita eſt, cōſcius Iacob Patriarcha, populeas, & amigdalinas virgas ſemiexcoriatas ante ouium ſuarum oculos dum conciperent, expoſuit; vt in earum cōſpectu concipientes, varios, & maculoſos fœtus exploderent. Mirabilem verò hanc induſtriam occultamq; philoſophiam ex Melchiſedech didiciſſe Iacob teſtatur Toſtatus in cap. 30. Geneſ. Facilè hoc explicatu eſſe ſupra docui, ſed iſtud difficilius, cur mulieres non ſolùm inter concipiendum, ſed etiam poſtquam cōceperint, maculas earum rerum, quas ardenter expetunt fœtibus imprimant. Reſpondent alij, hoc ex eadem cauſa, ſcilicet ex valida, ac vehementi imaginationis apprehenſione cauſari. Sed hæc reſponſio difficultatem non tollit, explicabit hoc quidem cur macula ad fœtum transferatur, ac cur magis ad vnam partē, quam ad alteram. Alios enim rubentis, aut nigricantis vini maculas geſtantes in fronte cōſpicies, alios imaginem ſupra genas, alios maculas in frōte, alios in mento, alios in collo habere. Tradunt aliqui ſe cancri formam hominis naſo adhęrentem vidiſſe; alius ceraſum ſupra genitalis glandem, qui eo tempore rubeſceret, quo ceraſa matureſcunt, ipſiſque creſcentibus creſceret, marceſcentibus minueretur. Quæ igitur tanta imaginationis vis, cur vni potius parti, quam alteri maculas haſce imprimit? Creſcit admiratio, & ſuperſtitioni perſimile accidit, quod tamen mulieres veriſsimum eſſe teſtantur, ipſæque prægnantes ſe accuratè ſeruare profitentur, vt dum vterum geſtant, ſi pomum, ceraſum, vinum, aut quid ſimile ardenter appetant, manum ori, & vultui non apponant, ſed aut aſcellæ, aut pedis plantæ: ei enim in fœtu corporis parti inuri maculam, quam in ſuo corpore ipſæ tetigerint. Quæ igitur tam validę impreſsionis cauſa poterit aſsignari, vt hanc magis partem, quam illam valeant maculis obducere?

Reſpondere ſolent alij, ei fœtus parti maculam adhæreſcere, quæ tunc nutritur: at ratio hæc friuola, & Philoſopho in-

Iacob virgas amigdalinas, & populeas decorticatas ante fœtus ouium cur ſtatuerit.

Iacob ex Melchiſedech philoſophiā hauſit.

Fœtuum maculæ.

Prægnantium mulierum appetitus.

Maculæ cui fœtus parti adhęreſcant, & cur.

Digitized by Google

pho indigna eſt: nutritio enim toti ſimul accidit viuenti, & partes omnes ſimul nutriuntur, & adoleſcunt, & accurata ea tactus ſolertia, quam explicaui, oppoſitum arguit. Verùm huic quæſtioni licet difficilius ſit veram cauſam aſsignare, ex eodem tamen principio, ex valida ſcilicet apprehenſione erit aſsignanda, vt ea macula ei corporis parti in fœtu inhæreat, quam validius in ſe mater concipit. Eaque ſolertia, vt partem corporis ſui primo, quæ hominum non patet aſpectibus, faciet, vt imaginationis motus, & fortis apprehenſio eas, quas tangunt partes, apprehendat, vt iiſdem partibus macula adhæreſcat.

Imaginationis vi fœtibus maculas inuri.

Verum hæc miſſa facientes, ea potiùs perſcrutemur, propter quæ curioſa hæc à nobis ſuſcepta eſt diſputatio, vt ſcilicet Chriſtum adeò dire, adeò crudeliter pro nobis laceratum ante oculos cordis noſtri valida mentis apprehenſione ponamus, illum perpetuo concipiamus, illum cordi hærentem intueamur, cum illo ſemper colloquamur, ſit iſte *faſciculus myrrhæ*, qui *inter vbera noſtra commoretur*; ex valida enim hac, fortique apprehenſione fiet, vt eaſdem Chriſti plagas, liuores, tunſiones, cruores, dolores, cordi noſtro imprimentes, nihil niſi Chriſtum ſciamus, *nihil niſi Chriſtum, & hunc crucifixum* cogitemus, & amemus. Eritque cor noſtrum, & anima, inſtar earum arborum, quas fœminas arbores appellant, quas nos quoque ſupra diximus abſente arbore maſculo, nullum fructum afferre poſſe; eo verò præſente, vberrimos fructus gignere. Si enim frequens, iugiſque memoria Paſsionis Chriſti præſens nobis ſemper fuerit, vberrimos ſalutis fructus feremus. Et quemadmodum pius, prudenſque Iacob gregum ſuorum prolificationi in quibus ditaretur, intentus, virgas decorticatas ante oculos ouium ſuarum expoſuit, vt in earum contemplatione conciperent, variumque ac maculoſum ouium agmen effunderent, ita nos decorticatas virgas, tibias, & crura, atq; adeò totum Chriſti corpus noſtræ ſalutis cauſa laceratum, & excoriatum, exempla quoque Sanctorum qui Chriſti cauſa paſsi ſunt, ob oculos noſtros ponere debemus, vt in earum contemplatione *Chriſtum concipiamus, Chriſtuſque formetur in nobis, at verus Lucifer oriatur in cordibus noſtris*, fiatque nobis inſigne illud beneficium, quod feliciſsimæ Sanctæ Claræ de Montefalcone ex vetuſtiſsimis eiuſdē ſanctæ Annalibus collatum eſſe teſtatur Iſidorus Moſconius in vita eiuſdem ſanctæ Claræ: ea enim tanta pietate Chriſtum pro ſalute noſtra paſſum meditabatur, vt cordi ſuo Paſsionis Chriſti myſteria geſtarit impreſſa, & cum ſtigmata Chriſti in carne exterius non circumferret, in corde tamen Chriſti Crucifixi imaginem geſtaret; quo quidem in corde, poſt eiuſdem Sanctæ Claræ mortem, admirabilia paſsionis Chriſti myſteria cernebantur inſculpta; in parte cordis dextra, IESV CHRISTI crucifixi imago magnitudine pollicis extenta brachijs paululum ſublatis collo decliui cernebatur, pars dextra corporis, in qua vulnus erat infixum, liuidum colorem gerebat, vulnus verò multo cruore manabat. In ſiniſtra Sindon ſanguinis guttulis cernebatur aſperſa, Corona ſpinea ex neruiculis ſpinoſis texebatur. Porrò ex tribus neruiculis tres claui pendebant, duo quidem minores, tertius grandior. Ex alio, lancea, flagella verò ex quinque flexis neruiculis, nodisq; pluribus reuincta; cernebatur & columna recta flexis, & exiguis funiculis circumdata.

Chriſtum qualiter meditari debeamus.

Chriſtus faſciculus myrrhæ.

Quales fructus ex Chriſti paſsionis meditatione ferre poſſimus

Iacob Patriarchæ quo aſtu fuerit ditatus.

Iacob artificium à nobis imitandum.

Chriſtus qualiter formetur in nobis.

S. Clara de Cruce qua pietate Chriſtum meditabatur.

Chriſti paſſio S. Claræ cordi inſculpta.

Myſteria paſsionis Chriſti in B. Claræ corde.

Vt igitur hoc nobis fœliciter accidat, ſic Chriſtum deprecemur dicentes, *Domine* IESV CHRISTE, *cor meum tuis vulneribus ſaucia, & tuo ſanguine inebria mentem meam, vt quocumque me vertam, ſemper te videam crucifixum, & quicquid aſpexero, tuo ſanguine mihi appareat ru-*

Pia ad Chriſtum deprecatio.

reat rubricatum. Vt ſic in te totus tendens, nihil præter te valeam inuenire, nihil niſi tua vulnera valeam intueri. Hæc mihi ſit cōſolatio, tecum mi Domine vulnerari, tecum deſpici, & tecum pati. Hæc mihi ſit afflictio extra te cōſolari, aut ſub te aliquid meditari. Non quieſcat cor meum bone I E S V, *donec inueniat te centrum ſuum, vbi cubet, vbi ſuum terminet appetitum. Amen.*

Apoſtrophe ad B. V.

11. *Ex ijs autem quæ pio in ſacratiſſimam Virginem deuotionis affectu incenſus eſt*, &c.

Viri fugiunt, mulieres autem non fugiunt in Chriſti morte.

Miratur maximè mellifluus Bernardus tract. de Paſsione Domini cap. 2. quod in Chriſti morte viri, qui fortioris ſunt naturæ, quam mulieres, præ timore fugiant; mulieres verò infirmioris naturæ, Chriſtum Crucem ſibi baiulantem vſque ad Caluariæ montem proſequantur, eique in Crucem acto aſsiſtant: inter quas erat B. V. quæ vt B. Antoninus dicit, *Stabat verecunda, modeſta, lachrymis plena, doloribus immerſa*:

4. p. tit. 15. c. 41. §. 1.

B. V. qualiter Cruci adſtaret.

B. V. Chriſti Cruci adſtans eius dolores augebat.

Sed glorioſus Bernardus tract. de Paſſione Domini cap. 10. dicit, *Ad maiorem Chriſti cruciatum ſtabat Mater, adauxit vulnerum paſsionem materna compaſsio, quam contritiſsimo corde, manibus compleſis, oculis lachrymarum torrente fluentibus, vultu contracto, voce querula, & totis viribus cordis deſtituta, viriliter aſſtabat pendenti. Quoties ipſam ad illa immitia vulnera verecundos putas oculos eleuaſſe, ſi tamen aliquando illos deflexit, vel præ nimio fluxu lachrymarum potuit intueri? Ecce ſicut Tobiæ vxor, & Iob relicta ad pœnam, ita Chriſto Maria fuit.* Cum Iob calamitatum ſuarum miſerias deploraret, *derelicta*, inquit, *ſunt tantummodo labia mea circa dentes meos.* Quid quæſo hoc loco S. vir deplorat; neque enim verendum eſt eum, qui patientiæ ſpeculum toti orbi extitit, impatientia victum dolores ſuos exampliſicaſſe. Quid porrò circa dentes aliud quam labia derelinqui potuerunt? Si labia à dentibus euulſa, ſicut Sinoni apud Virgilium, & ſicut Zopyro apud Iuſtinum fuiſſent, potuiſſet vtique dolere, ſed cum circa dentes labia derelicta fuerint, nihil videbitur eſſe quod doleat. Quid igitur ſibi volebat? Ecce myſteria, nam S. Bernardus tract. de Paſsione Domini, cap. 2. myſticè hoc de Chriſto explicat, *In perſona*, inquit, *Chriſti conqueritur Iob; derelicta ſunt tantummodo labia mea circa dentes meos, per labia quippe, quæ cæteris membris ſunt molliora, muliebris ſexus mollis, & infirmus intelligitur; labia igitur Chriſti fuit Maria Virgo, Maria Magdalena, aliæque mulieres quæ Cruci aſſtabant.*

Labia circa dentes derelicta quid ſint.

Fœminæ mollibus labijs deſcriptæ.

Quantæ autem fuit perfectionis, & obedientiæ illa Mater, quæ ſi opus fuiſſet filium proprijs manibus in Crucem egiſſet? Neque enim quicquam de tanta Virgine, quam Spiritus ſancti gratia repleuerat, indecorum putandum eſt, vel quod doloris impatientia crines, genaſque ſibi ipſa diſcerperet, vel quod incondito eiulatu verba proferret. Ipſa enim filium ſuum ſapienter, & diſcretè dilexit, quæ mundi ſalutem filij dilectioni præpoſuit. Pugnabant in virgineo pectore duo amores, duo etiam dolores, alter filij, alter totius humani populi, & amor, & dolor; amor quo vtriuſque vitam proſequebatur, dolor quo vtriuſque mortem deplorabat. Amorem populi filij amori præpoſuit. Filij tamen dolorem, & mortem humani populi amori, ac dolori præpoſuit: maluit enim filium, quam vniuerſum humanum genus interire. Heu quantum nos filio, quantum matri compati tenemur, huius enim lachrymas, illius dolores, huius agones, illius cruciatus perpetuis lachrymis proſequi deberemus.

B. V obedientia.

B. V in filij morte conſtantia.

B. V. ſalutem mundi filij amori præpoſuit.

ALPHON-

Digitized by Google

ALPHONSI PALEOTI
ARCHIEPISCOPI II. BONONIENSIS.

SACRAE SINDONIS EXPLICATIO.

De Pedibus Seruatoris noſtri clauis in Cruce confixis: ac de vulneribus, quæ in ipſis apparent. Caput Decimumnonum.

Inſpiciatur exemplaris locus vbi deſignatur, O.

ADHVC, 1. ad pedes per anteriorem Sindonis ſacræ partem deſcendendo, 2. apparet pedes de Cruce refixos, 3. & eadem Sindone inuolutos, ſuimet formam ipſa in Sindone reliquiſſe impreſſam; 4. qui in pectuſculo duo ingentia vulnera præferunt, dum plantas perfoſſas, vberrimo ſanguine effuſo, oſtendunt. 5. Hinc illud Dauidis impletum, *Foderunt manus meas, & pedes meos:* ſicut etiam in ſuperioribus multis Patrum ſententijs declarauimus, hoc vaticinium de vulneribus, tum in manus, tum in pedes inflictis, 6. explicandum eſſe; de quibus, tum etiam de vulnere in latus Chriſti lancea inflicto, etiam Zacharias prædixit, *Adſpicient*, inquit, *ad me, quem confixerunt.* Quod quidem Zachariæ teſtimonium, D. Ioannes Euangeliſta citauit, *Videbit*, inquit, *eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt:* quemadmodum D. D. Thomas, Auguſtinus, & Iſidorus obſeruant: ex quibus Iſidorus, *Manibus*, inquit, *pedibuſq; confixus fuit; quia manus, & pedes non confodiuntur, niſi eius, qui in ligno ſuſpenditur.*

Pſal. 21. — *D. Aug. l. 1. de Trin. c. 13. & l. 20. de Ciuitat. Dei c. 30.* — *Cap. 12.* — *Apoc. c. 1.* — *D. Thom. in Apoc.* — *D. Iſidor. tracta. de Paſ. Dom. c. 36.*

7. Hæc

7. Hæc autem Domini in pedibus clauifixio, ingentem illi dolorem attulit, quod in parte adeò neruis compacta, & ſenſu prædita fieret. Hunc autem acerbiſſimum ſanè dolorem Seruator ipſe D. Brigittæ patefecit, *Non habebam*, inquit, *aliud ſuſtentaculum, niſi clauos: interiora mea omnia arida, & contracta fuerunt, cor meum plenum erat dolore, quod quia recentiſſimæ naturæ erat, & optima, ideò dolor quandoque de neruis exibat ad cor, iterum à corde ad neruos; & ſic augmentabatur dolor, & prolongabatur mors.* 8. D. item Bernardus de clauis hiſce loquens, aiebat, ipſos magnos clamores edere, dum viderentur, & Chriſto ingentem incutere cruciatum, *Clamat*, inquibat, *ille, clauus, clamat vulnus, quod in Chriſto ſit Deus, reconcilians mundum ſibi.*

In extrauag. reuelat. c. 51.

Serm. 61. in Cant.

9. Sed cum pedes ambo in ſacra Sindone diſiuncti compareant, & vulnera in pectuſculo gerant, inde liquere nemini poteſt, an ſinguli ſuo ſingillatim clauo confixi fuiſſent; & hoc modo quaternis clauis Dominus Cruci affixus extitiſſet, vti ſenſiſſe viſus eſt Diuus Cyprianus, cum de pedum clauis ita loquutus ſit, *Clauis ſacros pedes terebrantibus*; & Turonenſis etiam Gregorius, D. quoque Brigitta idipſum confirmarunt, *Duobus*, inquiunt, *clauis ad Crucis ſtipitem pedes transfiguntur.*

Serm. de Paſſ. Domini. D. Brigit. lib. 4. reuel. c. 10.

Greg. lib. 1. de Gloria Mart. nu. 6

Hoc etiam doctiſſimus Cardinalis Toletus, præter alios iuniores multos, veriſimilius exiſtimauit: ipſe enim quatuor clauos inde colligit, quod quatuor milites fuerint, qui Chriſtum Cruci adfixerint; & illius veſtes inter ſe partiti ſint ita, vt quadripartitæ, vnicuique militi pars obtigerit ſua; quod etiam Ianſenius adnotauit.

Card Tolet. in Io. c. 19. annot. 14.

Concord. Euang. c. 143.

Hoc autem veriſimiliter perſuaderi poteſt, quod Domino complacitum ſit noſtro, quaternario hoc numero, tanquam myſtico, in præſentiarum vti, ſicut & Diuus Paulus quaternum in Cruce ſitum contemplatur, *Vt poſſitis*, inquit, *comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, & profundum*. Quem ſanè locum D. Auguſtinus pluribus in locis ad Crucem refert: nec ille ſolum, ſed D. Cyrillus, Rupertus, & Diuus Anſelmus eundem locum ita explicant; & Anſelmus particulatim id expendit, affirmans, Seruatorem vniuerſum orbem quadrifariam diuiſum, Cruce comprehenſurum fore. Et idcirco Ianſenius autumat, veſtem quadripartitam quatuor innuiſſe mundi partes per Chriſti Paſſionem, Crucemque ad fidem perductas. Et Sedulius, perbellè admodum, in eodem quaternario numero, totius orbis imperium, per Crucem partum contemplatur: vnde & cecinit,

D. Auguſt. Pſ. 10 c. 26 & 36. epiſt. 112. cap 14. & tract. 18. in Ioan.

D Cyrill. in Io. lib. 12. c. 32. Rupert in Io. c. 19 D. Anſelm de menſura Cruc. in c. 7. vſque ad finem lib. cap 143.

Quatuor inde Plagas quadrati colligit orbis.

Alijs verò magis probatur ſententia illa, qua dictum eſt, tres tantummodo clauos extitiſſe, vti D. Gregorius eſt arbitratus, inquit

D. Greg. Nazianz. de Chriſto patiente.

quit enim, Triclaui repoſitum ligno: D. quoque Bonauentura, Illi tres, inquit, claui ſuſtinent totius corporis pondus. D. item Anſelmus, & Nonius, dum inquit, Magno, & ſingulari clauo pedis vtriuſque pectuſculum transfigi facit, pedibus mutuo impoſitis, & complicatis. At inter iuniores Sigonius, & Toſtatus obſeruant, Seruatorē vnico clauo pedibus confixis, 10. vehementiorem ſenſiſſe cruciatum; cum clauum oporteret eſſe maiorem; & pes alteri impoſitus, crudelius perfoſſus fuerit, cum latiorem plagam retulerit; & clauus craſſior in ſuperiore parte exſtiterit; ſicuti re ipſa ſacra in Sindone apparet, alterius pedis vulnus latius eſſe alterius vulnere; & ipſorum pedum alterum altero magis dilaceratum, cum fortè quopiam mallei grauiore ſit percuſſus ictu. Quæ quidem opinio, eò probari magis valet, quo vulgo in Crucifixi exemplaribus, & ſimulachris omnibus, pes pedi impoſitus, & clauo fixus inſpiciatur. Non tamen ex ſacra Sindone manifeſtè colligere poſſumus, an tribus, an quatuor clauis Seruator Cruci adfixus fuerit. 11. Nihilominus, pius hoc loco Lector meditari ſecum poterit, quantum doloris his in pedibus ita perforatis Chriſtus ſit perpeſſus; prout Diuino ductus Spiritu, ſibi materiem ſubminiſtrari perſenſerit, vti contempletur Dominum noſtrum partim tribus, partim quatuor clauis in Cruce confixum: & prout inter meditandum, ſeſe commoueri, ipſomet ſenſu perceperit, & ad maiorem ſui ipſius ſalutem pertinere cognouerit.

D. Anſel. dialog. de Paſſ. Domini.

D. Bonauent. lib. Medit. vita Chriſti c. 78.

Sigon. lib. 3. de Cecidē. Imp. nu. 326.

Toſt. Par. 3. c. 10.

S. Sindonem opinionem de tribus clauis veriſimilius comprobare.

12. Cæterum, vnum ex his clauis D. Helena, Conſtantini Magni Mater, in fræno equi, quo filius vehebatur, collocauit, vt inde in prælijs adiumentum, tanquam protegentis haberet; ſicut in Tripartita Hiſtoria legimus; & Diuus Ambroſius teſtatur, & ſecundum ipſum vniuerſa Eccleſiaſticorum cohors hiſtoricorum, vti Ruffinus, Nicephorus, Sozomenus, ac Theodoretus. 13. Quinimò ad hunc eundem clauum, in Conſtantini equi fræno poſitum, multi illud Zachariæ vaticinium referunt, *In die illa*, inquit, *quod ſuper frenum eſt, Sanctum Domino.* Sic Tripartita habet hiſtoria, vbi de D. Helena ſcribit, *Alios*, inquit, *clauos fræno equino permiſcuit, & cautelam Imperatoris agens, & veterem prophetiam adimplens. Olim enim Zacharias propheta clamauerat dicens. Erit quod in fræno eſt; ſanctum Domino omnipotenti.* D. etiam Ambroſius de Conſtantino Magno ſcribens, *Cuius*, inquit, *temporibus impletum eſt illud Propheticum in die illa erit, quod ſuper frenum eſt, ſanctum Deo omnipotenti.* Quod tunc impletum exſtitiſſe explicat, cum D. Helena clauum in Conſtantini fræno poſuit. Gregorius etiam Turonenſis de clauis eiſdem, quibus Chriſtus Cruci adfixus fuit, loquens, *De quibus*, inquit, *non eſt ignotum, Zachariam vaticinatum eſſe Prophetam: Erit*, inquit, *quod in os equi ponitur,*

Clauus Chriſti in Conſtantini Magni fræno poſitus.

Hiſt. Tripart. lib. 2. c. 18.

Ruff. lib. 10 c. 8.

Niceph. l. 8. c. 19.

Sozom. li. 2 c. 1.

Theodor. lib. 1. cap. 18.

D. Ambr. orat. de obitu Th.

Zachar. 8. 14.

Lib. 1. de Gl. Mart. nu. 6.

Sanctum

Sanctum Domino. Quod etiam citati paulò ante hiſtorici, Theodoretus, Sozomenus, Nicephoruſque teſtantur. Hanc autem interpretationem Diuus Hieronymus piam ſanè vocat; ſed non multam illi fidem adhibet; & prudenti lectori perpendendam relinquit. D. præterea Cyrillus, idem confirmans, *Non incredibile*, inquit, *dixerit quis, neque alienum a decoro eſt, meminiſſe Deum, & prophetica prædictione honoraſſe Imperatorem valdè pium*. Tandem Franciſcus Ribera hanc ſententiam veluti piam, & condecentem laudat.

D. Hiero. in cap. 14. Zach. — *D. Cyrill. in Zach. c. 14.* — *In c. 14. Zach.*

14. At, quo dolore Beatiſſima Virgo Domina noſtra diſcruciaretur, dum ſanctiſſimum natum in ſinu complexa ſuo, pedes adeò crudeliter perfoſſos, & ob crucifixionem laceros, & ſanguinolentos præſeferre conſpiceret, ita, vt figuram deperdidiſſe viderentur. Deuotus certè Lector per ſemetipſum meditari poterit, dum illam ſibi proponat ob oculos, & dicat. Eheu caſtiſſima Mater, iſthic quam acerbiſſimos es perpeſſa dolores, dum horum foramina vulnerum perſpexiſti; tunc enim hi duo claui tuum pectus terebrarunt. 15. Hinc in ipſam obtutu defixo, contempletur eandem vndique tremore concuſſam, & materno amore compulſam, inter hæc oſculandum vulnera hærere prorſus immobilem, & grauiſſimo dolore perculſam. Denique hæc ſacra contuendo vulnera, & mœſtiſſimam miſerando Virginem, ſacram exoſculari Sindonem, & Redemptoris immenſum in nos amorem, & diros immaculatiſſimæ parentis cruciatus meditari facilè poterit.

Conuerſio ad B. V.

FRA-

FRATRIS DANIELIS MALLONII DE PEDIBVS CHRISTI ELVCIDATIONES.

IN CAPVT DECIMVMNONVM.

Exacta ordinis ratio.

ADhvc, 1. *ad pedes per anteriorem Sindonis ſacræ partē deſcendendo.* Felix tractatio, quæ in pedum Chriſti contemplatione finitur. Hoc enim ordo pio auctori propoſitus, hoc methodi ratio poſtulabat; vt poſtquam aliæ omnes corporis partes minutatim conſideratæ fuiſſent, tota tractatio in pedum Chriſti contemplatione conſiſteret, ſola lateris plaga explicanda ſupereſſet. Vniuerſam quoq; tractationem ſuam theologicam in ſedentis in throno pedes terminauit Magiſter Sententiarum. Hi pedes ſunt Magdalenæ tantoperè amabiles, ac delicati, ideò vbicunq; cum Chriſto legitur fuiſſe, ſemper Magdalenæ locus penes Chriſti pedes fuit. In conuiuio Principis Phariſæorum ſtat Maria retrò pedes Chriſti, lachrymis eos rigat, capillis tergit, oſculatur, amplectitur: ſi in domo Magdalenæ, ac Marthæ Chriſtus loquitur, Maria ſecus pedes Domini audit verbum illius; ſi ad ſuſcitandum Lazarum Chriſtus accedit, accurrit Magdalena, & procumbit ad pedes Iesv, dicens, *Domine, ſi fuiſſes hic.* Si Chriſtus ſit Cruci affixus; Magdalena aſsiſtit cum Maria Chriſti Matre ad pedes Iesv; ſi Chriſtus ſurgit à mortuis, accurrit Maria Magdalena, cæteriſque recedentibus non recedit, moratur, cunctatur, aſsiſtit; tandem prima meretur gaudia, quæ plus ardebat cæteris, vbi Chriſtum agnoſcit, ſtatim procumbit ad pedes Iesv. Hi ſunt ſpecioſi pedes euangelizantes pacem, euangelizantes bona. Hos pedes diuinitus reuelata Beatiſsimę Brigittæ oratione, ſic adorandos pręcepit Deus, *Domine mi* Iesv Christe, *Magiſter bone, benedicantur, & perenniter adorentur pedes tui beatiſsimi; quia cum magno dolore tuo per aſperiorem viam, quam alios docuiſti in hoc mundo diſcalciatis pedibus ambulaſti.* Ita legitur in oratione 3. S. Brigittæ reuelata.

Magiſter Sentent. in pedum contemplatione terminatur.

Chriſti pedes ſunt Magdalenæ requies.

Pedes Chriſti ſpecioſi.

Pedes Chriſti qualiter ſalutandi.

O admirabilem Chriſti humilitatem! O incomparabilem exinanitionem! Quo te tua bone Iesv protraxit humilitas? Quo tua te abiecit pro nobis ſuſcepta forma ſerui? vt nudis etiam pedibus ſalutem noſtram operareris, & diſcalciatis pedibus quæreres, quos ſaluares? Sed plures audio reclamantes, dicenteſque Chriſtum non inceſsiſſe nudis pedibus, ſed calceatum, aut ſaltem ſoleatum; ideò inter Doctores controuerſia in terminis agitatur.

Humilitas Chriſti incomparabilis.

VTRVM CHRISTVS nudipes inceſſerit.

Svnt hac de re inter Doctores duæ diſsidentes ſententiæ. Prima eſt dicentium Chriſtum calceis, aut ſandalijs, aut ſoleis vſum fuiſſe. Suarez 3. parte tomo 2. diſput. 28. ſect. 3. Cardinalis Toletus annot. 65. in cap. 1. Ioan. Paulus Burgenſis in additionibus ad cap. 1. Marci, contra Nicolaum de Lyra. Thomas Trugillus in

Prima ſententia.

Digitized by Google

Dom. 3. Aduentus, qui dicit eſſe communem ſententiam. Videtur etiam hæc ſententia fuiſſe ſancti Auguſt. ſermone 42. de Sanctis, qui dicit, Si Chriſtus calceatus non eſſet, de illo non diceret Ioannes, *Non ſum dignus; vt ſoluam eius corrigiam calceamenti.*

Hanc autem ſententiam ijs argumentis probare nituntur.

Primum argumentum. Primò, quia Chriſtus Seruator noſter vitam communem viuebat, communique victu, ac veſtitu vtebatur: ſed communis vſus erat, vt homines in Palæſtina ea tempeſtate calceati incederent, quod clarè colligitur ex c. 20. Eſai. nam Deus Eſaiæ præcepit, *vt nudis pedibus ambularet*, vt rei nouitate terrorem illis Gentibus incuteret.

Secũdum argumentum. Secundò, quia Matth. 3. Lucæ 3. Ioan. 3. dicit Ioannes ſe *indignum eſſe, qui ſolueret corrigiam calceamentorum Chriſti.* ergo colligitur quod Chriſtus calceamenta portarit. *Obiectiones.* Sed quoniam Doctores oppoſitæ ſententiæ duas eius loci explicationes adhibere ſolent; vt myſticas interpretationes omittam: alteram quod Ioannes non viderat adhuc Chriſtum, ſicut apertè ipſe dicit, Ioan. 1. *Ego neſciebam eum*, &c. & ideò putans Chriſtum calceamenta geſtaſſe dicit, *Non ſum dignus, vt ſoluam eius corrigiam calceamenti.* Alteram verò, quod illud per modum prouerbij dictum ſit, nos enim alicuius excellentiam, noſtramque vilitatem oſtenſuri, dicere ſolemus, eſſe nos indignos, qui eius calceamenta geſtemus, vel corrigiam ſoluamus. *Solutio obiectionum.* Vtramque reſponſionem argutè ita retundunt, vt ſuam ſententiam magis communiant. Ad primam enim reſpondent, quod ſi illa ſolutio diligenter expendatur, nihil aliud, quam modeſtiam locutionis continere videbitur, cæterum autem idem ſonat, ac ſi diceretur, Ioannem eſſe deceptum, quod non eſt dicendum. Ad ſecundam reſpondent, ergo ſaltem ex communi illo prouerbio colligitur, quod communis erat omnium conſuetudo, vt calceos geſtarent; Chriſtus ergo, qui communem vitam vixit, calceos ſicut cæteri geſtauit. *Conſuetudo communis calceos geſtandi.*

Tertium argumentum. Ioan. Baptiſta calceis videtur vſus. Tertiò, quia Ioannes Baptiſta, qui aſperrimam vitam vixit, calceos tamen geſtauit, quod ex eo probabiliter colligi poteſt, quod Euangeliſtæ aſperrimum eius indumentum, & vitæ genus deſcribentes, hoc non tacuiſſent, quod etiam nudipes inceſſiſſet. Ergo à fortiori Chriſtus.

Quartum argumentum. Quartò, quia infirmum docent eſſe illud fundamentum, ex quo oppoſitæ ſententię Doctores inferunt Chriſtum calceos non geſtaſſe, quia IESVS *cœpit facere, & docere*, prius facere, poſtea docere; iuſsit autem Apoſtolos ſine calceis incedere, ergo etiam ipſe ſine calceis incedebat; nam explicari poteſt ille locus Matth. 10. Quod prohibuerit ſolum calceos duplices, ſcilicet mutatorios; ſicut etiam prohibuit ſolum mutatorias tunicas, quando duplices tunicas prohibuit. *Apoſtoli calceis vtentes.*

Quintum argumentum. Quintò, quia Apoſtoli calceos geſtabant, ergo etiam Chriſtus. Antecedens probatur ex illo Act. 12. vbi enim nos legimus, *calcea te caligas tuas*, Græcè legitur *περίζωσαι καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου*, id eſt præcinge, & ſubliga ſandalia tua, *σανδάλιον*, autem eſt calcei genus ad inſtar ſolearum, quibus antiquitus vtebantur Romani, & Gręci, vndè & ſoleati homines dicebantur, qui ſoleis vtebantur, quæ infimam tantum pedis partem tegebant, id eſt plantæ ſubſtratæ, pedem à ſcrupulorum punctionibus preſeruabant, qui supernè corrigia, vel fibula nectebantur: qualibus Apoſtolos vſos, vel ex eo patet, quod modo etiam communiter dicuntur calcei Apoſtolici ſimiles illis ſotularibus, quibus nunc religioſiſsimi Patres Capucini appellati, vtuntur, qui cum Chriſti vitam, & paupertatem, & Apoſtolicæ vitæ perfectionem in alijs, maximo cum virtutum nitore imitentur, ſimilem etiam incedendi formam in ſandalijs *Sandaliũ quid ſit. Ordo Capucinorum laudatur.*

Sandaliū S. Petri.

dalijs imitantur. In Eccleſia Oruetenſi dicitur ſeruari in Reliquijs Sandalium ſancti Petri, alij dicunt eſſe S. Andreę Apoſtoli.

Sextum argumentum. Calceati pedes in Scripturis laudati.

Sextò, accedit myſterium illud, quod Apoſtolus in calceatis pedibus agnouit, dicens, *Calceati pedes in præparationem Euangelij pacis.* Ita pulchri dicuntur ſponſę pedes in calceamentis, quorum myſteria S. Gregor. tum in Canticis, tum in id, *Non ſum dignus ſoluere calceamenta*, explicat.

Sandaliū Incarnationis myſterium figurat.

Præcipuè autem in Sandalijs myſterium Incarnationis alij agnoſcunt. Quare agnum comeſturis Iudæis, præcepit Deus, vt calceamenta habeant in pedibus, Exodi 12. capite.

Secunda ſententia.

Quamuis igitur probabile ſit Chriſtum interdum non inceſsiſſe nudipedem, longè tamen probabilius eſt Chriſtum ſæpè abſque calceis inceſſiſſe nudipedem. Non enim contēdam Chriſtum nunquam calceis, nunquam ſandalijs, aut ſoleis vſum; contendam tamen Chriſtum perſæpè inceſsiſſe nudipedem, nudiſque pedibus terram calcaſſe, quod etiam grauiſsimi auctores tradiderunt.

Qui docuerint Chriſtum inceſſiſſe nudipedem.

Alphonſus Toſtatus queſt. 68. in cap. 3. Matth. Lyranus in cap. 1. Marci, & Ioan. Cornelius Ianſen. in cap. 16. Concordiæ Euangelicæ, Didacus Stella in cap. 3. Lucæ. Matthias Toringus in replicationibus contra Burgenſem, in cap. 1. Marci, S. Bonauentura tomo primo opuſcul.

Probatur Chriſtum nudis pedibus inceſſiſſe.

Primò, auctoritate D. Hieron. in epiſtola de cuſtodia Virginitatis, quæ eſt 22. ad Euſtochium, vbi dicit, *Moyſes, & IESVS Naue, nudis in terram ſanctam pedibus iubentur incedere, & diſcipuli ſine calceamentorum onere, & vinculis pellium ad prædicationem noui Euangelij deſtinantur, & milites veſtimentis IESV ſorte diuiſis, caligas non habuere, quas tollerent, non enim habere poterat Dominus, quod prohibuerat ſeruis.*

Apoſtoli nudipedes.

Et in cap. ſecundo Amos, dicit, *Apoſtoli nudis pedibus iubentur incedere.*

Secūdum argumentum.

Secundò, quia Chriſtus diſcipulos ſuos ad prædicandum mittens, monet vnica tunica contentos, calceamenta non ferre, Luc. 10. Matth. 19.

Chriſtus prius fecit quæ docuit.

Chriſtus autem prius cæpit facere, poſtea docere; vt hac ratione efficacius verbo, & exemplo prædicaret, ergo ipſe etiam calceos ſemper non geſtauit. Scio reſponſionem in promptu eſſe, quam attuli in argumento quarto pro contraria ſententia, ſed tamen quamuis ego hoc loco id non agam, vt oſtendam Chriſtum, & Apoſtolos calceis nunquam vſos, eos enim interdum calceis vſos libens admitto; tamen omnino tanquam certum oſtendere poſſum, Chriſtum, & Apoſtolos interdùm inceſsiſſe nudipedes.

Chriſtus & Apoſtoli nudipedes aliquando inceſſere.

Chryſoſtom. ibid. dicit, *Apoſtoli abſque calceis vnica tunica contenti mundum circuibant, & vincebant.* Et ſua tempeſtate laudabat nudos pedes magis quā calceatos, Tertullianus lib. de pallio, *Nudi pedes*, inquit, *viriles magis, quam in calceis.*

Nudi pedes calceatis præponuntur.

Clemens Alexan. lib. 2. Pedagogi cap. 11. *Viro*, inquit, *pulchrè conuenit nullos habere calceos, præterquam ſi militet. Calceatum enim eſſe, non paruam habet affinitatem, cum eo quod eſt eſſe ligatum. Optimum eſt exercitationis genus nudis vti pedibus, & ad ſanitatem, & ad expeditam facilitatem, vbi non prohibeat neceſsitas. Quod ſi iter non ingrediamur, nec nudis incedere pedibus pati poſſumus, ſoleis vtendum eſt.*

Chriſtiani nudipedes.

Intelligebant ſcilicet iam tunc temporis Chriſtiani, veriſsimum illud eſſe, quod poſteà ad Euſtochium Hieronymus in ſua Regula ſcripſit, quod *nudus* IESVS, *nudos quærit amicos, & ſponſos.* Ideò abiecta veſte, contenti nudis etiam pedibus incedebant; quo factum fuit, vt hac de cauſa ludibrio à Gentibus Chriſtiani haberentur.

Chriſtianus qualiter deſcribatur à Luciano.

Quare Lucianus in Philopat. ſic oratione pingens Chriſtianum, dicebat, *Pallium putre, ſine calceis, & tegmine capitis incedens detonſa coma.*

Tertium argumentum.

Tertiò, probari ſolet, quia cum Chriſti menſæ accumbentis pedes Maria

Magdalena lachrymis rigaret, capillis tergeret, oſcularetur, non tamen legitur calceamenta è pedibus Chriſti traxiſſe, quamuis Euangeliſtę omnes Magdalenæ actiones diligenter, ac minutatim deſcripſiſſe videantur. Scio quid huic argumẽto reſpõderi ſoleat, Chriſtum ſcilicet Iudęorum more, lecto decumbentem accubuiſſe, ideò prius quã lecto accumberet, calceos ſibi extraxiſſe, cum Iudęi interdum etiam pedes lauare conſueuiſſent antequam menſæ accumberent. Sicuti Romanos ditiores conſueuiſſe nõ ſolùm ante cœnam pedes, ſed totum etiam corpus lauare, eruditè docet Hieron. Mercurialis lib. 1. Gymnaſticæ cap. 11. qui etiam ex Terentio, & Plauto, & antiquis lapidibus marmoreis docet, eos antequam menſæ accumberent, ſoccos, & ſoleas ponere conſueuiſſe. Ego igitur quamuis optimè cõprobare poſſum Chriſtum tũc pedes ante cœnam non lauiſſe, ex illo Luc. 7. *Aquam pedibus meis non dediſti*; fateor tamen, ex hoc argumento, non poſſe indubitate probari Chriſtum nudis pedibus inceſsiſſe, ideò validiora affero argumenta.

Iudæi in lectis mẽſæ accumbebant.

Romani in lectis decumbẽtes cœnabant.

Quartò, retorqueo argumentum, quod in contrariam partem ſexto loco adducebatur: nam in nudis pedibus, myſterium communiter patres agnoſcunt, cum dixerit Deus Moyſi Exo. 3. *Solue calceamenta de pedibus tuis, locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Bernardus homil. in Signum magnum, dicit, *Solue calceamenta de pedibus tuis*, id eſt, inuolucra pone carnalium cogitationum. Quare Deus cum Summi Pontificis Aaron veſtes diligentiſsimè pręſcriberet, pedibus tamen calceos non adſcripſit; ideò nonnulli Aaron nudipedem faciunt. Dauid quoque nudis pedibus à facie Abſalon fugiebat, & Ioſue nudis pedibus terram promiſsionis ingreſſus eſt. In pedibus nudis Clemẽs Alexan. Simplicitatẽ conuerſationis agnoſcit, Tertullianus, virilitatem, Bernardus mentis munditiam, Orig. homil. 12. in Exod. & Rupert. Abbas in cap. 22. Numerorum, Gentilitatis deſponſationem, Dionyſ. Areop. lib. de cœleſti Hierarchia cap. 15. puritatem, & diuinę ſimplicitatis ſimilitudinẽ. Chriſtus ergo, qui omnia ea virtutum ornamenta profitebatur, nudis inceſsiſſe pedibus probabiliter credetur. Sed vnicũ illud addo, quod fortiſsimũ, ac validiſsimũ eſt argumentũ.

Quartum argumentum.

Nudatorum pedũ myſteria.

Qui in veteri lege nudis pedibus graderentur.

Quintum, quia Chriſtus Seruator noſter ad informandam eccleſiam ſuã, aperta, atque explorata humilitatis, & paupertatis ſuæ voluit nobis monumenta relinquere: Et ideò, cum in terris viueret, ſæpè, ac ſæpius voluit ſui corporis locis in quibus inſigne aliquod opus faciebat imprimi veſtigia, quæ noſtra, etiam tempeſtate ab ijs videntur, qui pietatis ergo Terram Sanctam, ſacrataque Chriſti loca inuiſunt. In primis verò, veſtigia pedum Chriſti nudis pedibus impreſſa lapidibus, pluribus in locis videntur. In primis verò Borchardus in deſcriptione Terræ Sanctæ 1. part. cap. 6 §. 8. refert in vrbe Nazareth in deflexu ſupercilij collis, vndè impij Nazareth accolæ, Chriſtum præcipitem agere decreuerant, locum etiam nunc videri, vbi Chriſtus quod tranſiens per medium illorum ibat, ſe abſcondit, contrahente ſe rupe, & intra ſe ſuo Opifici parãte latibulum, in quo rugæ veſtimentorum Chriſti, & pedum Chriſti veſtigia impreſſa cernuntur. In Monte Olueti, vbi Chriſtus *orauit ad Patrem, vt transferretur ab eo calix, & factus in agonia ſanguine ſudauit*, adhuc cernuntur lapidi impreſſa manuum, genuum, & pedum Chriſti nuda veſtigia; adeò, vt etiam digitorum Chriſti pedum excauata veſtigia conſpiciantur; ita Borchardus in deſcriptione Terræ Sanctę 1. p. cap. 7. §. 46 Proximus eidem loco alius oſtenditur lapis in quo extremi digiti manuum, ac pedum Chriſti, genua quoque marmori inſculpta cernũtur, quo in loco Chriſtũ à militibus tradunt

Quintum argumentum. Chriſti paupertas maxima.

Veſtigia nudatorum pedũ Chriſti vbi cernantur.

Miraculũ rupis.

Veſtigia nudatorum pedũ Chriſti, vbi ſanguine ſudauit.

tradant captum, & in terram proſtratum; ita Borchard. vbi ſupra. Mirabileque eſt illud, quod ex eo lapide nihil, ne ferreis quidem inſtrumentis abradi poteſt. In vrbe Tyro ſaxum magnum in maxima veneratione ſeruari teſtatur idem Borchard. in 1. par. deſcript. Terrę Sanctę cap. 2. §. 5. è quo Chriſtus ſermones ad populum habebat, vbi verò Chriſti pedes Chriſtus fixit, nunquam puluerem poſſe conſiſtere. In littore maris Galileę, veſtigia nudatorum Chriſti pedum marmore excepta adhuc viſuntur; quando Chriſtus diſcipulis apparuit, dixitque eis, *Habetis hic pulmentariū?* Cum verò Chriſtus aſcenſurus eſſet in cœlum, in loco vnde aſcendit, veſtigia pedum ſuorum lapidi impreſſit. Ex quibus apparet, Chriſtum facie ad Occidenté conuerſa in cœlum aſcendiſſe: ita Borchard. in 1. p. c. 7. §. 46. Et Chriſtian. Adricom. in deſcript. Hieruſalem nū. 192. Romæ etiam extra portam, quæ antiquitus dicebatur porta Capena, nunc autem dicitur porta S. Sebaſtiani, in loco, qui communiter appellatur, *Domine quo vadis*, Chriſtus fugienti ex vrbe Petro obuius factus, marmoreo lapidi vbi apparuit, pedum ſuorum veſtigia inſculpſit; lapis autem ille Chriſti pedum plantas præ ſeferens in Reliquijs Eccleſię S. Sebaſtiani ſeruatur, quem ego, quamuis indignus, vidi, tetigi, oſculatus ſum, dicens: *Adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius*. Neque verò mihi objiciat aliquis. Cum Chriſtus, aut Petro fugienti, aut alijs diſcipulis in mari laborantibus, aut ex Oliueti vertice aſcendit in cœlum, iam à mortuis ſurrexerat, glorioſumque corpus circumferebat; ideò nil mirum, ſi abſq; calceis incederet. Sed tenui cauillo, ſolidas oppono rationes. In primis enim probabile eſt, Chriſtum poſt reſurrectionem in ea forma, & habitu veſtimentorum apparuiſſe, quam etiā ante mortem circumferebat; tum, vt à diſcipulis cognoſceretur; tum, vt veritatem ſuæ reſurrectionis oſtenderet, præcipuè verò, cum in cœlum aſcendit. Voluit enim cum diſcipulis prius manducare, vt ſe eum oſtenderet in cœlum aſcendere, quem ante mortem Magiſtrum habuerant. Ideò ſi nudipes videri voluit, nudipes etiam prius incedebat. Deinde verò, ſaltem ex ijs liceret tutò inferre, ergo ſaltem poſt reſurrectionem Chriſtus nudis pedibus ambulabat. Tandem quid dicemus de veſtigijs nudas Chriſti plantas oſtendentibus, quæ oſtendi lapidibus Chriſto ante paſſionem viuente fuiſſe impreſſa? An non ea apertè conuincūt Chriſtum ſaltem interdum inceſsiſſe nudipedem? O admirabilem Chriſti humilitatem, ô ineffabilem noſtra cauſa ſuſceptam vilitatem, vt nudis pedibus terram ſummus Rex gloriæ concalcaret, & tanto labore, ac dolore ſalutem noſtram operans, perditas oues quæreret, quas in cœleſti gloriæ caulæ congregaret. Dicamus igitur, quod Deus nos in Brigitta docuit, *Domine mi* IESV CHRISTE *Magiſter bone, benedicantur, & perenniter adorentur pedes tui beatiſsimi, quia cum magno dolore tuo, per aſperiorem viam, quam alios docuiſti in hoc mundo diſcalciatis pedibus ambulaſti*.

Ad argumenta autem, quæ pro contraria ſententia adducebantur, non eſt difficile reſpondere: licet enim Chriſtus communem vitam egerit, tamen ex dictis conſtat, plurimos tunc incedere conſueuiſſe nudipedes. Locus autem ille Eſaiæ 20. non fideliter ab ijs auctoribus refertur: nam Deus non ſolum præcepit, vt calceamenta tolleret de pedibus ſuis, ſed etiam vt ſaccū ſuum ſolueret de lumbis ſuis. Quid fuerit autem ſolui ſaccum de renibus, explicant ſubſequentia verba, *Et fecit ſic, vadens diſcalciatus, & nudus, vt eſſet in ſignum, quod Rex Aſſyriorum, ſic minaturus eſſet captiuitatem Ægypti, & transmigrationem Æthiopiæ. Iuuenem, & ſenem nudam, & diſcalciatam diſcoopertis natibus ad ignominiam Ægypti*. Quid ergo mirum ſi nudus

Chriſtus vbi captus ibi ſuorum pedum veſtigia reliquit.

Chriſti veſtigia.

Chriſtus in cœlum aſcendens pedū ſuorum veſtigia impreſſa reliquit.

Domine quo vadis.

Obiectio.

Chriſtus poſt reſurrectionem eodē modo apparuit diſcipulis, quo ante reſurrectionē videbatur.

Solutur obiectio.

Chriſtus non ſemper, interdum tamen nudipes inceſſit.

Chriſti humilitas commendatur.

Oratio ad Chriſti pedes.

Soluuntur argumenta in contrariū allata.

Nuditas horrorem incutit.

ſi nudus incedens terrorem portento ſimilem incuteret?

Soluitur ſecundum argumentum.

Ad ſecundum reſponderi poteſt, primò, iuxta communem explicationem, quod illud per modum prouerbij dictum fuerit. Secundò, quod Chriſtus interdum calceos geſtarit.

Soluitur tertium argumentum.

Ad tertium reſpondetur, quidquid ſit de Ioanne, certè ex dictis conſtat Chriſtum ſæpè inceſsiſſe nudipedem.

Soluitur quartum argumentum.

Ad quartum reſpondeo S. Hieronymum eam conſequentiam feciſſe, quod Chriſtus calceos non geſtarit, qui diſcipulis eos prohibuit; quæ quidem conſequentia licet demonſtratiua non ſit, probabilis tamen eſt, *quia Chriſtus cœpit facere, & docere.*

Soluitur quintum argumentum.

Ad quintum reſpondeo, credibile eſſe, quod Apoſtoli calceos interdum geſtarint, cum tamen interdum nudis pedibus inceſſerint.

Soluitur vltimum argumentum.

Ad vltimum reſpondeo, ſatis ex argumento quarto pro noſtra ſententia conſtare, locum eſſe myſterio, ſi Chriſtus nudis pedibus inceſsit.

In pedum contemplatione aſcendit affectus.

His ſic explicatis, ad Cruci affixorũ pedum tractationem noſtra contendat oratio, ad horũ enim pedum tractationem accedere, non eſt deſcẽdere, quod ſi deſcendit oratio, aſcendat affectus.

Quomodo claui è manibus, pedibuſque Chriſti euulſi ſint.

2. *Apparet pedes de Cruce refixos*, &c. Hic piæ meditationi locus erit, ſi qua ratione extracti è pedibus claui fuerint, contemplemur. Modum igitur à ſanctiſsima Deipara audiamus, quæ S. Brigittam ſic alloquitur lib. 2. cap. 21. *Cogita quomodo deponebant eum de Cruce. Duo qui deponebant eum de Cruce, tres applicabant ſcalas; vna protendebatur ad pedes: ſecunda ſubtus aſcellas, & ad brachia; tertia ad medietatem corporis. Primus aſcendit, & tenebat eum per medium. Secundus aſcendens per aliam ſcalam excuſſit primò vnum clauum de vno brachio: deinde applicata ſcala excuſſit clauum alterius manus; deſcendente igitur illo, qui ſuſtentabat onus corporis paullatim, & modicè, prout poterat, ille alius aſcendit ſcalam, quæ tendebatur ad pedes, & excuſſit clauos de pedibus; claui autem longè vltra ſtipitem Crucis protendebantur.* Hæc Beata Virgo.

Quomodo Chriſtus de Cruce depoſitus fuerit.

Clauorum longitudo.

Ex tanta clauorum longitudine, qui non ſolum pedes, & non ſolum durum Crucis ſtipitem; ſed longè vltra ſtipitem Crucis protendebantur, agnoſcere quis poterit, quanta eorundem debuerit eſſe groſsities, quanta magnitudo, vt validos percutientis ictus ſuſtinentes, non retorto mucrone inflecterentur, ſed ſolidum ſtipitem ſolidè perforarent.

Clauorum groſsities.

3. *Et eadem Sindone inuolutus*, &c. Hoc qua ratione veriſsimum comprobetur, audiamus denuò B. V. ſic B. Brigittam erudientem lib. 2. reuelat. c. 21. *Cum Chriſtus de Cruce deponeretur, & euulſis clauis deſcenderet ad terram, vnus eorum tenuit corpus per caput, alius pedes, ego verò, quæ Mater eram, tenui per medium, & ſic nos tres portauimus eum ad quandam petram, quæ linteo mundo per me operta erat, in quo obuoluimus corpus, ſed non conſui linteum, ſciebam enim pro certo, quod non in tumulo putreſceret.*

Tres Chriſtum portant è cruce depoſitum.

B. V. fides indubitata reſurrectionis.

4. *Qui in pectuſculo duo ingentia vulnera præferunt*, &c. Lachrymabilem plagarum in Chriſti pedibus magnitudinem, tum ea, quæ nos in cap. 16. cum de manuum perforatione ageremus, explicauimus: tũ illa, quæ ſupra de clauorum longitudine atque groſſitie, tum verò multo vlterius ipſorum vulnerum veſtigia ſacra Sindoni impreſſa declarant: talis enim ferro infixo fit plaga, quale ipſum eſt ferrum infixum, plagarum verò effigiem non aliundè, quam ex ipſis vulneribus ſacra Sindon accepit. Vulnera igitur latiſsima qualia infra vbi Chriſti Seruatoris noſtri pedum, ac vulnerum ſchema damus, pius lector inſpicere poterit.

Vulnera pedum Chriſti magna.

Vulnera ampliſsima clauorum, quę Chriſtus dum Cruci affixus eſt pro nobis excepit, vidimus; cur igitur tam aperta vulnerum eorum, quę in manibus, pedibus, latere, totoque excepit corpore veſtigia in ſacroſancta Sindone relinquere voluerit, videamus. Inter

ter

Digitized by Google

Cur Chriſtus vulnerũ ſuorum veſtigia ſitæ Sindoni impreſſerit.

ter multiplices quidẽ cauſas, cur Chriſtus vulnerum ſuorum veſtigia pro nobis excepta relinquere voluerit, ſanè præcipuam arbitror, vt veritas ſuæ pro nobis ſusceptę paſsionis, nobis indicaretur. Prænoſcebat enim futuros quoſdam, qui eo improbitatis, atque temeritatis deuenirent, vt Chriſtum in Crucem verè actum, verèque mortuum, negare auderent: talis audaciæ

Simonis Magi perfidia.

fuit profligatiſsimus Simon, Simon, inquã, ille Magus. Chriſtum enim veluti magicæ artis peritiſsimum non ſe crucifigi permiſiſſe effutiebat; ſed phãtaſtico corpori ſuam impreſsiſſe figuram, quæ in Crucem acta eſt, cum ipſe callide ex hoſtium manibus effluxiſſet.

Cherinti impietas.

Huius erroris peſte Cherintus infectus, peſsimum aliud dogma confingebat, dicens, IESVM quidem crucifixum, Chriſtum verò nõ crucifixum, illum mortuum, hunc non mortuũ, illum non ſurrexiſſe, hunc perpetuò immortalem exſtitiſſe. Quid porrò de per-

Mahumetis impietas.

ditiſsimo illo Luciferi primogenito, Mahumete dicam, qui petulanter hoc confingere non eſt veritus! Non Chriſtum, ſed Simonem Cirenæum eſſe crucifixum? Atque adeò impios quo-

Manichęorum error intolerabilis.

que Manichęos à Chriſto non verum, non reale, non carneum, ſed phantaſticum tantum corpus eſſe aſſumptum, aſſeueraſſe nouimus. Ad quos errores Simonis ſcilicet Magi, & Cherinti, & eiuſdem farinæ ſequaciũ, refellendos, & plura Ioannes Euangeliſta in ſacra Apocalypſi, plura in Euangelio, plura etiam in ſuis epiſtolis ſcripſit.

S. Ignatij aurea verba.

Hac de cauſa Ignatius in Antiochena Sede à Petro Apoſtolo inſtitutus, ſæpè, ſæpiuſque in epiſtolis ſuis ad Trallianos, & ad Trallenſes, & Smyrnenſes inculcat, vt inconcuſsè teneant, Chriſtum verè eſſe natum, verè paſſum, verè crucifixum, verè mortuum, verè ſurrexiſſe. Horum perditiſsimorum hæreticorum petulantiſsimam audaciam, hæc adeò patentia magnorum clauorum ſtigmata retundunt, & coarguunt.

5. *Hinc illud Dauidis impletum*, &c. Locum hunc adeò copioſè, ac cumulatè in cap. 16. enucleauimus, vt hoc loco exigua ſint addenda: quęſiuimus enim illud ibi, quinam ij fuiſſent, qui Chriſti manus fodiſſent, hoc eſt altis foueis excauaſſent; oſtendimus hos vitulos, & tauros pingues, veluti leones rugientes, & rapientes, & etiam canes extitiſſe: in vitulis populum Iudæorum, in tauris pinguibus Principes Sacerdotum, in canibus Gentiles eſſe intelligendos; hancque ſententiam SS. Patrum auctoritatibus communiuimus. Plura ſi quis quęrat, locum illum conſulat in cap. 16.

Vituli, tauri, leones, & canes qui fuerint.

Pedes Chriſti in neruo poſiti.

De his etiam pedibus clauis transfixis, intelligi poterit Iob 13. & 33. *Poſuiſti in neruo pedes meos.* Neruus enim hic vinculi quoddam genus ſignificat, quo pedes obſtringuntur, & ligantur. Notat autem Marcus Marinus in ſua Arca, pro neruo Hebraicè haberi ד ס quod nullo alio in loco præterquam in Iob legitur, quia de hoc vinculi genere, quo pedes configuntur, eſt intelligendum; quamuis ſciam locum iſtum ab alijs explicari, vt per neruum, Legem intelligant.

6. *De quibus, tum etiam de vulnere in latus Chriſti*, &c. Locus iſte Zachariæ valdè inſignis eſt, ideò à nobis diligenter expendendus. Tria autem ſunt alia loca huic valdè ſimilia. Primus eſt Ioannis in Apocalypſ. cap. primo, vbi dicit, *Ecce venit in nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.* Et in Euangelio cap. 19. *Iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt.* Et quoniam hæc omnia de vltimo Chriſti Aduentu ad iudicandum ſunt intelligenda, de quo Matth. 25. dicit; *Cum venerit filius hominis in ſede Maieſtatis ſuæ*, &c. Ideò hæc omnia erunt hoc loco ſic ordinatè explicanda, vt primò videamus, quid ſit hæc Chriſti maieſtas, quæ gloria. Secundò, quomodo videbit eum omnis oculus.

Tria Scripturæ loca ſimilia.

Quę Chriſti maieſtas.

Digitized by Google

Tertiò qualiter ſit explicanda illa ſententia, *Videbunt in quem transfixerunt*.

Nullus Chriſti maieſtatẽ concipeset.

Quod igitur ad primum attinet. Hoc inprimis ſtatuendum eſt, nullum eſſe intellectum adeò perſpicacem, nullam mentis aciem adeò acutam, quæ immenſam Chriſti maieſtatem concipere, nullam adeò eloquentia præditam linguam, quæ eam explicare valeat: *nam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus bona diligentibus ſe*; quanto minus, quæ filio vnico præparauit? Si enim animæ glorificatę tanta eſt excellentia, vt nulla eam mentis acies perſtringere queat, quanto minus Chriſti gloriam, ac maieſtatem poterit intueri? Quod ſi in altiſsimo monte Tabor, cum vel minimum quid ſuæ maieſtatis expreſſerit, ſolam ſcilicet claritatem; adeò tamen eius maieſtatis immenſitate correptus eſt Petrus, correpti Iacobus, & Ioannes, vt in terram omni virtute deſtituti corruerint; quanta erit animæ Chriſti maieſtas, cum non ſolum dotes animæ redundabunt in corpus, ſed ipſa quoq; inacceſsibilis Deitatis lux Chriſti maieſtatem amplificabit? Si enim cum adhuc nobiſcum viueret, in Chriſti tum facie eluceſcebat quidam Deitatis ſplendor, Hieron. in c. 24. Matth. *Radiabat in Chriſti facie radius quidam igneus perterrefaciens Gentes.* Et in cap. 9. Matth. dicit, *Certè ipſe fulgor, & maieſtas Diuinitatis occulta, quæ etiam in humana facie relucebat.* Et B. V. apud S. Brigittam lib. 6. reuelat. c. 58. dicit ſæpè ſe vidiſſe radios eius. Verba ſunt iſta, *Filius meus ſic occultabat potentiam Deitatis ſuæ, vt niſi à me, & quandoque à Ioſeph ſciri poſſet; qui vidimus lumen admirabile multoties circumfulſiſſe eum; & Angelicas voces cantantes ſuper eū audiuimus.* Quanta igitur erit maieſtas eluceſcens in Chriſto, cum ad iudicandum venerit? Aſpectus Angeli Chriſto ſuſcitato erat ſicut fulgur. Qualis erit aſpectus filij Dei? *Sicut fulgur erit ab Oriente*, &c. Maieſtatem eius teſtabitur terror, quo cuncta concutientur, *Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius*. Maieſtatem teſtabitur miniſtrorum, ac aulicorum copia, *Et omnes Angeli eius millia millium*, &c. Si autem tantum Angelus loquens Danieli, Ezechieli, Ioanni, propter immenſum ſplendorem adeò eos perterrefecit, vt prolapſi in terram emarcuerint, nec habuerint quicquam virium, quid facient tot Angeli?

Beatarum mentium felicitas.

Transfigurationis Chriſti maieſtas.

Ignei radij in Chriſti facie micantes.

B. V. Chriſti gloriã in carne videbat.

Maieſtas Chriſti cum ad iudicandum venerit.

Angeli beati maieſtas.

Immenſam quoque maieſtatem teſtabitur auctoritas publicè iudicandi, irrefragabiliſque ſententia, à qua nulla dari poterit appellatio. Inter præcipua autem ipſius decora, erunt plagæ, vulnera, cicatrices, quas pro hominibus pertulit ab hominibus. Ita D. Io. Chryſoſt. homil. 77. in Matth. & homil. 1. de Cruce, & Latrone. Auguſtinus lib. 2. de Symbolo cap. 8. Beda in caput vltimum Lucæ. Eandem quoque maieſtatem amplificabit Iudicis innocentia, & integritas. Tandem eam mirum in modum amplificabit ſedis eminentia, atque ſublimitas; *In ſede Maieſtatis ſuæ.* Si enim gloriam Salomonis tantoperè commẽdabat throni magnificentia, & amplitudo. Si & Regis Aſſueri in Throno gloriæ ſuæ ſedentis tantoperè maieſtatem exornabat eminentia throni; vt Eſter Regina ſolo Regis intuitu terrore correpta, in terram prolapſa corruerit, conſolantique ipſam Regi reſponderit, *Vidi te Domine quaſi Angelum Dei, & conturbatum eſt cor meum præ timore gloriæ valdè enim mirabilis es Domine, & facies tua plena eſt gratiarum.* Quid faciet amplitudo, maieſtas, magnificentia, ſublimitas ſedis ſolij throni Chriſti, in cuius circuitu Iris radiabit, ipſa verò ſedes ſuper aurum & topazion ſplendida cõſpicietur? Porrò, ſedes eius nubes gloriæ erunt. Contemplatur acutè has nubes Cœlius Pannon. in cap. 1. Apocal. ſuper illa verba, *Veniet in nubibus cœli*: Qua de re multa Toſtatus in cap. 25. Matth. quæſt. 299. Quales illæ

Chriſti maieſtatem, quæ commendabant.

Chriſtus ad iudicandum veniens vulnera oſtẽtabit.

Mirabilis Chriſti ſedes.

Regis Aſſueri thronus.

Amplificatio.

Sedes Chriſti qualis.

Digitized by Google

Nubes in quibus Chriſtus adueniet quales.

illę nubes tunc erunt, non vtique quales nunc ſæpè videmus pluuijs rorantes, terram refrigerantes, ſed nubes deorſum tempeſtuoſæ, ſurſum tranquillæ. Qua parte Chriſtum ſepient, & Angelos, & Sanctos omnes, qui cum ipſo venerint ad iudicandum, ſplendidæ, & lucidæ ſicut ſtella matutina refulgens inter nebulas gloriæ. Infra autem non ſolum tempeſtuoſæ, ſed etiam ignitæ.

Dei Legem dantis maieſtas.

Cum Deus daturus Legem Moyſi deſcendiſſet, magnificentiæque ſuæ ſpecimē aliquod exhibuiſſet, tunc populus audiens voces, & videns lampades, & ſonitum buccinæ, montemque fumantem, perterritus, ac timore concuſſus clamabat, *Loquere tu nobis Moyſes. Non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur.* Quantus erit terror, quantus tremor.

Terror Chriſti iudicantis, quantus.

Areſcent homines præ timore, & exſpectatione, quæ ſuperuenient vniuerſo orbi. Ingredientur in cauernas terræ, & in ſciſſuras petrarum à facie formidinis Domini, cum ſurrexerit Dominus percutere terram. Et cap. 2. *Dicent montibus, cadite ſuper nos, & collibus, operite nos. Quærent mortem, & mors fugiet ab eis.* Terrorem horribiliorem reddent, *Quod oportebit omnes adſtare ante Tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; prout geſsit in vita, ſiue bonum, ſiue malum:* Spontè autem vnuſquiſq; ex omnibus terræ finibus, ac partibus ad Vallem Ioſaphat confluet,

Iudicium in valle Ioſaphat.

Vbicunque fuerit corpus ibi congregabuntur & Aquilæ. Atque de magnificentia, & amplitudine ſedis, hæc pro ingenioli noſtri imbecillitate dicta ſufficiant.

Quod ad ſecundum attinet, *quomodo, aut qua ratione videbit eum omnis oculus.* Multiplex enim eſt oculus, alius corporis externus; alius internus, qui ſecundum imaginationis phantaſiam eſt in nobis, ſecundum quem etiam ſomniantes plura conſpicimus; alius eſt mentis oculus. Hoc autem oculo plura conſpicimus, prout vario lumine fuerit hic oculus informatus. Hoc enim oculo cum lumine tantum naturæ fuerit informatus, naturalia ſola conſpicimus; ſi fidei lumine fuerit imbutus, etiam cœleſtia ſub ænigmate cernimus; ſi autem lumine gloriç perfuſus fuerit, etiam Deum ipſum, eiuſque ſubſtantiam clarè, & apertè perſpicimus.

Oculus multiplex.

Lumen multiplex.

Prçter humanos autem oculos, eſt oculus Dei, Angelorum, tam bonorum, quàm malorū: neque enim de beſtiarum oculis eſt hoc loco agendum. Quis ergo oculus tunc Chriſtum venientem aſpiciet? De Dei, ac Beatorum Angelorum oculis non eſt dubitandum; immenſo enim perfuſi gaudio Chriſti Iudicis triumphum contēplabuntur. Angeli mali videbunt, non ad gloriam, non ad ſolatium, ſed ad confuſionem, & damnationem. Oculus corporeus externus Chriſtum quidem aſpiciet, ſed claritatis Chriſti immenſitate perſtrictus, Chriſtum contemplari non poterit. Si enim corporeo oculo ſolem intueri non poſſumus, multò minus Chriſti claritatem, quæ ſole ſplendidior eluceſcet. Oculis carnis internis ſecundum phantaſiam, & imaginationem videbit eum omnis oculus, ſed eius magnitudinem non comprehendet.

Quis oculus Chriſtum videbit.

Chriſti gloriam non omnes ęqualiter videbunt.

Chriſti gloriam nullus comprehendet.

Oculis fidei vix tunc locus erit; nam hæc poſt omnium reſurrectionem erunt; ſtatus ille magis termini, quam viæ rationem habebit; licet adhuc ſententia data non fuerit. Oculis gloriæ lumine perfuſis, videbunt Sancti, impij non videbunt, *Non enim reſurgent impij in iudicio, neque peccatores in conſilio iuſtorum:* Pſalm. 1. non reſurgent, inquam, vt in iudicio ſedeant, neque vt cum iuſtis iudicent, ſed cauſa ſua cadent, & non ſubſiſtent. Ecce igitur, qua ratione videbit eum omnis oculus. Hanc autem impiorum à bonis diſcrepantem videndi rationem, qua boni ad gloriam, mali ad damnationem, perditionem, confuſionem, & horrorem, Deum viſuri ſunt, eleganter Eſaias deſcripſit cap. 26. dicens: *Domine exaltetur manus tua, & nō videant, videant,*

Beati clarius Chriſtum videbunt.

Eſaix lo-cus expli-catur.

& confundantur zelantes populi, & ignis hoſtes tuos deuoret. Quid hoc eſt? *non videant*, & poſtea *videant*. Non enim vident ad ſolatium, vel gloriam, ſed

Videbunt, & non videbunt mali.

videnꝫ, vt ad ipſorum damnationem confundantur: ingens enim ſanctorum copia, quos ſecum Chriſtus adducet, in impiorum confuſionem cedet. Chriſtus enim tot millium Sanctorum numeroſos choros ſecum adducet, quia conſueuerunt peccatores, qui diuinas leges violarunt, ſe in peccatis excuſare. Crapulis oblectati, & Epulones, dicent ſe non ieiunaſſe, quia erant debiles. *Sed contra hos viri Niniuitæ ſurgent in iudicio, & condemnabunt eos.* Surgent Ioannes Baptiſta, S. Hieronym. ſed hos conuincent abſtinentia Ioannis Baptiſtæ, & Sancti Hieronymi maceratio: tot Monachorum & Eremitarum ſupra naturæ vires tolerata inedia. Ferinum geſtantes odium, proximique ſanguinem ſitientes, dicent, ſe inimicis acceptas iniurias non condonaſſe, quia ipſi erant Nobiles, Equites, Capitanei, ideò pro ſui honoris exiſtimatione coactos fuiſſe vindictam expetere; ſed contra hos ſurgent in iudicio Sanctus Stephanus Protomartyr, Dauid Propheta, Sancti Martyres, & condemnabunt eos; quia pro ſuis perſecutoribus orarunt Dominum noſtrum Iesvm Christvm. Carnalis homo ad vitia carnis proclinis, excuſabit ſe, dicens, ſe grauiſsimas tentationes habuiſſe, ſed Sancti, ac ſanctæ Virgines ſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt eam; quia ipſi vitia carnis domarunt; & Caſtus Ioſeph licet incitatus, & attractus, tamen pudicitiam obſeruauit. Auarus ſe vſuris ſuis excuſabit, quod ad comparandas Filijs diuitias, ne contemnerentur ab alijs, pecunias ſuas expoſuit ad vſuras; ſed contra hunc ſurgent, qui pecunias ſuas in eleemoſinis erogarunt, & condemnabunt ipſum. Quare, *non ſubſiſtent impij in iudicio, neque peccatores in conſilio iuſtorum.* Atque hæc de oculis conſpicientium Chriſtum.

Chriſtus cur tot millia ſanctorum ſecum trahet.

Non ieiunantes cõuincuntur in iudicio.

Odium conuincetur.

Luxuria condemnabitur.

Auaritia condemnabitur.

Quantum ad tertium, ſcilicet, qualiter ſit explicanda illa ſententia, *Aſpicient ad me, quem confixerunt.* Imò conſonant aliæ iam allatæ Ioannis auctoritates. Loci autem huius difficultas ex eo creſcit, quod & in editione vulgata videtur, quædam ineſſe diuerſitas; & in textu etiam Hebraico maxima lectionis obſcuritas, imò & diuerſitas cernitur. Nam quod ad latinam verſionem attinet, ecce diuerſitatem, Zachar. 12. dicitur, *Aſpicient ad me, quem confixerunt.* Apoc. 1. dicitur, *Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.* Et Ioan. 19. citat eandem Scripturam dicens, *Iterum alia ſcriptura dicit: Videbunt in quem confixerunt.* In textu Hebraico 70. legerunt *rachadu*, inſultauerunt, cũ tamen alij legerint *dacharu*, confixerunt. Notat autem Hieron. in cap. 12. Zach. hoc ex duarum litterarum Hebraicarum vicinitate, ac ſimilitudine factum eſſe, ſcilicet ex ד & ר ex Daleth & Res, quæ paruo tantum ex apice inter ſe diſtinguuntur. Alij autem tum ex hoc loco, tum ex alijs huiuſmodi, colligunt verſionem 70. Interpretũ eſſe corruptam. Licet enim neque de Hebraica, neque de vulgata ſit hæſitandũ, an ſint corruptæ, conſtat enim eas eſſe maximè ſynceras, ac candidas, de verſione tamen Septuaginta Interpretum plurimi, ijdemque grauiſsimi auctores tenent, pluribus in locis eſſe deprauatam. In primis verò S. Hieronym. in c. 30. Eſaiæ, & præfatione in lib. Paralipomenon, & in c. 2. Matth. tum in quæſtionibus Hebraicis, & in cap. 3. Ionæ. S. Auguſtin. lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 13. Iuſtin. Martyr dialogo cum Triphone, Eucher. in cap. 5. Geneſeos, lege Marcum Marinum in præfatione in Tebeth Noach.

Zachariæ locus explicatur.

Eadẽ ſententia diuerſis verbis explicata.

Diuerſitas lectionis ex Hebraico textu.

Septuaginta Interpretũ lectio, an corrupta.

Defenditur editio Septuaginta Interpretũ.

Verùm etſi ex duarum illarum litterarum Daleth & Res in Hebraico textu viſa eſt aliqua ineſſe diuerſitas, reuera tamen nulla eſt; eſt enim hoc aut lecto-

Digitized by Google

Vitium librariorū.

lectorum, aut librariorum vitiū, quòd vnam pro alia littera capientes, varia ratione locum illum variarunt. Vt interim non omittam quòd S. Aug. lib. 20. de Ciuit. Dei, vtramque lectionem coniungit, & approbat, ſcilicet inſultauerunt, & confixerunt, vtrumque enim fecerunt in Chriſtum Iudæi. Tamen in editione vulgata Latina, licet in verbis videatur eſſe diuerſitas, in re tamen diuerſitas nulla eſt, neque etiam eſſe debet, vel poteſt. Ioannes enim, qui tam Apocalypſin, quàm etiam Euangelium Græcè conſcripſit, vtrobique idē verbum appoſuit ἐξεκέντησαν, id eſt transfixerunt, tranſuerberarunt. Ioan. 19. Ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. *Videbunt in quem transfixerunt, aut transpupugerunt*, & Apocalypſ. capite primo. *Καὶ ὄψεται αὐτὸν πᾶς ὀφθαλμὸς, καὶ οἵτινες αὐτὸν ἐξεκέντησαν. Et videbit omnis oculus, & qui ipſum transfixerunt, vel pupugerunt*. Quinam autem eum pupugerunt. Immediatè fuerunt Gentiles, ij enim ipſum flagellarunt, crucifixerūt, latus perforarunt: fuerunt tamen Iudæi, qui ſuis linguis accuſantes, coegerunt Pilatum, vt in Chriſtum talia fieri iüberet, prout fusè probat S. Auguſtin. tract. in Pſalm. 63. Qualis autem tunc eorum, qui ipſum pupugerunt, ſit futura confuſio, quantus terror, cum eum gloriæ Dominum agnoſcent, quem ipſi adeò crudeliter exceperunt, tum quilibet in ſeipſo poteſt dignoſcere, tum ex timore fratrum Ioſeph, cum Ioſeph, quem ipſi vendiderant, viderunt totius Ægypti factum Regem: nam vt legitur Geneſ. c. vlt. mortuo Iacob fratres mutuo colloquētes dicebant, *Ne forsè Ioſeph memor ſit iniuriæ, quam paſſus eſt, & reddat nobis omne malum, quod fecimus ei*. Tum ex ijs, quæ Zacharias vbi ſupra ſubijcit, cognoſcere poterit, *Plangent ſuper eum tribus, & dolebunt, vt doleri ſoles in morte primogeniti*; pro plangent. Græcè legitur κόψονται, id eſt, ex doloris, & mœroris impatientia ſe percutient.

In editione vulgata nulla diuerſitas.

Græca lectio ſe ſuper eadē.

Gentiles Chriſtum immediatè pupugerūt, Iudæi autem ſuis maledicis, & falſis linguis

Confuſio perſecutorum Chriſti.

Fratres Ioſeph qualiter confuſi timuerint.

7. *Hæc autem Domini in pedibus clauifixio, &c.* Acerbitatem dolorum Chriſti ex pedum fixione prouenientem, omninò intolerabilem, etſi optimè pientiſsimus noſter Antiſtes perſpiceret, ſatis omnibus poſſe eſſe notiſsimam, voluit tamen eandem tum auctoritate, tū ratione confirmare. Auctoritate quidem Chriſti, Brigittam alloquētis; ratione verò, quia clauifixio mēbra neruis connexa perforabat. Licet tamen more noſtro idipſum alijs tum auctoritatibus, tum rationibus confirmare. Eādem enim dolorum atrocitatē glorioſiſſ. Virgo eidem B. Brigittæ ſignificantioribus etiam verbis reuelarat lib. 1. reuel. c. 10 dicens, *Et quia filius meus optimæ naturæ erat, vita cum morte in corpore eius perforato certabat. Nam quandoq; dolor de membris, & neruis corporis perforatis ad cor aſcendebat, quod recentiſsimum erat, & incorruptum, & incredibili dolore, & paſsione vexabat ipſum. Et quandoque dolor à corde in membra lacerata deſcendebat, & ſic mortem prolongabat cum amaritudine*. Et lib. 4. cap. 70. Cum intolerabilem cruciatuum Chriſti acerbitatem enumeraret, ſubiecit, *Et cum propter doloris magnitudinem cor propè ſciſsionem eſſet*. Et lib. 5. cap. 27. dicit, *Perforatæ ſunt venæ manuum eius, ac pedum, & dolor neruorum perforatorum acceſsit inconſolabiliter ad cor eius, & de corde iterum ad neruos, & quia cor eius erat recentiſsimum, & optimum, quia compaginatum de optima natura, propterea certabant inter ſe vita, & mors, & ſic amarius protrahebatur vita inter dolores. Appropinquante autem morte, cum præ intolerabili dolore rumperetur cor, tunc ſtatim contremuerunt omnia membra eius*. Rationibus ex ſenſu noſtro deductis eadem doloris aſperitas dignoſci poteſt: inter quas illa optima eſt, quod claui neruoſa loca transfixerunt. Hanc enim rationem ſanctus Thomas cum cæteris Scholaſticis in explicanda dolorum Chriſti magnitudine, adducunt. Cui ſi illud quoque addatur, quod πέδιον, ita enim nominatur pedis ea pars,

Intolerabilis Chriſti dolor in pedum perforatione.

In Chriſti paſſione vita cū morte pugnabat.

Cruciatuū Chriſti acerbitas.

Crucifixio quam pœnoſa.

Pedion neruiculis officuliſq; conſtitum, dolorem infert acerbiſſimum.

Digitized by Google

ea pars, quæ clauis perforata eſt, pluribus, minutioribuſque oſsiculis contextum, neruis, ac ligamentis quampluribus ita alligatur, ac ſtringitur, vt quamuis abſque oſsium fractura pedes clauis transuerberari poſsint, hoc tamen abſque vehementi neruorum, ac ligamentorũ diſcerptione non queant efficere. In qua quidem diſcerptione, ac contorſione tantus accidit dolor; quantum iſ experiuntur, quibus pedes caſu aliquo cõtorquentur. Is enim dolor interdũ adeò recrudeſcit, vt homines exanimet. Perſæpè autẽ accidit, vt neruis, in quibus ſenſus eſt maximus, ferro perforatis, ſpaſmus accidat.

Pedũ dolor exanimat aliquando.

Iam verò, quoniam in eadem Christi patientis auctoritate adducta, dicuntur omnia interna Chriſti arida, & contracta, libet hoc loco id ipſum pia contemplatione proſequi: hoc eſt enim tormentorũ proprium, vt in ipſis perferendis humidum radicale abſumatur, quo exhauſto, ardens illa, intolerabiliſque ſitis ſuperuenit; quæ omnia tum maximè percrebreſcunt, cum effuſo ſanguine adipoſas inteſtinorum partes vitalis calor abſumit. Hoc in Chriſto Domino qualiter acciderit, mœſtiſsima Deipara ſic declarauit lib. 4. c. 70. dicens, *Coſta ita attenuatæ erant, quod dinumerari poterant. Venter autem conſumptis iam humoribus dorſo applicabatur.*

Humidũ radicale tormentis abſumitur.

Ardens ſitis in tormentis.

8. *D. item Bernardus*, &c. Heu, heu, quid hoc eſt? Quid noui audio? Clauorũ ferri, vulneris auditur clamor? Quæ clauorum vox? Quę vulnerum lingua? Quis ſanguinis clamor? Eloquar, an ſileam, neque enim minore hæc nos horrore quatient, ſi vox è vulnere, è clauo audiatur, quam Æneam ex tumulo audita vox, Æneid. 3.

Clauorũ clamor.

Cum gemitus lachrymabilis imo
Auditur tumulo, & vox reddita fertur ad auras,
Obſtupui, ſteteruntque comæ, & vox faucibus hæſit.

Clamorem igitur vulnerum, ſanguinis, clauorum, cum lego, cum audio, admiror maximè, & obſtupeſco; atque eò admiror magis, quo clamorẽ hunc vulnerum, atque clauorum à ſanctis viris audiri, ab alijs negligi video. Nã præter Bernardum etiam Auguſt. in Manual. c. 23. *Claui*, inquit, *& lancea clamant mihi.* B. Laurent. Iuſtinianus ſerm. de Paſsione Domini, *Clamant*, inquit, *ſputa, claui, lancea, irriſiones, & verbera.* Rupertus Abbas in comment. in Apocal. c. 18. dicit: *Quod tota Paſſio Chriſti clamor magnus extitit, cuius virtute cecidit Babylon: cum clamore enim valido, & lachrymis deprecans, exauditus eſt pro ſui reuerentia.* Quid igitur clamant? An idem, quod vox ſanguinis Abelis clamabat? An idem, quod vulnus Alexandri Magni? Is enim cum graui vulnere eſſet ſauciatus, *Heu me*, inquit, *nam me homines, & Dei Filium, & Deum vocant; ſed huius vulneris acerbitas, me hominem mortis imperio ſubditum clamat.* Nouitas hęc clamoris vulnerum, & clauorum Chriſti, expoſtulat, vt audiatur à nobis: audita, pia, ac congrua meditatione decoretur, auideque quid clamitet, attendatur. Et quidem clamori tunc locum eſſe cognoſcimus, cum placida, pacataque vox non auditur. Ideò Rupert. in cap. 12. Ioan. dicit: *Laborioſum eſſe clamorem*, iuxta illud Pſal. 6. *Laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ.* Quid igitur, aut cur clamant claui, ac vulnera?

Clamor clauorum à ſanctis Viris auditur, ab alijs negligitur.

Chriſti paſſio eſt clamor magnus.

Vulnus Alexandri Magni quid clamaret.

Quando clamare ſoleamus.

Prima reſponſio eſt S. Bernardi ſermone 61. in Cantica dicentis, *Clamat clauus, clamat vulnus, quod in Chriſto ſit Deus, reconcilians mundum ſibi.* Quid ergo obſtrepit, quid blaterat Simon impurus ille Magus, dicens, non Chriſtum, ſed fictum hominem crucifixũ, Chriſtum verò è Crucifixorum manibus elapſum? Si vulnus, ſi clauus clamat, quod in homine Deus ſibi mundum reconcilians patiebatur, quid obſtrepit, quid blaterat Mahumetes impius, dicens, non Chriſtum, ſed Simonem Cirenæum fuiſſe crucifixum? Quomodo in illo Simone fuiſſet Deus reconci-

Vulneris clamor qualiter à Bernardo audiatur.

Clauorum clamor Mahumetis impietatem coarguit.

Digitized by Google

reconcilians ſibi mundum? Si clamat vulnus, ſi clamat clauus, quod in homine Deus patiens mundũ ſibi reconciliat. Quid obſtrepit, quid blaterat Cherintus fingens IESVM quidem fuiſſe purum hominem, ſed dum baptizaretur adhæſiſſe illi Chriſtum, qui tamen Chriſtus dum IESVS crucifigeretur, non crucifigebatur, dũ IESVS moreretur, non moriebatur? & quod ſolus Chriſtus viueret, IESVS autem non viueret, neque à mortuis reſurgeret. Quæ anilia deliramenta? Quæ execranda dogmata? Si clamat vulnus, ſi clamat clauus, *quod in homine Deus patiens reconciliat mundum ſibi*, & quod ſceleſtus Cherinti ſpiritus IESVM ſoluẽs non eſt ex Deo. Quid obſtrepunt, quid blaterant Manichei, quod Chriſtus nõ verum, nõ reale, ſed phantaſticum corpus aſſumpſerit, ſi clamat vulnus, ſi clamat clauus, *quod in verò homine Deus patiens reconciliat ſibi mundum.*

Coarguit Cherintum.

Coarguũtur Manichæi.

Secunda reſponſio eſt S. Auguſtini in Manual. c. 23. *Claui, & lancea*, inquit, *clamant mihi, quod verè reconciliatus ſum Chriſto, ſi eum amauero.* Clamor igitur clauorum reconciliationem noſtrã quatenus eſt ex parte Dei, nobis teſtatur; *Quid enim vltra facere debuit vineæ ſuæ, & non fecit; qui propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos Deus, Filium ſuum miſit in mundum, quem ſic dilexit, vt filium ſuum vnigenitum daret, ac propter ſcelus populi ſui percuteret illum.* Quid vltra debuit facere Chriſtus? Si enim *maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, quantò maiorem ipſe habuit, ponens eam & pro inimicis?* Ideò & clamat B. Laurentius Iuſt[illegible] ſerm. de Paſſione, *O amoris vehementia, ô inextinguibile charitatis incendium, quantum in Chriſto præualuit, quantáue pro hominis redemptione ſuſtinuit?* Vt igitur teſtatus nobis plenè ſit iſte amor, clamat clauus, clamat vulnus.

Vulnerum clamor quatenus ab Auguſtin explicetur.

Chriſtus charitatẽ maximam erga nos habuit.

Vulnerum clamor quatenus à B. Laurentio Iuſtin expli cetur.

Tertia reſponſio eſt B. Laurent. Iuſtiniani ſerm. de Paſſ. Domini, *Clamant*, inquit, *ſputa, claui, lancea, irriſiones, & verbera, vt ipſe toto corde, totiſque viſceribus diligatur, qui pro dilectione noſtra talia, ac tanta pati dignatus eſt. Iſte eſt ignis, quem venit Dominus mittere in terram, & quid aliud vult, niſi vt ardeat.* Ideò S. Auguſtin. lib. de catechizandis rudibus cap. 4. dicit: *Nulla fuit alia cauſa veniendi ad nos Filij Dei, niſi vt dilectionem ſuam oſtẽderet in nos Deus, vt ſi prius Deum amare pigebat, nunc cognito eius amore, redamare non pigeat.* Sed heu, quanta eſt hominis miſeria, vt in Dei amore adeò frigeſcat. Eo tendebant omnia Chriſti verba, omnia Chriſti opera, vt ad ſuum nos amorem incenderent; ſed cum placidis, pacatiſque vocibus eum non diligamus, tandem clamat vulnus, clamat clauus, quod Chriſtus ſit à nobis diligendus. Nec mirum ſi clamet clauus, ſi clamet vulnus: tanta eſt enim hominis ingrati animi obſtinatio, vt meritò illud Seruatoris noſtri dictum Luc. 17. verificetur, *Si homines tacuerint, lapides clamabunt.* Tacent homines, clamant claui, clamant vulnera, *Quomodo enim poteſt homo abſcondere ignem paſſionis Chriſti in ſinu ſuo, & non comburantur veſtimenta eius, aut ambulare ſuper prunas dolorum Chriſti, vt non comburantur plantæ hominis?*

Cur ad nos venerit filius Dei.

Clamet vulnus quod Chriſtus a nobis ſit diligendus.

Clamant vulnera, & claui, quia homines tacent.

9. *Sed cum pedes ambo in ſacra Sindone diſiuncti compareant.*

VTRVM CHRISTVS TRIBVS an quatuor clauis fuerit Cruci affixus.

DIV multumque exagitatam inter grauiſſimos auctores controuerſiam hoc loco tangit Antiſtes, quæ non curioſa, ſed maximè pia, maximèque proficua eſt; cuiuſque deciſio fidelibus magnum ſolamen adferet. Si enim aliqua, vel modica cœleſtium rerum cognitio propter cœlorum nobilitatem etiam exactiſſimæ ſublunariũ rerum cognitioni præponenda eſt, vt optimè docuit Ariſtotel. quanto magis ampliſſimi myſterij crucifixionis Chriſti

Fructuoſa quæſtio.

Exigua cœleſtium cognitio, etiam exactiſſimæ ſublunarium cognitioni præponẽda.

Notitia paſsionis Chriſti à nobis expetenda.

Chriſti notitia nobis expetenda eſſet, in qua ſalutis, ac redemptionis noſtræ rationem ſitam eſſe cognoſcimus. Et quidem, cum interdum nullis clauis, ſed funibus tantum; interdum vnico tantum clauo, interdum duobus, interdum tribus, interdum quatuor, interdum etiam pluribus quoſdam crucibus affixos legamus apud Lipſiũ de Cruce, & apud Gallonium lib. de SS. Martyrum cruciatibus, ſtatus huius controuerſię eſt, vt non paucioribus quam tribus, neque pluribus, quam quatuor clauis Chriſtum credamus crucifixum.

Certum eſt Chriſtum non paucioribus quam tribus, nõ pluribus quã quatuor clauis Cruci confixum fuiſſe. Summa quæſtionis in pedum fixione conſiſtit.

Videndum igitur erit, an tribus, an verò quatuor fuerit crucifixus: & quoniam iam conſtat ſingulas Chriſti manus ſingulis clauis eſſe confixas, tota controuerſiæ ſumma in eo perſtringitur, an vterque Chriſti pes vnico, an duobus clauis ſit perforatus? Et hanc quidem controuerſiam plurimi excitant, ſed inſolutam relinquunt: ita Gulielm. Durantes in Ration. diuin. offic. cap. de Paraſceue, Suarez tom. 2. in 3. par. D. Thom. diſp. 46. ſect. 3. Iuſtus Lipſius lib 2. de Cruce cap 9. Toſt. Paradoxo 3. cap. 10. Baronius Card. circa annum Chriſti 34. num. 118. licet ad tres clauos magis accedat. Io. Eckius de Paſſ. Domini artic. 5. conſid. 3. Pipinus ſtatione 6. Chriſti patientis. Inter eos verò, qui ad vnam determinatam quæſtionis partem accedunt, duæ ſunt celebres ſententiæ.

Referuntur Doctorũ ſententiæ.

Prima ſententia quod Chriſtus quatuor clauis ſit Cruci cõfixus.

Prima quidem eorum, qui aſſerunt Chriſtum quatuor clauis fuiſſe cruci confixum: Greg. Turonenſ. lib. de gloria Martyrum cap. 6. Barthol. Medina in 3. parte S. Thom. quæſt. 46. art. 11. Franciſc. Samarinus 4. parte Sacerd. Franciſc. Toletus Card. in c. 19. Ioan. in illa verba, *Fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem.* S. Brigitta cui hoc fuit reuelatũ lib. 1. reuel. c. 10. lin. 4. c. 70. lib. 7. c. 15. Videtur fauere S. Cyprian. in ſerm. de Paſsio, qui dicit, *Clauis ſacros pedes terebrantibus.* Et Aug. lib. Meditat. cap. 6. dicit, *Immaculata Chriſti veſtigia diris confixa clauis.* Et cap. 31. dicit, *Violari clauis pedes, & manus plaſmatoris.* Dum igitur clauos pedum efferunt in numero multitudinis, videntur plures clauos admittere, quibus pedes ſint perforati. Eandem quoque ſententiam ſecutus videtur Ioann. Lanſpergius homil. 41. de Paſsione Domini, Innoc. III. ſermo. de vno Martyre, dicit quatuor clauis, licet in Elucidationibus in Chriſti Paſsionem, nonnihil hæſitare videatur. Ioan. Gretſerus lib. 1. de Cruce Chriſti c. 21. Quamuis autem prædicti auctores in eo conueniant, quod Chriſti pedes duobus clauis confixi ſint; pedum tamen affixionem non omnes, vna, eademque ratione explicant.

Noua Doctorum diſſenſio.

Nam Ioan. Gretſerus lib. 1. de Cruce Chriſti cap. 21. dicit vnam manum prius, quàm alteram, nec manus prius, quam pedes, ſed ſimul manus, & pedes clauis affixas, quia quatuor, inquit, erant milites crucifigentes. Greg. Turonenſ. pedes diſiunctos ſuppoſita etiam tabella, quæ pedes ſuſtentaret, dicit eſſe confixos. Verum hanc crucifixionem ſuppedanea ſubiecta tabella, vt nimis delicatam reſpuit Lipſius. Alij, abſque ſuppoſita tabella diſiunctos, & in longum pedes cruci affixos dicunt.

An Chriſti pedibus ſit ſubſtrata tabella.

At S. Brigitta, ſingularem crucifixionis modum ſibi reuelatum teſtatur lib. 1. cap. 10. vbi ſic ſcribit, *Deinde dextrum pedem crucifixerunt, & ſuper hunc ſiniſtrum duobus clauis.* Et lib 4. cap. 70. dicit. *Et pedes ſimiliter ad foramina ſua diſtenduntur, cancellatique, & quaſi infra à tibijs diſiuncti duobus clauis ad crucis ſtipitem per ſolidum os, ſicut & manus erant, configuntur.* Lib. Extrauag. reuel. c. 51. *Pedes deorſum tracti, & duobus clauis perfoſsi.* Et libro 7. cap. 15. *Deinde,* inquit, *extenſo corpore vltra modum, in cruce poſita fuit vna tibia eius ſuper aliam, & ſic iunctos pedes affixerunt in cruce duobus clauis.*

S. Brigitta ſingularẽ habet crucifixionis modum.

Quas quidem ſanctæ Brigittæ auctoritates incredibile dictu eſt, quam varie nonnulli intellexerint. Alij enim dicunt primò pedem dextrum vno clauo eſſe crucifi-

D. Brigittæ ſententia varie explicata.

Digitized by Google

crucifixum, & huic ſuperpoſitum ſiniſtrum pedem duobus clauis ſuper dextrum eſſe confixum, adeò vt claui duo ſiniſtri pedis perforarent etiam pedem dextrum ſuppoſitum; & ita tria vulnera in pede dextro, duo verò in ſiniſtro infligerentur; & iſti, quinque vulnera in pedibus effingunt. Alij verò ſiniſtrum pedem ſupra dextrum poſitum, & duobus clauis crucifixum accipiunt, adeò vt in pede ſiniſtro duo vulnera, in dextro etiam duo alia vulnera ſint inflicta, & iſti, quatuor vulnera Chriſti pedibus imprimunt. Alij vnico clauo magno dextrum pedem primò crucifixum, & alio clauo pedem ſiniſtrum ſuperpoſitum transfixum intelligunt; ita vt clauus ſiniſtri pedis etiam dextrum pedem perforaret, & iſti tria magna vulnera Chriſti pedibus illata fingunt, duo quidem pedi dextro, & vnicum ſiniſtro. Alij dicunt dextrum pedem primò vnico paruo clauo cruci fuiſſe affixum, qui potiùs ligaminis, quam claui fungeretur officio, ne ſcilicet dum ſiniſter pes dextro ſuperpoſitus vnico magno clauo eſſet perforandus retraheretur, & ictum eluderet ſiniſtro pedi. Alij tandem ita intelligunt, vt vno clauo dextri pedis pedion ſit perforatus, & ſiniſter pes ita dextro pedi ſit cancellatim ſuperpoſitus, vt verſus talum cum dextro pede crucem formans, ſit ita ſtipiti affixus, vt clauus dextrum pedem non perforarit, atque hic eſt verus ſenſus, quem B. Brigitta intendebat, ſicut apertè innuunt illa verba libro 4. cap. 70. vbi dicit, *Pedes ad ſua foramina diſtenduntur, cancellatique, & quaſi infra à tibijs diſtincti duobus clauis ad crucis ſtipitem conſiguntur.* Atque hic modus, & hæc ſententia valdè mihi veriſimilis videtur, & placuit Lanſpergio elucidatione in Chriſti Paſſionem; & probari poteſt.

Falſæ interpretationes.

Verus B. Brigittæ ſenſus.

Fundamẽta huius ſententię.

Primum argumentum.

Primò quidem, quia vt Gallonius libro de ſanctorum Martyrum cruciatibus ait, erat hic modus communior, vt quatuor clauis crucis ſupplicio necandi cruci affigerentur.

Secundò, quia hic crucifigendi modus longè facilior eſt, ſi ſinguli pedes ſingulis clauis perforentur; neque enim inficias ire quis poterit, quin duos liberos, ac ſolutos pedes vnico clauo perterebrare, ipſo reluctante, pedeſque retrahente, qui cruci eſſet figendus, valdè operoſum, ac difficile ſit, ſi illud addatur, quod pes pedi ſuperpoſitus prementis clauum mallei ictus non ita ſolidè excipiat, ſed perſæpè eludat; qua ratione permotus S. Bonauentura in ſuis Meditat. dixit, præacuta ſude prius Chriſti pedes perforatos, vt clauis facilior pateret ad Chriſti pedes cruci affigendos aditus.

Secũdum argumentum.

Pedes Chriſti prius acuta ſude perforatos putat S. Bonauent.

Tertiò, quia cum in multis Eccleſijs, ac Sanctarum Reliquiarum cuſtodijs Dominicæ Crucis claui cuſtodiãtur, probabiliter nobis innuunt quatuor fuiſſe Chriſti clauos; cum præſertim ex iam deductis conſtet, altero quidem clauo communitam Conſtantini Imperatoris galeam, altero frænum, & tertium in Adriaticum mare iniectum.

Tertium argumentum.

Quartò, quia quatuor ſunt partes, & membra crucifigenda, ſcilicet, duæ manus, & duo pedes; quatuor ſunt milites crucifigentes, vt patet ex diuiſione veſtiũ facta, fecerunt enim quatuor partes, vnicuique militi partem; probabiliter igitur quatuor quoque claui erunt admittendi. Fidem huic modo maiorem faciet Seneca libro de Beata Vita, dicens de ijs, qui noxios crucifigebant, *Vnuſquiſque veſtrum clauos ſuos ipſe adigit.*

Quartum argumentum.

Quintò, quia myſterio grandi locum aperit hic modus; vt cum ſupra oſtenderimus, primò dextram manum cruci affixam, mox ſiniſtram, ita idipſum quoque de pedibus ſentiamus; primò quidem dextrum, mox ſiniſtrum cruci affixum. Myſterium ecce grande: dextra enim pars valentior eſt ſiniſtra; ita Ariſtot. 1. de generatione animalium cap. 1. ſection. 31. problematum,

Quintum argumentum.

Digitized by Google

tum, problemate 12. & 19. ab ipſa motus incipit, Ariſtot. lib. 2. de hiſt. animalium c. 1. Quare, & Adam ad vetitum pomum accurrens, primò dextrũ pedem mouit, dextram quoque porrexit manum; ideò Chriſtus, qui pro illo, nobiſque in illo mortuis, patiebatur, primò dextram manum exhibuit, vt ſupra oſtendimus. fortè, & prius pedem dextrum. Hæc fortè eſt cauſa, cur dextrum quoque latus lancea ſit effoſſum, quia dextra pars valentior eſt, quam ſiniſtra, & ex hoc coniecturę vis maior additur, quia probabile videtur ſanguinarios milites in cruce figendis hominibus eum pedem prius clauo fixiſſe, qui eſſet valentior, ne dum infirmior pes figeretur à valentiore dextro ſemetipſum defendente, calcibus, atque ictibus premerentur, maximè verò, ſi non humi coextenſæ, ſed in altum iam erectæ Cruci annecterentur, ſicuti creditur probabiliter Chriſtus à militibus per ſcalas aſcendentibus, eſſe crucifixus, vt ſupra nos cap. 6. diximus eſſe probabilius.

Adam ad vetitum pomum accedens, primò dextrum pedem mouit, ideò Chriſti pes dexter primo cruci affixus.

Dextrum Chriſti latus cur effoſſum.

Sextum argumentum.

Sextò addatur & illa cõiectura, licet valdè remota, quod quaternario numero potuit Chriſtus delectari, qui in quatuor membris affigi Cruci voluit, vt quatuor mundi partes redimeret, vt à quatuor ventis electos congregaret, vt eos ſaluaret, qui in quatuor anni temporibus vitam tranſigerent.

Septimũ argumentum.

Septimò, ex quibuſdam antiquioribus imaginibus hæc ſententia videtur confirmari, quę Chriſtum quatuor clauis crucifixum oſtendunt, præcipuè verò in ſacroſancta Lauretana Æde dicitur cerni imago Chriſti quatuor clauis crucifixi. At verò & ego, & alij etiam, licet diligentiſsime eandẽ imaginem ad hoc myſterium dignoſcendum inſpexerimus, nihil tamen tale deprehendere potuimus.

Octauum argumentum.

Octauò, quia Iob de ſe loquens, dixit: *Poſuiſti in neruo pedem meum*. Alibi autem dicit, *Poſuiſti in neruo pedes meos.* Pedem legimus, & pedes; primò ſcilicet vnum, mox duos pedes in neruo, id eſt in vinculo, quo pedes obſtringũtur, ne loco moueri poſsint. Notat Marcus Marinus Hebraicè pro neruo legi *Sad*, quod genus vinculi ad pedes conſtringendos ſignificat, quod tamẽ ſolum apud Iob legitur, & bis tantum in Scripturis ponitur. Et fortè modus hic crucifigendi, vt licet ſingulis clauis ſinguli pedes configerentur, vnus tamen pes alteri eſſet ſuperpoſitus, anſam alijs præbere potuit, vt Chriſti pedes ambos vnico putarint clauo perforatos, ſuperpoſitus enim pes clauũ in deorſum poſito pede tegit, & cælat.

Acuta cõſideratio.

Secunda ſententia dicẽtium Chriſti pedes vnico clauo confixos, Chriſtumque tribus clauis affixum cruci.

Secunda tamen ſententia longè cõmunior eſt, quod Chriſti pedes non duplici, ſed vnico, ac ſingulari clauo ſint perforati, ita S. Bonauentura lib. Meditationum vitæ Chriſti c. 78. Anſelm. dialog. de Paſsione Chriſti, Nazianz. carmine de Chriſto patiente dicit, Nudum triclaui repoſitum ligno. Lodolphus Cartuſian. de vita Chriſti. Nonnius antiquus de Chriſto crucifixo ſic dicit: Duplex habentem cor vno immenſo, ac nouo clauo, vno impetu transfixum pedibus complicatis; & communiter, qui ſermones Paſsionis inſcribunt, vt Philipp. Diez ſerm. 3. de Paſsione, Ioan. Aquilan. ſerm. de amara Chriſti Paſsione, Alphonſus Villiegas de Paſsione Domini, Cæſar Calderarius in Tropheo Crucis.

Conſtantinus clauo Chriſti galeam communiuit.

Fauent hiſtorici, dicentes Conſtantinum vno è tribus clauis galeam muniuiſſe, altero frænum; Hiſt. Tripart. lib. 1. c. 9. & lib. 2. c. 18. Ruffin. lib. 2. cap. 8. Niceph. lib. 8. cap. 29. Ioan. Zonaras p. 3. Annal. Ambr. de obitu Theodoſij, Sigon. de Occident. Imp. lib. 3. nu. 326. Paulus Diac. ſiue Eutropius lib. 2. Franciſc. Maurolic. in Topographia Sanctarum Reliquiarũ. Quamuis autem hi Doctores in trium clauorum numero conueniant, diſcrepant tamen in modo crucifixionis. Alij enim Chriſtum Cruci humi extenſæ; alij Cruci iam erectæ dicunt

Diſcrepantes ſententiæ.

eſſe

eſſe affixum. At S. Bonauentura, contemplatur pedes antequam clauis in cruce perforarētur acuto veru terebratos, vt clauo facilior tranſitus pararetur. Vt enim in cruce prius terebrari foramina opus fuit, vt crucifixioni magis expedita via ſtrueretur, ita & in pedibus factum eſſe S. Doctor contemplabatur. Hic tamen crucifixionis modus alijs non probatur. Verùm hęc miſſa faciamus, vt ad id vndè diſceſsit, quodque diſceptationis noſtræ caput eſt, noſtra reuertatur oratio. Hæc igitur ſententia, quæ Chriſti pedes vnico tantum clauo terebratos, Chriſtumq; tribus tantum clauis cruci affixum aſſerit, eo probabilior videri debet, quo vniuerſalis ferè Eccleſia Chriſti imagines tribus clauis affixas fidelibus exponit. Hæc etiam ſententia ijs coniecturis confirmari poſſe videtur.

Vniuerſalis Eccleſiæ cōſenſus quid ſit.

Primò, quia S. Claræ de Montefalcone, cui ob inſignem, & ardentem in Chriſti crucem pietatem, de cruce cognomen adhæſit, dicitur Chriſtus apparuiſſe, ac eius cordi paſsionis ſuæ myſteria, atque inſtrumenta intrinſecus impreſsiſſe. Exectoque poſt eius mortem Claræ corde, refert eruditiſsimus, mihique in primis obſeruandiſsimus Iſidor. Moſcon. lib. de vita eiuſdem B. Claræ, viſos fuiſſe tres neruiculos, ex quibus tres claui ferrei dependebant, duo quidem minores, & tertius maior, quos idem auctor, dum Bononię Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. D. Alphonſi Palęoti Archiepiſcopi Bononienſ. Vicarij Generalis fungeretur officio, à ſe ſæpè, ſæpiuſque viſos eſſe, teſtatus eſt.

Primum argumentum.

B. Clara cur de cruce cognomen adepta ſit.

In B. Claræ corde tres tantum claui conſpiciūtur.

Secundò, id colligunt alij ex litera Tau, quæ Crucis figura fuit, in qua tria latera reperiuntur.

Secūdum argumentum.

Tertiò, accedit quarundam picturarum antiquarum effigies, quæ ſanctos Martyres tribus affixos clauis oſtendunt, inter quas maximè obſeruandas cenſeo illas, quę in Vaticano D. Petrum capite in terram depreſſo, pedibuſque in altum eleuatis exhibent tribus clauis crucifixum.

Tertium argumentum.

Quartò, fortè hoc poſſet ex Abſalonis figura comprobari: nam vt legimus lib. 2. Reg. cap. 18. fuit tribus lanceis confoſſus, fauere poterit myſtica explicatio. Abſalon enim Pater pacis interpretatur, ideò Chriſtum verum Patrem pacis figurare poterit. Tandem, hoc ipſum ex quodam antiquiſsimo manuſcripto collecto ex quatuor Euangeliſtis, & præterea ex Ignatio, Theophilo, Germano, Petro Manducatore, Bernardo Nicodemo, & alijs antiquiſsimis auctoribus, quod in celebri Bibliotheca noſtra S. Marię Gratiarum Bononiæ ſeruatur, confirmari poteſt, vbi dicitur, quod milites Chriſtum quatuor clauis crucifigere volebant, ipſe tamen vnum pedem alteri ſuperpoſuit, atque vnico clauo pes vterque confoſſus eſt. Atque hæc quidem vtriuſque ſententię ſunt argumēta. Vtraque ſententia pia & catholica eſt. Chriſtum ergo vel tribus, vel quatuor clauis poterit quis cruci affixum meditari, prout magis ſe affici, aut ad pietatem magis accendi pius nouerit contemplator.

Quartum argumentum.

Abſalon pater pacis.


Magnæ autem pietatis opus eſt, Chriſti Domini pedum diligēter vulnera contemplari, ac vulnerum magnitudinem, ac ſitum, quatenus in ſacra Sindone eluceſcunt diligenter explorare.

Igitur plaga, quę in pectuſculo ſiniſtri pedis conſpicitur, latior, ac patentior eſt, quàm quę in dextro pede conſpicitur, vt ex hoc coniectura probabilior addatur ei ſententię, quam in B. Brigittæ reuelat. legimus, quòd pes ſiniſter ſupra dextrum clauo ſit affixus: vtraque tamen plaga, tàm dextri quàm ſiniſtri pedis circularis eſt, vt clauos nō quadratè, ſed rotundè pyramidatos agnoſcamus, vtriuſque vulneris non ſolum figuram, ſed etiam magnitudinem quatenus in S. Sindone conſpiciuntur hoc ſchemate damus.

Vulnera pedum Chriſti qualia.


Z Illud

IN PLANTA PEDVM CHRISTI



Digitized by Google

VVLNERVM SITVS ET MAGNITVDO.




Digitized by Google

FIGVRA AMBORVM CHRISTI PEDVM,



Digitized by Google

PLANTIS VERSVS SOLVM DISPOSITIS.



Digitized by Google

Vulnerum in Chriſti pedibus locus.

Illud porrò ſilentio obuoluendum non eſt, quod vulnus dextri pedis magis à tibia verſus digitos pedis protenditur, quam vulnus ſiniſtri pedis. Nam vulnus ſuper pectuſculum dextri pedis, ab extremis digitis verſus tibiam, diſtat tribus vncijs cum dimidia; vulnus autē ſiniſtri pedis ab extremis digitis verſus tibiam, vncijs quinq; diſtat.

Vulnerum in Chriſti plātis locus. Pedum Chriſti magnitudo.

Cum tamen ſupra pedis pectuſculū vulnera eum ſitum, ac figuram, quam indicaui poſsideant, tamen in planta pedis figuram aliquanto minorem indicant; ſed ſitum longè diuerſum. Vulnus enim dextri pedis, qui ſuper pectuſculum ab extremis digitis vncijs tribus cum dimidia diſtat, in planta tamen ab ijſdem extremis digitis duabus tantum vncijs cum dimidia, diſtat: vulnus autem ſiniſtri pedis, qui ſupra collum ab extremitate digitorum eiuſdem pedis vncijs quinque diſtat, in planta tamen quatuor non integris vncijs diſtat.

Primum correlarium notandum.

Ex qua quidem vulnerum deſcriptione duo colligo. Alterum quidem, quod vt milites Chriſti corpus magis in cruce extenderent, clauos in crucem non ad angulos rectos infigebant, ſed cuſpide paulò inferius vergente, vt clauus quo magis lignum terebraret etiā Chriſti corpus magis extenderet.

Pedes Chriſti obliquè perforati

Alterū verò, quod cum in feneſtris obliquis templi, Chriſti vulnera figurarentur, dum claui calcaneo ad ſtipitem allidente pedes à pectuſculo in plantā inferius egredientes obliquè perforarūt.

Quot malleorum ictibus Chriſti pedes perforati ſint.

Non pigebit hoc loco ſubijcere, quod Io. Lanſperg. hom. 41. de Paſſione Domini docet, *Tradunt*, inquit, *deuoti quidam, quod triginta, & ſex mallei ictibus pedes Cruci affixerint.*

Chriſtus cur ſuos pedes clauis affigi voluerit.

Acerbam Chriſti pedum crucifixionem hucuſque vidimus; nunc myſteria requiramus, vt videamus, cur Chriſtus pedes ſuos duris clauis transfigi voluerit.

Prima ratio.

An vt nobis oſtenderet ſe non longè receſſurum à nobis, ſed à nobis facilè ſemper poſſe inueniri, cū perpetuo cruci, quaſi nos expectās hæreat fixus pedes? An quod, vt Naziáz. in Apologetico ait: *Quemadmodum Chriſtus lignum poſuit aduerſus lignum, & manum aduerſus manum, manus ſcilicet fortiter extenſas, aduerſus manum incontinenter extenſam, & manus confixas, & conſtrictas clauis, aduerſus remiſſas, & ſolutas, ita pedes ſuos clauis confixos aduerſus pedes noſtros incontinenter ſolutos?*

Secunda ratio.

An quia nimis velociter currunt pedes noſtri ad effundendum ſanguinē, ideò ſuos pedes clauis configi, & ſanguine purpurari voluerit, vt eos nos conſpicientes, greſſus noſtros à ſanguinis fuſione temperemus?

Tertia ratio.

An vt ſponſus animorum noſtrorū, & Eccleſiæ fieret? Quia Sephora vxor Moyſi præputio filij ſui tetigit pedes Moyſi, & ſanguine liniuit dicēs, *Sponſus ſanguinum tu mihi es.* Chriſtus igitur, vt nobis ſponſus ſanguinum fieret, pedes clauis transfigi, & roſeo ſanguinis colore tingi voluit?

Quarta ratio.

An quia ſpecioſi debent eſſe pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona: ideò eos ſuo voluit ſanguine purpurari?

Quinta ratio.

An quia hoſtiæ immolandæ pedes lauari debebant, Leuitici primo, vt in ipſis fulcra voluptatis, & fomenta mūdanda ſciamus. Philo lib. 2. de Allegorijs. Ita igitur Chriſtus vera hoſtia pedes ſuos lauare ſanguine voluit?

Sexta ratio.

An quia columba poſt diluuium non inueniebat vbi requieſceret pes eius; ideò Chriſtus pedes ſuos ſupra crucem requieſcere voluit? Beda in cap. 8. Geneſ. vt nos quoque in cruce pedes figamus.

Septima ratio.

An quia pes dexter Pontificis vngendus erat oleo, ideò Chriſtus verus Pontifex ſanguine pedes vngi voluit?

Octaua ratio.

An quod pedes Chriſti prædicatores deſignent, qui cruci hærere perpetuò debent? Gregorius lib. 10. moral. cap. 11. & 20. Gloſſa Interlinearis in cap. 1. Threnorum.

An quod

Digitized by Google

Nona ratio. An quod in pedibus denotantur affectus, & deſideria huius vitę? Baſil. in Pſal. 37. Ambroſ. lib. de Virginibus. Hieron. in Pſal. 24. Gregor. 4 moral. cap. 40. vt ea oſtendat cruci ſemper debere eſſe confixa.

Decima ratio. An quod in pedibus opera deſignentur? Gregor. 11. moral. cap. 25. & lib. 31. moral. cap. 8. & lib. 1. Paſtoralis cap. 11. Chryſoſt. in Pſal. 25. Vt igitur opera noſtra cruci oſtendat debere eſſe coniuncta, ideò pedes ſuos clauis configi voluit.

Vndecima ratio. An quod in pedibus humana conuerſatio figuraretur? Beda in cap. 28. Exodi. Rupertus lib. 4. de Trinitate & eius operibus, in cap. 23. Exodi. Vt ergo conuerſatio noſtra in cœlis ſit, cruci hæreat neceſſe eſt.

Duodecima ratio. An quod Chriſtus torcular calcauerit ſolus? ideò eius pedes, vt calcantiũ in torculari ſanguine rubent; ipſe enim calcauit eos in furore ſuo, & conculcauit eos in ira ſua. Hilarius in Matth. 22. Ambroſ. in prologo lib. de Spiritu ſancto. Auguſt. in Pſal. 8. & 83. Gregor. lib. 16. moral. cap. 52.

Tertiadecima ratio. An quod cum eiectus eſſet Adam è terreſtri Paradiſo, poſuit Dominus Cherub. ad valuas Paradiſi, ne ingrediens Adam, ſumeret de ligno vitæ, & viueret in æternum? Chriſtus ergo, qui Adam in locum vndè pulſus fuerat volebat reſtituere, accurrit ad arborem vitæ, ſcilicet ad lignum S. Crucis, ibi verò verſatili clauorum gladio vitæ ligno eſt affixus.

Quartadecima ratio. An quia diabolus calcaneo noſtro inſidiatur, ideò, vt ab eius morſu ſimus immunes, calcaneos ſuos cruci hærere Chriſtus voluit?

Quintadecima ratio. An vt oſtendat pedes noſtros, & carnes noſtras timore eſſe configẽdas? Ideò Ambroſ. in Pſal. 118. dicit, *Confige timore velut clauis carnes meas*, &c. Baſil. enim metaphorã deſumptam eſſe dicit ab ijs, qui clauo confixi ſunt, qui neque in vnam, neque in alteram partem ſe flectere audent, ne cruciatu maiore torqueantur.

Sextadecima ratio. An quod Chriſtus veluti myſticus Ioſeph, fratres ſuos quærens, defatigatus ſit, & cum prius ex itinere defatigatus ſederet, ſic ſuper fontem modo ſedere, & pedes figere voluit ſuper crucem?

Septimadecima ratio. An quod vetus homo paulo poſt moriturus eſſet, ideò Chriſtus pedes ſuos ferro voluit commiſceri, donec lapis ſine manibus hominũ abſciſſus, Nabuchodonoſor ſtatuam tãgeret, & contereret, ipſe verò creſceret in montem magnum? Statua enim Nabuchodonoſor naturam deſignat humanam; ſicut optimè Anſelm. in opuſculo de ſomnio Nabuch. quę primo caput aureum habuit in ſtatu innocentiæ; pectus, & brachia argentea in Patriarchis Abraham, Iſaac, Iacob, &c. crura ænea in Dauide, Salomone, &c. Ferreas tibias in Sedechia, Zorobabel, &c. pedes partim ferreos, partim luteos in Machabæis, quę commiſceri non poterant. Ideò Chriſti anima velut lapillus ſine manibus auulſa eſt, dum corpus penderet in cruce, & tetigit ſtatuam in pedes, & in nihilum redactus eſt homo vetus. (Statua Nabuchodonoſor quid ſignificet.)

Octauadecima ratio. An tandem quod ipſe Chriſtus eſſet ſtatua illa mirabilis? ipſe enim habet caput aureum in diuinitate; brachia, ac pectus argentea, in Abele, Enoch, Noe, & Patriarchis; ventrem, ac crura ænea in Abraham; tibias ferreas in Machabæis; pedes partim luteos, id eſt, mortales, partim ferreos in cruce; quæ licet commiſceri nequeant, humana tamẽ impietate iunguntur. Ideò lapillus qui eſt Chriſtus, ſine manibus abſciſſus, quia cum vult animã ponit. Diuinitas Chriſti, ſtatuam hanc corporis ſui in pedibus tetigit, & in morte contriuit, ipſe verò creuit in montem maximum, & replens orbem, dominatur à mari vſque ad mare. (Chriſtus Nabuchodonoſor ſtatuę cõparatus.)

• 10. *Cum clauum oporteret eſſe maiorem*, &c. Eſt hæc doctrina adeò ſenſui, & rationi conſentanea, vt vix egeat confirmatio-

firmatione: quis enim non videat longiorem, & conſequenter etiam craſſiorē debere eſſe clauum, qui duos pedes terebrare debeat, quam ſi vnicum tantum terebraret? Libet tamen hoc loco ad piarum mētium ſolamen illud addere, quod in diſſecto B. Claræ de Cruce Corde, fuit obſeruatum. Ex eo enim corde, vt refert Iſidor. Moſcon. lib. de vita eiuſdem B. Claræ, tres neruiculi veluti tria fila pendebant, in quorum extremo deuinēti pendebant ferrei claui cuſpidis acutę, nigri, tactu duriores carne, quorū duo breuiores, breuiori etiam reuinciūtur filo, tertius maior, maiore etiam filo pendebat.

Clauus pedū maior quam manuum.

Idem in B. Claræ corde cernitur.

11. *Nihilominus pius hoc loco lector*, &c. Mirum profectò quibuſdam videri ſolet, quod Spiritus ſanctus, qui adeò accuratè, ac diſtinctè, ea quę circa Chriſtum Dominum erant complēda myſteria, & figurari, & prędici voluerit, antequam fierent. Plurima tamen ex ijs, quæ de facto in Chriſtum ſunt impleta, queque auidiſsimè expetant homines ſcire, ne poſt ipſum quidem euentum cōſcribi fecerit. Vt enim multa omittamus, modum flagellationis, coronationis, crucifixionis, nullus ex Euangeliſtis conſcripſit: ſolam enim facti ſubſtantiam deſcripſere, dicētes, *Flagellauit eum Pilatus*, IESVM *flagellis cæſum tradidit, vt crucifigeretur*; *coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius*: & tandem *crucifixerunt eum*. Circunſtantias tamen nullus deſcripſit, cū tamen & plurimę ſint, & à fidelibus maximè expetantur. Item, an Chriſtus alligatus columnæ vapulauit ex vna tantum parte, an ex vtraque; quot eſſent ſanguinarij carnifices ipſum flagellantes; an locus flagellationis eſſet publicus, an priuatus; an B.V. & aliquis ex diſcipulis fuerit præſens; quibus flagellis, an aculeatis, an taxillatis fuerit cæſus; quoties flagellatus fuerit Chriſtus; an corona eſſet è iuncis marinis, an verè ex ſpinis, an totum caput ambiret, & obtegeret in formam pilei, an ſolum per modum ſerti, bis, aut ter caput circundaret; an crucifixus fuerit è Cruce in altum erecta, an humi coextenſa; an manus, & pedes funibus fuerint attracti; an dextra prior manus, aut pes, an potius ſiniſtra clauis fuerit confixa; an omnino nudus fuerit cruci affixus; quot clauis, quā magnis, quæ loca fuerint perforata, & alia eiuſmodi multa ſunt omiſſa. Cui quidem admirationi, etſi pluribus poſſemus occurrere, dicentes Spiritum ſanctum ea ſolū prædici, atque deſcribi voluiſſe, quæ neceſſariò nobis eſſent credenda, tamen vt plurima miſſa faciamus, eam pręcipuā cauſam eſſe reor, quam pij, doctique viri aſsignauerunt, vt Chriſti crucifixionem vnuſquiſque eo mentis affectu contemplaretur, quo ſe affici magis, atque ad pietatē accendi experiretur: ita enim Io. Lanſperg. elucidat. in Chriſti Paſsionem ſcribit, *Vide quam breuiter narrarunt Domini crucifixionem Euangeliſtæ. Sed cur putas modum non explicatum fuiſſe ab Euangeliſtis? Credo equidem, vt deuotis meditandi tribueretur occaſio, & vt pro deuotione ſua vnicuique, ſic vel ſic, daretur occaſio cogitandi. In ijs enim huiuſmodi quæ in Scriptura non exprimuntur, neque Scriptura cōtraria reperiuntur, nihilque certi definitum eſt ab Eccleſia, licet abſque periculo vnicuiq. ſentire, aut meditari. Vnde ad maiorem vel compaſsionem, vel deuotionem ſe poteſt excitare.* Non abſimilem huic rationem aſsignauit Simon Caſſian. lib. 13. c. 105. dicens, *Euangeliſtæ nobis notitiam totius ſeriei crucifixionis non dederunt, ea ratione, quod illud, quod expreſſum non fuit, Eccleſia pia credulitate ſuppleuit.* Huius etiam rei alias cauſas aſsignauimus ſupra in explicatione primi capitis, quas prudens piuſque lector ſi libuerit recolere poterit.

Cur quædam paſſionis myſteria ab Euangeliſtis prætermiſſa.

Quā multa ad exactam Paſſionis Chriſti intelligētiam deſiderentur.

Cur aliqua ita ieiunè inſinuata.

Aurea dictorum explicatio.

Chriſti Paſſionem eatenus meditādū, quatenus ſe quiſque magis affici experitur. Et an hoc in omnibus ſit verum.

12 *Cæterùm, vnum ex his clauis D. Helena*, &c. Ingens pręconiū veritatis, *Quod omnia veritas vincat, & praualeat.* Licet enim lōgo tempore abdita veritas deliteſcat, ſuis tamē loco, & tēpore veluti è latebris erumpens, clariſsimè prodit in lucem. Sed cum veritatē hac ipſa

Omnia vincit veritas.

Digitized by Google

Veritas filia temporis.

ipſa de cauſa temporis filiam antiquiores Poëtæ confinxerint, quod diu obſcura, progreſſu temporis elucеſcat, tamen neſcio an rectius illi tempus, veritatis progenitorem, an alij ipſum veritatis carnificem, ac voratorem appellarint: licet enim cum tempore veritas in apertam lucem prodeat, tamen vt plurimum veritas, quæ primo clara, atque explorata habebatur, ita temporũ inuolucris obuoluitur, tenebris obnubilatur, ſeculorum curriculis obruitur, vt omnino abſumpta, atque extincta videatur. Plurima certe, quæ circa Chriſti Paſsionem acciderũt ſuo tempore aperta, & cunctis cognita erant. Ea autem tot ſæculorum interiectu, adeò caligine obducta ſunt, vt in ijs explicandis Doctorum multi hallucinati ſint. Certè, quod ad Chriſti clauos attinet, alij à B. V. eos diligenter collectos, & ſumma diligentia aſſeruatos tradunt; alij à Nicodemo, quem acutè, ac piè inter cæteros in ſuis meditationibus Chriſtoph. Verruc. iuſſu B. V. Chriſti Paſsionis myſteria aſſeruaſſe tradunt, diligenter collectos, & in maxima veneratione aſſeruatos tradunt; cum tamen rei veritas, & communiter recepta hiſtoriarum auctoritas euincat, Chriſti clauos ab Helena Conſtantini Matre ſimul cum cruce repertos; Ambr. orat. in funere Theodoſij, Zozom. lib. 2. hiſtor. cap. 1. Ruffin. lib. 1. c. 8. Niceph. lib. 8. cap. 29. Gregor. Turon. lib. 1. de Glor. Martyr. cap. 6. Theodoret. lib. 1. c. 18. Baron. Card. tomo 3. Annal. anno Chriſti 326. nu. 45. & ſequent. Hæc igitur de Chriſti clauis piè credere poſſumus, pientiſsimam, ſacerrimamq; Chriſti Matrem, cum Chriſtus e Cruce deponeretur, Chriſti clauos ſuis manibus exceptos in eiuſdem etiam ſinum immiſſos: hoc enim tradunt Simon Metaphraſtes in die 15. Auguſti, & Card. Baron. to. 1. Annal. anno Chriſti 34 num. 132. Sed quoniam conſuetudo erat apud Iudæos, vt inſtrumenta omnia quibus

Tempus veritatis pater & carnifex.

Aperta veritas temporũ curriculis nebulis obuoluitur.

Nicodemus quædi paſſionis Chriſti inſtrumẽta collegit.

Clauos è Chriſti membris euulſos, B. Mater in ſuum ſinum colligit.

aliquis publico ſupplicio necatus eſſet, ſimul ſepelirentur; vt tradit Velſerus lib. 1. de Cruce c. 34. ideò Diuina ſic prouidentia diſponente, Chriſti Crux, euulſuſque è Cruce titulus, claui quoque, quibus Chriſtus cruci affixus fuerat, in vnum locum ſimul cum inſtrumentis, quibus latrones crucifixi fuerant fouea facta ſepultos eſſe. Aſſentior autem probabili piorum contemplationi, dicentium, depoſito è cruce Chriſti cadauere, eoque aromatibus condito, & ſepulturæ tradito, euulſam eſſe è ſuo loco Chriſti crucem, clauoſque, quos B. Mater ſuo ſinu exceperat, oſculiſque lambuerat, in eadem Chriſti crucis foramina reſtitutos, ac repoſitos; ſicque cum cruce iuxta receptam conſuetudinem ſepultos: locus autem ille, in quem Chriſti crux munita clauis, eiuſque titulus, cadauera etiam latronum affixa crucibus, dicebatur vallis cadauerum. Interiacebat hęc vallis inter Caluarię ſitum vbi Chriſtus cum duobus ſontibus erat crucifixus, & inter mœnia vrbis Hieruſalem. In hanc vallem ſontiũ cadauera affixa crucibus proijciebantur, in eamq; Chriſti etiam corpus, niſi illud Ioſeph à Pilato petijſſet, & impetraſſet, ac de cruce depoſuiſſet, proiectum fuiſſet. At Chriſti corpore iam ſepulturę mandato, ne crucum ſpectaculum magnum Sabbathi diem cruciatus ſui horrore fœdaret, ſublatum, inque hanc vallem proiectum eſt. Cruces autem ex ruderibus, & ſordibus Ciuitatis, quæ eo aſportabantur, paulatim obrutę ſunt, atque ex hominum aſpectibus, & memoria ſubductæ. Ita huius vallis mentionem faciunt Hieronymus epiſtola ad Paulin. Lyran. in cap. 13. Ieremiæ, Chriſtian. Adricom. in deſcriptione vrbis Hieruſalem nu. 242. Bredembachius in peregrinatione Terræ Sanctæ, ſub die 12. & 13. Iulij. Elapſis autem ferè 326. annis, reſtitutaq; Eccleſiæ pace, Helena Conſtant. Magni Imp. mater, pietatis ardore inceſa,

Inſtrumenta cruciatũ ſimul ſepeliri ſolita.

Claui in crucis foramina repoſiti.

Vallis cadauerum quæ.

Latrones crucibus affixos in ſepultos relictos.

Crux Chriſti quomodo abſcondita fuerit.

D. Helena Crucem cum clauis quando inuenerit.

Hieroſolymam ſtudio conquirendæ Dominicæ Crucis petens, Chriſti crucem cum clauis, ac titulo inuenit, cuius Inuentionis diem Eccleſia magna celebritate colit, & hiſtorici egregium tantę fœminæ facinus ſuis ſcriptis mirificè proſecuti ſunt.

Cæterum, vnum ex his clauis D. Helena, &c. Quod in Conſtantini fræno clauus dominicus ſit inſitus, hoc adeò apertè Claſsici hiſtorici tradiderunt, vt nullus relictus ſit ambigendi locus; imò Gregor. Turonenſ. lib. de Gloria Martyr. c. 6. dicit in fræno Conſtantini duos infixos dominicos clauos. Fauet Hieron. in cap. 12. Zacharię, dicens ab alijs locum illum, *Erit quod in fræno,* &c. explicari de clauis dominicis, quos Helena in frenum Conſtantini filij ſui immiſit. Alij tamen cõmuniter vnum tantum clauum, fræno inſertũ aſſerunt. Huius fræni clauo Dominico communiti, virtutem maximã contra dæmonis inſidias fuiſſe ſcribit Greg. Turonen. vbi ſupra, ſic dicens, Huius fræni virtutem magnam expertus eſt Iuſtinus Imp. qui alijs quoque rem patefecit. Illuſus enim à quodam Mago propter pecuniam, emiſſas ſibi à dęmonis vmbra intolerabiles per duarum curricula noctium tulit inſidias, ſed cum tertia nocte frænum ſub capite collocaſſet, locum inſidiandi inimicus vltra non habuit, repertumque auctorem inſidiarum, gladio percuſsit. Et Ambr. orat. ad Theodoſ. dicit, Inuento clauo, quem Helena ad Conſtãtinum miſit, dicebant Iudæi, *Ecce, & clauus in honore eſt, & quem ad mortem impreſsimus, remedium ſalutis eſt, atque inuiſibili poteſtate dæmones torquet.* Vt autem clarius videamus, quanta fuerit pientiſsimi Imp. Conſtantini in Dominicæ Paſsionis inſtrumentis ſita fiducia, hoc quoque addamus, quod non ſolùm Dominicis clauis frænum, & galeam cõmuniuit, ſed partem etiã Dominicæ Crucis corio diligenter inuolutam, equeſtri ſellę alligatam, in bellis ante ſe ferebat. Quæ ſanctiſsimæ Crucis pars corio alligata, in Auguſta Nonantulę Abbatia diligenter aſſeruatur, & piè colitur. Hic autem clauus, qui fræno inſitus fuit, Mediolani in magnificentiſsima Metropolitana Baſilica inuiſitur, ac maxima cum veneratione colitur. Dicit autẽ Eutrop. lib. 11. fuiſſe clauum in Chriſti manum infixum.

Conſtantinus frenum clauo Crucis Chriſti communiuit.

Fræni ſacri miraculum.

Fræno ſacro inſidię dęmonis pellũtur.

Imperatoris Cõſtantini pietas.

Imperator Conſtantinus partẽ Dominicæ Crucis ſecum præliaturus defert.

Clauus fræno immiſſus Mediolani colitur.

Factum hucuſq; vidimus, nunc myſteria requiramus, cur Chriſtus fræno equi clauũ inſeri voluerit? neque enim hæc abſque cœleſti prouidentia accidiſſe putandum eſt. An vt carnes noſtras, quas timore veluti clauis (vt Ambroſ. explicat) configi poſcimus, dicentes, *Confige timore tuo carnes meas;* fręno etiam iniecto compeſcantur? An vt nos qui *tanquam equus, & mulus, in quibus non eſt intellectus* laſciuimus, chamo, & fræno cõpeſcamur? An quod Chriſti clauis non ſolæ carnes comprimendæ, ſed maxillæ etiam inedia ſint conſtringendę? An vt linguã noſtram, quã domare nullus poteſt, clauo, ac fręno domemus? An quod, ſicut temone paruo nauis, & fręno paruo bruta circumferuntur, ita ſi nobis frenum, ori, & capiti circumligetur, facilè in reliquis compeſcamur? An quod, vt equos fręno iniecto facilè ad libitum noſtrũ flectimus, ſic nos fręno iniecto, ad Chriſtum trahẽdi ſimus, iuxta illud, *In chamo, & fræno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te?* An quod claui dominici inferno morſus fuerint, iuxta illud, *O mors, ero mors tua, morſus tuus ero inferne?* An quod diabolo quoque frænum iniecerit, iuxta illud Iob 40. *An extrahere poteris Leuiatam hamo, & fune ligabis linguam eius? Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius?* Septuaginta Interp. legunt καὶ χαλινῷ τρέψεις σιάγονα ἀυτοῦ, id eſt & fręno ſtringes maxillam eius? An tãdem, quia Eſa. 48. dixerat, *Laude mea infrænabo te,* nos verò nec eius laude, nec beneficijs infrænabamur, ideò clauo infręnare nos voluerit?

Cur Chriſtus fræno equi clauum inſeri voluerit.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Octaua ratio.

Nona ratio.

Decima ratio.

QVID

Digitized by Google

QVID DE ALIIS DOMINI-cis clauis factum fuerit.

Clauus in Adriaticum mare imiſſus

CONSTANS inualuit fama, quod cum Adriaticum mare ſęuis, horribilibuſque perturbationibus quateretur, adeò, vt propter efferatas turbinum procellas, naufragiaque frequentiſsima ; nauigantium vorago diceretur, *pientiſsima Imperatrix Helena, miſerorum calamitatibus permota vnum è Dominicis clauis, de Domini pietate confiſa, in Adriaticum mare immiſit. Quo facto Adriaticum mare quietum, atque tranquillum eſt redditum, tranquillaque nauigantibus flabra reddita :* ita Gregor. Turonenſ. lib. de Gloria Martyrum cap. 6.

Adriaticū mare clauo Chriſti placidum redditur.

Imperatoris Cōſtantini galea clauo munita.

Alio verò clauo communitam fuiſſe Conſtantini galeam aſſerunt, quo felicius ſe ab hoſtium telis defendere poſſet. Gregor. Turon lib. de Glor. Mart. c. 6. Hiſt. Tripart. lib. 2. c. 18. Sigon. lib. 3. de Occident. Imp. Euſeb. Cęſarienſ. lib. 10. c. 8. ſed rectiùs Ruffin. lib. 2. c. 8. Niceph. lib. 8. c. 29. Ioan. Zonaras Annal. parte 3. Baron. Card. in annum Chriſti 326. nu. 53. Ambr. orat. in Theodoſ. licet Baron. Card. credat potius clauum poſitum eſſe in corona, qua Conſtantinus vti conſueuerat; Eutropius ſiue Paul. Diaconus lib. 11. Ambr. in funere Theodoſij.

Clauus Romam tranſmiſſus.

Alium ab Helena Romam tranſmiſſum in Eccleſia S. Crucis in Hieruſalem ſeruari tradunt Franciſc. Maurolicius in Topographia Sanctarum Reliquiarum, Chriſtian. Adricom. in deſcript. vrbis Hieruſalem num. 242.

QVID CENSENDVM SIT DE clauis, qui in varijs reliquiarijs aſſeruantur, tanquam Dominici claui.

Fructuoſa quęſtio.

MEDIOLANI clauus fręno immiſſus maxima pietate colitur. Lipſius in Notis ad 2. lib. de Cruce c. 9. dicit, Audio Treuiris Clauum, qui aſſeruatur diſertè in memorijs antiquis ſcribi, clauum dextri pedis.

HVIC QVÆSTIONI MVLTI-plex poteſt reſponſio adhiberi.

Prima reſponſio.

PRIMA, quod ex veris clauis dominicis abraſę ſint particulę quędam, quę alijs clauis ferreis ad priorū ſimilitudinem fabrefactis, ſint inſertę, atque ab ea parte paulatim totus clauus dominicus dictus ſit, qua ratione ex multiplicibus S. Gregorij teſtimonijs valdè accuratè collectis, probat Ioannes Molan. orat. 1. de Eulogijs c. 4. D. Gregor. magnum conſueuiſſe quaſdam ferreas particulas ex B. Petri catenis lima abraſas iubere inſeri ferreis clauiculis, quę poſtea in maxima veneratione haberentur.

Secunda reſponſio.

Secunda reſponſio eſt Illuſtriſsimi Cardinalis Baronij in annum Chriſti 226. nu. 54. quod deperditis clauis illis, quibus Chriſti manus, pedeſque confixi fuerant alij ſint aſſumpti, quibus ligna crucis compacta ſint.

Tertia reſponſio.

Tertia eiuſdem Baronij Card. quod fortè interdùm aliquis clauus, quibus myſticū Chriſti corpus in aliquo Martyre ſit confixū putatus ſit ille eſſe, quo Chriſti vera membra crucifixa ſunt.

Zacharię locus explicatur.

13. *Quinimò, ad hunc eundem clauum,* &c. Dum locum illum Zacharię contemplaretur B. Hieron. dicit, *Putarunt aliqui hoc de clauis dominicæ paſsionis, quos Helena poſuit in phalera frani ſui filij Conſtantini eſſe intelligendum* ; ſed ipſe hanc reprehendit, tanquam ſenſu quidem pio dictam, ſed tamen ridiculam: cum Hieron. ſenſit Remig. & Hugo Cardinal. qui putant ſenſum eius loci eſſe iſtum, quod aurum, quod ſuper fręnum diſtenditur, ſit futurum ſanctum, quia in pauperum vſus cedet.

S. Hiero. ſententia.

Aliorum placitum.

Verum interpretationem illam ab omni riſu, & ſubſannatione grauiſsimorum Scriptorum, qui poſtea locum illum explicarunt, purgauit auctoritas: nam S. Ambroſ. orat. in obitum Theodoſij, Greg. Turonenſ. lib. 1. de Glor. Mart. c. 6. Niceph. lib. 8. c. 29. Theodoret. lib. 1. c. 18. Sozom. lib. 2. c. 1.

Paulus

Paul. Diaco. lib. 11. hiſtor. docent, ex eo, quod Conſtantini fræno Domin. Paſsionis claui ſint innexi, impletum eſſe vaticinium illud Zach. 14. *Erit quod in freno eſt, ſanctũ Domino omnipotenti.* Ex eo tamen quod pientiſsimus auctor quãdam hac in re Patrum diſſenſionẽ inſpexerit, cautè addit, multos ita opinatos eſſe, quaſi aliorũ placita referens, controuerſiam tamen non decidens.

Apoſtrophe ad B. Virg. Magdalenæ in Chriſti pedes officia. Domicilium ad Domini pedes eligendum.

14. *At quo dolore B. V. Domina noſtra diſcruciaretur*, &c. Si idem in nobis vigeret pietatis ardor, qui glorioſæ Mariæ Magdalenę cor accendebat; ſi idẽ charitatis affectus, eodem nos etiam ardore ad beatiſsimorũ pedum oſcula procumbentes duceret, firmum ſecus Domini pedes domicilium eligeremus, intelligeremuſque bonũ nobis eſſe, quod hic eſſemus; eoſdẽ enim lachrymis rigaremus, capillis tergeremus, oſculis lamberemus, ac beatiſsimæ Matris oſcula noſtris oſculis, dolores doloribus, fletus, fletibus, lachrymas lachrymis proſequeremur. Quis enim nõ videat, immenſos eſſe Matris in filij Paſſione dolores, cum ſacros Filij pedes duris clauis cernebat affixos. Immane impietatis genus, quod ferro, quod clauis, hominum pedes ſtatuit affigẽdos.

B. V. dolor dum pueri ſui membra contemplaretur.

Quod ſi ſacerrima Mater dum filij infantis pedes contemplaretur, futurumque præuidebat, vt ij diris clauis crucifigerentur, tanto doloris ſenſu afficiebatur, vt quamuis procul ab re ipſa eſſet, in lachrymas tamen ſolueretur. Quantum tandem eam doluiſſe credemus, cum vnigeniti filij manus, ac pedes acribus clauis contemplaretur affixos? Oculi enim augent dolorẽ. Quis eius lachrymas valeat enumerare? S. Germani in ſua Theoria fragmentum lego, in quo dolores Virginis, quos dum depoſitum è Cruce Dominum ſinu exceptum ſuſtinebat, patiebatur, deſcribens dixit, *Maria Virgo depoſito Chriſto de Cruce, oſculata eſt os eius pluſquã mille vicibus, necnon oſculabatur benignum caput eius ſpinis coronatum, faciem eius li-*

B. V. Chriſtũ è cruce depoſitũ, quam frequenter oſcularetur.

neribus plenam; oſculabatur frontem, & collum, & mentum eius; oſculabatur manus clauis perforatas; oſculabatur brachia, & pectus lancea perforatum; oſculabatur pedes clauis perfoſſos; lauit, & rigauit lachrymis vniuerſa eius vulnera; & plorans acerrimè ſuper ſingulis, amplexabatur caput eius, comprimens ad vbera ſua. Hęc ille. Quantam autem lachrymarum vim fuderit, teſtatur Theophilus hiſt. dicens, *Planxerat tantum Maria Virgo affligens ſe, quod oculi ipſius rubebant ſanguine, & palpebræ ipſius tumebant, quia iam correſſæ erant genæ illius roſeæ, etiã lachrymæ ſanguineæ de eius oculis emanarunt, propter fletum tam amarum.* Nouum hic audis, vt etiam ſanguineas lachrymas audias, quod fortè ipſa quoque mœſtiſsima Mater glorioſæ Brigittæ indicare voluit, dicens, *Ex oculis meis erumpebant lachrymæ, ſicut ſanguis è venis.*

B. V. ſanguineas lachrymas emiſit.

15. *Hinc in ipſam obtutu defixo, contempletur*, &c. In lugubri ſpectaculo, ac flebili proſpectu, quo altera ex parte Chriſtum vulneribus plenum; ex altera Matrem lachrymis profuſam mediteris, quo te magis cõuertas vix ſcio. Hinc enim paſceris à vulnere, illinc potaris à lachrymis, doloribus plena omnia, vbique paſcua mœroris inuenies. Si Matrem aſpicias, Filij dolores agnoſcis. Si Filium conſpicias, Matris cruciatus inſpicies. Compatere Chriſto, collachrymare Virgini; vtriuſque dolores defleas, cruciatus venereris. Et tamen quod præcipuè agas, vt te ad beatorum pedum oſcula proſternas, pio affectu conſtringas, lachrymis riges, capillis tergas, oſculis proſequaris. Chriſtum tres perſonæ leguntur oſculis excepiſſe, Maria Mater eius, Maria Magdalenę, & Iudas Iſcariotes traditor; oſculo vtriuſque Mariæ, non Iudæ oſculo ſacra pedũ veſtigia excipias; & proſequaris, dicens, *Benedicantur, & perenniter adorentur pedes tui beatiſſimi, quia cum magno dolore tuo per aſperiorẽ viam, quam alios docuiſti in hoc mundo diſcalciatis pedibus ambulaſti.*

Lachrymabilis occaſio.

Qua pietate pedes Chriſti meditandi, & ſalutandi ſint.

Tres Chriſtum oſculati leguntur.

A L

Digitized by Google

ALPHONSI PALEOTI
ARCHIEPISCOPI II. BONONIENSIS.

SACRAE SINDONIS EXPLICATIO.

De vulnere in dextrum Christi latus incuſſo; tum de virtute, & prouentu, qui ad nos inde peruenit.
Caput Vigeſimum.

Inſpiciatur exemplaris locus vbi L. nota deſcripta.

PRO, 1. lateris vulnere explicando, in quo euidentium in Sindone ſacra plagarum tota conſideratio definietur, 2. illud eſt obſeruandum; quod dum ad ſiniſtram partem nobis offertur, verè colligimus, Chriſtum in dexteram lateris partem inflictum vulnus accepiſſe, quòd quidem inde prouenit, quòd eiuſmodi exemplar in anteriore vultus proſpectu impreſſum exſtiterit. *Lateris vulnus ad dexteram inflictum Seruatori.*

3. Ex quo ſubtilior, quàm doctior illa videtur interpretatio, qua Doctorum nonnulli virorum aſſerere ſtuduerunt, idem vulnus ad ſiniſtram factum fuiſſe; opinione ſtabili credita inde, quod quemadmodum Eua ex hominis ſiniſtra parte creata eſt, ita quoque eiuſmodi vulnus in Chriſti latus infligi conſentaneum fuerit.

4. Sed qui maturè Vatum oracula, & Patrum ſententias expendit, inueniet, ab Ezechiele in dextra prænunciatum exſtitiſſe, *Et ecce*, inquit, *aqua redundantes à latere dextro*. Quem locum de ſanguine, & vulnere manante, D. Iſidorus exponit; ſed Innocentius III. id ipſum clarius explicat. *Calix*, inquit, *ponitur ad dextrum oblata latus, quaſi*

Vaticinia de Chriſti lateris vulnere. *Cap. 47.* *Euāg. leg. li. 2. c. 26.* *Lib. Myſter.*

quaſi ſanguinem ſuſcepturus, qui de latere Christi dextro creditur, vel cernitur
Epiſtol. 235. *profluxiſſe*. Cui conſentit Iuo, *Hoſtia*, inquit, *quæ iuxta calicem conſi-
gnatur, ſic debet eſſe poſita, vt ſua, & calicis poſitione dextrum Christi latus re-
præſentet*. Eodem quoque pacto D. Auguſtinus hunc locum interpre- Lib. 15. de Ciuit. Dei c. 26.
tatus eſt, *Oſtium*, inquit, *in latere dextro accepit; profectò illud eſt vulnus,*
In 3. Reg. c. 6. *quando latus crucifixi lancea vulneratum eſt*. Nec abſimili modo Ruper-
tus, *Dominici corporis*, inquit, *de latere dextro aqua viuentes, aquæ ſalutares
egreſſæ ſunt*. Hic autem mos ab Eccleſia ſancta, quæ huiuſmodi vul-
nus ad dextram depingi conſentit, imaginum crucifixorum planè
confirmatur.

5. Cæterum, id vulnus amplum exſtitiſſe, conſtat ex ſacra Sin-
done, & tale fuiſſe facilè comprehendi poteſt, ex ferro lanceæ, quod
amplum ſatis Romæ in principis Apoſtolorum Baſilica, demonſtra-
tur: & Redemptor ipſe eiuſmodi fuiſſe denotat, dum in Euangelio
D. Thomam Apoſtolum ita compellando inuitat, *Affer manum tuam,* Ioan. cap. 20.
& mitte in latus meum.

Figura de Christi latere vulnerato. 6. Huiuſce verò vulneris figura in primis illis Parentibus Ada-
mo, & Eua præmonſtrata fuit: Eua enim ex Adami dormientis la-
tere formata, Christi Eccleſiam ab eiuſdem latere, dum in Cruce
mortuus eſt, formandam deſignabat. Quod quidem myſterium D.
Epheſ. c. 5. Paulus patefacit, dum inquit, *Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem
dico in Christo, & in Eccleſia*. Quod etiam magnus Patrum numerus a-
pertè indicat; vti D. Auguſtinus varijs in locis; Rupert. Abbas, Cle- D. Aug. in Ioã. tract. 9 de Geneſi ad liter. lib. 6. & in Pſal. 56. Rupert. in Geneſ. lib. 8. c. 37.
Clem. de Summa Trinit. & fide Cath. Euſeb in Geneſ. Tertull. de Anima c. de Somno. mens Pont. in ſacris Sanctionibus, & Euſebius: atqui Tertullianus
manifeſtè id totum profert in lucem, *Si Adam*, inquit, *de Chriſto fi-
gurabat, ſomnus Adæ mors erat Chriſti dormituri in mortem, vt de iniuria per-
inde lateris eius vera Mater viuentium figuraretur Eccleſia*.

7. Ex hoc autem vulnere multum ſanguinis effluxit; ſic enim
Sindon, ſanguine redundans, ſemetipſam præbet omnibus inſpi-
ciendam. Nec ſanguis inde tantũ manauit; ſed etiam, vti D. Euan-
geliſta Ioannes animaduertit, aqua ſimul effuſa eſt. 8. O pientiſſi- Ioan. cap. 19.
mum verè Patrem in filios, qui vbi nos omnes viuens tot beneficijs
cumulaſſet; poſt mortem ſuæ in nos immenſæ pietatis ergo, & præ-
Theſaurus in Christi pectore latens. cipui amoris cauſa, pretioſiſſimum theſaurum, vt nos abundè dita-
ret, tandem eodem ex vulnere erutum, cunctis aperuit, cum enim
totum ſanguinem profudiſſet, ex venis totius corporis effluentem,
interiorum in ſecretarum partibus venarũ pretioſi ſanguinis quod-
dam quaſi flumen continuit, vt cum obijſſet, idem perabundè ſca-
turientis in modum emitteret ingentibus ijs aſſociatum donis, qui-
bus ſuam, vel in immenſum Eccleſiam ditauit.

9. Etenim nobis, vbi mortuus eſt, vberrimam ſacratiſſimi ſan-
guinis huiuſmodi copiam, tanquam muneri obtulit, vt hinc poſt
illius

Digitized by Google

illius mortem, & vim, & Eccleſiæ totum per orbem amplificandæ, materiem ipſius paſſio ſuggereret, & ſeptem Sacramenta manarẽt, cum inde ſanguis ad nos redimendos, & aqua ad ablutionem per Baptiſmum efficiendam, abundè deflueret. Sic D. Auguſtinus teſtatum reliquit, hiſce verbis, *Lancea latus aperuit, vt illi quodammodo vitæ oſtium panderetur, vndè Sacramenta manauerunt.* Alibi quoque, *Mortuo Chriſto lancea perforatur latus, vt ſupereffluant Sacramenta, quibus formaretur Eccleſia.* Alio itidem in loco hoc ipſum confirmat. At clarius D. Cyrillus, *Vnus*, inquit, *militum lancea latus eius compungit, qui illico ſanguinem, ſimul & aquam emiſit, benedictionis myſticæ, ac ſancti Baptiſmatis originem.* Ad hæc D. Cypriani teſtimonium accedit, *De latere tuo fons egreditur in vitam æternam proſiliens, & de eadem conſubſtantiali origine, diuiſis limitibus, aqua, & ſanguis emanant ad complementum, perfectionemque totius iuſtitiæ Sacramenta in perpetuũ duratura.* Sed ne dimittamus, quod D. Hieronymus quadam in epiſtola ſcribit, *Latus*, inquit, *Chriſti percutitur lancea, & Baptiſmi, atque Martyrij pariter Sacramenta funduntur.* Item alibi, *Latus*, inquit, *lancea vulneratum aquis fluxit, & ſanguine, Baptiſmum nobis, & Martyrium dedicans.*

Tractatu 120. in Ioan. lib. Sententiarum 328. Tract. 15. in Ioann. — *Ab vulnere Chriſti latere Sacramẽta fluxiſſe.* — *Lib. 12. in Ioan. c. 32.* — *Sermone de Paſſio. Chriſti.* — *Epiſt. 83. ad Oceanum.* — *Lib. 13. Comm. in c. 48 Iſa.*

10. Cæterum, nunc hiatum, & quicquid ex eo promanaturum erat, Ezechiel multo ante prænunciarat, *Et erunt*, inquibat, *piſces multi ſatis, poſt quam venerint illuc aqua iſta, & ſanabuntur, & viuent omnia, ad quæ venerit torrens, & ſtabunt ſuper illas piſcatores.* Quod ſanè vaticinium D. Hieronymus de Baptiſmatis aqua interpretatur, *Intelligere poſſumus*, inquit, *prima hominum peccata ſignificare, quæ ingredientibus nobis aquas Domini dimittuntur, & Baptiſmi oſtendunt gratiam ſalutarem, & initia ſunt profectuum.* Nec ab his diſſimilia D. Dionyſius Cartuſianus diſſerit, *Alij verò conuenientius*, inquit, *vt opinor, aquas intelligunt Baptiſmi fontem, quo Chriſti Eccleſia habuit ortum.*

Vaticiniũ de vulnere lateris Chriſti. — *Cap. 47.* — *D. Hiero. in Ezech.* — *In Ezech.*

11. O igitur ſalutare vulnus, vndè pretioſiſſimus ſanguis ille manauit, qui nos ab ſeruitute in libertatem vindicat; 12. & aqua puriſſima, quæ noſtras abluit animas, & adeò candidas reddit, vt tanquam ſimpliciſſimæ columbæ, prodeant ex Arca Teſtamenti illa; quæ, dum in cœlo Dei templum aperiretur, & ipſa apparuit, de qua ita eſt apud ſanctum Ioannem, *Apertum eſt templum Dei in cœlo, & viſa eſt Arca Teſtamenti.* Quæ ſanè columbæ, animæ nimirum noſtræ à Chriſto Petra ad ſuarum foramina plagarũ inuitantur Sapientis ore, *Veni*, inquit, *columba mea in foraminibus petræ:* ſic enim ibi Gloſſa ſanctiſſima vulnera Seruatoris per foramina interpretatur. 13. Iſtiuſmodi verò vulnus Salomon vaticinando prædixit, *Vulneraſti cor meũ.*

Apoc. cap. 11. — *Gloſſa in Cant. c. 2.* — *Cant. c. 2.* — *Cantic. 4.*

14. Igitur ex hoc vulnere eiuſmodi effluxit aqua, quæ tum abluere, tum noſtras omnes peccatorum maculas detergere valeat. 15. Talis itidem ſanguis inde redundauit, vt vnguem illum Adamantinum,

Vis è Seruatoris latere egreſſa cũ ſanguine.

num, in quo ſtylo ferreo peccatum inſculptum fuerat, effringere

Cap. 17.

poſſet. De quo Ieremias, *Peccatum*, inquit, *Iudæ Scriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino.*

Et ſtylo ferreo conuerſo in ſanguinem ab pientiſſimo Seruatoris noſtri corde fluentem, peccati durities, necnon adamantini pectoris noſtri ille durus affectus, confractus fuit. 16. At ſanguis iſte ob immenſam confirmandi vim, & virtutem roborandi, ſub vini nomine per Iob deſignatus extitit,

Iob c. 49.

Lauabit, inquit, *in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum.* Ab hoc enim veluti vuæ racemo, è vite pendente vitæ, qui eſt vltimus ſanguis, ad lateris vſque vulnus ſeruatus; detergens illa vis, abluens, infringens, & noſtra corda confirmans, & aliorum omnium, qui ſanguinis eiuſdem merita ſibimetipſis adſciuerint, tota defluxerit.

17. Cæterum, verus ſanguis, vera ſimiliter aqua ex Redemptoris pectore manauit: ſic enim, vt credamus, præter Euangelicam hiſtoriam, ſacræ quoque Sanctiones, nos inſtituunt: 18. & poſt mortem (mirabile dictu) profluxerunt; quemadmodum D. Ambroſius animaduertit, in eoque miraculum conſtituit,

In Lucam c. 27. lib. 10.

Licet, inquit, *verus ſanguis exierit, miraculoſum fuit exiſſe ſanguinem ex mortuo: cum poſt mortem ſanguis congeletur: nam vtique poſt mortem ſanguis in noſtris corporibus congelaſcit, ex illo autem, incorrupto licet corpore, ſed defuncto, omniũ vita manabat: aqua enim & ſanguis exiuit; illa, quæ diluat; ille, qui redimat.*

Ingens ſanè miraculũ quod ex demortui Seruatoris latere ſanguis & aqua manarint.

19. Nec ſolummodo ſanguis ex Chriſti pectore, cum in Cruce penderet, effluxit, ſed etiam vbi de Cruce depoſitus eſt, ſanguine iã antea fuſo S. Sindonem intinxit; in ipſa enim ſatis magnus guttarũ ſanguinis apparet numerus. Quod quidem ſectantibus D. Ambroſij ſententiam, mirandi multò maiorem præbere occaſionem poſſet.

Sanguinẽ, & aquam impermiſtos effluxiſſe eodẽ Seruatoris ex latere.

20. Quamuis facilè reſponderi valeret, non in hoc tantum conſtitiſſe miraculum, quantum in eo, quòd cum ex eodem vulnere ſanguis, & aqua manarint, ambo ſimul effluerent, quodammodo permiſti, neceſſe fuerit: ſed tamen ex latere Chriſti eodem quoque temporis ſpatio, admiſti nullatenus prodiere; cuiuſce rei maximam ſanè prodigij cauſam præferentis, D. Ioannes Euangeliſta meminit. Et vt miraculo vim maiorem adſtrueret, ſe illud idem proprio obtutu notaſſe, literis conſignauit,

Cap. 19.

Exiuit ſanguis, inquit, *& aqua, & qui vidit, teſtimonium perhibuit.*

21. Eundem quoque ſanguinem, & eandem aquam, ipſorũ vim, item & efficacitatem, tum Redemptionis, tum Baptiſmi, D. idem Ioannes deſignauit, cum dixit,

Epiſt. 1. c. 5.

Hic venit per aquam, & ſanguinem IESVS CHRISTVS; *non in aqua ſolum, ſed in aqua, & ſanguine.* Alio etiam in loco, *Tres ſunt*, inquit, *qui teſtimonium dant in terra, Spiritus, Aqua, & Sanguis.*

21. Tot

Digitized by Google

22. Tot igitur, ac tantæ, taliſque Domini plagæ fuerunt. Et quamuis in reſurrectione quinque tantummodo ſibi retinuit, non ob id tamen efficitur, quin in paſſione ſua plagas alias ſibi in corpus inflictas, non habuerit, quam illas, quas in reſurrectione retinuiſſe modo dicebamus. Et quanquam myſteriorum omnium cauſſam aſſignare ſit illius, cui Deus maiorem ſuæmet diuinæ gratiæ fauorem impertiatur, ea, quam mecum communicare ob ingentem ſuam erga me clementiam, dignatus eſt, attamen dicemus, ipſum noluiſſe alias apparere, quam eas, quas in publico gentium ſpectaculo, dum penderet in Cruce, in corpore acceperat: 23. quod eiuſmodi Crux, Iſaia teſte, glorioſiſſimi illius triumphi currus exiſteret; quod iiſdem ſacratiſſimis cum vulneribus diuiniſſimum triumphum illum tandem feliciſſimè abſoluit: nam præterquam quod reliquæ plagæ non quidem vulnera poſſent appellari, quod non forent inflictæ ferro; ſed verbera, aculei, lacerationeſque, & id genus ſimilia, quædam veluti præcedentia paſſionem, & omnia ad Crucem, tanquam ad vltimum finem tendentia fuerant. Hoc inſuper dici poſſet, ipſum quinque tantummodo vulnera retinuiſſe, vt ipſarum figuram in quinque illis lapidibus, quibus à Dauide Goliathes interfectus fuit, deſignatam repræſentaret. Præterea, vt aliam vulnerum ipſorum figuram in quinque porticibus adumbratam Hieroſolymitanæ illius Piſcinæ demonſtraret. Cur nam Chriſtus quinque tantum vulnera poſt reſurrectionem ſibi retinuerit.

24. Atqui ſi Dominus hoc pacto mortuus, hiſce vulneribus de Lucifero, de peccato, ac ipſa de morte, dum validioribus pollerent viribus, victoriam reportauit; quid nobis ſperandum non erit ab eiſdem plagis, hoc præſertim tempore, quando ille reuiuiſcens à mortuis, victor ad Dei Patris dexteram conſidens, & regnum, & gloriam ſit indeptus?

25. Verum, poſt huius ſacri pectoris vulnus, cum omnium Vatum oracula iam ad exitum perducta fuiſſent, & Eccleſia iam formata exſtitiſſet, & ſanctiſſima Sacramenta muneri nobis obtuliſſet, in eodem temporis momento illud Iſaiæ vaticinium eſt abſolutum, *Conſummationem, & abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ*. Is enim locus eſt, in quo Cruci adfixus fuit, qui in medio terræ ſitus eſt; quemadmodum Dauid prænunciauit, *Operatus eſt*, inquit, *ſalutem in medio terræ*. Et vaticinijs omnibus, & hoc Iſaiæ præſertim, *Conſummationem Deus exercituum faciet*, abſolutis; oſtenſo præterea, ſe quæcunque de ſemetipſo ſacris ab Scripturarum oraculis prædicta fuerant, 26. acceptiſſima habere; caput in Cruce moriturus inclinans, hanc tandē vltimā vocem emiſit, *Conſummatum eſt*. Vaticinia de Chriſto impleta. *Cap. 10.* *Pſal. 73.*

27. In hac autem capitis inclinatione, nouum myſterium ab D. Ioanne Damaſceno excogitatum, quin & explicatum, haud præter- *Lib. 4. de fide Orthodoxa, c. 13.*

A a mitte-

Digitized by Google

Chriſtum morientem ad occidentis adſpexiſſe plagam.

mittemus; nimirum, Seruatorem noſtrum ad occidentis plagam, in qua Gentilis populus habitabat, caput conuertiſſe; perinde, ac ſi eundem ad ſe vocaret, & vt ſaluberrimæ Paſſionis ſuæ fructu perfrueretur, quem Iudæorum gens illa obſtinatis in ſuam perniciem animis, refutarat, allectum inuitaret. Sic enim Damaſcenus inquit, *Verum & CHRISTVS Crucifixus occidentem reſpiciebat.* Iudocus etiam Clictouæus, magnam hoc loco obſeruationis animaduertendæ occaſionem arripiens, *Et illud,* inquit, *non perfunctoriè prætereundum eſt, quod Chriſtus crucifixus ad occidentem reſpiciebat: quod id fortè fecerit, vt conuerſo in nos obtutu, tanquam in populos ſibi chariſſimos, his in partibus, & Fidem, & Eccleſiam ſuam collocaret, & ſaluberrimi ſanguinis ſui fructum nobis impertiretur.*

In Comment. in Damaſc.

Conuerſio ad B. V.

28. Tu pie Lector, hinc per temetipſum meditari valebis, quonam dolore ſanctiſſima Virgo conflictaretur, dum Crucis ad pedem poſita, natum magnis clamoribus, animam emiſiſſe ſenſiſſet, & tamen, cum Vatum oracula, & diuinarum Scripturarum teſtimonia cuncta iam ad finem perducta fuiſſe videret; crudeliſſimas illas gentes adhuc dulciſſimum in filium crudelitatem exercentes, in eiuſdem miſerias inſultare conſpiceret, & cadaueris pectus pergrandis ictu lanceæ vulneratum contueretur. Cum ipſa tu quidem exclamare poteris. Ah diræ crudelitatis miniſter, necdum ab exercenda crudelitate deſiſtis? Adhuc cadaueris ſanguinem ſitis? 29. Me miſeram, vt veriſſimè acerbiſſimo hoc de vulnere prædixerat Ezechiel ille Vates, *Dextrum Templi latus magna cum ſanguinis aperiendum profluentia.* Hinc Matrem dolore contabeſcentem acerbiſſimo meditatus vbi fueris, intimo miſerantis affectu, excuſſis ab oculis lachrymis, tuum cum illa dolorem permiſcere poteris, non ſecus ac illa, cum crudeliſſimos nati dolores cunctos in pectus exceptos miſerata, corde ad vulnus adaperto, vberrimas ad oculos lachrymas tranſmiſit. 30. Hunc in modum tu pie Lector, fixo ſacram in Sindonem obtutu, inter amplum iſtud, & ſanguinolentum vulnus meditandum, largam lachrymis venam patefacies.

FRA-

FRATRIS DANIELIS MALLONII DE VVLNERE LATERIS CHRISTI ELVCIDATIONES.

IN CAPVT VIGESIMVM.

Pretioſi lateralis vulneris encomia, & figurę.

PRO, 1. *lateris vulnere explicando*, &c. Ad portam templi, ad oſtium Arcę, ad oſtiũ Lateris, quod reſpicit ad Aquilonem, ad cauernam macerię, ad fontem Iacob, ad mare æneum, ad puteum aquarum viuentium, ad fontem amoris, ad ærarium charitatis, ad petræ foramen, ad inacceſsibiles cœleſtium donorum theſauros, ad incomparabiles Chriſti diuitias, tandem deuenimus; vt ſacroſancti vulneris in latere dextro à Chriſto excepti, myſteria noſtra deuotè proſequatur oratio. Eſt hoc vulnus amoris, & pignus charitatis: nam Saluator noſter Chriſtus, *cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos*; & cum in paſsione ſua immenſum ſuum erga nos amorem oſtenderit, in hoc vulnere ſui in nos amoris exceſſum aperuit. Efficaciora ad perſuadendum argumenta in perorationis epilogum reijciunt Oratores; in Epigrammatis calce maiorem carminis energiam Poëtæ. Chriſtus igitur in hoc vulnere, veluti in ſuæ Paſſionis epilogo, ac lachrymoſi carminis fine, vim ſuæ Paſsionis incluſit. *Seruauit bonum vinum vſque adhuc*; vt cum Samuele Sauli armum porrigente, dicere poſsit, *Ex induſtria ſeruaui tibi*. Quod igitur Chriſtus ex induſtria in finem ſeruauit, non debuit à nobis ante finem explicari; nec ſacroſanctæ Sindonis apparatus, qui nobis hoc vulnus in pectoris latere exhibet, debuit nos euocare; vt inter pectoris plagas hoc à nobis vulnus explicaretur. Quod vulnus Chriſtus vltimo loco pro nobis excepit, illud vltimo loco à nobis debuit explicari.

Pretioſum vulnus amoris.

Quod Rhetores & Poëtæ faciunt, fecit & Chriſtus.

Chriſtus in fine vitæ amorem maiorem oſtendit.

Cur lateris vulnus cum pectoris plagis non ſit declaratum.

2. *Illud eſt obſeruandum, quod dum ad ſiniſtram*, &c. Sacroſanctæ Sindoni impreſſam Chriſti imaginem conſpicientes, vulnus ſiniſtro hærentem lateri vident; nonnulli rem omnem leuius perſtringentes, vulnus in læuam partem exceptum opinantur. Imò verò heretici veſana hac leuitate moti, Chriſtiferam Sindonem impugnandam cenſuerunt, quod vulnus Chriſto in lęuam partem inflictum pręſeferre videatur, quod in dextram conſtat inflictum. Verum, qui cordatius rem perſtringunt, animaduertunt ſacrum linteum Chriſti corpori ſuperpoſitum, Chriſti effigiem excepiſſe, ideò ad inſtar ſpeculi, ea à ſiniſtris oſtendere, quæ à dextris corporis Chriſti Seruatoris excepit. Qua de re nos plura diximus in cap. 3.

Vulnus lateris in Sindone cur lęuam partem obtineat.

S. Sindon inſtar ſpeculi Chriſti effigiẽ exhibet.

3. *Ex quo ſubtilior quam doctior illa videtur interpretatio*, &c. Ea eſt hominum conditio, vt in rebus dubijs enodandis, quarum explorata, atque dilucida cognitio nequit haberi, alij quidem leuioribus coniecturis rem propius attingant; alij verò longè à veritatis ſcopo aberrent. Hoc ipſum in mellifluo hoc vulnere explicando accidiſſe cognoſcimus. Alij enim docuerunt omninò incertum eſſe ſiniſtro ne, an dextro lateri vulnus hoc impactum fuerit; ita Ioannes Gretſerus lib. 1. de Cruce cap. 34. Alij ſiniſtro lateri hæſiſſe tradunt. Alij vtrumque latus lan-

Quid in obſcuris enodandis pręſtet homo.

De lateris effoſſione variæ variorum ſententiæ.

Digitized by Google

Cui lateri inflictum Chriſti vulnus.

cea effoſſum volunt. Alij vnico lateri duo, plura etiam impacta vulnera. Alij non circa coſtas, ſed circa ilia vulnus effingunt. Alij tandem non Chriſto iam emortuo, ſed adhuc ſuperſtiti, & viuenti inflictum vulnus iactitant. Qui quidem errores omnes, infra cum eorum auctoribus, ac fundamentis euertendi.

Siniſtrum latus effoſſum cur al j putarint.

In primis igitur, qui ſiniſtrum latus vulnere tranſuerberatum credunt, leuioribus ijs coniecturis mouentur.

Prima ratio.

Prima, quia hoc vulnus Chriſto illatum fuit, vt de eius morte certiores redderentur; ſed certiores reddi potuerunt vulnerantes in parte ſiniſtra, quia ibi cor eſt vicinius; ergo in lęuum latus vulnus intulerunt.

Secunda ratio.

Secunda, ſæpè in ſanctis Patribus, & ijs etiam qui contemplationibus pijs deuotius oblectantur, ictu lanceæ cor Chriſti tranſuerberatum fuiſſe legimus, iuxta illud: *Vulneraſti cor meum*; ſed facilius potuit transfigi, ſi feriretur in ſiniſtro latere, quam in dextro; ergo ſiniſtrum latus pupugerunt.

Tertia ratio.

Tertia, quia hoc vulnus dicitur vulnus amoris, ſed amor ex corde proueniens, ad læuam tendit. Ergo & vulnus ad læuam.

Quarta ratio.

Quarta, quia in quibuſdam antiquioribus imaginibus interdum vulnus læuæ parti affictum cernitur.

Quinta ratio.

Vltima, quia cum ex Patrum doctrina, vt infra oſtendemus, apertè conſtet ex lateris vulnere Eccleſiam eſſe formatam, ideò enim ex latere Adæ Eua ædificata fuit, vt ex Chriſti latere ædificaretur Eccleſia; dormiuit Adam, vt formaretur Eua, dormiuit Chriſtus, vt formaretur Eccleſia, ſopor Adæ non naturalis fuit, ſed extaticus; ſopor Chriſti in morte non naturalis fuit, ſed extaticus; Adam in Paradiſo dormit, Chriſtus in Cruce, qua patet aditus ad Paradiſum; ideò Adam ſomno excitus dixit: *Hoc nunc os ex oſſibus meis*, & ex D. Thom. 22. quæſtione 2. num. 2. myſterium

Ex qua coſta formata ſit Eua.

Incarnationis, quod tunc fuit figuratum, agnouit. Quod explicauit Apoſtolus ad Epheſios 5. dicens: *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico vobis, in Chriſto, & in Eccleſia.* Ita beatus Laurentius Iuſtinianus libro de triumphali agone capite 21. Sed Euam ex latere ſiniſtro Adæ eſſe formatam, ſublatamque ex ſiniſtro latere coſtam, ſibi perſuadebant: ergo vt figuræ veritas reſpondeat, vulnus in læuum latus videbitur illatum. Quod autem coſta ex ſiniſtro latere deſumpta fuerit, probant.

Euam ex ſiniſtra coſta formatam rationibus probatur.

Primò, ex conditione fœminarum: iſtę enim molles, infirmę, delicatę ſunt, ad humanaque opera minus quam viri expeditæ, talis eſt etiam ſiniſtra pars in nobis: hæc enim magis ligata in nobis eſt, dextra agilior: ergo ex lęua parte fœmina formata.

Prima ratio.

Secundò, quia ſiniſtra pars cordi magis propinqua eſt, ideò maiori diligentia à nobis cuſtoditur. Deum igitur, qui ideò potius ex coſta Adę, quam ex limo terræ mulierem voluit efformare, vt magis diligeretur à Viro probabile eſt Fœminam ex ſiniſtro Adę latere efformaſſe.

Secunda ratio.

Tertiò, Mulier virago eſt, quaſi maſcula, hæc tamen gracilior, & imbecillior eſt viro, ergo ex graciliore eius parte deſumpta; hæc autem eſt ea, quę in ſiniſtra parte eſt, ergo ex ſiniſtra parte formata.

Tertia ratio.

Quartò, quia fortè homines ſiniſtrá partem ideò habent debiliorem, quia coſta ex illa parte deſumpta eſt.

Quarta ratio.

Quintò, quia mulier minor eſt viro, ideò illi ſubdita eſſe debet, ſed minor in ſiniſtra parte collocatur: nam dextra maioribus, ſiniſtra minoribus decernitur, ergo ex ſiniſtra parte Eua formata eſt.

Quinta ratio.

Sextò, addit Pererius, quia viri in latere dextro, mulieres in ſiniſtro concipiuntur.

Sexta ratio.

His ergo, alijſque ſimilibus coniecturis adducebâtur, qui Chriſti vulnus in ſini-

Digitized by Google

in ſiniſtro latere collocabant.

Sententia ſubtilis non docta.

Verùm, quam lepidè, quamque delicatè auctor noſter ſententiam hanc magis ſubtilem dixit eſſe, quàm doctã: addamus nos, etiam quam veram; nam verè rationes aſsignatæ ſubtiles, acutę, argutæ videntur: at re vera, nec ſolidę, nec efficaces ſunt: nam,

Soluuntur obiectiones, & primò prior.

Ad primam facilè eſt reſpondere potuiſſe miniſtros de Chriſti morte ex tam diro vulnere, etiam in dextrum latus inflicto fieri certiores, cum vt infra dicemus, adeò valide latus dextrum effoderint, vt vſque ad coſtam ſiniſtri lateris lanceæ mucro perueniens Chriſti cor tranſuerberarit.

Soluitur ſecunda.

Ad ſecundum fatemur cum ipſis pium, probabileque videri, quod nos quoque infra oſtendemus. Chriſti cor fuiſſe transfixum, at ex tanto, tamque ſæuo lanceæ ictu facilè transfigi potuiſſe.

Soluitur tertia.

Ad tertium facilè eſt reſpondere, dici hoc vulnus amoris, tum ex eo quod aut cor tranſuerberatum fuit, aut ſaltem circa præcordia vulnus fuit inflictum.

Soluitur quarta.

Ad quartum reſpondeo in re tanti momenti, non nos incerta pictorum obſeruatio mouere debet, cum pictoribus, atque poëtis non tam fingendi, quàm audẽdi poteſtas æqua ab alijs ſit tributa; cum tamen vt plurimum dextrę parti vulnus ab alijs ſit effictum.

Soluitur quinta. Formatio Euæ eſt figura formationis Eccleſię.

Ad vltimum illud in primis conſtantiſsimè fatendum eſt, Euę formationem ex Adamo, Eccleſię formationis ex Chriſto typum extitiſſe: at quòd ex ſiniſtro latere ſit formata Eua, non ita clare colligitur, leues enim ſunt coniecturę illę. Quare ad primum reſpondeo. Si fœmina non ex carne, ſed

Cur Eua ex oſſe & non ex carne formata.

ex coſta, ex ſolido ſcilicet oſſe formata eſt, cur mollior eua ſit? Cur non mollior vir cui non coſta, ſed caro pro coſta reddita eſt? non enim caſu id aut temerè accidiſſe putandum eſt, ſunt enim planè myſteria, ac Sacramenta: ita Auguſtin. lib. 9. de Geneſi ad literam cap. 15. & lib. 2. contra Manichæos cap. 12. Quænam autem ſint hęc myſteria innuit Bernardus ſermone in illa verba, *Immiſit Dominus ſoporem in Adam.* Epiphanius lib. 3. contra Hereſes, hęreſi 38. Auguſtin. in Pſalm. 36. ſuper illa verba: *Dormiui conturbatus*, lib. 9. de Geneſ. ad literam cap. 13. ſermon. de Catachiſmo; & rurſus in ſermon. 153. & 256. Sed aurea ſunt eius verba in tractatu 15. in Ioan. vbi ſic ait: *Poterat Deus carnem detrahere homini vndè faceret fœminam, & magis videtur congruere potuiſſe; fiebat enim ſexus infirmior ex carne, quam ex oſſe. Poterat detracto oſſe non carnem, ſed os reddere. Quid ergo ſignificauit? Facta eſt mulier in coſta tanquam fortis, factus eſt Adam in carne tanquam infirmus? Ecce myſterium: quia Chriſtus ſuam Eccleſiæ virtutem tribuit, qui hominis ægritudinem in ſe ſuſcepit; ita igitur potuit Eua ex latere dextro efformari imbecillis.*

Eua ſiue ex ſiniſtro ſiue ex dextro latere formata ſit, tamen vulnus in dextrum latus conſtat inflictum.

Ad ſecundum reſpondeo, ſatis eſſe fœminę vt diligatur à viro, quod ex eius coſta formata ſit, & ex ijs ſolutio patebit ad tertium.

Soluitur ſecundum argumentum.

Ad quartum, quęnam ſit cauſa, cur lęua pars infirmior ſit quam dextra, cur minus expedita, legatur Ariſtot. lib. 4. de Gener. animalium cap. 1. & lib. 5. cap. item primo qui ex maiori caliditate, quę in dextra parte eſt, fieri tradit, vt dextra pars ſit agilior, & expeditior.

Soluitur quartum argumentum.

Ad quintum reſpondeo, mulierem viro ſubditam eſſe debere, & lęuam dextram tenere, quia ex viri parte formata eſt. Aliam rationem redderet Ariſtoteles, dicens, fœminam eſſe marem lęſum, & imperfectum, ideò ignobiliorem.

Soluitur quintum argumentum.

4. *Sed qui maturò Vatum oracula, &c.* Subtilis, ſed non docta ea ſententia eſt, quę Chriſto vulnus infligit ad lęuam, ſed non vera; ſubtilis, & docta eſt ea, quę aſſerit Chriſto in dextrum latus vulnus eſſe inflictum; & hęc, quia vera, ideò confirmanda; ad quã confir-

Vulnus in dextrum latus impactum.

Figuræ vulneris in latere dextro.

mandam adducitur Ezechielis auctoritas. *Ecce aquæ redundantes à latere dextero.* Loquitur autem Ezechiel de templo myſtico Dei, ex cuius latere dextro, in quo erat oſtium, egrediebantur aquæ ſalutares. Et quidem in templo Chriſtum Dominum figuratum agnoſcunt Patres, Hieron. Rupertus, vtraque Gloſſa in Ezechiel. cap. 40. Hilar. in Matth. Cano. 12. Auguſtin. lib. 1. quæſt. in Euang. 34. Imò Chriſtus ipſe

Templum quid myſticè deſignaret.

Ioan. 2 dicens, *Soluite templum hoc*, hoc dicebat de templo corporis ſui. In porta autem templi, à latere dextro, vulnus lateris agnoſcendum ſanctorum nobis quoq; teſtimonia indicant, quæ etiam Arcæ oſtium in dextro latere de Chriſti vulnere in latere dextro intelligunt. Rupertus lib. 3. Reg. cap. 10. dicens, *Oſtium lateris templi vulnus eſt in latere lanceato dominici pectoris.* Auguſt. lib. 15.

Oſtium tēpli quid denotet.

de Ciuit. Dei cap. 26. *Quod oſtium*, inquit, *in latere accepit, profectò illud vulnus eſt, quando latus crucifixi lancea perforatum eſt.* Idem quoque repetit lib. 12. contra Fauſtum cap. 16. & 39. Ambroſ. lib. 1. de Offic. c. 17. Fauet Athanaſ. libello de Paſsione imaginis Chriſti,

Iudæi crucifixi imaginem in dextro latere pungunt.

vbi dicit, *Hebræos patrum ſuorum veſtigia ſecutos, valido ictu lancea latus dextrum Iconæ percuſsiſſe.* Et S. Brigitta lib. 7. cap. 15. ſic ait: *Stantibus turbis in circuitu, venit vnus accurrens cum furia maxima, & infixit lanceam in eius latere dextro, tam vehementer, & validè, quod quaſi per aliam partem corporis lancea voluit pertranſire.*

Quam ſeuum vulnus lateris.

Teſtatur etiam Iſidorus Moſconius libello de vita Beatæ Claræ de Cruce, in corde Beatę Claræ, in quo Chriſtus paſsionis ſuæ myſteria inſculpſerat, extare imaginem Chriſti crucifixi; in dextro autem latere, infixum eſſe vulnus Ecce igitur, quomodo reuelatio

B. Claræ vulnus oſtenditur in dextra parte.

ſanctæ Brigittæ facta omnino conſentiat cum ijs, quæ B. Claræ fuerunt oſtenſa. Plurimum etiam ad hoc comprobandum valet auctoritas Innocen. III. lib. 2. de Sacro Altaris myſterio cap. 54. dicentis, *Calix ponitur ad dextrum latus oblata, quaſi ſanguinem ſuſceptiurus, qui ex latere Chriſti dextro creditur, vel cernitur profluxiſſe.* Et Iuo epiſt. 235.

Calix ad oblatę dextram.

Hoſtia, quæ iuxta calicem conſignatur, ſic debet eſſe poſita, vt ſua & calicis poſitione dextrum Chriſti latus repræſentet. Ita enim Spiritus ſanctus Sacroſancta Miſſarum myſteria diſponere voluit, vt hanc veritatem vulneris in dextro latere inflicti repræſentaret.

Ceremoniæ Miſſæ à SS. inſpiratæ.

Hac igitur veritate ſic confirmata, facilè poterunt plurima alia Scripturarum loca intelligi, & explicari: nam Deut. 33. *In dextra Meſsiæ dicitur eſſe Lex ignea.* Hęc igitur eſt Lex ignea amoris, quæ in dextra lateris parte flammeſcit. Leuitici 7. *Armum dextrum in Sacerdotum partem cedere*, decernit Deus 2. Paralip. 4. *Mare æneum in dextro templi latere collocatur.* Plagæ enim manuum, ac pedum, veluti flumina ſunt, quibus cœleſtis ad nos deriuat gratia; at vulnus lateris eſt veluti mare æneum, in quo reſident fluenta pleniſsima gratiarum, in dextra parte collocatur. Apocal. primo & ſecundo, *In dextra Chriſti ſunt ſtellæ ſeptem*; ſeptem S. Sacramenta, quæ ex dextra Chriſti parte fluxerunt. Atque hæc quidem facilè oſtendunt, quam à veritate illi aberrarunt, qui latus Chriſti ſiniſtrum lancea putarunt perfoſſum.

Dextri vulneris figuræ.

Mare æneum cur in dextra parte.

Iam verò quantum etiam illi à veritate longè deuiauerint, qui vtrumque latus, dextrum ſcilicet ac ſiniſtrum lancea putant eſſe vulneratum, cum ex ſacroſanctæ Sindonis inſpectione vnicum tantum vulnus lateri dextro, nullum verò ſiniſtro lateri inhæſiſſe conſpicimus; vnicum etiam vulnus in dextrum latus inflictum S. Brigitta, S. Clara, ex reuelatione, ac citati Patres ex diuina inſpiratione cognouerunt.

Vtrumque latus Chriſti non perfoſſum lancea.

Sed obijci nobis poſſet locus ex Athanaſio in Apolog. ad Conſtantinum Imperatorem, qui ſic ait, *Pilatus, qui inſeruiebat per id tempus Iudæis, lancea vnum latus Saluatoris perfodit, iſti autem rabie ſua Pilatum vicerunt, qui non vnum latus Chriſti,*

Tolluntur cauillationes.

Digitized by Google

Chriſti, ſed vtrumque lacerarunt. Verum, tantum abeſt vt locus iſte noſtram ſententiam euertat, vt eam maximè confirmet: conſtat enim Athanaſium ibi contra quoſdam Iconoclaſtas inuehi, qui vtrumque latus imaginis Chriſti crucifixi pugione confoderant, cum Pilatus vnicum Chriſti latus confoderit.

Theodoreti auctoritas explicatur.

Solet etiam nobis obijci quędam auctoritas Theodoreti in dialogo 2. qui de Chriſto loquens, ſic dicit: *Lorum, ſcilicet diſcipulorum oculis oſtendebat perforata latera, & ipſorum clauorum fixuras.* Leo etiam epiſto. 97. cap. 3. *Vulnera lateris* πλευρτικῶς nominauit. Sed neque hęc teſtimonia negotium nobis faceſſere poterunt, cum & vnitatis numerum pro multitudinis numero, & rurſum multitudinis numerum pro vnitatis numero ſæpè nouerimus figuratè vſurpari.

Vnicum tantũ vulnus dextro lateri inflictum.

Alij verò in eo decepti ſunt, quod non vnicum tantum, ſed plura in latus dextrum vulnera impacta fuiſſe cõfingunt: non alio ducti argumento, quam quod efferatam militũ in Chriſtum rabiem contemplabantur. Verum vnicum tantum vulnus, latiſsimũ tamen illud, ſacra Sindon excepit. Vnicum beatæ Brigittæ reuelatum, vnicum etiam in B. Clarę de Cruce corde impreſſum, vnicum in Chriſti dextrum latus vulnus oſtendit inflictum.

Vulnus quasi in parte lateris dextri.

Alij verò ſanctitate, ac doctrina conſpicui, tradiderunt vulnus lateris non in ea parte fuiſſe inflictum, qua pingi ſolet, ſcilicet per oſſa pectoralia, ſed fuiſſe inferius in mollitie carnea, ſcilicet inter oſſa pectoralia, & femoralia, & ſic rurſum aſcendiſſe ad cor; ita S. Vincentius ſermone de Paraſceue, & Alex. de Ales, quem refert, & ſequitur Antonius Giſlandus quæſt. 75. de Paraſceue; & Pipinus ſerm. de Chriſto patiente. Ducebantur autem hoc argumento: quia Chriſtus in alto pendebat, miles autem erat in terra, ideò ſi in ea parte, qua pingi ſolet vulnus fuiſſet illatum, fuiſſent ex lanceæ magnitudine fracta Chriſti oſſa, quod nullo modo dicendum eſt. Verum hoc eſt adeò leue argumentum, adeòque friuola coniectura, vt à communi rectè ſentientium ſententia nos deturbare non debeat. Vulnus autem verè in ea parte, qua communiter pingi ſolet, ſcilicet paulò infra mammillam fuiſſe incuſſum, ſancta Sindon apertè commonſtrat.

An circa ilia.

Vulnus lateris inter coſtas illatum ſub mammillam.

Verùm poſteriores iſtæ ſententiæ, quamuis à veritate diſſentiant, tolerabiliores tamen videbantur, quod ex nullo Scripturæ teſtimonio, aut ſolido Eccleſiæ dogmate, confutari poſſe videbantur. At verò valdè peſtilens fuit hæreſis cuiuſdam Petri Ioannis Biranenſis, vt refert Prateolus lib. 10. de Sectis hæreticorum, & ante ipſum Guido Carmelita, & Caſtrius lib. 4. aduerſus hæreſes, verbo Chriſtus, & Paulus Chriſaldus in deciſionibus fidei Catholicæ, verbo, Chriſtus, nu. 8. Hunc etiam errorem Cornel. Agrippa conabatur quibuſdam Catholicis adſcribere, vt refert Sixtus Senenſ. lib. 6. Bibliothecæ Sanctæ, annot. 135. Auſus is Biranenſis fuit dicere, vulnus lateris Chriſto non mortuo, ſed adhuc viuenti fuiſſe infixum. Quoniam autem apertum ſancti Ioannis teſtimonium ſibi obſiſtere videbat, ideò illud peruertere, & falſa explicatione deprauare conabatur; ita enim legebat locum Ioan. cap. 19. *Ad* IESVM *autem cum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, ſed vnus militum lancea latus eius aperuerat*, quaſi per anticipationem dixerit prius mortuum; ſed rationem reddens, ſubiunxerit: quia vnus militum lancea latus eius aperuerat, præteritum pluſquam perfectum effingens pro præterito. Huius autem erroris fundamentum ſola ſtultitia, & ignorantia fuit, qua ſibi perſuadebat vulnus illud ſi Chriſto iam mortuo fuiſſet inflictum, vt nullum dolorem Chriſto intuliſſet, ſi nullius meriti

Biranenſis hæreſis docens vulnus Chriſto viuẽti infictum.

Biranenſis textum Ioannis deprauarẽ contendit.

Biranenſis fundamentum duplex ſtultitia, & ignorantia.

Digitized by Google

meriti exiſtere potuiſſe. Si verò Chriſto adhuc ſuperſtiti impactum fuit, & dolorẽ Chriſto inferre potuit, & nobis ſalutem. Sed quia nos infra pluribus oſtenſuri ſumus, hoc vulnus maximi meriti fuiſſe, quamuis Chriſto iam è mortalibus abſumpto, fuerit illatum; ideò ſatis hoc loco nobis facturi videbimur, ſi catholicam veritatẽ aperiamus, & cõfirmemus, ſuo autem loco fundamentum hoc leuiſsimum euertamus.

Biranenſis hæreſis damnata.

Aperte igitur hæc hæreſis damnata eſt in Concilio Viennenſi, de Summa Trinitate, & Fide Catholica, vbi etiam demonſtratum fuit, à Ioanne optimum ordinem fuiſſe deſcriptum, & non per anticipationem eſſe locutum. Huius etiam hæreſeos ſtultitiam nos apertè pluribus argumentis conuincere poſſumus.

Ioannes teſtis oculatus.

Primò, ex textu Ioannis, qui teſtis fuit oculatus, *Is enim, qui vidit, teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium eius.* Is (ergo) apertè ſcribit, *Vt viderunt eum iam mortuum non fregerunt eius crura; ſed vnus militum lancea latus eius aperuit.* Et licet pruriente lingua Petrus ille Biranenſis legat, aperuerat, quæ non ità magna variatio videtur, tamen in textu Græco maior literarum immutatio deprehenderetur, Ioannes enim, qui Græcè Euangelium ſcripſit, verbum poſuit ἤνοιξε, quod eſt tertia perſona Aoriſti primi ἀπὸ τῶν ἀνοίγω, καὶ ἀνοιγνύω. In præterito autem pluſquam perfecto non dixiſſet ἤνοιξε, ſed ἠνοίχει, quæ vocum maxima eſt differentia.

Textus Ioannis in vulgata lectione defenditur, & explicatur.

Secundò, quia hoc maximè poſtulabat figura inſignis, quæ in principio conditi orbis myſterium hoc præfigurabat: quando ſcilicet ex coſta Adæ fuit Eua formata; tunc enim legimus Geneſ. cap. 2. *Immiſit Dominus ſoporem in Adam, cumque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea, & ædificauit ex ea mulierem.* In quo quidem facto, grande myſterium Patres agnoſcunt; Auguſtinus lib. de Symbolo

Coſta ex Adā dormiente deſumpta.

ad Catechumenos cap. 6. dicit, *Aſcendat ſponſus noſter thalami ſui lectum, dormiat moriendo, aperiatur latus eius, & Eccleſia prodeat Virgo; vt quomodo Eua facta eſt ex latere Adæ dormientis, ita etiam Eccleſia formetur ex latere Chriſti in Cruce pendentis.* Et in Pſalmum 50. *Chriſti typum,* inquit, *gerebat Adam, quando immiſit illi ſomnum Deus, vt ex latere illi coniugem faceret. Non poterat vxorem facerè primo homini ex latere vigilantis? Quare voluit dormientis facere? Quia dormienti Chriſto in Cruce, ex latere facta eſt ei coniux.* Quod etiam repetit tractatu 15. in Ioan. & libello de varijs ſententijs, ſententia 328. & ſermon. de Cataclyſmo, & lib. 2. de Geneſ. ad literam c. 9. Rupertus lib. 2 in Geneſ cap. 37. Chryſoſtom. homil. 20. in cap. 5. ad Epheſios, ſuper illa verba; *Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autem dico vobis, in Chriſto, & in Eccleſia.* Quæ quidem verba, cum contemplaretur Gregor. Nazianz. dicere ſolebat, *Scio quia locus iſte ineffabilibus plenus ſit Sacramentis, & quod diuinum cor quærat interpretis.* Ita eius dictum refert S. Hieronymus eius diſcipulus. Eidem quoque veritati adſtipulatur Anſelmus & Ambroſ. in cap. 5. ad Epheſ. & infra multo plura ſumus allaturi, cum oſtendemus ex hoc Chriſti vulnere ſacroſancta Eccleſiæ Sacramenta fluxiſſe.

Crux lectū, Chriſtus ſponſum, Eccleſia ſpōſam repręſentant.

Figuræ vulneris poſt Chriſti mortem.

Aurea Nazianzeni ſententia.

S. Hieron. Greg. Nazianzeni diſcipulus.

Tertiò, idem colligitur ex motiuo, quo Chriſti latus fuit apertum. Cum enim non deberent in cruce remanere corpora Sabbatho, *Erat enim magnus dies ille Sabbathi;* imò ex præcepto Dei, Ioſue 8. crucifixi de cruce eſſent deponendi, nec tamen viuos dimittere liceret noxios crucifixos, ideò crurifragium fuit tunc excogitatum. Quare duobus latronibus fregerunt crura, ad IESVM autem cum veniſſent non fregerunt eius crura, quia viderunt eum mortuum: vnus tamen militum (vt de eius morte certior redderetur) lancea latus eius aperuit.

Latus Chriſti cur lanceà apertum.

Crurifragium cur excogitatum.

Tandem liceat mihi idipſum confirmare

mare

Digitized by Google

mare morali quodam argumẽto; quod etſi hoc non ita ſolidè probet, probabilitatem tamen affert. Cum Eccleſia de ligno Crucis, aut de clauis, quibus Chriſtus crucifixus fuit loquitur, *dulce appellat lignum, dulces item clauos*: at cum de lancea loquitur, *diram* illam nominat, *Mucrone diro lancea*. Quid hoc eſt? magis enim dirum lignum, magis diri claui videbuntur appellandi; ij enim grauiſsimum tormentum Chriſto attulerunt. Econtra, dulcis lancea videretur appellanda, quæ vt Chriſti iam vita functi latus effodit, ita ei nullum cruciatum attulit. Tamen graui ex cauſa maluit Spiritus ſanctus dulces clauos, dulce item lignum, lanceam autem diram vocari. Quia etſi dirum, ac ſæuum eſt hominem occidere, multò magis dirum, ac fædum eſt, in hominem iam vita functum deſæuire: hæc enim feritas eſt, imò beſtialitas quodammodo eſt, & adeò inhumanum, ac ferum eſt in cadauer ſæuire, vt ſæuitia in viuum illata, dulcis in huius comparatione videatur. Dulces igitur claui, dulce lignum, quod in viuum Chriſtum ſuam exercuit crudelitatem. Dira lancea, quæ in cadauer ſuam ſæuitiam effudit.

Cur crux dulce lignum, & claui dulces dicantur, & lancea dira.

Sæuire in cadauer quã deteſtabile ſit.

Sed religioſi erit animi inueſtigare, cur Chriſtus ſibi mortuo, quam viuenti maluerit pectus effodi.

CVR CHRISTVS SIBI *mortuo, quam viuenti pectus effodi maluerit.*

HVic dubitationi multis ac preclaris rationibus reſponderi poteſt.

Prima eſt, vt Chriſtus animam volens poſuiſſe videretur, iuxta illud: *Poteſtatem habeo ponendi animam meam*; non autem coactus mori videretur; Ioan. 10. *Nemo tollit animam meam à me*. Hanc rationem aſsignauit Ambroſ. lib. 10. in Lucam, dicens: *Quæro ergo, cur ante mortem non inueniamus eſſe percuſſum, poſt mortem inueniamus? Niſi fortè, vt voluntarius magis, quam neceſſarius eius exitus fuiſſe videatur.*

Chriſtus animam ſuam volens poſuit.

Secunda eſt Chryſoſtomi homilia 84. Vt de eius morte nullus dubitare poſſet; quo enim manifeſtior eſt mors, eo quoque certior eſt gloria Reſurrectionis.

Mortem ſuã Chriſtus cunctis exploratam eſſe voluit.

Tertia eiuſdem Ambroſij, vt efficacia paſsionis, & mortis ipſius in Sacramentis denotaretur, cum ex vulnere effluxerit ſanguis, & aqua, quæ virtutem innuunt Sacramentorum, quæ virtutem ex Chriſti morte, & vulnere ſuſceperunt.

Efficacia paſſionis Chriſti in Sacramẽtis eluceſcit.

Quarta, vt gloria, ac virtus Reſurrectionis multo redderetur illuſtrior, cum corpus reſurrexerit, quod tali, ac tanto vulnere fuerat fauciatum, quod non ſolum latiſsimam plagam infligeret; ſed etiam cor perfoderet. Quo enim effectus difficilior eſt, & agentis virtus noſcitur efficacior: nam maius miraculum agnoſcit Eccleſia, quod Chriſtus Lazarum iam fetentem quatriduanum reuocarit ad vitam, quam filiam Archiſynagogi iam vita functam. Ita etiam Elias 3. Reg. 18. cum contra Sacerdotes Baal contenderet ſolum verum Deum eſſe Deum Iſrael, Baal autem Deum non eſſe, ſponſione facta quod is verus Deus cenſeretur, qui effuſo è cœlo igne abſumeret holocauſtum; non ſolùm voluit ignem omnem remouere, ſed vt patentior Dei virtus agnoſceretur, alucolos circa altare effodit ingentemque aquarum copiam victimę lignis, atque altari ſuperfudit; vt omnia aquis manarent, & cum eo iam redacta omnia viderentur, vt ne ſubiecto quidem igne ardere poſſe holocauſtum videretur, tunc precibus Deo cœli fuſis, ignem traxit è cœlo, atque ita miraculi vis cognita, & Deus Iſrael verus Deus fuit proclamatus.

Gloria Reſurrectionis illuſtris.

Eliæ conſilium prudens.

Elias quomodo ignem traxit è cœlo

His illud addamus, quod ex iam probatis colligit Ioan. Lanſperg. homil. 54. de Paſsione, *quod vulneris lateris dolorem non ſenſit Chriſtus, ſed piiſſima eius*

Lateris vulneris dolorem non ſenſit Chriſtus, ſed B. V.

Digitized by Google

mater hoc vulnus in ſuo ſenſit corde, qua pro illo doluit. Diuiſit itaque Chriſtus cum ſua matre huius vulneris iniuriam, vt ipſe quidem perſecutionem, & vulnerationem reciperet, non tamen dolorem ſentiret: Mater verò huius vulneris in ſe reciperet pœnam, & dolorem. Id ipſum teſtatur B. V. Brigittam ita alloquens lib. 1. reuelationum cap. 10. *Cum extraheretur,* inquit, *lancea, apparuit cuſpis eius rubea, tunc mihi videbatur, quod quaſi cor meum perforaretur cum vidiſſem mei filij cor chariſſimi perforatum.* Idipſum repetit lib. 4. cap. 70. & lib. 7. cap. 15.

Vulnus lateris qualiter Chriſtus cum matre diuiſit.

5. *Ceterum id vulnus amplum extitiſſe,* &c. Vulneri lateris magnitudinem plurima commonſtrant, primò ferrum lanceæ, quod Romę in Baſilica ſancti Petri ſtatis quibuſdam ſollennitatibus populo, pietatis cauſa, monſtratur, quod valdè magnum eſt, ſicuti de viſu teſtatur Rutilius Benzonius lib. 1. de Fuga, diſputat. 2. quæſt. 3. ijs verbis, *Quod magnitudo vulneris in ea quantitate fuerit, ac eſt latitudo manus, manifeſtum ſit ex magnitudine lanceæ, quæ in Baſilica ſancti Petri aſſeruatur, quam ego ſæpè ſæpius cum eſſem eiuſdem Canonicus, maxima cordis deuotione, & ſpirituali guſtu contrectaui, & populis reuerenter oſtendi, licet ei ſummitas deſit.*

Vulneris lateris Chriſti magnitudo.

Lanceę latitudo, vt manus.

Proptereà id clarè colligitur ex vulnere, quod in figura Chriſti crucifixi in corde B. Claræ de Cruce, diuinitus fuit inſculptum; in quo proportione corpuſculi, Chriſti volnus latum oſtenditur. Amplius autem idipſum ex illo Saluatoris noſtri Ioan. 20. colligi poteſt, *Affer manum tuam, & mitte in latus meum;* & ex lanceę magnitudine teſtatur Benzonius vbi ſupra, colligi, quod in vulnus potuerit manus inſigi, ſubſcribit huic doctrinæ Ioann. Lanſpergius homil. 44. de Paſsione Domini, dicens: *Tantum fuiſſe hoc vulnus, vt Thomas manum potuerit in illud inſerere,* maximè ſi illud addatur, quod ſanctæ Brigittæ fuit reuelatum, *quod tam valido ictu lancea Chriſti latus conuulneraucrit, vt alteri pectoris parti in coſta hæſerit, atque cor medium ſecuerit.* Ita lib. 1. cap. 10. lib. 4. cap. 70. lib. 7. cap. 15. lib. 2. cap. 21. Tandem & ſacroſancta Sindon latiſsimum illud vulnus indicat longitudinis vnciæ, & dodrantis.

Vulnus lateris in B. Claræ corde.

Manus in latus immitti potuit.

Ictus lanceæ quam validus.

Quoniam autem Dominicę lanceę, eiuſque magnitudinis mentio facta eſt, opere pretium me facturum eſſe confido, ſi quædam alia de eadem dominica lancea, eiuſque inuentione, ac miraculis ſubijciam. Cum enim diu vſq; ad annum M. XCIIX. Antiochię in templo S. Andreę latuiſſet, tunc eodem reuelante S. Andręa inuenta eſt. Quam Boemundus, & reliqui Chriſtiani, ſumma cum reuerentia ſuſcipientes, de cetero, tanquam aptiſsimum vexillum in exercitu contra hoſtes prętulere. Cuius deuotione, & fiducia ſtatuerunt cum Corbona confligere, & ieiunio inſtituto, orationibuſque peractis, ad pręlium cum ſacra lancea perrexerunt, quod maximo ardore commiſſum eſt, & centum millia hoſtium ceciderunt, & quindecim millia camelorũ ceperunt. Tantamque exinde prędam Chriſtiani reportarunt, vt ab extrema inopia, ad ſummam rerum omnium abundantiam, ob Dominicę lanceę miraculum, deuenerint; ita referunt Gulielm. Tyrius lib. 6. de Bello Sacro, Paulus Æmilius lib 4. de rebus geſtis Francorum, Auctor Supplementi Chronicorum, anno 1099. Quare audiendus non erit Chriſtianus Adricomius in deſcriptione Hieruſalem num. 242. aſſerens ab Helena inuẽtam eſſe lanceam, & cum Cruce, ac clauis Romam delatam.

Lanceæ Dominicæ inuentio.

Lanceam Chriſti S. Andreas reuelat.

Lanceæ Dominicæ miraculum.

6. *Huiuſce verò vulneris figura,* &c. Cum Sanctiſsimus ille ſacrę Theologię Coryphęus Gregor. Nazianzen. ſancti Hieronymi Doctor, locum illum Pauli ad Epheſ. 5. contemplaretur, *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico vobis, in Chriſto, & in Eccleſia.* D. Hieronym. eius diſcipulo referente, dicere conſueuerat, *Vide, quantum iſtius capituli*

Locus Pauli Epheſ. 5. explicatur.

Digitized by Google

LANCEAE DOMINICAE TYPVS.



Digitized by Google

capituli Sacramentum ſit, vt Apoſtolus in Chriſto illud, & in Eccleſia explicans, non ſe ita afferat, vt loci dignitas poſtulabat, expreſſiſſe, ſed quodammodo dixerit; Scio quod locus iſte ineffabilibus plenus ſit Sacramentis, & diuinũ cor quærat interpretis. Hæc ille. Et ſanè Sacramentum magnum eſſe illud oſtendit; quod Adam in ſua illa dormitione incarnationis myſterium cum cognouiſſet, ſtatim ſomno excitus dixit: *Hoc nunc os, ex oſſibus meis, & caro, de carne mea. Quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.* Quod teſtimonium referens Apoſtolus vbi ſupra, dixit: *Sacramentum hoc magnum eſt.* Huius igitur myſterij puncta quædam quantum nobis Deus dederit attingamus.

Adam incarnationis myſterium præcognouit.

Atque illud in primis nobis deuotè eſt contemplandum, quod Chriſtus ſit caput Eccleſiæ, quam ex ſemetipſo formauit, vt proportionalitate quadam Adæ ad Euam, & filios omnes Euę ſit nobis de Chriſto ad Eccleſiam, & Eccleſiæ filios procedendum. Adam igitur Euæ caput, ita Chriſtus Eccleſiæ; Adam omnium mortalem vitam viuentium propagauit, Chriſtus, omnium verè viuentium propagator; Adam auctor perditionis, Chriſtus auctor ſalutis; In Adam omnes moriuntur, in Chriſto omnes viuificantur: ideò Chriſtus ſecundus Adam appellatur. Sed ad rem propius accedamus. Dormiuit Adam, vt formaretur Eua, dormiuit Chriſtus, vt formaretur Eccleſia. Somnus Adę non naturalis fuit, ſed extaticus, ſcilicet à Deo immiſſus; dormitio etiam Chriſti non naturalis illi fuit, ſed violenta, *Poſuit enim Deus in illo iniquitates omnium noſtrum, & propter ſcelus populi ſui percuſſit eum.* Et tandem ſicut formata eſt Eua ex latere Adæ dormientis; ita formata eſt Eccleſia ex latere Chriſti in cruce pendentis. Eua etiam (notanter hoc dixerim) non formata dicitur, ſed ædificata. Quid hoc eſt? ædificatur ne mulier? ſed vt euidentior fabricationis Eccleſiæ eſſet figura, ideò ędificata dicitur. Verè enim ædificari dicitur Eccleſia, non ita propriè mulier; ſed quoniam ad ædificia magna neceſſaria ſunt ligna, alia quidem longa, tranſuerſa alia, item mallei, claui, ſcalæ, & alia plurima ferramenta, & inſtrumenta, ideò dum ędificata eſt Eccleſia, ligna Crucis longa, & tranſuerſa, claui, mallei, & alia huiuſmodi inſtrumenta reperta ſunt.

Chriſtus caput Eccleſiæ.

Adæ ad Chriſtum ſimilitudo.

Eua cur non formata, ſed ædificata dicatur

Ad ædificationem quæ inſtrumenta neceſſaria.

Formationem, aut potius Eccleſiæ fabricam deſcripſimus; eam nunc Patrum teſtimonijs confirmemus: nam Sancti Patres hoc myſterium agnouerunt, & elegantiſsimè deſcripſerunt; Anſelmus in cap. 5. Epheſ. *Sicut*, inquit, *Eua de Adam facta, traxit ab eo carnem, & eſſe; ſic Eccleſia ex ipſo procreata, carnem eius, & ſpiritum in ſe traxit.* S. Ambroſ. ibidem eadem ferè habet. S. Proſper ibidem; *Eccleſia*, inquit, *eſt mater omnium viuentium, ea ſcilicet ratione, qua ex latere Adæ dormientis formata eſt Eua, ex latere Chriſti in Cruce pendentis formandam præuidit Eccleſiã.* Idem habet Chryſoſtomus in eundem locum; Rupertus diſertiſsimè myſterium iſtud explicat lib. 2. de Trinitate & eius operibus cap. 37. dicens: *Immiſit in Adam ſoporem Dominus, quod Apoſtolus proſpiciens, magnum*, inquit, *Sacramentum hoc eſt. Ego autem dico, in Chriſto, & in Eccleſia. Non*, inquit, *Sacramentum dico eſſe in illo viro, & in illa fœmina, non inquam in eo quod de viro ſumpta eſt fœmina. Quod miſit Dominus ſoporem in Adam, & tulit vnam de coſtis eius; ſed in Chriſto, & in Eccleſia hoc Sacramentum eſt, quia admiſit in ſe Chriſtus ſoporem mortis, & tulit Dominus de eius latere dormientis, id eſt mortui, aquam, & ſanguinem, & per lanceæ vulnus eduxit.* Ex quibus ædificare Eccleſiam non deſinit, vſque in finem. Sanctus Auguſt. lib. de Symbolo ad Catechumenos c. 6. dicit: *Aſcendat Sponſus noſter lectum thalami ſui,* (ita crucem appellat) *dormiat moriendo, vt Eccleſia prodeat Virgo: vt quomodo Eua facta eſt ex latere Adæ dormientis; ita & Eccleſia formetur ex latere Chriſti in*

Eccleſia quid trahat a Chriſto.

Sacramẽtum magnum in Chriſto, & Eccleſia.

Cruce

Cruce pendentis. Et in Pſalm. 50. *Chriſti typum*, inquit, *gerebat Adam*, *quando ſomnum immiſit ei Dominus*; *vt ex latere illi coniugem faceret*. Et ibidem pluribus myſterium hoc proſequitur, quæ ego breuitati ſtudens, omitto. Similia habet in Pſalm. 40. & tractatu 15. in Ioann. & ſermone de Catachiſmo, & lib. 2. de Geneſi ad literam cap. 9. & lib. 2. de Geneſi contra Manichæos cap. 13. Item Epiphanius in confutatione hæreſis 78. Duæ hoc loco ſeſe nobis obijciunt difficultates explicandæ, ambæ graues, ambæ amabiles.

Adæ coniux ex latere.

Dubia.

Prima eſt, ſi Eua ex coſta, oſſe ſcilicet, & carne formata eſt, cur Eccleſia non ex oſſe, vel carne, ſed aqua, & ſanguine fabricata eſt?

Secunda, cur Chriſtus ex corpore ſuo ædificari voluit Eccleſiam?

CVR CHRISTVS NON OSSE, *ſed ſanguine, & aqua Eccleſiam fabricare maluerit?*

QVOD ad primam attinet, plurimæ congruentiæ aſsignari poſſunt.

Primò quidem, quia oſſa Chriſti comminui non debuerunt.

Anima an in ſanguine.

Secundò, quia in ſanguine animam ſitam eſſe antiquitus opinati ſunt Philoſophi; certò tamen conſtat, vitã participationem eſſe ſpirituum cũ carne & ſanguine; ideò vt omnino conſtaret ſua vita ſe Eccleſiam ædificare, ſanguine Eccleſiam voluit ædificare.

Sanguis Chriſti efficacius lauat quã aqua.

Tertiò, quia aqua quidem ablutionem ſignificat; ſed eam efficacius ſanguis operatur, ideò ſancti in Sanguine agni lauarunt, & dealbauerunt Stolas ſuas Apocalypſ.

Quartò, quia ita erat Eccleſia ædificanda, vt ſimul immenſo precio redimeretur, *non corruptibilibus quidem auro, vel argento*; *ſed precioſo ſuo ſanguine*.

Quintò, quia Eccleſia non ſolum lauanda, ſed inebrianda quoque erat, eam ergo aqua lauare; ſanguine verò inebriare voluit.

Sextò, quia Chriſtus caput eſt Eccleſiæ, nos verò membra de membro. Ideò capitis oſſa integra permanere debuerunt.

Septimò, quoniam autem capitis proprium eſt influere in membra, quare Concilium Tridentinum Seſsione 6. cap. 16. dicit: Quot Chriſtus in fideles influit, tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites; ideò non oſſe quod influi non poteſt; ſed ſanguine, & aqua Eccleſiam voluit ædificare.

Capitis eſt influere in membra.

Chriſtus qualiter in nos influat.

Octauò, quia Chriſtus omnipotentiam ſuam voluit efficacius oſtendere. Quemadmodum igitur, vt dicit Chryſoſtom. in homil. 1. in Geneſim, Deus in orbe condendo non prius terram fecit, quaſi ſuſtentaculum, & perinde cœlum ſuperinduxit tanquam tegumentum; ſed è contra, tectum prius ſtrauit, deinde fundamentum iecit. Ita in Eccleſia fortiter fabricanda non os prius tanquam ſuſtentaculum iniecit, ſed ex ſanguine, & aqua fortiſsimam ædificauit Eccleſiam.

Chriſtus quomodo potẽtiam ſuam efficacius oſtendat.

Nonò, quia ſanguis naturam fortè ſignificat, & aqua gratiam: vt ergo indicaret, quod Eccleſia, & natura conſtaret, & gratia, ideò ſanguine, & aqua eam voluit ædificare.

Decimò, quia os vnicam tantũ continet naturam; at ſanguis reliquos tres humores complectitur.

Vndecimò, quia ſanguis in Chriſto naturaliter erat; aqua verò fortè ex miraculo; vt igitur non naturalem, ſed miraculoſam oſtenderet Eccleſiam, non naturalem tantùm, ſed etiam miraculoſam ſanguine, & aqua cenſuit fabricandam.

Duodecimò, quia fortè voluit indicare Eccleſiam, quamuis aqua ablutam, & mundatam, ſanguine tamen ob perſecutiones purpurandam.

Quo ad ſecundam.

CVR

Digitized by Google

CVR CHRISTVS ECCLESIAM *ex ſuo corpore ædificare voluerit.*

DVæ huius rei rationes inſignes aſsignari poſſunt. Altera quidẽ, quia vt Vitruuius lib.3.c.1. docuit optimam architecturæ formam eam eſſe, quæ in humano corpore elucefcit, in quo omnia in numero, põdere, ac menſura diſpoſita ſunt: quia igitur Eccleſię ſtructura magnificentiſsima, atque excellentiſsima conſtrui debuit, ideò ex ſuo corpore eam cenſuit fabricandam.

Architecturę proportiones in homine.

Altera verò, quia ſi in corpore bene efformato ab eo loco; quo vulnus fuit illatum menſura ducatur ad alterum locum lateris ſiniſtri illi oppoſitum, tanta ab eo diſtantia eſſe deprehenditur, quanta ab eodem vulnere vſque ad humeri ſuperficiem, & conſequenter figura quadrata deſcribitur.

Lateralis vulneris proportio.

Quia ergo cœleſtis Hieruſalem, quæ eſt Eccleſia primitiuorum, in quadro erat ædificanda; ideò ex corpore ſuo, ex ea parte cenſuit fabricandam, quæ quadratam in quadrato corpore figuram oſtenderet.

Hieruſalẽ in quadro diſpoſita.

7. *Ex hoc autem vulnere multum ſanguinis effluxit.* Inter reliqua quæ in Sacro B. Claræ de Cruce corde diligenter obſeruata fuerunt, hoc tanquam maxima obſeruatione dignum obſeruatum eſſe teſtatur Iſidorus Moſconius in eius vita, quod vulnus lateris multo cruore manabat.

Vulnus lateris ſanguinis copiam maximã profudit.

Cum verò eximium illud, ac ſingulare beneficium Deus ſanctæ Brigittæ conceſsiſſet; vt ad ſanctum Sepulchrum iacens, mentis oculis Chriſtum Cruci affici, ac ludibrijs paſsionis affici cerneret; ſic vulnus lateris ſe vidiſſe teſtatur lib. 7. cap. 15. *Stantibus turbis in circuitu, vnus accurrens cum furia maxima venit, & infixit lanceam in latere dextro tam vehementer, & validè, quod quaſi per aliam partem corporis lancea voluit pertranſire. Et cum extraheretur lancea de corpore, ſtatim abundanter exibat de vulnere illo cum impetu quaſi quidam fluuius ſanguinis, & aqua.* Si etiam ſacræ Sindonis conſpiciatur effigies ea, qua in parte vulneris figuram excepit, ingentem ſanguinis copiam toto vulnere promanantem, atque ventrem, & ilia rigantem, oſtendit.

Ferientis crudelitas.

Accedit etiam veriſimilis coniectura; nam cum, vt infra oſtendemus, lancea non latus ſolum, aut pectus ſolum, ſed etiam cor tranſuerberarit, quod vt ſanguinis principium, iuxta Ariſtotelis placita, intus conceptacula, & fontes ſanguinis continet, neceſſariò etiam ſanguinis magna copia debuit effluxiſſe.

Lancea Chriſti cor tranſuerberauit.

Atque adeò cum ex illo vulnere non ſanguis ſolus effluxerit, ſed etiam aqua, ratio hoc à nobis expoſtulat, vt cum ingentem ſanguinis copiam oſtẽderimus profluxiſſe, ingentem etiam aquę copiam promanaſſe oſtendamus.

Aqua in magna copia fluxit e vulnere lateris Chriſti.

Hoc verò onere pientiſsimus, atque eruditiſsimus nos leuauit Lauretanus Epiſcopus Benzonius, qui in lib. 1. de Fuga, diſput. 2. quæſt. 3. dicto 8. hanc veritatem probat ex eo, quod ſenſibiliter egreſſa eſt aqua, adeò, vt eam Ioannes ſe vidiſſe teſtetur, idipſum etiam docuit S. Thomas 3. par. quęſt. 74. ar. 8. ad primum, & in 4. diſt. 2. quæſt. 2. art. 4. quæſtiuncula 4. & in epiſtol. in primam ad Cor. cap. 2. lect. 6. Turrecrem. in cap. Sic in ſacrificando, de conſecr. diſt. 2.

Aqua ſenſibiliter effluxit.

Sed adhuc difficile videtur, quomodo è mortuo iam corpore copia ſanguinis tanta profluxerit.

QVOMODO MORTVO IAM *Chriſto, tanta ſanguinis copia effluxerit, &c.*

HVIVS igitur cauſam perſcrutemur, ac cum S. Clemente, & cæteris oremus omnes ad Dominum, vt confeſſoribus ſuis ſanguinis, & aquæ veniam aperiat, & fontem indicet; vt *fluminis impetus lætificet ciuitatem Dei.* Ecce igitur myſterium, en fontem; non agnus ſed beatiſs. Virgo fontem indicat

Quæſtionis ſolutio à Deo petenda.

ſanctæ

Digitized by Google

ſanctæ Brigittæ lib. 1. cap. 10. ſic loquens, *Appropinquante autem morte Filij mei, cum cor præ dolorum violentia rumperetur*, & lib. 4. cap. 70. *Cum iam autem conſumptis humoribus, & naribus attenuatis, cor prope ſciſsionem eſſet.* Quod etiam repetit in lib. 1. reuelationum cap. 19. & 35. & in oratione ſecunda reuelata, ſed valdè efficacia, atque amoris igne æſtuantia ſunt verba, quibus lachrymabile hoc myſterium Chriſtus ipſe explicat beatæ Brigittæ lib. Extrauag. reuelationum cap. 51. ita enim dicit, *Ille autem in tali vehementia perdurante, tandem cor crepuit, præ violentia paſsionis, & anima egrediebatur.* Et eodem libro cap. 106. *Pauci cogitant quem dolorem ſuſtinui in ligno Crucis, quando cor meum crepuit.* In hac igitur cordis ſciſsione facta fuit ſanguinis, & aquæ reſolutio, ac propter naturalem partium corporis conſenſionem, cuius virtute fit, vt ad læſam partem accurrant ſpiritus & ſanguis, factum eſt, vt ad cor Chriſti magna ſanguinis copia excurrerit, quæ effoſſo corde profluxit.

Cor Chriſti ſciſſum in morte.

Chriſti cor doloris vehementia crepuit.

Spiritus ad læſas partes accurrunt.

8. *O pientiſsimum verè patrem in filios. Quomodo poterit quis abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt non ardeant veſtimenta eius, aut ambulare ſuper prunas, & non comburantur plantæ eius?* Vulnus lateris eſt vulnus amoris, Ethna charitatis. Quid igitur mirum, ſi viuido amoris ardore exæſtuans pientiſsimus Paſtor, in pientiſsima verba cor effundens, exclamauerit, pijſsimè Pater, quod filijs tuis ærarium abſconderas? Quem bone Iesv ſeruis tuis theſaurum aperuiſti? Ex multiplici dolorum vehementia, qua Chriſti cor premebatur, crepuit ipſum cor, ad ipſum ſanguinis copiam maximam ſagax natura ſuppeditat, ſicuti prout interdùm in ſubito terrore conſpicimus, vt ad cor ſpiritus accurrentes, externas corporis partes deſtituũt. Sanguinem verò ibi veluti in ſecretiori corporis parte reconditum, nobis quoque exhibere volebat: locum illum clauus non perforabat, ſpina non pungebat, flagellorum ſectio non aperiebat; lanceæ igitur ictui paratur locus, euocat Chriſtus militem, quaſi dicens, Occultum theſaurum in morte nondum inuenit impius perſecutor, *Veni Auſter, veni Aquilo, perfla hortum meum, & fluent aromata cum impetu, fode parietem, fode parietem.* Accurrit ergo miles, lancea latus aperuit, & continuo exiuit ſanguis, & aqua; *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Egreditur theſaurus abſconditus, panditur cœleſte ærarium, funditur ſanguis, conſecratur Eccleſia.

Ethna charitatis quæ, & vbi?

Theſaurus abſconditus.

Aerarium lanceæ patefactum.

Fluminis impetus lætificans ciuitatem Dei.

O admirabile commercium! Chriſtus enim mercator optimus, *ſimilis eſt negotiatori quærenti bonas margaritas, inuenta autem vna pretioſa margarita dedit omnia ſua, & comparauit eam.* Ineffabile ſanctiſsimæ Incarnationis myſterium, commercium quoddam fuit; ita enim canit Eccleſia. *O admirabile commercium creator generis humani! animatum corpus ſumens, de Virgine naſci dignatus eſt; & procedens homo ſine ſemine largitus eſt nobis ſuam Deitatem.* In vnoquoque autem commercio, quod in commutatione conſiſtit, vltrò citròque datur, & recipitur aliquid: quid ergo in hoc commercio dedit homo Deo, quid Deus homini? Videamus, an commutatiuæ iuſtitiæ leges ſint obſeruatæ, hæ enim æqualitatem ponunt inter dantem, & accipientem, inter datum, & acceptum. Dedit homo Deo corpus; dedit Deus homini Deitatem. Nulla ergo iuſtitia, nulla æqualitas. Non inter dantem, & accipientem Deum, ac hominem; non inter datum, & acceptum, corpus, & Deitatem. Ex parte Dei nimis larga eſt liberalitas, nimis prodiga largitas. Magnos magna decent. Nam & Alexander ille ob rerum gloriam geſtarum magnus; non immeritò appellatus, cum ab eo amicus pecuniam poſtularet, iuſsit talentum dari; miratus amicus Alexandri largitatem, modeſtè reſpondit ſe tanto non egere; ſed ſatis ſibi eſſe, ſi dimidium concede-

Chriſtus mercator optimus.

Incarnationis myſterium dicitur cõmercium.

Quid homo Deo, quid Deus homini dederit.

Iuſtitia in æqualitate conſiſtit.

Alexandri liberalitas.

Digitized by Google

Gratiæ Principũ liberales. — *Dei dona munifica, & liberalia.* — *Mirabile commercium.* — *Dei larga retributio.* — *Spiritus ſancti dona quomodo nobis conceſſa.* — *Ioachimi Abbatis mirabilis doctrina.* — *Chriſtus optimas margaritas quærit.*

concederetur. At Alexander: Tibi quidem (inquit) ſatis eſt, Alexandro autem dimidium dare ſatis non eſt: gratiæ principum liberales ſunt. Ita Deus immenſus, exigua dare noluit, ſed ſeipſum dignum mercatore cõceſſit munus. Quod ſi magis in particulari quidnam in hoc commercio Deus ex noſtro receperit, quidnam è ſuo nobis dederit, ſcire cupiamus; conſulamus ea, quę Abbas Ioachimus in cap. 1. Apocalypſeos in illa verba: *Et à* IESV CHRISTO, *qui eſt teſtis fidelis*. doctè atque eleganter ſcripſit. Ita enim ait: *O quale commercium fecit nobiſcum Dominus* IESVS: *Accepit infirmitatem noſtram, & dedit nobis virtutem ſuam. Humiliatus eſt vſque ad nos, vt nos extolleret ſupra nos, & faceret cohæredes ſuos: ô quàm magnum eſt, quod nobis exhibuit, pro paruo, & exiguo quod accepit à nobis. Denique vt per ſingula reddamus ſingula; accepit de natura noſtra oculorum viſum, & dedit nobis ſpiritum ſapientiæ, per quem mentis oculi luſtrantur; accepit auditum, & dedit nobis ſpiritum intellectus, qui aures interiores aperit; accepit odoratum, & dedit nobis ſpiritum conſilij, in quo manet diſcretio ſpirituum; accepit loquelam, & dedit nobis ſpiritum ſcientiæ, nimirum, quia per linguam ſcientia mundanorum additur; accepit de noſtro manus, & dedit nobis ſpiritum fortitudinis, quæ in brachijs eluceſcit. Accepit & pedes, & dedit nobis ſpiritum pietatis: pietatis enim ſpiritus, pedum aſsimilatur inceſſui; accepit corpus mortale, & dedit nobis ſpiritum timoris, quo cuſtodiamur à morte; accepit à nobis ſanguinem, & dedit nobis fraternam charitatem; accepit animam viuentem, & dedit nobis ſpiritum viuificantem, ô admirabile, ô ſalutare commercium.* Hæc Ioachimus. Vidimus igitur mirabile Dei cum homine commercium; CHRISTVM IESVM optimum vidimus, ac maximè liberalem mercatorem. Is ergo quærebat bonas margaritas: & ecce inuenit vnam precioſam margaritam; omnia ſua dare voluit, vt compararet eam: ſed eam alteri iam venditam repetit, ſcilicet

Sanguis Chriſti bonum aurum. — *Precioſa margarita quo precio empta.* — *Precioſius marſupiũ abſconditum.* — *Plura marſupia Chriſtus habuit.* — *Sæpius Chriſtus ſanguinẽ fudit.*

diabolo, *Gratis enim venundati eſtis, & ſine argento redimemini; ſed non ſine ſanguine.* At corruptibilibus auro, & argento redimi non potuit, ſanguine opus fuit: nam vt Ambroſius ait: Bonum aurum eſt, ſanguis Chriſti; hunc totum dare ſtatuit: huius partem dedit in circunciſione, partem in ſudore in horto, partem in flagellatione, partem in coronatione, partem in crucifixione; ſed ſupererat adhuc parum in Corde: Sic autem dilexit hanc precioſam margaritam, vt illum quoque dare decreuerit. Lancea igitur latus aperuit, Cor transfixit, *& continuo exiuit ſanguis, & aqua,* quibus precioſa margarita redimeretur. Callidos mercatores Chriſtus eſt imitatus: hi enim diuerſa marſupia geſtant, & quædam quidem publicè exponunt, & cunctis oſtendunt, ſed marſupium in quo precioſior pecunia reconditur, abſcondunt, in occulto occludunt, & in parte cordi propinquiore recludunt, neque pecunias extrahunt. Si verò grauis quædam occaſio emerſerit, vel nobilis, & precioſa merces emenda acceſſerit, tandem precioſas etiam pecunias in occulto reconditas extrahunt, & profundunt. Ita Chriſtus, diuerſa ſanguinis marſupia habuit, bonum enim aurum eſt ſanguis Chriſti; quædam publicè expoſuit, & aperuit in circunciſione, in flagellatione, coronatione, crucifixione, ſed præter illa adhuc marſupium vnum habuit reconditum, illud quidem in quo precioſa pecunia ſeruabatur, & illud erat Cor in quo ſanguis viuificus, & precioſior ſeruabatur; Pulchritudinem mercis, animæ ſcilicet & Eccleſiæ, vidit, eam emere voluit: ſtatuit igitur dare omnia ſua, recõditum etiam marſupium extrahere, occultum aurũ profundere, & ecce tibi, lancea. Latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis, & aqua; ſanguinem totum effluxiſſe, aqua teſtata eſt; Rutilio Benzonio vbi ſupra id adnotate. Viſus eſt mihi Chriſtus id ipſum efficere, quod etiam belli

Impera-

Digitized by Google

Imperatorũ prouidentia in bello.

Imperatores facere conſueuerunt: hi enim ita acies ſuas inſtruunt, ita milites diſtribuunt, & diſponunt, vt vna quidem pars præcedat, altera corpus exercitus ſubſequatur; ſed præter iſtas, legiones quaſdam, quas ſubſidiarias appellant, ſeorſim ſeruant, in quibus robuſtiores milites recluduntur, quas præſto eſſe ſi grauis vrgeat neceſsitas, volunt. Ac niſi exercitus ſufficere videatur, ſubſidionales legiones vltimo loco aſsiſcunt, eaſque in hoſtes effundunt. Ita igitur Chriſtus graue cum Diabolo, ac Morte bellum aggreſſurus, legiones ſuas ita diſpoſuit, vt primo quidem legiones aliquæ, veluti ad belli præludia, fundibularios præcederent: iſtæ fuerunt ſanguis circumciſionis, ſudoris; ſubſecutæ ſunt validiores, ſcilicet ſanguis flagellationis, & coronationis; tandem exercitus corpus ſcilicet, ſanguis crucifixionis. At robuſtiſsimorum virorum legiones recluſerat in ſanguine cordis. Vt igitur hoſtes omnino profligaret, exterminaret, peſſundaret in eas etiã ſubſidiarias legiones effudit: ideò *Lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis, & aqua.*

Legiones ſubſidiariæ.

Eandem prouidentiam obſeruat Chriſtus.

Caſtrorũ acies ordinata.

9. *Etenim nobis vbi mortuus eſt, vberrimam Sacratiſsimi ſanguinis copiam*, &c. Non ſomnia, non doctas fabulas; ſed alta atque imperſcrutabilia iudicia tua Domine, ſeruorum tuorum ſomnijs reuelata, proſequimur: preſtòque nobis adeſt myſticum Mardochæi ſomnium, myſtica quoque ſomnij explicatio; quod quidẽ narrans Mardochęus in lib. Heſter cap. 10. *Recordatus*, inquit, *ſum ſomnij, quod videram, hæc eadem ſignificantis, nec quicquam irritum fuit. Hoc eſt autem ſomnium. Paruus fons, qui creuit in fluuium, & in lucem, ſolemque conuerſus eſt. & in aquas plurimas redundauit.* Quid hoc eſt bone IESV? quid hoc eſt? En paruum fontem, ſanguinem cordi Chriſti concluſum, ſed poſtquam lancea latus eius aperuit, impletum eſt quod Deus dixerat Moyſi Exodi 17. *Percute petram, & exibit aqua.* Poſtquam enim myſtica Petra Chriſtus lancea percuſſus eſt; paruus fons creuit in fluuium: effluxit enim ſanguis, & aqua quę cum impetu fluunt de Libano. Ita & aquæ, quas vidit Ezechiel de dextro templi latere egredientes, paulatim excreſcebant: & vndarum incrementa ſuſcipientes, terram omnem longè, latèque replebant. Ita lapillus, qui ſtatuam Nabuchodonoſor contriuit, excreuit; vt terram omnem repleuerit: ita granum ſinapis creuit in arborem magnam: ita virgula fumi ex aromatibus dilatatur: ita aurora conſurgens noua ſemper ſuſcipit incrementa, vt *dominetur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum.* Sed hoc mirabile eſt, quod fluuius in lucem, ſolemque conuertatur, qui rurſus in aquas plurimas redundet. Chriſti ſanguis dum virtutem baptiſmo, quod eſt fidei Sacramẽtum, tribuit; quis non videt, quod in lucem conuertitur? Dum in ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento, vna cum Chriſti Corpore, Anima, & Diuinitate recluditur; quis non videt quod in Solem conuertitur, qui inde in aquas plurimas omnium ſcilicet populorum fidelium redundauit? Baptiſmus enim & Euchariſtia præcipua ſunt, quæ in ſanguine, & aqua denotantur. Et licet omnia Sacramenta, ex Chriſti latere effluxerint; hæc tamen duo, tanquam nobiliora, euidẽtiùs declarantur; aqua quidem Baptiſmus, ſanguine verò Euchariſtia: ita S. Aug. lib. de Symbo. ad Cathecumenos c. 6. *Percuſſum eſt Chriſti latus, & ſtatim, vt loquitur Scriptura, exiuit ſanguis, & aqua, quæ ſunt gemina Eccleſiæ Sacramenta.* & tractatu 2. in Ioan. *Vnde*, inquit, *rubet Baptiſmus, niſi ex ſanguine Chriſti?* Idem etiam habet in ſerm. de Catechiſmo, & lib. de Geneſi ad literam cap. 9. Cyrillus lib. 12. in Ioan. c. 39. *Lancea latus eius compungit, qui illico ſanguinem ſimul, & aquam emiſit, benedictionis myſticæ, ac Sanctæ baptiſmatis originem.* Chryſoſt. homil. 84 in Ioan. *Exiuit ſanguis & aqua. Non caſu*, inquit, *aut*

Somnium Mardochæi explicatur.

Paruus fons creuit in fluuium.

Aquæ de latere tẽpli creſcentes.

Dei opera creſcunt.

Fluuius in ſolem cõuertitur.

Baptiſmus & Euchariſtia in ſanguine, & aqua denotantur.

Vnde tanta virtus aquæ, vt corpus tãgat, & cor abluat.

Digitized by Google

temerè ſcaturiunt iſti fontes, ſed quoniam ex ambobus Eccleſia conſtituta eſt. Sciunt hoc initiati, per aquam enim regenerati, ſanguine & carne nutriti. Hinc myſteria ortum habent, vt quoties ad admirandum calicem accedis, tanquam ab ipſo latere hauriens accedas: Quamuis autem duo hæc Sacramenta, Baptiſmus, & Euchariſtia, magis apertè, & vt dici ſolet, ad viuum magis ſint indicata; non tamen hæc duo tantum efflùxiſſe Sacramenta putandum eſt, ſed omnia ſeptem Sacramenta ex eodem latere profluxere. Teſtantur hoc apertiſsimè ſancti Patres: Auguſtinus enim in Pſalm. 40. dixit: *Chriſti typum gerebat Adam*, &c. Et infra: *Percuſſum eſt latus Chriſti pendentis lancea, & profluxerunt Eccleſiæ Sacramenta.* Et lib. 15. de Ciuitate Dei capite 26. *Quod oſtium accepit in latere arca Noe? profectò illud vulnus eſt, quando latus crucifixi lancea vulneratum eſt. Hac quippe ad illam venientes ingrediuntur, quia inde Sacramenta manarunt, quibus credentes initiantur.* S. Hieronymus lib. 1. contra Pelagianos cap. 10. explicans illa verba Deuteronom. 9. *Qui ligna cedit, ſi ſecuri, aut ferro percutiat, & occidat*, & lib. 2. contra Pelagianos cap. 3. & in cap. 42. & 48. & 59. Eſaiæ, & in caput primum ad Epheſios, S. Martialis epiſtola ad Burdegalenſes, S. Marcus Eremita libro de Lege Spirituali, Nazianz. oratione de Paſchate, Cyprianus ſermone de Paſsione, Innocent. III. in cap. cum Martæ de Celebr. Miſſ. Clemens V. in Conc. Viennen. de Summa Trinitate, & Fide Catholica. Atque hæc veritas conſtantiſsima in Eccleſia ſemper fuit. Illud tamen hoc loco ſubijciã, quod plurimi etiam ex ſanctis patribus in aqua, quæ ex Chriſti latere fluxit, baptiſmum in ſanguine, martyriũ deſignari intelligunt; hæc enim ſunt duo baptiſmata, ſcilicet fluminis, & ſanguinis; ita Hieron. epiſt. 83. ad Ocean. & in c. 48. Eſa. Cyrill. Catecheſi 3. Leo epiſt. 4. Hieron. etiam in epiſt. 83. ad Oceanũ, in aqua, Baptiſmum; in ſanguine, pœnitentiam intellexit: Ambroſius verò lib. 10. in c. 23. Lucę, & Leo Papa epiſt. 4. c. 6. in aqua, Baptiſmum lauantem; in ſanguine, precium redimens intelligunt: Damaſcenus autem lib. 4. de fide Orthodoxa c. 10. Theophilactus in cap. 19. Ioannis, in aqua Baptiſmum intelligunt.

Sacramẽta vnde fluxerint.

Baptiſmus, & martyriũ.

Sed alta, ac grauis animum noſtrum excitat admiratio, Cur maluerit Chriſtus ex hoc vulnere in ipſius iam præmortui pectus inflicto, quam ex clauorum vulneribus ſacramenta prodire?

CVR MALVERIT CHRISTVS ex lateris quam ex manuum vel pedum vulnere Sacramenta prodire?

QVIDAM fuerunt quibus hoc vulnus non videbatur fuiſſe meritorium: tum, quia Chriſtus tũc mortuus, vulnus illud non ſenſit; Tum, quia Chriſtus tunc non erat homo, niſi æquiuocè; tum, quia non erat amplius viator, ſed in termino, ideò nec in ſtatu merendi. Hæc enim argumenta, viros alioqui doctiſsimos, eo adegerunt; vt dicerent vulnus hoc non fuiſſe meritorium. Sed abſit hoc longè à fidelium mentibus, vt vulnus, quod pro nobis Chriſtus ſuſcepit, quod nobiliſſimam corporis partem perculit, quo ſalutem noſtram Chriſtus eſt operatus, quo Eccleſiam conſecrauit, quo virtutem contulit Sacramentis, meritorium non exſtitiſſe ſuſpicetur. Tanti enim meriti fuit, vt meritò Eccleſia in ordinatione Acolutorum canat: Domine Sancte, Pater omnipotẽs, ęterne Deus, qui IESVM CHRISTVM filium tuũ Dominum noſtrũ glorioſiſsimæ Crucis vexillo affigi, atque ſanguinem, & aquam ex latere illius pro ſalute humani generis effluere voluiſti, &c. Vt autẽ declaretur quomodo vulnus illud meritorium eſſe potuerit, ſciendũ eſt, quod illud vulnus Chriſto viuẽte prçuiſum, atque pro humani generis ſalute acceptatum

Vulnus lateris fuit meritorium.

Vulnus lateris, Chriſtus pro ſalute humani generis ſuſcepit.

Quomodo potuerit eſſe meritorium.

Digitized by Google

Vulnus lateris licet Christum mortuum effoderit fuit tamē à Christo viuente pręquiſitum, & acceptatum.

ptatum fuit; cuius acceptationis virtute infinitè meritoriū fuit, & illud Christus in Eccleſię ſanctificationē ordinauit. Hac igitur difficultate ſublata, ad id vndè digreſsi ſumus, reuertamur; vt quantum Deus tenuitati noſtrę cōceſſerit, cauſas perſcrutemur, cur hoc potiſsimum vulnus ad Eccleſię formationem ordinare voluerit. Cuius quidem rei cauſę multiplices aſsignari poſſunt.

Euam, neque ex capite, neque ex pedibus formari decuit, ſed ex latere, & quare.

Prima quidem quia ſicut formata fuit Eccleſia ex latere Adę dormientis, ita formari decuit Eccleſiam ex latere Chriſti in cruce pendentis: Et ſicut Euam formari non decuit ex capite, ne viri domina videretur; neque ex pedibus, ne à viro conculcanda videretur; ſed ex latere cordi proximo, vt tenerè diligenda intelligeretur: quæ omnia acutè perpendit S. Thom. p. 1 quęſt. 9. art. 2. Bonau. 2. diſt. 18. q 1. & 2. ita Eccleſiam non ex Chriſti capite formari decuit, ne ſupra Chriſtum videretur: non ex pedibus eam formare voluit Chriſtus, ne eam ſuppeditare videretur: ſed ex latere, vt ſummo amore, ac charitate, eam ſe diligere teſtaretur. Ideò ex eo vulnere eam cenſuit conſeruandam, quod vulnus dicatur amoris.

Vulnus lateris totius paſſionis terminus.

Secunda, quia hoc vulnus poſt mortem illatum, terminus erat totius paſſionis, & mortis, & in ſe continebat virtutem paſsionis, & mortis.

Chriſtus beneficiū ſummum conferre voluit, vbi iniuria erat ſumma.

Tertia, quia ſicut Chriſtus ad informandam Eccleſiam in cruce pro ijs à quibus in crucem agebatur, voluit orare; ita etiā ad maiorem ſuam charitatē oſtendendam, maius beneficium cōferre voluit ex illo vulnere, in quo maiorem ſæuitiam, rabiem, atque odium in ipſum impij perſecutores exercebant. Et quia vt ſupra oſtenſum eſt, ſæuitia maior eſt, ſi quis ſęuiat in cadauer, quā ſi in viuens corpus, qua de cauſa dicuntur claui dulces, lignum item dulce, lancea verò dira, ideò ex iſto vulnere potius, quàm ex alijs maluit Sacramenta profluere.

Lateris vulnus Eccleſiam roborat.

Quarta, & hæc ratio diligenter eſt adnotanda. Quia Chriſtus ex ea parte occaſionem deſumpſit Eccleſiam fabricandi, & roborandi, à qua magis Eccleſiæ ſuæ timebat: magis verò ab Aquilone timebat, iuxta illud Ier. 1. *Ab Aquilone pandetur omne malum*. Inde enim venturus timetur Antichriſtus. Inde fortè Gog, & Magog. Chriſtus verò in cruce poſitus reſpiciebat ad Occidentem: ita Damaſcen. lib 4. de fide Orthodoxa cap. 13. Iodocus Clictouæus in Comment. in Damaſcenum, ita Chriſtianus Adricom. in deſcript. Hieruſalem, & nos etiam infra in cap. 20. oſtendemus. Latus igitur dextrum extendebat ad Aquilonem; ab eo vulnus accepit, vt contra Aquilonis malum muniretur Eccleſia.

Ab Aquilone omne malū.

Vulnus lateris ab Aquilone exceptū.

Vulneris ictū Chriſtus excepit ne ita læderetur Eccleſia.

Quinta etiam, ex eodem principio, deduci ratio poteſt, quod Chriſtus ab Aquilone omne malum contra Eccleſiam ſuam patere proſpiciens, primum ictum ſuſcipere in ſe voluit, vt minus læderetur Eccleſia.

Sexta, quia Aquilo tribulationes ſignificat; vt ergo ſciamus, quod per multas, & varias tribulationes oportet nos introire in regnum Dei, & Chriſti cordi inſeri.

10. *Cæterum hunc hiatum, & quicquid ex eo promanaturum erat*, &c. Ingrediamur cum Moyſe, & Aaron tabernaculum Domini, Num. 20. pronique in terram oremus ad Dominum, & dicamus: *Domine Deus, audi clamorem noſtrū, & aperi nobis theſaurum tuum, fontem aquæ viuæ, loquamur ad petram, & illa dabit nobis aquas*; percutiamus virga contemplationis petram, *Petra autem eſt Chriſtus*, & fluent aquæ largiſsimæ, vt bibamus, & inebriemur in eis, ac ſacroſancta aquarū myſteria cognoſcamus. Quamuis enim omnipotens Deus, res omnes à ſe creatas maximis ditarit encomijs, ac gratijs ampliſsimis decorarit: tamen inter ſenſibilia elementa, nullum maioribus à Deo priuilegijs condecoratum nouimus elementum,

Petra aquas fudit.

Aquæ ſupra reliqua elemēta priuilegia.

 quam

quam aquam: hoc enim in principio à Deo conditum eſt, & *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*. Cum autem ita multiplicata eſſent mala, vt omnis caro corrumperet viam ſuam, non alio quam aqua deleta eſt terræ malitia:

Aquis malitia hominum diſsipatur.

cum verò omnipotentiam ſuam contra Pharaonem oſtendere voluit Deus, *conuertit aquas eorum in ſanguinem*, & in mari rubro exercuit manum magnam contra Ægyptios: cum autem populus terram promiſsionis ingrederetur, ecce denuò miracula clareſcunt in aquis Iordanis;

Miracula maxima in aquis.

adeò vt clamat Dauid Pſal. 113. *Et tu Iordanis quia conuerſus es retrorſum?* Iam verò ad nouæ legis myſteria accedamus, in quibus aquas mirificè illuſtratas agnoſcimus. Ioannes enim Chriſti aduentum prædicat in aquis; Chriſtuſque vt regenerandi virtutem aquis conferret, baptizari aquis voluit; maieſtatemque ſuam ſupra aquas teſtari voluit.

Chriſtus primum miraculũ in aqua operari voluit.

Primum miraculum in aqua voluit exercere, cum aquas in vinum conuertit; primum item Sacramentum in aquis voluit inſtituere. Nobiliſsimum verò Sacramentum Eccleſiæ tunc explicauit, cum trans mare, & aquas Galileæ peragraſſet; in calice aquam commiſcuit: ipſe tandem Chriſtus cum in Cruce poſitus exſpiraſſet, lanceaque latus eius fuiſſet apertum, emiſit ſanguinem, & aquam. O felices, ô beatas aquas, quibus Chriſtus tantam claritatem, tantamq; contulit excellentiam! Quid igitur nobis innuunt, quid indicant iſtæ aquæ, niſi cœleſtes gratias,

Aquæ cœleſtẽ gratiam ſignificat.

ex quibus ſi quis biberit, fiet in eo fons viuus aquæ ſaliẽtis in vitam æternam; *Fluminaque de ventre eius fluent aquæ viuæ!* Cœleſtes iſtas aquas indicabant illæ aquæ, quæ fluxere de petra, de quibus Apoſtolus primo Cor. 10. *Biberunt omnes de ſpirituali conſequente eos Petra, Petra autem erat Chriſtus.*

Petra ſequens & fundens aquas.

Cœleſtes quoque haſce gratias indicauit Ezechiel, qui aquas egredientes vidit ex latere dextro templi. Harum aquarum myſteria contemplemur. Aquæ igitur ex latere dextro templi, imò Chriſti, ita excurrunt; vt transfundantur in flumen, *flumina de ventre eius fluunt aquæ viuæ*: imò in torrentem, qui aquis fluit, quę de cœlo deſcendunt. Sed quo tandem impetu? qua libertate? qua copia? Attendamus ad ea, quæ deſcripſit Ezechiel: *Erant enim*, inquit, *aquæ redundantes à latere dextro, & ecce vir habens funiculum in manu ſua traduxit me per aquas vſque ad talos, & deinde vſque ad genua, & deinde vſque ad renes, & tandem adeò intumuerunt aquæ, vt transuadare non poſſem*.

Aquæ redundantes in dextro latere templi.

Ita enim copioſè, ita cumulatè in nobis abundant cœleſtium gratiarum agmina, vt *fluminis impetus lætificet ciuitatem Dei*. Sed mirabile eſt, quod omnes ad quos peruenerunt aquæ iſtæ, ſalui facti ſunt.

Aquæ ſanantes.

Hic piſces multi, & piſcatores multi: piſces quidem homines ſunt piſcatores autem Apoſtoli, & Paſtores, quibus dictum eſt, *Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum*; felices piſces, qui poſtquam imbuti ſunt, ſanati ſunt, & ſpontè impingunt in retia à dextris nauigij iacta; mirum quod cum tanti ſint, non ſit ſciſſum rete.

11. *O igitur ſalutare vulnus, vnde precioſus ille ſanguis manauit.* Cum bona illa, ac felicia tempora, beatamque vitam à qua exciderat, deploraret Rex Iob; ſic dicebat: *Quis mihi tribuat, vt ſedeam iuxta menſes priſtinos, quando petra fundebat mihi riuos olei?*

Petra fundens riuos olei.

Quid hoc eſt? Mirum plane quod de petra mel profluat, oleumque de ſaxo duriſsimo; ſed magis mirum, quod multiplices è petra effluant riui olei. Quomodo enim fundet petra riuos olei, niſi in petra fuerit fons olei? At vbi, aut quãdo vidimus, aut legimus fontem olei, niſi quando nobiſcum Deus Emmanuel natus eſt?

Olei fons in Chriſti natiuitate exortus Romæ.

Quo enim tẽpore natus nobis eſt Chriſtus, Fons olei Romæ, eo ex loco vbi nunc excitata eſt inſignis Eccleſia ſanctæ Marię trans Tiberim, vſque in Tiberim, fluxit olei fons: ita Dio. lib. 47. hiſt. Rom. Oroſius lib. 6. c. 20. Euſeb. in Chronico. Cardin. Baron. in apparatu

Digitized by Google

ratu ad Annales Chriſti, num.28. Mirabilis hic fons olei in Chriſto ſemper manſit, cuius nomen eſt oleum effuſum: cum verò Chriſti corpus clauis, lanceaque fuiſſet effoſſum, cum & in torculari poſitum grauiſsimè calcaretur; tunc petra copioſè fundebat nobis riuos olei: oleum enim eſt Chriſti ſanguis. Gregor. in cap. 1. Cant. quod meritò oleum ſanctæ Vnctionis dici poſſe oſtendit. nam vt innuit Bernard. ſerm. 15. in Cant. oleum lucet, paſcit, vngit, fouet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem, ſanat vulnera. Hęc omnia Chriſtus facit, ideò oleum effuſum nomen Chriſti. Hoc oleum Samaritanus infudit cum vino in vulnera eius, qui deſcendens ab Hieruſalem in Hierico, inciderat in latrones, qui plagis impoſitis abierunt, ſemiuiuo relicto; vt fuſe oſtendit Richardus de Sancto Victore lib. de ſtatu interioris hominis, cap. 48. & ſequentibus. Hoc oleum illud eſt, quod mulierem Sareptanam, eiuſque filios ære alieno liberat, 3. Regum 17. quod iubente Elia tamdiu flux t è lecytho, quam diu offereban tur vaſa, nec prius defecit, quam defecerant vaſa, ſed cum non eſſent amplius vaſa, ſtetit oleum.

Oleum effuſum Chriſti nomen.

Petra fundens riuos olei quæ?

Olei proprietates Chriſtus ſupplet

Samaritanus infundês oleum & vinum.

Inſignem quandam hiſtoriam, ne dicam fabellam, apud eos qui de probatica piſcina differunt, legi, vtcunque res ſe habeat, apocripham quidem credo; ſed vt piam refero, quod cum filius Noe ex arca diluuij eſſet egreſſus, acceſsit ad fores Paradiſi terreſtris, atque à Cherub illo, qui flammeum, atque verſatilem gladium tenebat, ſupplex oleum miſericordiæ flagitauit, quod Adæ ſepulchro inſpergeret, illi que miſericordiam impetraret. Negaſſe illi oleum ferunt Cherub, ſed tamen baccas tres dediſſe, quas ſupra Adæ tumulum fereret. Acceptas vt ſibi mandatum fuerat ſeruit: inde tria virgulta nata, quæ altius excreſcentia in vni cum ſtipitem coiere, ex quo fabricatam ferunt Chriſti Crucem. Ex hac hiſtoria, ſi vera eſt, oleum miſericordiæ colligo: effluxit enim ex cruce veluti liquor ex arboris fructu. Verum erit hoc miſericordiæ oleum, quo non ſolum Adæ ſepulchrum, ſed fidelium omnium corda aſperguntur. Si verò conficta eſt fabella, inuito hic pium Noe filium, qui miſericordiæ oleum quærit, accedat ad Chriſti Crucem, vbi petra fundit riuos olei miſericordiæ. Quod ſi venire renuerit, conſolabor pium Patriarcham, quod perennis olei riui, Adæ ſepulchrum, ſubtus Chriſti crucem effoſſum, larga, ac copioſa irrigatione abluant, purgent, ſanctificēt. Legantur ea quę ſupra in c.16. de Adę ſepulchro à nobis conſcripta fuere.

Oleum miſericordiæ.

Tria virgulta in vnicum ſtipitem coeunt.

Oleū miſericordia Adæ ſepulchrum rigat.

Fuit etiam valde ſalutaris iſta percuſsio: nam ex vi precioſiſsimi ſanguinis Chriſti factum fuit, vt gladius ille verſatilis quem Cherub ante Paradiſum verſabat, in cœli clauem conuerſus ſit, aut ſaltem depoſita feritate, non amplius à Paradiſo nos arceat. Quare Theophilactus in cap. 19. Ioannis ſic ait: Romphęa militis fuit figura romphææ verſatilis, quæ prohibet nos à Paradiſo. Et quia omne quod verſatur, niſi aliquid prohibeat non abſiſtit à ſuo curſu; Dominus oſtendens quod romphæam illam ſiſtet, ſupponit in figura latus frameæ militis, oſtendens nobis, quod ſicut framea militis appulſa lateri ſtetit, ita & flammea ſtabit, vt non vltra interminetur, & verſione ſua exterreat, prohibendo ingreſſum in Paradiſum.

Gladius Cherub in cœli clauem conuerſus.

Romphea militis figura Romphęę Cherub.

12. *Et aqua puriſsima quæ noſtras abluit animas.* Felix contemplatio, quæ ita mentem noſtram rapit, inebriat, abſorbet, vt mira dulcedine ſcateat, illudque Bernardo ſuauitatis muſtum porrigat, quod nouas lagunculas effringat; noſtro verò antiſtiti exceſſum mentis inſtillet, vt animas noſtras, columbarum inſtar, ſaluberrimo hoc fonte ablui, abſtergi, emundari, candidari meditetur. Mira connexio, vt columba, animam; arca, Chriſti corpus;

Noe columbam emittens quid ſit myſticè. Columba animam ſignificat.

Noe arca, veram teſtamenti arcam; aqua, gratiam; foramina petræ, Chriſti vulnera nobis indicent. Columbæ enim, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima, animas piorum, quæ iuxta riuulos gratiarum reſident, indicant: tunc enim *pennæ columbæ deargentatæ, ut poſteriora dorſi eius in pallore auri*, ſi in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ, nidos ſuos ponant. Cauerna maceriæ latus eſt Chriſti effoſſum, hoc eſt oſtium, hoc feneſtra arcæ Noeticæ, hoc arca teſtamenti, in qua cœleſte Manna conſpicimus.

Cauerna maceriæ eſt Chriſti latus.

Cogit me tractationis huius ſuauitas, vt acutum & in Soritis formam digeſtum argumentum, quo nos ad huiuſce vulneris hoſpitium inuitat mellifluus Lanſpergius homil. 54. de Paſſione Domini, ſubſcribam. *Diſce*, inquit, *habitare in hoc vulnere lateris. Si enim amica, aut ſponſa eſt anima tua, vbi ſuauior illi thalamus dormiendi, quam in hoc vulnere? Si columba es, ibi locus eſt tibi ad nidificandum. Si paſſer eſſe decreuiſti, nuſquam tibi magis conueniens erit locus, vbi abſtractam, ac ſolitariam vitam agas, quam in corde Chriſti. Si turtur es, & caſtis, varijſque gemitibus ad Deum ſuſpiras, hic locus requietionis erit. Hic eſuriens, Mannæ inuenies, quod edas; ſitiens hic fontem ſalutis inuenies, vbi bibas, Hic enim eſt fons Paradiſi, & de Paradiſi medio egrediens, & in fidelium ſe corda diffundens. Eſt hic oſtium Arcæ per quod intrant non perituri diluuio.*

Aurea ſententia.

Felix hoſpitium.

13. *Iſtiuſmodi verò vulnus Salomon vaticinando prædixit*, &c. Placida hucuſque nobis nauigatio fuit, ſecundo enim, vt aiunt, flumine, contemplationis noſtræ cimbula rapiebatur; ſed iam duros Aceſtis Scopulos, iam inextricabiles Syrtes, iam immenſum chaos offendimus; ſcopulis concutimur, Syrtibus obruimur, chao confundimur immenſo; ſcopulus difficultatis eſt, an Salomonis hic locus de Chriſti vulnere, quo Chriſti cor verè fuerit lancea transfixum, ſit intelligendus. Inextricabilis Syrtis eſt, ſi cauſa ſit aſſignanda, cur in corde etiam vulnerati voluerit. Immenſum chaos erit, ſi immenſum Chriſti erga nos amorem, ſi immenſam noſtram erga Chriſtum ingrati animi duriciem contemplemur.

Difficultas grauis.

Quod ad primum attinet, ſcilicet an ille locus Salomonis de Chriſti vulnere, quo Chriſti cor tranſuerberatum fuerit, ſit intelligendus. Communis ferè explicatio, aut tropologica eſt de anima, aut allegorica de Eccleſia, quod vtraque in vno crine colli, quo eius indicatur humilitas, cor ſponſi vulneraſſe dicatur, vt vulneratum cor ſponſi dicatur, quia ob ſponſæ virtutes eximias cogatur ſponſus eam amare. ita Rupert. Aut quia amore ſponſæ ſponſus ſit paſſus. Gregor. 3. moral. in cap. 14. Alij verò locum illum de Chriſti vulneribus explicantes, non tamen de lancea cor perforante, ſed potius de vniuerſo Chriſti dolore intelligunt; quippè, qui ſua immenſitate cor metaphoricè vulneraſſe dicatur, quomodo etiã B. V. cor dolore confixum dicimus; ita Hugo Cardin. Locum tamen illum de vulnere illato in pectus Chriſti, eſſe intelligendum, adeò vt verè dicatur cor vulneratum, quia lancea cor Chriſti transforauerit oſtendamus, atque clariſsima Beatiſſ. Virginis teſtimonia proferamus. Ipſa enim teſtis eſt de viſu omni exceptione maior: ita enim S. Brigittam alloquitur lib. 1. reuelationum cap. 10. *Vnus adueniens*, inquit, *infixit lanceam in latus eius, tam validè, vt pœnè per aliud latus eius tranſiret: tunc mihi videbatur, quod quaſi cor meum perforaretur, cum vidiſſem cor filij mei chariſsimi perforatum.* Clarius lib. 2. cap. 21. id teſtatur. *Filius meus in corde punctus erat tam amarè, & immiſericorditer, quòd pungens non deſtitit, donec lancea attigit coſtam, & ambæ partes cordis eſſent in lancea.* Et lib. 4. cap. 70. *Modico autem poſt tempore, aperto latere, & extracta lancea, ſanguis in cuſpide quaſi brunei coloris apparuit; vt ex hoc intelligeretur cor transfixum.* Idem etiam in ſermone Angelico D. Brigittæ cœlitus

Vulneratũ cor, colli capillus.

Cor Chriſti verè vulneratum.

Ictus lanceæ validus.

Digitized by Google

cœlitus tradito, legitur feria 6. lect. 2. Idipſum quoque ſancti Patres teſtati ſunt. S. Vincentius ſermone de Paraſceue. *Lancea*, inquit, *aſcendit ad cor.* S. Bernardus tractatu de Paſsione, cap. 3. dicit: *Foderunt non ſolum manus, & pedes; latus quoque, & ſanctiſsimi cordis intima, furoris lancea perforauit, quod iamdiu amoris lancea fuerat vulneratum.* Et infra ait: *Vulneratum eſt latus tuum, vt nobis pateat introitus; Vulneratum eſt cor tuum, vt in illo, & in te, ab exterioribus perturbationibus liberati, habitare poſsimus; Vulneratum eſt, vt per vulnus viſibile vulnus inuiſibile videamus.* Ideò optimè Lanſperg. homil. 44. de Paſsione Domini dicit: *Non parum iuuant reuelationes quædam Sanctorum, quod etiam cor fuerit transfixum.* Id ipſum alij quoque non ita magni nominis Doctores teſtati ſunt.

Lancea aſcendit ad cor.

Cor Chriſti transfixũ, ſanctis reuelatum.

Quod ad ſecundum attinet, ſcilicet.

QVÆSTIO.

CVR ETIAM COR SVVM perforari voluerit Chriſtus, plurimæ ſanè aſsignari rationes poſſunt.

PRIMA, quia nihil efficacius mortem nobis teſtatam facere potuit, quam ſi cor transfixum fuerit.

Secunda, quia nil corde eſt delicatius, neque potentius quis amorem ſuum indicare poteſt, quam ſi corde vulnus excipiat.

Corde nil delicatius.

Tertia, quia cum Chriſtus pro nobis moreretur, vt locum nobis apud ſe pararet, nullum nobis amabiliorem, nullum cariorem locum, quam in ſuo corde parare potuit.

Amabilis locus in corde.

Quarta, quia iam ſeſe totum nobis viuum viſibiliter tradiderat in natiuitate, inuiſibiliter in Sacro Sanctiſsimæ Euchariſtiæ myſterio, totum etiam ſe nobis dare voluit mortuum; cor non ita patenter nobis traditũ videbatur in morte, ideò illud quoque transfigi voluit, vt ſciremus, nihil ſibi Chriſtũ retinuiſſe, quod nobis non exhibuerit.

Chriſtus ſe totum nobis dare voluit mortuũ.

Quinta, quia impij perſecutores animam Chriſti quærebant, ideò Chriſtus dicebat: *Erue à framea Deus animam meam, & de manibus quærentium vnicam meam.* Hanc autem corpore occluſam, qua in parte reſideret ignorabant: at verò alios nouerant affirmare, animam in capite reſidere, alios in cerebro, alios in ſanguine, alios ſubtus præcordia, alios in corde, alios toto extenſam corpore tradidiſſe, in omnibus igitur hiſce locis animam quærebant, ex ipſiſque eam expungere conabantur. Putantes eam eſſe in capite, caput alapis, colaphis, pugnis, arundine percuſſerunt: nec tamen animam expungere, aut extrudere potuerunt. Veriti igitur ne eius ſedes eſſet in capite, ſed in cerebro, cerebrum quoque acutis ſpinis terebrandum, indeque expungendam animam decreuerunt. Horridam igitur, hirſutamque ex ſpinis coronam, quæ totum caput obtegeret immaniter impingunt, cerebrum pungunt; nec tamen anima egrediebatur; putarunt igitur eam toto corpore eſſe extenſam; ideò totum corpus à planta pedis, vſque ad verticem, flagris, flagellis, ſtimuliſque lacerant, vt anima egrederetur: eam tamen inde expellere non potuerunt. Igitur in ſanguine ſitam rati, quia aliqui vitam ſimul cum ſanguine fundunt, totum ſanguinem acerba crucifixione extra Chriſti corpus exhaurire ſatagunt. Verum veriti ne fortè anima in corde deliteſceret, licet externas corporis partes exanimatas cernerent; vt tamen animam receſsiſſe certiores redderentur, ipſa quoque Præcordia, ipſumque cor maxima cum feritate transuerberarunt, Chriſtique iam conſummatam prius mortem agnoſcunt.

Animam Chriſti perſecutores quærebant.

Animæ ſedes vbi ſ nam.

Anima in capite.

Anima toto corpore.

Anima in ſanguine.

Anima in corde.

Quod ad tertium attinet, acutè S. Bernard. & Hugo de Sancto Victore æſtuantem Chriſti erga nos charitatem, & ruſticam noſtram in Chriſtum ingrati animi notam, deſcribunt: Bernard. quidem in Rithmo de Paſsione

Ingrati animi noſtri erga Chriſtum confeſsio.

 Chriſti,

Digitized by Google

Chriſti, qui ſic Chriſtum loquentem inducit.

Ad te clamo, qui pro te morior.
Te exhortor, qui in cruce patior.
Vide clauos quibus confodior.
Vide latus quo aperior;
Et cum tantus ſit dolor intus, & exterior,
Plus tamẽ cruciat, quod te ingratũ experior.

Chriſtus quanta pro nobis fecerit.

Et Auguſtinus ſic Chriſtum inducit loquentem. *Cum eſſes inimicus Patri meo, reconciliaui te pro me; & cum longè eſſes, veni, vt redimerem te, & inter montes, & ſyluas cum errares, quæſiui te, inter lapides & ligna inueni te, & ne ferarum, luporumque rabido ore laniareris collegi te; laboraui, ſudaui, caput meum ſpinis oppoſui, latus meum perforari permiſi; Tot iniurijs laceſſitus ſum, vt coniungerem mihi te, & tu diuideris à me? Tanta eſt ingratitudo tua.* Explicat quoque in hanc ſententiam Iacobus Voragineus ſerm. de planctu B. Virginis, illud Oſeæ 6. *Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens, id eſt compaſſio veſtra erga me, eſt quaſi nebula, quæ quoque lento flatu pellitur, & veluti ros, qui adueniente ſole citò exſiccatur. Ita adueniente calore tentationum, perit à nobis memoria paſſionis.* Cur autem tanta appareat ingratitudo noſtra, Bernardus explicat tractatu de Paſſione cap. 4. dicens: *Sustinet adhuc Chriſtus, & diligenter obſeruat, ſi quem inueniat, qui ſanguinis riuos abſtergat, & de cruce depoſitum ſindone munda non panni, ſed cordis inuoluat.*

Miſericordia noſtra cur nubi matutinæ cõparata.

Mirabilis aquarum virtus.

14. *Igitur ex hoc vulnere eiuſmodi effluxit aqua,* &c. Mira, atque incredibilis aquarum virtus eſſe deprehenditur, ſi ea diligenter, atque attentè conſpiciantur, quę accuratiſsimi naturæ, naturaliumque arcanorum ſcrutatores de multiplici aquarum virtute memoriæ prodidere: nulla tamen tantę virtutis eſſe deprehẽditur, vt cum hac cœleſti aqua, quæ ex Chriſti latere profluxit, valeat comparari; nam etſi celebrẽ quendam fontem in Illyricis regionibus inueniri teſtetur Plinius lib. 2. cap. 106. qui licet gelidus ſit, expanſas tamen veſtes exurat; Dodonæum fontem cui iniectæ faces accendantur, accenſę extinguantur; In Paphlagonia acidum aquæ fontem, vini inſtar inebriantem; Cornagenę aquam quę accenſum limum euomat; maris Aſphaltici, quod aliàs mare mortuum vocant, aquas graue quoque iniectum pondus ſuſtinere: alias tradunt aquas quæ hauſtæ ſenſus reddunt acutiores; alias quæ memoriam ingerunt; alias quę obliuionem; ita Plinius lib. 31. cap. 2. & 3. aliaque eiuſmodi aquarum miracula ſi quis iactitet, nulla tamen ratione cum mirabili hac aqua poterint comparari. Hæc enim non veſtes, ſed corda accendit, hæc non vini furore, ſed charitatis feruore inebriat; hęc non accenſum limum euomit, ſed accenſum cor emollit, hæc accenſas faces, non corruptibili igne extinguit, extinctas accendit, ſed æſtuantes libidinis faces extinguit, extinctas diuino rurſus ardore incendit, nec ſolum oues albas, ſed animas reddit albas, & candidas, hæc iniuriarum memoriam abradit, beneficiorum memoriá auget; hæc abluit, abſtergit, lauat, tollit maculas.

Fons Illyricus miræ virtutis.

Fons in Paphlagonia.

Nulla virtus aquæ cũ ea quæ ex Chriſti latere fluxit comparari poteſt

Aqua cor emolliẽs.

Quoniam autem mirabilium fontium à nobis mentio facta eſt, libet hoc loco fontis, quem IESV fontem appellant, miracula quædam recenſere. Fons iſte in Ægypto eſt, diciturque fons IESV, quia creditur puer IESV dum in Ægyptũ fugiſſet, in eodem fonte à B. V. ablutus, eius etiam veſtes lineas in eodem fonte à B. V. mundatas: ex contactu autem Dominicæ carnis eam vim contraxiſſe fontis illius aquas, vt nõ ſolum vineam balſami fœcundam reddere, ſed etiam fœtorem quendam, quo naturaliter grauiſsimè olent Sarraceni, abolere queant; ita Burchard. in 2. p. deſcriptionis Terræ Sanctæ c. 4. qui etiam mira refert de bobus quibuſdam, quos ſacros vocant, qui hauriendæ aquæ quæ in IESV fontem manat, perpetuam nauant operam; Quæ etiam refert Chriſtianus Adricom. in deſcriptione

Fons IESV miræ virtutis.

Cur dictus fons IESV.

Fons IESV fœtorem tollit.

Digitized by Google

ptione tribus Iuda, num. 116.

15. *Talis itidem ſanguis inde redundauit*, &c. Cum cœleſtem Chriſti ſanguini virtutem Apoſtolus exemplificaret Hebr. 9. dixit: *Si ſanguis hircorum, aut vitulorum, & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quanto magis ſanguis* IESV CHRISTI, *qui ſemetipſum obtulit pro nobis, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti?* Et meritò Apoſtolus Chriſti ſanguinem cum ſanguine hircorúm, aut vitulorum, &c cõparauit: in ſanguine enim hircorum & vitulorum figurabatur Chriſti ſanguis, vt doctè explicat Rupertus ſæpiſsimè. Nyſſenus in vita Moyſis, Beda in cap. 11. Exodi, Auguſt. lib. Quæſt. in lib. Numerorum q. 53. Orig. homil. 3. in Leuit. & homil. 16. in lib. Num. Gregor. lib. 13. Moral. c. 11. Et meritò: nam hircus Chriſtum figurabat. Cyrillus lib. cont. Iulian. c. 9. Auguſt. ſerm. 18. de Tempore, Iſichius in Leuit. cap. 16. Hæc eſt cauſa, cur auctor noſter ad hæc reſpiciens, atque virtutem ſanguinis Chriſti commendans, dixit deletum eſſe peccatum vngue adamantino ſcriptum: quia enim adamas nec ferro, nec igne domari poteſt, ſed ſolo hircino ſanguine frangitur, ideò peccatũ Iuda adamãtino vngue ſcriptum, non poterat abſque Chriſti ſanguine deleri; hoc verò ſanguine omninò deletum eſt, ſicuti etiam deletum eſt chirographum decreti cum Adam Patriarcha noſtro, & affixum cruci. Et quidem vngue adamãtino ſcriptum dicebatur, quæ enim vngue deſcripta ſunt, perpetuò memoriæ hærent: oculis enim ſemper ſubiecta ſunt. Gregor. lib. 14. Moral. c. 26. Orig. hom. 12. in Ierem. Ita etiam peccatum noſtrum perpetuò ob oculos Dei obuerſabatur. Nunc verò deletum eſt peccatum, & chirographum cruci affixum.

Sanguis vitulorũ ſanctificat ad emundationem carnis.

Chriſti ſanguis omni victimarum ſanguine efficacior.

Peccatum adamantino vngue deſcriptũ deletur.

Chirographum deleti cur in vngue adamantino ſcriptum.

16. *At ſanguis iſte ob immenſam confirmandi vim*, &c. Duo hoc in exiguo loco myſteria magna clauduntur: alterum quidem eſt, quod Chriſti ſanguis vino fuerit figuratus; alterum verò, quod Chriſti ſanguis, in botro vitis è qua vita pendet, effluxerit. Vtrumque autem myſterium præclaris, & auctoritatibus, & congruentijs confirmari poteſt. Nam quod ad primum attinet, hanc rationem Patres aſsignarunt, cur plurimi Pſalmi à Dauide hoc titulo fuerint prænotati, pro torcularibus. Torcular crucem ſignificat, quo Chriſtus veluti botrus Cypri compreſſus, vino ſanguinis fluxerit; ideò Eſaiæ decimoquarto dicitur. *Quare rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari?* & reſpõſum fuit: *Torcular calcaui ſolus.* Mira igitur vicinitas vini, & ſanguinis: qua de cauſa, ſanguinem in vino conſecrare voluit Chriſtus; & Patres in vino Chriſti ſanguinem figurari intelligunt: ita Clemens Alexandr. lib. primo Pędagogi c. 6. Arnoblus in Pſal. quartum. Rupert. in Cant. cap. 4. & 7. Auguſt. in Pſal. 74. Qui verò vini effectus cum Chriſti ſanguine contulerit, meritò in vino Chriſti ſanguinis conuenientiam intelliget. Vinum enim lætificat cor hominis: Chriſti verò ſanguis Eccleſiam, fideliumque cor exhilarat: vinum inebriat; Chriſti ſanguis diuino nos amore ebrios reddit: vinum confortat; Chriſti ſanguis robur nobis confert: vinum optimum genis noſtris colorem appingit; de ſanguine autem Chriſti dicebat B. Agnes, *Sanguis eius ornauit genas meas.* Vinum eſt optima ſpirituum refectio; ita etiam Chriſti ſanguine reficimur. Sed de vino dicebat Ioannitius Medicus in ſua Iſagoge in Artem Medicam, quod vinum eſt, & cibus, & potus; ita Chriſti ſanguis potus quidem eſt, quia per concomitãtiam annexum habet Chriſti corpus, qui eſt optimus animæ cibus; ideò & potus, & cibus eſt. Atq; hęc de primo. Nunc deueniamus ad ſecundum, vt in botro Chriſtũ quoque denotari doceamus. Inſignis autẽ figura fuit Num. 13.

Chriſti ſanguis vbi, & quando figuratus.

Torcular Crucem ſignificat.

Vino ſanguis figuratus.

Vini ad ſanguinẽ analogia.

B. Agnes Chriſti ſanguine purpurata.

Vinum eſt cibus & potus.

Chriſti ſanguini per concomitantiam vnitum corpus.

Bb 5 cum

cum exploratores redeuntes botrum miræ magnitudinis, in vecte portabant: nam B. Ambroſ. lib. primo de Fide cap. 8. & lib.6. in Lucam, per botrum è vecte pendentem Chriſtum è cruce pendentem intelligit. Origenes etiam in homil. 16. in Numeros, in botro Chriſtum intelligit, *qui ſub exiguo, & contemptibili Humanitatis cortice vinum Diuinitatis includat. Quemadmodum enim botrus adeò mirabilis fœcunditatis, ac feracitatis terræ promiſsionis index fuit: ita Chriſtus in cruce pro noſtra ſalute dependens immenſæ lætitiæ, ac gloriæ in cœlo nobis eſt index.* Quanta enim cœli gloria eſſe debet, quæ tanto precio empta eſt? Chriſtus etiam eſt *botrus Cypri in vineis Engaddi*; vt benè notat Bernardus ſermone 44. in Cant. quia & in floribus gratum redolet odorem, & in fructu ſuauem nobis exhibet refectionem. Botrus enim, & ad bibendum, & ad edendum accommodatus eſt, quia Chriſtus interdum in meditatione veluti cibus animam reficit; interdum in ſubito extaſis in Deum motu, veluti vinum ſeſe nobis influit. Botrus hic ex optima vite, ſcilicet Beatiſsima Virgine prodijt, quæ eſt vitis vitæ fructificans fructus honoris, & honeſtatis, qui tandem in crucis torculari compreſſus, muſtum nobis ſalutis exhibuit.

Botrus è vecte pendens Chriſti è cruce pendentis figura.

Chriſtus cur botrus appellatus.

Chriſtus nobis eſca & potus.

17. *Cæterum verus ſanguis, vera ſimiliter aquæ*, &c. Si ea quæ hucuſque à nobis in ſacroſancti huius vulneris contemplatione ſcripta ſunt, aut leuia, aut exigua fortaſſe viderentur, ea certè, quæ modo dicenda ſunt, nec leuia, nec exigua cenſenda erunt: non enim fruſtra, non temerè, nec ſine myſteriorum amplificatione maxima dixit Ioãnes: *Continuò exiuit ſanguis, & aqua*, atque vt dicto ſuo fides haberetur, teſtem ſe oculatum exhibuit, dicens: *Et qui vidit teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium eius.* Non ſine grandi myſterio, atque miraculo egreditur aqua, & ſanguis. Si enim miraculum fuit maximum, quòd ex petra fluxerint aquæ, cur non miraculum quòd ex Chriſti corde fluat ſanguis, & aqua?

Sublimia myſteria.

Ioannes teſtis oculatus.

Ex Pauli collo dum eius caput fuit enſe præciſum, cum ſanguine etiam lac effluxit, ſicuti teſtatur S. Ambroſ. ſermone 68. de Natali Apoſtolorum Petri & Pauli, & Ioannes Chryſoſt. in homil. de SS. Petro & Paulo. Licet enim in quibuſdam Chryſoſtomi editionibus huius ſanguinei lactis mentio non fieret, doctè tamen Gerardus Voſſius in Commentarijs in eandem homiliam ex manuſcriptis Illuſtriſsimi ac Reuerendiſsimi noſtrorum temporum Chriſtianæ Sapientiæ Mœcenatis, Cardinalis Syrleti oſtendit, inter legitima Chryſoſtomi ſcripta hoc haberi; nec mirum, quod ex eius collo lac in morte profluxerit, qui viuens vas fuit electionis, ex cuius ore prædicationis lac vberrimè promanauit. Legimus etiam ex vulneribus Sanctarum Virginum Chriſtinæ, Catharinæ, aliarumque multarum dum Chriſti cauſa morte plectebantur, lac effluxiſſe. Ex Chriſti igitur latere quid mirum, ſi cum ſanguine etiam aqua profluxerit? Sed dum dico quid mirum, miraculum ne videbor excludere? abſit, ſed tantum hoc impoſsibile non fuiſſe declaro.

Lac ex Pauli collo.

E ſacrarum Virginum vulneribus lac fluxit.

Verum duo non minus fructuoſa, quam curioſa nunc ſeſe offerunt ſoluenda problemata. Alterum, cur cum ex aliorum ſanctorum vulneribus lac, profluxiſſe legamus, ex Chriſti latere non lac, ſed cum ſanguine aqua ſcaturijt. Cur non inde lac, mel, manna, aut ambroſia prodijt? An quod Chriſti ſanguis lac, & mel, & manna, nectar, & ambroſia fuit? De qua Sanctiſſima illa Chriſti Virgo Agnes dicebat; Mel, & Lac ex eius ore ſuſcepi, & ſanguis eius ornauit genas meas. An quod Eccleſia quæ ex laterali Chriſti vulnere ædificabatur, ſanguine, & aqua egeret, non melle, aut lacte, aqua ſcilicet qua lauaretur, ſanguine quo inebriaretur? An quod ſignificantior ſit aquæ vis,

Problema primum.

Cur ex ſanctorũ vulneribus fluxit lac, ex Chriſti vulnere fluit ſanguis & aqua.

Chriſti ſanguis lac & mel, & mãna.

Eccleſia ſanguine & aqua, non lacte & melle egebat.

Digitized by Google

vis, quam lactis? Aqua enim ſignificat ablutionem, gratiam, ſapientiam, Eccleſiam, Spiritus ſancti dona, ſacramenta, bonorum affluentiam, felicitatem, aliaque ſexcenta chariſmata, quæ nobis ex illo vulnere donata ſunt.

Problema ſecundum. Cur Chriſtus viuēs ſolū ſanguinē fudit, mortuus ſanguinem & aquam.

Alterum verò, cur Chriſtus in circunciſione, ſudore, flagellatione, coronatione, ac crucifixione, viuens ſolum ſanguinem ex vulneribus emiſit, mortuus verò non ſolùm ſanguinem, ſed etiam aquam conceſsit?

Chriſtus in cruce aquam non ſitiebat, ſed humani generis ſalutem.

An quia viuenti nil carius ſit ſanguine; aqua verò nil pendi videatur à nobis? Vt ergo oſtenderet ſe nobis id tribuiſſe, quod erat cariſsimum viuenti; ſanguinem effudit, non aquam: mortuus verò etiam aquam; vt oſtenderet, quod dum ipſe in Cruce dixit, Sitio; non aquam ſitiebat, cuius intra ſe copiam habebat magnam, ſed ſalutem noſtram ſitiebat. An vt oſtenderet quantus paſsionis eius dolor fuerit cuius atrocitate factum ſit, vt aliqua eius præcordia in elementa fuerint reſoluta, vt Innocen. III. aſſerit? An, quia vt in prægnantibus mulieribus accidere ſæpè cognoſcimus, vt ex æſtuanti deſiderio, quo aliquod eſculentum, vel poculentum repetunt, eius intra ſe rei formam concipiant, atque in fœtum notas imprimant: ita Chriſtus ex ferventi anhelitu, quo ſiti ardens aquam cupiebat, eandem intra ſe aquam induxerit? An, vt oſtenderet poſt mortem ſuam, vbi verus eſſet puteus aquarum viuentium, ne duo mala faceret populus eius, Chriſtum ſcilicet derelinquerent fontem aquæ viuæ, & effoderent ſibi ciſternas diſsipatas, continere non valentes aquas? An tandem, vt paſsionis ſuæ effectum felicius indicaret, qui magis aqua, & ſanguine ſimul, quàm ſolo ſanguine demonſtratur? Sed iam contemplationis noſtræ vela contrahentes ad textum reuertamur.

Elementa in Chriſti morte reſoluta.

Imaginationis vis maxima.

Fons aquę viuæ in Chriſto.

Verus, inquit, ſanguis, ac vera aqua profluxit. Tam circa ſanguinis, quàm etiam aquæ, quæ ex Chriſti latere profluxerunt, veritatem dubitaſſe quoſdam video. Nam quod ad ſanguinem attinet, Ariſtoteles 2. de Anima, tex. 9. & lib. 1. de partibus animalium, cap. primo docet, oculum, & manum viuentis, anima recedente, eſſe ęquiuocè oculum, & manum, ſicut etiam homo mortuus, eſt æquiuocè homo: quod autem eſt æquiuocè tale, verè, & ſimpliciter tale non eſt. Sanguis igitur Chriſti iam mortui, non videbitur ſimpliciter, & verè ſanguis, ſed ſolum æquiuocè.

Verus ſanguis an in mortuo reperiatur.

Difficultatem hanc olfecit Michael Palacius, in illud Ioan. 19. *Exiuit ſanguis, & aqua*; & dicit, in alijs quidem mortuis ineſſe ſanguinem ſolum ęquiuocè, in Chriſto etiam mortuo miraculosè fuiſſe verum ſanguinem. Verum hæc doctrina ſtare non poteſt. Cum enim anima partibus corporis tribuat eſſe vitale in ratione principij formalis, effectus autem formalis nunquam ſuppleri poſsit ſine forma, non poterit ex miraculo fieri vt ſit verus ſanguis ſine anima, ſicuti non poterit fieri verus homo ſine anima.

Miraculum ſine neceſſitate.

Huius igitur dubitationis ſolutio ex duplici quæſtione phyſica pendet. Prima quidem eſt; An ſanguis ſit animatus, nec ne; de qua re nos alibi plura tetigimus.

An ſanguis ſit animatus nec ne.

Secunda eſt: An in vno viuente vnica tantum forma, quæ omnes partes actuet, ſit admittenda; an tot formæ ſint admittendæ, quot partes viuentis, quæ quidem formæ partiales appellari conſueuerunt; Si enim ſanguis in viuente non ſit animatus, & propriam habuerit partialem formam, ab alijs omnibus partibus diſtinctam, etiam recedente anima poterit verus ſanguis, verè, & propriè dici: ſi autem ſanguis eſſet animatus, aut ſaltem licet non eſſet animatus, non tamen aliam formam ſubſtantialem haberet in homine, quam animam rationalem, quæ ſanguini etſi eſſe animatum non tribueret, quia eius capax ſanguis non eſſet,

An formę partiales admittantur.

Digitized by Google

eſſet, tribueret tamen eſſe ſubſtantiale; quatenus illi vnitur, non in ratione animæ, ſed in ratione formæ, grauior videretur difficultas, nam recedente anima, videretur ſanguis ſolum æquiuocè dici.

Sed tamen quia locus iſte non exigit, vt Phyſicas controuerſias pertractemus, ideò Phyſica Phyſicis relinquentes, huic loco illud ſufficere opinamur, an liquor ille ex Chriſti vulnere fluxerit, quem omnes communiter ſanguinem appellare cõſueuerunt. Licet enim ſi ita iuxta Phyſicorum dogmata, atque ſubtilitates ſanguis ille non vniuocè, ſed æquiuocè dicendus videretur; tamen in communi loquendi modo ſanguis appellatur, & de hoc ſanguine intellexit Ioannes, dicens. *Exiuit ſanguis & aqua.* Et hoc ſufficit ad veritatem locutionis Ioannis; alioqui quotieſcunque in Scriptura ignem legimus, poſſet quis dicere, Scripturam eſſe deceptam, quia vt idem Ariſtoteles lib. 4. Meteororum, dixit, ignem qui eſt apud nos, non verè eſſe ignem, ſed nos propter conſuetudinem ignem appellamus, cum ſit tantum exarſio ſicci ſpiritus.

Phyſica Phyſicis relinquẽda.

Sanguis Chriſti quomodo verus.

De aqua igitur grauior eſt difficultas. Quidam ſanguinem ex phlebotomijs extractum ita concreſcere conſpicientes, vt phlegmati ſupernatans fluctuet, ex Chriſti vulnere non aquam, ſed cum ſanguine phlegma ſcaturiſſe confinxerunt: ea fortè adducti coniectura, quod cor noſtrum tenui quodam folliculo circumueſtiri conſpiciamus, quo phlegmaticus quidam humor, qui grecè περικάρδιον dicitur, occludi videatur, de quo Ariſtoteles plura. Tandem quia intelligere non poterant, quomodo ibi aqua confluere potuerit. Quem errorem ab hæreticis noſtri temporis excitatum, teſtatur Toletus Card. in cap. 19. Ioannis.

Aqua vera non phlegma ex Chriſti latere fluxit.

Verum hunc errorem pluribus confutat Innoc. III. lib. 3. Decretalium conſtit. 134. & refertur in cap. cum Martæ, de celebr. Miſſ.

Primò quidem, quia *ille, qui vidit, teſtimonium perhibuit, & verum eſt teſtimonium eius*, & ſi phlegma vidiſſet, phlegma quoque effluxiſſe teſtatus eſſet, a quam autem dixit effluxiſſe.

Veram aquam è vulnere lateris fluxiſſe probatur primò

Secundò, quia in ea aqua Baptiſmus denotatus fuit; nos verò baptizamur aqua, non phlegmate. *Secunda ratio.*

Tertiò, quia alioqui in calice cum vino non eſſet aqua, ſed phlegma miſcendum: ex eo enim quod aqua ex Chriſti latere fluxit, arguunt Patres, in calice cum vino miſcendum eſſe, ideò Ambroſ. Chryſoſtom. Theophil. in id Ioan. 19 *Exiuit ſanguis, & aqua* exclamant: *Confundantur Armeni aquam non infundentes in calicem.* *Tertia ratio.*

Quartò, quia in veteri Lege hæc aqua, quæ fluxit ex latere, figurata fuit in petra illa, quæ virga percuſſa Moyſis, veras aquas, non autem phlegma profudit. *Quarta ratio.*

Quintò ex illo primæ Ioan. quinto. *Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, Spiritus, Aqua, & Sanguis.* *Quinta ratio.*

Sextò hoc quoque probare nos poſſumus ex eo, quod Athanaſ. Opuſculo de Paſſione imaginis Saluatoris conſcripſit, ex cuius latere lancea effoſſo, ſanguis, & aqua manarunt. *Sexta ratio.*

Neque verò hæreticorum fundamenta quicquam efficiunt: nam licet phlegmaticus humor ſanguini permixtus ſit, & cum ſanguine etiam effluxerit; tamen præter illum vera etiam aqua effluxit: humor autem ille phlegmaticus, qui περικάρδιον dicitur, adeò exiguus eſt, vt neque ſenſibiliter profluere, neque de eodem intelligi poſsit illud: *Exiuit ſanguis, & aqua.* *Confutantur hæreticorum figmenta.*

Sed rurſus inſtabit quis,

QVOMODO IN PECTORE *Chriſti vera aqua reperiri potuerit?*

QVæstio hęc fidem non tangit, ſicut illa, quod verą aqua profluxerit,

Digitized by Google

Aqua an miraculoſè creata. xerit, ideò coniecturæ locus eſſe poterit. Innocent. III. vbi ſupra, duos modos aſsignat; alter eſt, quod aqua illa à Deo ibi creata fuerit; alter autem, quod ex magnitudine doloris fuerit aqua reſoluta. An ex elemẽtorum reſolutione. Vterque modus probabilis eſt, ſecundus tamen probabilior, præcipuè autem ſi ea attendantur, quę B. V imò quæ ipſe quoque Chriſtus Beatæ Brigittæ reuelauit: nam B V. libro primo cap. decimo, & lib. 4. cap. 70. dicit: *Ex magnitudine, & acerbitate doloris cor Chriſti ſciſſum eſſe, & crepuiſſe.* Cor Chriſti doloris magnitudine crepuit. Chriſtus etiam Beatam Brigittam alloquens lib. Extrauagant. Reuelationum cap. 51. dicit: *Me autem in tali dolore ſtante, & in tali ve perdurante, tandem cor crepuit præ violentia paſsionis.* Et eodem lib. cap. 106. Rurſus ſubdit: *Pauci cogitant quam doloroſus ſtarem in Ligno Crucis, quando cor meum crepuit.* In tanta igitur dolorum acerbitate, qua Chriſti cor crepuit, tanta humorum fieri potuit reſolutio, vt in elementa immediate conuerſa ſint; ibique aqua congenita. Elementorum reſolutio quomodo fieri potuit. Accedit, & vt acutè notat Sotus, & ex ipſo Benzonius, quod ſi hæc aqua dicatur ex reſolutione ibi fuiſſe, efficacius probabitur veritas corporis Chriſti naturalis: ideò nullo modo ijs adhærendum eſt, qui dixerunt aquam extra Chriſti corpus eſſe creatam; longè minus ijs, qui dixerunt in vnoquoque moriente anima recedente ex phlegmate aquam generari. Qua de re lege Toſtatum Paradoxo 2. cap. 29. & 30. & Gloſſ. de Conſ. diſt. 2. ver. Vtrumque.

18. *Et poſt mortem mirabile dictu, profluxerunt*, &c. Qui diligenter ea perpendit, quæ Ioannes ita accuratè deſcribere voluit, dicens: *Continuò exiuit ſanguis, & aqua, & qui vidit, teſtimonium perhibuit, & ille ſcit, quia vera dicit:* apertè deprehendet, eum mirabile aliquid, Ioannes miraculũ voluit indicare. & præter omnem naturæ curſum dicere voluiſſe. An autem totum miraculum in eo perſtrictum fuerit, quod aqua profluxerit; an etiam in eo, quod ex iam extincto corpore ſanguis profluxerit; non ita aperta eſt, aut facilis deciſio, ideò Doctores in varias abiere ſententias. Alij enim naturaliter quidem reſolutam eſſe in Chriſti corpore aquam; alij ſupernaturali id virtute factum aſtruunt; alij naturaliter quidem ex reſolutione aquam congenitam, ſed ſupernaturali virtute ex mortuo corpore prodijſſe; alij è contra, ſupernaturali virtute genitam, naturaliter tamen facto vulnere prodijſſe; alij & naturaliter reſolutam, naturaliter etiam profluxiſſe contendunt.

Quod autem ad ſanguinem attinet, Sotus 4. diſt. 13. quæſtione vnica, artic. 4. docet ſanguinem in nuper ex An ex cadauere ſanguis naturaliter fluere poſſit. ſtincto corpore, tepentibus adhuc venis naturaliter promanare potuiſſe. Caietanus tamen docet, quòd licet ex corpore iam mortuo naturaliter poſſit ſanguis effluere, ex corpore tamen iam rigido non potuiſſe ſimul cum aqua, niſi miraculosè prodire. Patres tamen video id quoque miraculo vertere, quod extincto iam corpore ſanguis effluat. Beda in epiſtolam primam Ioann. cap. 5. *Sanguis, & aqua*, inquit, *de latere mortui effluxerunt, quod erat contra naturam corporis mortuorum.* Eutymius. *Res*, inquit, *eſt ſupra naturam, ac manifeſtè docens, quo maior quam homo eſt, qui fuerat vulneratus, ſi quidem à mortuo homine,* Chriſtus homine maior. *etiam ſi millies quis eum pupugerit, non exibit ſanguis.* S. Thomas lect. 5. in cap. 19. Ioann. dicit: *Valdè miraculoſum eſt, quod de corpore mortui in quo eſt congelatus ſanguis, ſanguis exeat.* Miraculoſè ex cadauere ſanguis egreditur. Quod ſi quis dicat, hoc fieri potuiſſe propter calorem aliquem, qui ibi remanſerit; hoc tamen inficiari non poteſt, quin fluxus aquæ miraculoſus extiterit. Ambroſius lib. 10. in cap. 23. Lucæ dicit: *Licet verus ſanguis exierit, miraculoſum tamen fuit exijſſe ſanguinem ex mortuo, cum poſt mortem ſanguis congeletur.* Fateor tamen, quo etiam ſi id fortè in Chriſti corpore miraculoſum videri potuerit, ex alijs tamen cadaueribus, & ſpatio 22. horarũ poſt

poſt ipſorum mortem vidi ego in magna quantitate ſanguinem ex vulnere profluxiſſe.

19. *Nec ſolummodo ſanguis ex Chriſti pectore dum in cruce penderet*, &c. Locus iſtæ quorundam Scholaſticorum opinionem euertit, qui perperam interpretantes eam Damaſceni auctoritatem; Chriſtus quod ſemel aſſumpſit nunquam dimiſit, dicunt Chriſtum ſanguinem omnem, qui ex eius corpore fluxit in paſsione reaſſumpſiſſe in Reſurrectione: cum verò quibuſdam argumentis vrgerentur ab experientia, & ſenſu depromptis, quod & Chriſti Crux, & ſpineæ coronæ Chriſti ſanguine conſperſa cernuntur; reſpondebant, Chriſtum reaſſumpſiſſe ſanguinem quoad ſubſtantiam, & ibi reliquiſſe ſolum accidentia ſanguinis. Verùm & ſacroſancta Sindon, ſanguine Chriſti conſperſa, veras Chriſti ſanguinis guttas hucuſque nobis oſtendit. Et ne quis dicat apparent accidentia ſanguinis, ſed ſubſtantiam ſanguinis Chriſtus reaſſumpſit; hanc quoque reſponſionis ſubtilitatem reijciemus ex aperta Summorum Pontificum determinatione, quod in ſacroſancta Sindone verus ineſt ſanguis Chriſti. Nam Iulius II. in Bulla approbationis ſanctę Sindonis, dicit: *In qua Sindone, prout idem Xiſtus prædeceſſor noſter in quodam tractatu, quem compoſuit de ipſo ſanguine, affirmat, quod ipſius* IESV CHRISTI *verus ſanguis, & imago conſpiciuntur.* Et infra. *In qua reliquiæ humanitatis Chriſti quam Diuinitas ſibi copulauerat, videlicet ipſius veri ſanguinis manifeſtè conſpiciuntur.* Approbat & tam ipſe Iulius II. quàm Xiſtus IV. officium ſacrę Sindonis, in quo ſæpè, ſæpiuſque dicitur, ibi verum eſſe Chriſti ſanguinem. Neque verò ad eam diſtinctionem erit recurrendum, quo ſanguis alius ſit alimentitius, altius vitalis, & quod vitalē tanquam hypoſtaticè aſſumptum reaſſumpſerit; alimentitium autem non reaſſumpſerit, quia neque hypoſtaticè erat aſſumptus, nam eum ſanguinem, qui in ſacroſancta Sindone reperitur, dicit eum eſſe, quo redempti ſumus, & ideò à fidelibus venerari, & adorari debere, ergo hypoſtaticè erat aſſumptus. Quomodo autem auctoritas illa Damaſceni ſit intelligenda, nos alibi in 3. Sent diſt. 5. fusè oſtendimus: quare, ne actum agamus, lectorem, qui verũ Damaſceni ſenſum cognoſcere cupiat, eo cenſuimus remittendum.

Chriſtus quod ſemel aſſumpſit nunquam dimiſit, qualiter intelligē dum.

An ſanguinem quoad ſubſtantiam ſolum aſſumpſit, non quo ad accidētia

In Sindone verus ſanguis apparet.

Sanguis alius alimentitius altius vitalis.

Vera axiomatis explicatio.

20. *Quamuis facilè reſponderi poſſet*, &c. Cum ex Chriſti latere ſanguinem, & aquam fluxiſſe infallibilis Chriſtianæ pietatis candor edoceat; non tamen indicet an à ſanguine diuiſa, an poſt ſanguinem, an verò ſanguini miſta aqua profluxerit; ideò myſterium illud diuerſimodè intellexere Doctores: nã Franciſcus Suarez in 3. par. D. Thomæ, quæſt. 51. artic. 3. diſput. 4. ſect. 1. docuit, primò quidem ſanguinem profluxiſſe, & deinde aquam. Confirmat ſententiam ſuam ex quodam S. Hieron. teſtimonio, qui ſcribens ad Oceanum, explicat illud Io. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua*, &c. dicit: *Quia Chriſtus ab aquis cœperat, finiuit in aquis.*

Sanguis & aqua qualiter à vulnere fluxerint.

An primo ſanguis, mox aqua profluxerit ex latere Chriſti.

Alij verò putarunt aquam ſanguini mixtam profluxiſſe, confirmantq; ſententiam ſuam ex teſtimonio S. Cypriani lib. de montibus Sina, & Sion, vbi dicit: *Ex latere Chriſti ſanguis, & aqua mixtus profluebat.*

An vtrumque mixtim.

Alij verò longè rectius ſentiunt, ſanguinem, & aquam ſimul effluxiſſe non tamen permixta, ſed diuiſa; probatur hæc ſententia.

Verè diuiſa, ſimul tamen.

Primò ex auctoritate S. Cypriani lib. de Paſsione Chriſti; *De eadem*, inquit, *conſubſtantiali origine diuiſis limitibus aqua, & ſanguis emanant.* Gloſſa in cap. In Sacramentorum de Conſecr. diſtinct. 2. hanc quæſtionem excitat, & ſoluens dicit: *Separatim, & cum ſegregatione fluxerunt.* Idem repetit Gloſſa in Clement. de Summa Trinita. & Fide Cathol. in cap. vnico.

Sanguis & aqua diuiſis limitibus.

Secundò, quia ſi aqua mixta ſanguini

Digitized by Google

guini profluxiſſet, non potuiſſet illam videre Ioannes, ſicuti enim aquam mixtam oculus non diſcernit à vino, multò minus ſi ſanguini fuiſſet aqua permixta.

Tertiò verò, quod aqua ſimul cum ſanguine exierit, non poſt ſanguinem, indicat illa particula addita à Ioanne: *Continuò*, id eſt, ſtatim *exiuit ſanguis, & aqua.*

Ioannis verba perpenduntur.

Tollitur obiectio.

Neque verò huic noſtræ ſententiæ Hieronymus, aut Cyprianus contrarius eſt: nam quod ad Cyprianum attinet, præterquam quod multi dubitarunt, an liber ille de Montibus Sinai, & Sion, ſit Cypriani; oſtenſum eſt, eum docuiſſe, ſanguinem, & aquam diuerſis limitibus effluxiſſe. Hieronymi autem mens perinde conſtat, ſiue aqua cum ſanguine, ſiue poſt ſanguinem fluxerit.

Aurea ſapientia

21. *Eundem quoque ſanguinem, & aquam, & eandem ipſorum vim*, &c. Aurea, cœleſtis, Diuinaque ſapientia eſt, quæ duobus hiſce Ioannis auctoritatibus, quæ hoc loco adducuntur, continetur. In his vena intellectus, ſapientiæ fons, ac ſcientiæ flumen ineſt. Cum enim doctrina cœleſtis ſit, & diuina, ea tamen adeò recondita, adeò obſcura eſt, vt ad ſublimium arcanorum quæ in ea occluduntur, paucos admittat. Vtraque igitur auctoritas explicanda. Atque in primis ea, qua Ioannes dicit: *Hic venit per aquam, & ſanguinem* IESVS CHRISTVS. Dubium enim eſt de qua aqua loquatur Ioannes; an de ea qua Chriſtus baptizatus eſt; an de ea quæ ex eius latere fluxit. Videbitur autem de aqua baptiſmi intelligendus: quia Ioannes in eo capite peſtilentem Cherinti hæreſim condemnabat. Dicere auſus fuit impius Cherintus, vt etiam ſupra oſtendi, IESVM non idem eſſe, qui Chriſtus, ſed alium eſſe IESVM, aliū verò Chriſtum; & IESVM quidem purum hominem exſtitiſſe, Chriſtum autem Deum, & Chriſtum ab initio natiuitatis nō inhęſiſſe IESV; ſed cum IESVS à Ioanne baptizaretur veniſſe Chriſtum per aquam ſuper IESVM, & illi inhæſiſſe vſque ad mortem. Cum verò eſſet in crucem actus, IESVM ſolum mortuum eſſe, & non reſurrexiſſe, Chriſtum autem mortuū non eſſe, ſed viuum perpetuo permanſiſſe; ideò conſequenter dicebat, IESVM non eſſe filium Dei, ſed Chriſtum eſſe filium Dei: ideò impius Cherintus IESVM ſoluebat, dicens, alium eſſe IESVM, alium Chriſtum. Impiam & horrendam hanc blaſphemiam anathematizans Ioannes, dicebat 1. Ioan. 4 *Omnis ſpiritus, qui ſoluit* IESVM, *ex Deo non eſt.* & cap. 5. dicit: *Omnis qui credit, quod* IESVS *eſt* CHRISTVS, *ex Deo natus eſt.* Et infra: *Quis eſt, qui vincit mundum, niſi qui credit, quod* IESVS (quē Cherintus dicebat non eſſe Deum, ſed purum hominem) *eſt filius Dei. Hic eſt, qui venit per aquam, & ſanguinem,* IESVS CHRISTVS, id eſt: Non Chriſtus ſolus per aquam Baptiſmi venit ſupra IESVM, vt blaterat Cherintus, ſed hic IESVS CHRISTVS, qui vnus, & idem eſt, venit per aquam, & ſanguinem: intelligi poteſt, & per aquam, Baptiſmi; & ſanguinem, Paſsionis: Vel fortè hic IESVS CHRISTVS, qui vnus, & idem eſt, venit non ſolum *in aqua Baptiſmi, ſed etiam in aqua Paſsionis*, nec ſolum in aqua, ſed etiam in ſanguine; Vtraque explicatio, quod per aquam intelligatur aqua Baptiſmi, vel aqua Paſsionis, quæ ex latere fluxit, bona eſt: puto tamen, primam explicationem quòd de aqua Baptiſmi intelligatur, eſſe meliorem. Atque hæc de primo teſtimonio.

IESVS CHRISTVS quomodo dicitur veniſſe per aquam, & ſanguinem

Cherinti hęreſis.

Ioannes Cherinti hæreſim confutat.

Chriſtus per aquam Baptiſmi, & ſanguinem Paſſionis venit.

Obſcura auctoritas.

Secundum autem teſtimoniū quod eſt, *Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, Spiritus, Aqua, & Sanguis; & hi tres vnum ſunt.* Grandis diſsidij in Eccleſia occaſio fuit. Huius autem cauſa fuit, quia ſupra immediatè dixerat: *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in Cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt.* Quoniam autem Spiritus, Aqua, & San-

Arrianorum impietas.

Digitized by Google

& Sanguis, non ſunt vnius naturę ſimplicis, ideò ex hoc loco argumentabantur Arriani, ergò nec Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus vnum ſunt, id eſt, vnius naturæ, ſed vnum ſunt ſolum ex vnione quadam metaphorica voluntatis. Verum impiam hanc argumentationem Patres acerrimè confutant. Athanaſius ſermone 4. contra Arrianos, Ambroſ. lib. 4. de Fide cap. 2. Hilar. 8. de Trinitate, Auguſtin. lib. 1. 2. 3. & 4. cont. Maximinum; Baſilius lib. 1. cont. Eunomium, oſtendentes, Patrem, & Filium dici vnum, quia vnius naturæ, & ſubſtantiæ ſunt: & ſpiritum, Aquam, & Sanguinem dici vnũ, quia vnicam naturam componunt. Nam ſpiritus, quem inclinato capite tradidit Chriſtus, & aqua, & ſanguis, vnum ſunt, quia hæc omnia naturam humanam Chriſti componunt, & ideò teſtimonium dant, quia veritatem aſſumptæ humanitatis oſtendunt. Arguta verò eſt explicatio D. Auguſtini lib. 3. contra Maximinum cap. 22. vbi dicit Spiritum, Aquam, & Sanguinem eſſe tria Sacramenta, in quibus non quid ſint, ſed quid ſignificetur, attenditur; *Vt ſi*, inquit, *dicerem petram, & aquam eſſe vnum, per petram intelligens Chriſtum, & per aquam intelligens Spiritum ſanctum: quæ ergo illis tribus ſignificantur, ſunt vna ſubſtantia. Spiritus enim eſt Pater. Ioan. 4. Filius nomine ſanguinis intelligitur, quia Verbum caro factum eſt: & Spiritus ſanctus eſt aqua, quia flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Et quia hæc tria exierunt de latere Chriſti pendentis in Cruce, cum inclinato capite tradidit ſpiritum, & de perforato latere fluxit ſanguis, & aqua, ideò ſignificant Eccleſiam, quæ eſt vnum corpus in Chriſto, & prædicat fidem vnitatis, & Trinitatis Dei.* Hęc Auguſtinus. Porrò Innocen. III. lib. 3. Decretalium Conſtitutionum, conſtit. 134 acutè perpẽdit, cur de latere Chriſti fluxerit ſanguis, & aqua, & dicit: Ad compoſitionem humani corporis quatuor elementa concurrunt, terra, aqua, aer, ignis; ad vegetationem etiam corporis quatuor ſimiles humores concurrunt, ſanguis, phlegma, colera, melancholia. Vt igitur veritatem humani corporis Ioannes oſtenderet, vnum ex illis, & vnum ex his expreſsit: ex illis Aquam, ex his Sanguinem, quę magis myſterio congruebant, dicens: *Exiuit ſanguis, & aqua.*

Arrianorum confutatio.

Pater & Filius quomodo vnum.

Arguta D. Auguſtini explicatio.

Corpus quatuor elementis conſtat. Quatuor humores.

22. *Tot igitur ac tantæ taleſque Domini plagæ fuerunt*, &c. Legimus interdum pientiſsimum eundemque ſanctiſsimũ Bernardum melliſluæ deprecationis ardore æſtuantem, dixiſſe: *Noui Domine quod immenſi & incomprehenſibiles ſunt dolores, quos pro nobis ſuſtinuiſti, plagaſque quibus pro nobis lacerari voluiſti, quanuis nobis ignota ſint: ideò te Domine IESV deprecor, vt aliquod paſsionis tuæ occultum myſterium mihi indigno famulo tuo reuelare digneris. Tunc Chriſtum Dominum horribilem in lumbis acceptam plagam oſtendiſſe, quo tres dorſi vertebræ carne nudatæ conſpicerentur.* Cum verò nos in cap. 5. de horrenda Chriſti flagellatione ageremus, oſtendimus, quam fœde vniuerſum Chriſti corpus laceratum fuerit, adeò, vt *à planta pedis, vſque ad verticem non eſſet in eo ſanitas:* ſed liuoribus, tunſionibus, excoriationibus, plagiſque totum fœdatum eſſet. Ex quibus quidem videre licet, plagas Chriſti innumerabiles extitiſſe. Quamuis autem plurimæ fuerint Chriſti plagæ, tamen quinque præ cæteris inſigniores extitere, illę ſcilicet, quibus eius manus, pedeſque clauis, latus verò lancea perforata ſunt. Et has Chriſtus tanquam inſigniores in reſurrectione ſeruauit, & diſcipulis ſuis oſtendit dum manus & pedes, & latus oſtendit.

S. Bernardus occulta paſſionis myſteria ſibi reuelari poſtulat.

Lumbaris Chriſti plaga horribilis.

Quinque Chriſti plagæ inſigniores.

Quinque has plagas concionatores figuratas agnoſcunt in quinque porticibus, quibus Probatica piſcina circundabatur, in quinque lapidibus, quos Dauid contra Goliath dimicaturus ex torrente delegit: in quinque vectibus, quibus tabernaculi tabulę continebantur-

Quinque Chriſti plagæ figuratæ.

tinebantur: Exod. 26. in quinque columnis, quæ erant in introitu tabernaculi: Exodi 26. in quinque cortinis, quibus arca veſtiebatur: ibid. in quinque ſtolis, quas Ioſeph tradidit Beniamin: Geneſ. 45. in quinque illis, qui habitant in vnica domo, Lucæ 12.

Crux currus gloriæ.

23. *Quod eiuſmodi crux Iſaia teſte glorioſiſſimi illius triumphi currus exiſteret*, &c. En nouum Crucis encomium, vt Currus gloriæ dicatur. Eam Auguſtinus lectum Sponſi appellauit; & tractatu 118. in Ioan. Virgam Regiam; lib. de Symbolo ad Cathecumenos c. 6. Tertullian. lib. contra Marcionem, Sceptrum Regium; Leo Papa ſermone 18. de Paſsione. Trophæum triumphi; Eutym. in Ioann. 19. Lanceam, qua debellandus ſit aduerſarius; Gloſſa Ordinaria Candelabrum; Ambroſ. ſermone de Cruce, aratrum ad terram humani generis ſcindendam; Hieronymus in cap. 22. Eſaiæ. Clauem Dauid. At verò Chryſoſtom. homil. de Cruce, quæ habetur tomo tertio. Crucem vocat claudorum baculum, nauigantium portum, dæmonum flagellum. Alij Cathedram vocant, in qua Dauid ſapientiſsimus inter Reges quaſi tenerrimus ligni vermiculus inſidebat; Alij, alijs innumerabilibus, ampliſsimiſque Chriſti Crucem proſequuntur encomijs.

Crucis encomia.

Noua bella elegit Dominus

24. *Atqui ſi Dominus hoc pacto mortuus*, &c. Noua bella Dominum elegiſſe Debora exclamabat: Quis admirabilia hæc ſtratagemata vnquam legit, vt quis moriens occidat; victus vincat; ſuperatus imperet. Ita Chriſtus, cum Dæmone, ac Morte dimicaturus, noua bella elegit, victus ipſe, ac ſuperatus videri voluit, dum Cruci coextenſus inclinato capite tradidit ſpiritum. Sed victus vicit, ſuperatus proſtrauit, mortuus hoſtes occidit; *De forti exiuit dulcedo, & de comedente cibus exiuit.* Fortis, dura, aſpera, rigida, horrida Crux, comedens, vorans, diſcerpens, lacerans erat Crux, quis neſciat? At poſtquam eam conſcendit Chriſtus, tunc de forti exiuit dulcedo, & de comedente cibus. Quæ enim inſtrumentum mortis erat, facta eſt vitæ miniſtra, ſalutemque nobis attulit, quæ prius mortem inſerebat. Altum, admirandumque Problema, quo Sampſon Philiſtæorum ſapientiam confudit. Hæc enim Luciferum interemit, mortem occidit, peccatum deleuit. Sed quomodo necatum, ac mortuum dicimus Luciferum? Ecce tunc necatus, mortuuſque eſt, cum ei regnum ademptum. Audias quomodo impietatis miniſtri dæmones Luciferum ſuum mortuum dicant. Audi quid Plutarchus referat in Opuſculo de oraculorum defectu; ita enim ſcribit: *De morte Dæmonum audiui ego ab Æmiliano Rhetore viro prudente, ſimul, atque modeſto, quem credo multos veſtrum cognouiſſe, quòd cum in Italiam pater ſuus nauigaret, circa Inſulas, quas Echinadas appellant, flatu ventorum deficiente, noctu propè Paxas deueniſſe; cumque omnes penè qui ſimul nauigabant, attentiores vigilarent, repente à Paxis Inſula vocem magnam auditam fuiſſe, qua Thramnus quidam vocabatur, qua vox nouitate rei omnes maximo perculit miraculo. Thramnus enim ille, qui vocabatur, homo erat Ægyptius, eius ipſius nauis gubernator, qui bis vocatus nihil reſpondit: tertiò verò vocatus, morem geſsit vocanti, atque reſpondit. Illum verò multo maiore voce ſic exclamaſſe. Quando iuxta Paludem fueris, annuncia tunc Pana magnum mortuū eſſe: qua re audita, magno dicebat Epitherſes (ſic enim Æmiliani Pater appellabatur) omnes terrore perculſos fuiſſe. Cumque dubitarent, vtrum obtemperandum eſſet illi voci, an non; hic Thramni gubernatoris conſilium ab omnibus comprobatum fuiſſe. Si ſecundi quidem ſpirent venti, nihil eſſe dicendum: ſin verò tranquillitas maris eſſet, & ventorum flatus, cum in eo loco eſſent, omnino deficerent; non eſſe reticenda, quæ audiuerat. Cum ergo iuxta Paludem eſſent, quia nullus erat flatus ventorum, tunc Thramnum in mare pronum reſpicientem, magna voce dixiſſe, quæ audiuit. Magnus Pan mortuus eſt. Quæ renunciata, magnus multo-*

Chriſtus victus vincit, mortuus occidit, ſuperatus triũphat.

De forti exiuit dulcedo.

Crux horrida.

Alti problematis ſolutio.

Lucifer quando mortuus.

Vox horribilis.

In dubijs conſilium in arena capiendũ.

Magni Pā mors.

Digitized by Google

multorum gemitus, imò verò innumerabilium miraculo quodam commixtus, ſubitò auditus fuerat. Et quoniam multi fuerant, qui è naui nauigabant, eiro, ac facilè cum Romam veniſſent huiuſmodi rei rumores vniuerſam vrbem repleuerunt, & à Tiberio Cæſare, qui tum gubernacula Reipub. gerebat, Thramnum accerſitum fuiſſe; cui rei tantam fidem Tiberius præbuit; vt Philoſophis, qui tunc Romæ erant, accerſitis, diligenter, quiſnam eſſet ille Pan, ac curioſè ſcrutaretur. Hæc Plutarchus de magno Pan, qui Deorum Pater vocabatur, ſcripſit. Cuius rei myſterium ſi ſcire cupis, attende, quonam tempore hæc accidiſſe ferantur, ac nota, Tiberij Cæſaris temporibus accidiſſe.

Diaboli mors qualis, & quando.

Hoc igitur maximum pietatis myſteriũ eſt, quod Chriſtus Dominus tunc cruci affixus, morte ſua mortis auctorem Luciferum, dæmonum Principem ac parentem morte affecit: & de hac morte hoc intelligendum eſſe monet ſanctiſsimè, Euſeb. Cæſarienſ. lib. 5. de præparatione Euangelica cap. 9.

Daniel orat, vt futurorum myſteria intelligat.

25. *Verum poſt huius ſacri pectoris vulnus*, &c. Daniel eximius ille Dei vates, fidelis ſeruus Dei, & deſideriorum vir, cum indutus ſacco in cinere, & ieiunijs poſuiſſet faciem ſuam ad deprecandum Dominum Deum ſuum, vt intelligeret, plenitudinem temporum, & ſecreta; ecce Vir Dei Gabriel in tempore ſacrificij veſpertini ſic Danielem alloquitur. *Septuaginta Hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & vrbem Sanctam tuam, vt conſummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur Iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio prophetiæ, & vngatur Sanctus Sanctorum*, &c.

Septuaginta hebdomades abbreuiatæ.

Septuaginta hebdomades abbreuiatæ, vt conſummetur iniquitas: *Ecce abbreuiationem, & conſummationem, quam fecit Dominus exercituum in medio omnis terræ*, de qua locutus fuerat Eſaias, quæ Danieli reuelata fuit in tempore ſacrificij veſpertini.

Finis peccati in Chriſti morte.

Veſpertinum enim ſacrificium Chriſtus erat, in quo conſumpta eſt præuaricatio, & finem accepit peccatum. Et quia vnius corruptio alterius eſt generatio, Ariſtoteles 2. de Generat. Cor. textu 17. ideò adducitur iuſtitia ſempiterna. Chriſtus igitur cum iam eſſet in fine ſacrificij veſpertini, dixit: *Conſummatum eſt*.

Incompleta oratio.

Grandis, quamuis incompleta vox. Quis vocem hanc agnoſcat, in qua cum verbo, ſolum prædicatum adiungitur, Subiectum ſupprimitur? Et ideò ſuſpenſum detinet auditorem.

Chriſtus laconica voce vſus dum dixit conſummatum eſt.

Multa, vt opinor paucis verbis perſtringere voluit, Chriſtus, ideò Laconica voce vſus eſt. Enimuero magnum nobis, & admirabile indicat Sacramentum. Sed quid hoc eſt, quod conſummatum eſt? Græcè τετέλεσται quod conſummatum eſt, aut finitum eſt, aut perfectum eſt, à quo inſignis ea vox ἐντελέχια deducta eſt, quã alij perennem motionem, alij perfectionem, alij vltimum complemẽtum, alij actum primum interpretati ſunt.

Obſcura locutio.

Quid igitur illud eſt, quod conſummatum eſt? Quid bone IESV loqueris? Quod nobis myſterium indicas? Indica, & aperi nobis. Quæ enim vltimo loco à morientibus dicuntur ea à poſteris memoriæ tenaciter detinentur.

Prima explicatio illius ſententiæ: Conſummatum eſt.

An corpus tuum conſummatum, aut quaſi conſumptum dicebatur? quaſi vlterius viuere non poſſet amplius? At animam tuam nullus tollit à te, ſed ponis animam tuam cum volueris.

Secunda explicatio.

Non igitur de corpore ſuo videbatur intelligendum. Crederem igitur tempus ab æterno præfinitum, in Lege expreſſum, & à Prophetis prædictum, impletum eſſe: ideò dixit, *Conſummatum eſt*.

Tertia explicatio.

Crederem myſterium redemptionis noſtræ, quod cauſa exſtitit Incarnationis, & mortis, iam eſſe completum, ideò dixit *Conſummatum eſt*.

Quarta explicatio.

Crederem peccatum eſſe conſumptũ, illud ſcilicet peccatũ, & chirographum decreti, quod affixit Cruci; illud per quod mors intrauit in mundum, & ita in omnes pertranſit, in quo omnes peccauerunt: ideò dixit, *Conſummatum eſt*.

Quinta explicatio.

Crede-

Digitized by Google

Crederem Chriſtum in agone conſtitutum hoſtem conſpexiſſe deuictum, & conſequenter prælium perfectum: ideò dixit, *Conſummatum eſt.*

Sexta explicatio

Crederem opus, quod dederat illi Pater eſſe completum: ideò quaſi Patrem alloquens, diceret: *Iube me Pater venire ad te, quia opus perfeci, quod tradidiſti mihi:* ideò clamauit, *Conſummatum eſt.*

Septima explicatio.

Crederē Chriſtum iam noſcentem, quòd impij Iudæi nouā crucifixis ſupplicia intentarent; ideò rogaturi acceſſerant ad Pilatum, vt frangerentur eorum crura. IESVS autem, vt Scriptura impleretur, quę dicit: *Os non comminuetis ex eo*, dixit. Nihil eſt, quod crura frangere moliamini, ſupplicium meum abſumptum eſt, en morior, *Conſummatum eſt.*

Octaua explicatio.

Crederem Chriſtum in cruce poſitum templum nunquam interiturum fabricaſſe, nihilque ſupereſſe amplius ad templum fulciendum, niſi vt Sacramenta ex ſuo latere funderentur. Vulnus ergo illud præuidit, & acceptans ait: *Conſummatum eſt.*

Nona explicatio

Crederem Chriſtum in tota vita ſua, nihil aliud peregiſſe; niſi ſuis precibus, miraculis, doctrina, prędicatione, diſcipulorū electione, quandam ſalutis noſtrę telam texuiſſe. Cum opus perfectum vidiſſet, vt tela à texente præſcinderetur, dixit: Scindatur Templi velum, opus perfectum eſt, *Conſummatum eſt.*

Decima explicatio.

Crederem vniuerſam Chriſti vitam iter quoddam fuiſſe, quo ad Patrem pergeret, & quaſi abſoluta nauigatione portum proſpiciens, iter vidit completum: ideò dixit, *Conſummatum eſt.*

Vndecima explicatio.

Diabolus obſeruabat, an in Chriſto peccatum deprehendere poſſet.

Crederem Chriſtum in agone mortis conſtitutū proſpexiſſe, quod Satan perpetuò ſtabat à dextris eius, Zachariæ 3. obſeruaturus, an aliquod peccatum, vel minimum in tota Chriſti vita deprehendere poſſet. IESVS ergo, vt oſtenderet, quod in toto vitæ curſu, vt nullum peccatum diabolus deprehendere potuit, ita neque de cætero deprehendere poſſet, quia iam iter viæ completum erat, ideò dixit: *Conſummatum eſt.*

Duodecima explicatio.

Crederem Chriſtum duplici cruce cruciatum, altera quidem, qua eius corpus clauis lacerabatur; altera verò, qua eius cor diſcerpebatur ex eo, quod ſui amore Matrem immenſo dolore confici videbat. Nam vt Io. Lanſperg. hom. 48. de Paſsione ait: *Quodam modo crucifigebatur Maria, cum Filium ſuum crucifigi videret, nouamque crucem Chriſto inferebat.*

Mariæ cruciatus vnde augebatur.

Cruciabatur pręterea, vt Iacobus Voragineus ſerm. 2. de dolore B. V. meditatur; cum Chriſtum videbat occidi, nec poterat eum defendere: cum audiebat eum ſitire, nec potum dare poterat: cum ſanguinem manantem cerneret, nec ſanguinem poſſet abſtergere; cum lachrymantem videret, nec conſolari poſſet. Ideò B. Laurentius Iuſtinianus lib. de Triumphali agone cap. 11. dicit. Gemebat Filius, quod Mater in tam horrendo eſſet ſpectaculo: Ad cor Virginis loquebatur dicens; Vt quid veniſti *Columba mea, formoſa mea?* Dolor tuus, meum auget; cruciatus tuus, transfigit me. IESVS ergo vt Matrem conſolaretur, adeſſe tormentorum, & ſuppliciorum finem indicans, ait: *Conſummatum eſt.*

Chriſtus matrem conſolaturus dicit: Conſummatum eſt.

Hieruſalem an in medio terræ.

Sed quomodo Hieruſalem dicitur in medio terræ? Cum enim terra ſimul cum aqua vnicam ſphæram conficiat, ſphæra autem in ſuperficie, vbique medium, vbique extrema habeat, ſicut & cœlum vndique ſurſum; Quomodo rectè aliquod medium poteſt in ſuperficie habere? Plurimos noui dixiſſe Hieruſalem eſſe in medio terræ habitabilis; ita explicantes illud Pſal. 73. *Operatus eſt ſalutem in medio terræ:* Ita ex ſanctis Patribus Hieronym. in cap. 5. Ezechielis, dicunt eam eſſe in medio mundi, Hilarius Canone 33. in Euang. Beda lib. de locis Sanctis c. 3. S. Germanus in Theoria rerum Eccleſiaſtic. Tertull. lib. 2. cont. Marcionem, Aug. in Pſal. 73. Cyrill. Hieroſolymitanus Catechiſ. 13. & ferè communiter Doctores in Pſ. 73.

Hieruſalem ſitus.

Sed hoc quibuſdā durum videtur, cum conſtet Hieruſalem non ſub æquatore conſtitutam, ſed ne

Digitized by Google

intra tropicos quidem, quippe quæ longitudinis obtineat gradus 66. latitudinis verò 31. vt tradit Ptolemæus lib. 5. Geographiæ. Et cum alij dicant eſſe in medio terræ à mari ęque diſtante, hoc rurſus alijs falſum putatur, cum à Mediterraneo mari diſtet ſolum ſpatio milliarium....... Ideò alij putarunt dici medium terræ ex priuilegio: quia ſcilicet Vrbs Hieruſalem tot, tantiſque priuilegijs à Deo eſt condecorata; vt meritò Vrbs illa terræ medium dici queat: ibi enim & Abraham, Iſaac immolaturus, Deo arietem obtulit. Ita Auguſt. ſerm. 71. de tempore; & Beda lib. de locis Sanctis cap. 2. Ibi templum illud toto terrarum orbe celeberrimum extitit; ibi Chriſtus miracula fecit, prædicauit, & tandem cruci affixus eſt. In valle Ioſaphat, quæ Hieruſalem contermina eſt, Chriſtus mundum iudicaturus, vniuerſos homines congregabit. Supra Hieruſalem in cœlo quidam portam patere autumant, qua homines in cœlum aſcendant, Angelique deſcendant: vt enim ſub ſiniſtra manu, eſt in Chriſti morte, facta terræ ſciſſura vſque ad infernum; vt oſtendi cap. 16. ita ſupra dextram eſt aperta ianua in cœlo. Verùm, quicquid de hac cœleſti porta ſit, tot, tantiſque priuilegijs Vrbs Hieruſalem inſignita fuit; vt meritò medium terræ dici poſſet. Quamuis illud quoque dici poſſet, Chriſtum ſua paſſione operatum eſſe ſalutem in medio terræ, quatenus ſalutem, & liberationem animabus patrum attulit, qui in medio terræ, ſcilicet in lymbo detinebantur.

Hieruſalem medium terræ ex priuilegio obtinet.

Hieruſalem magne priuilegia conceſſa.

Porta cœli ſupra Hieruſalem.

26. *Caput in cruce moriturus inclinans,* &c. Chriſto placidum ad nos caput ſuum inclinante, nos quoque capita noſtra ita inclinemus, vt mentem noſtram, quæ caput noſtrum eſt, erigamus, inſpiciamus, *& leuemus capita noſtra, quoniam appropinquat redemptio noſtra.* Grande nobis myſterium Patres indicant, quod Chriſtus prius caput inclinet, deinde ſpiritum emittat. Ideò B. Laurent. Iuſtinianus lib. de Triumphali agone cap. 20. dicit: *Sacramentum maximum nobis commendatur, in eo quod dicitur, Inclinato capite tradidit Spiritũ.* Ideò Iacobus à Voragine ſerm. 1. Paraſceues, dicit, quod quia aliqui putabant animam eſſe in capite, ideò inclinare voluit caput, vt oſtenderet ſe ſpontè animam tradere. Alij enim morientes primo emittunt ſpiritum, deinde caput inclinant. Chriſtus è contra, prius caput inclinat, deinde ſpiritum emittit. Quid ita?

Chriſtus prius inclinat caput mox ſpiritum emittit, & cur.

Prima ratio.

Inclinato capite, tradidit ſpiritum, inquit Chryſoſtom. homil. 84. *vt non neceſsitate, ſed voluntariè ſe mori oſtenderet. Quantum voluit vixit, quando voluit, tradidit ſpiritum.* *Secunda ratio.*

Inclinato capite, inquit Athanaſ. q. 6. ad Antiochum, *quia mors Chriſtum metuens, ad ipſum non audebat accedere: Chriſtus autem inclinato capite, eam vocauit, antequam enim inclinaſſet caput propius accedere verebatur.* *Tertia ratio.*

Inclinato capite Chriſtus cruci extenſus faciem ſuam ad occidentem conuerterat. Quaſi igitur Occidentalem plagam ſalutaturus, caput verſus illam inclinat, atque vltimum ei vale dicens, tradidit ſpiritum. *Quarta ratio. Chriſtus caput inclinat verſus Occidentem.*

Inclinato capite Iacob iam diem vltimum clauſurus, filios ſuos vocat, dicens: *Congregamini filij, Audite Iacob, Audite Iſrael Patrem veſtrum.* Chriſtus igitur quaſi Occidentalem plagam Africam, Græciam, pulchramque Italiam, & cũ ipſis vniuerſum mũdum, ex qua Eſaię vltimo prædixerat ſibi Sacerdotes, & Leuitas electurum, vocaturus, caput inclinans ſpiritum tradit; quaſi dicat. En popule meus: en pro te morior, ad quem caput inclino, & pro quo ſpiritum emitto. *Quinta ratio.*

Inclinato capite, vt oſtenderet, quod moriebatur ex obedientia: Ita Antonius Gliſſandus quæſt. 302. in Dom. Palmar. *Sexta ratio.*

Inclinato capite, quia omnium peccata cum portaret, eorum onere grauabatur; *Septima ratio.*

Digitized by Google

batur: Lanſperg. hom. 52. de Paſſ.

Octaua ratio. Inclinato capite, vt nos humilitatis viam doceret. Lanſpergius.

Nona ratio. Inclinato capite, caput Christi Deus eſt, inquit Laurentius Iuſtinianus lib. de Triumphali agone cap. 20. *Caput hoc, dum paſſionum ludibria, & mortis ſupplicia pro hominibus pertulit mediator, liquefecit ad miſericordiam, flexit ad gratiam, inclinauit ad indulgentiam.*

Decima ratio. Inclinato capite, vt oſtenderet, ſe non eſſe à nobis auerſum.

Vndecima ratio. Inclinato capite, ad eos, qui ſtabant ante crucem, non ad eos, qui fugiunt à cruce.

Duodecima ratio. Inclinato capite, inquit Gliſſandus vbi ſupra, quaſi vltimum vale dicens mundo.

Decimatertia ratio. Inclinato capite, inquit Gabriel Flamma, de Paſsione, vt pacem annunciaret: etiam rurſus.

Decima quarta ratio. Inclinato capite tradidit ſpiritum: quia enim eius ſpiritus terræ inferiora ad Patres redimendos erat penetraturus, ideò vt locum prius videat, quo pergere debeat, inclinato capite rurſus ex eodem.

Decimaquinta ratio. Inclinato capite, Christus omnes ſui corporis partes luſtrat, an aliqua ſit pars, quę paſſa non eſſet, vidit latus dextrum, quod non ita paſſum videbatur & vulneri locum eligit, vt cor feriatur.

Decimaſexta ratio. Inclinato ergo capite vulneri locum deſignat, & tradidit ſpiritum.

Decimaſeptima ratio. Inclinato capite, vt vltimum vale Matri iuxta crucem ſtăti diceret. Lanſpergius hom. 52. de Paſsione

Decimaoctaua ratio. Inclinato capite: nam ſupra caput titulum habebat, in quo Rex dicebatur. Vt igitur Christus oſtenderet ſe regnum temporale non ambire, caput auertit, & inclinans tradidit ſpiritum: fortè, vt nobis humanos faſtus, regioſque honores, & titulos oſtenderet euitandos. Qua de cauſa maximis laudibus exornatum nouimus Abdolomium, qui cum Regia ſtirpe natus, longa tamen agnatione pauperrimus factus, tenui ſtipe contentus, pauperem vitam agebat, ſuburbanos hortoſque excolebat: cum autem quadam die agreſtes herbas purgaret, ecce ſibi legatos Magni Alexandri obuios habuit, qui regijs veſtibus, atque inſignis hortos intrantes eum regio nomine, & more ſalutant. Somnio res ſimilis Abdolomino videbatur, exteriùs tamen ſordibus purgatus, Regijs tum inſignibus ornatus, coram Alexandro magno ſiſtitur. Percontatur ab eo Alexander, qua patientia inopiam tulerit, reſpondit Abdolominus: vtinam eodem animo regnum pati poſsim. Hæ manus ſufficere deſiderio meo, nihil habenti, nihil defuit. Ita refert Q. Curtius lib. 4. de rebus geſtis Alexandri.

Abdolominus regnum ægrè fert.

Rex quą̃lis creandus.

Abdolomini patientia.

Decimanona ratio. Inclinato capite, diligenter obſeruat, ſi quem inueniat, qui ſanguinis riuos abſtergat, & de cruce depoſitum munda Sindone non panni, ſed cordis obuoluat. Bernardus tractatu de Paſsione cap. 4. Sed ignita, atque ex ardenti Diuini amoris pharetra deprōpta Auguſtini verba hoc loco libet afferre, quandoquidem ad te Chriſtianę caput ſuum Christus inclinat. Is enim lib. de Virginitate ſic ait: *Inſpice vulnera pendentis, ſanguinem morientis, precium redimentis, cicatrices reſurgentis. Caput habet inclinatum ad oſculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extenſa ad amplexandum, totum corpus expoſitum ad redimendum. Hæc quanta ſint cogitate, hoc in ſtatera veſtri cordis appendite, vt totus vobis figatur in corde, qui pro vobis totus eſt affixus in cruce.*

Aurea ſententia. Caput Christus flectit ad oſculandum.

Tandem contemplationem hanc pia notatione claudamus, Auctor eſt enim Gulielmus Pipinus in Statione ſeptima Chriſti patientis, Chriſtum eadem hora caput inclinaſſe, & ſpiritum tradidiſſe, qua Adam faciem ſuam à Deo auertens, peccauit. Probabili coniecturæ locus eſt, ſi ſciamus Chriſtum in ſexta die ligno affigi voluiſſe, quia ſexta die Adam auulſum è ligno pomum comedens, æternæ damnationis pœnam poſteritati demeruit.

Christus eadẽ hora caput inclinauit, & ſpiritũ reddidit, qua Adam peccauit.

Sextę diei priuilegia.

Digitized by Google

Chriſtus caput flectit ad occidentem

27. *In hac autem capitis inclinatione nouum myſterium*, &c. Duo nobis ſunt hoc loco præſtanda; primo facti veritas eſt confirmanda; deinde facti myſteria perquirenda; & quidem ad facti fidē faciendam, etſi ſatis poſſet eſſe Io. Damaſc. auctoritas, qui traditionem hanc eſſe teſtatur; accedat tamen ſancti Hieronymi auctoritas hoc ipſum atteſtantis in cap. 15. Marci; accedat Venerabilis Beda in cap. 23. Lucæ, accedat S. Germani auctoritas in Theoria rerum Eccleſiaſticarum; accedat tandem ſedula Sedulij contemplatio: is enim lib. 4. Carminum, hoc myſterium ita proſequitur dicens:

Chriſtum caput flexiſſe ad Occidentem quam ſolidè cōprobetur.

Occiduo ſacra labuntur ſydere planta.
Arcton dextra tenet, medium leua erigit axē.

Vt interim ex recentioribus plures omittam, quorum nomina refert Chriſtianus Adricomius in deſcript. Hieruſalem, num. 252. Atque ex iſtis licebit nobis myſterium quoddam acutè conſpicere, quod in inſigni quadam Baptiſmi cærimonia continebatur, qua antiquitus vtebatur Eccleſia. Scribit enim S. Dionyſius Areopagita lib. de Cœleſti Hierarchia cap. ſecundo, *quòd baptizatus ita ſtatuebatur, vt reſpiceret occidentem, manus expanderet, & ſic ter dæmonem exſufflaret.* Quid enim aliud ſacri illi Eccleſiæ proceres explicare volebant, niſi illud nobis inſinuare, quod Apoſtolus Hebr. 6. dixerat: *In Baptiſmo crucifigi nos Chriſto, aut Chriſtum in nobis ipſis crucifigere.* Et quia Chriſtus in cruce occidētem reſpiciebat, ideò tunc baptizatus expanſis in formam crucis manibus occidentem reſpiciens, ter dæmonem exſufflabat. Facti veritate confirmata, ad alterum nobis propoſitum caput deueniamus, vt facti huius myſteria contemplemur. Incredibili equidem ſpiritus ſuauitate perfundor, dum Occidentalem plagam à Chriſto Domino tot, tamque præclaris beneficijs illuſtratam gratijſque condecoratam contemplor. Nam Chriſtus non ſolum in cruce diſtentus, ad Occidentem reſpiciebat, vt nos paulò ante comprobauimus, ſed etiam in ſepulchro collocatus, caput Occidentem verſus condidit, vt optimè ex ſacri ſepulchri inſpectione notat Adricomius in deſcriptione Hieruſalem, num. 239 ſed etiam è monte Oliueti in cœlum aſcēdens, faciem ad Occidentem conuertit, ſicut oſtendunt eius pedum veſtigia marmori impreſſa relicta, quorum digiti Occidentem reſpiciunt; ita Adricomius in deſcriptione Hieruſalem. Ideò cum eleuatis manibus benediceret, Occidentem reſpiciebat, vt illum benedictionibus repleret. Petrum etiam caput Eccleſiæ quem Romam tranſmittebat, tunc benedixit. Venturus etiam ad orbem iudicandum, faciem conuertet ad Occidentem, hoc enim Adricomius vbi ſup. colligit ex illo Act. 1. *Quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cœlum, ita veniet*: ex quibus illud etiam maximè probabile fit, Chriſtum cum adeò frequenter in Oliueti monte oraret ad Patrem, faciem quoque ſuam ad Occidentem conſueuiſſe conuertere. Et tandem, cum Orientem propria paſſione decorarit, Occidentem reſpexit, quem carorum ſuorum Apoſtolorum Petri & Pauli martyrio purpurare, & Sedis præcipuę dignitate illuſtrare decreuit.

Celebris cærimonia in baptiſmo olim adhibita.

Baptizandus Occidentem reſpiciēs, manus expandit, & diabolum exſufflat.

Cur Chriſtus caput flexit ad Occidentem.

Chriſti in ſepulchro caput vergit ad Occidentem.

Chriſtus in cœlum aſcendens Occidentem reſpicit.

Venturus ad iudicādum Occidentem reſpiciet.

Orans in monte Oliueti reſpicit Occidentem.

Cur igitur caput ad Occidentem moriturus, inflectit? An vt Iacob Patriarchæ factum æmularetur? Cum enim Iacob iamiam moriturus, filijs ſuis vltimum vale dicere, eiſque extrema beneuolentiæ, atque amoris ſigna vellet oſtendere, conuocauit eos dicens: Geneſ 49. *Congregamini filij, & audite Iacob, audite Iſrael patrem veſtrum*: ita Chriſtus vt filios ſibi congregaret, ſigno facto eos conuocat, caputque inclinat ad eos qui Occidentalem plagam incolebant.

Chriſtus Iacob moribundi figuram implet, dum filios conuocat.

Amplius autem ad Occidentem caput inflectit, vt eos præcipuè conuocaret, de quibus per Eſaiam dixerat, ſe congregaturum gentem ſanctam, ſibi acce-

Gentem quam cōgregare voluit reſpiciebat.

aceeptabilem. Qui autem iſti erant? Africa, & Lidia, Italia, & Gręcia; ita enim dicitur Eſa. vltimo. *Ponam in eis ſignum, & mittam ex eis, qui ſaluati fuerint ad Gentes in mare, in Africam, & Lidiam tenentes ſagittam, in Italiam, & Græciam ad Inſulas longè, ad eos, qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam, & aſſumam ex eis Sacerdotes, & Leuitas dicit Dominus, quia ſicut cœli noui, & terra noua, quæ ego facio ſtare coram me, dicit Dominus.*

Italiæ, & Græciæ, Africæ Lidiæ commendatio.

Eccleſia vbi regnaſſe debeat.

Felices Inſulæ, felices regiones, quibus Chriſtus faciem ſuam oſtendere dignatus eſt. Felix Italia ſupra quam Chriſtus miſericordes ſuos oculos cõuertit, placidumque flexit caput. Addatur ijs ex communi Patrum doctrina noua ratio. Hi enim docent, nos cum oramus, faciem noſtram ad Orientem debere conuertere. Ita Baſilius lib. de Spiritu ſancto, Damaſcen. lib. 4. de fide Orthod. cap. 13. Origenes homil. 3. in Numeros. Iuſtin. lib. Quæſt. ad Orthodoxos, quæſt. 118. Clemens Rom. lib. 2. Conſtit. Apoſtolicarum cap. 57. Clemens Alexandrinus lib. Strommatum, Strom. 4. Tertull. contra Valentem, qui etiam docent, hanc eſſe traditionem Apoſtolicam. Rationem huius reddunt, vt recordemur felicis illius ſtatus, quo conditus fuit primus noſter parens Adamus in Paradiſo terreſtri, qui ad Orientem erat, & de peccatis noſtris doleamus, vt faciliùs exaudiri valeamus.

Orantes cur Occidentem reſpiciamus.

Traditio Apoſtolica.

Orantes verſus Orientem Chriſti faciem cernimus.

Addatur & alia ratio, vt CHRISTVM IESVM pro nobis crucifixum, ſuamque ſanctiſsimam faciem, quam tantoperè antiquæ legis Patriarchæ exoptabant conuertentem videre poſsimus, vt facilius exaudiri valeamus. Si enim vt Ambroſ. ſermone de Cruce, *à Chriſto facilius nos exaudimur, ſi manus noſtras extollentes, figuram crucis cum Moyſe orante, manuſque ſuſtentante exprimamus*; longè facilius exaudiemur, ſi nõ ſolum crucis figurá noſtris manibus exprimamus, ſed etiam Chriſtum ſuã nobis faciẽ in cruce oſtendentem cõſpiciamus.

Orantes verſus Occidentem Chriſtum in cruce, & ad iudicandum veniẽtem contemplamur.

Addatur & alia nõ minus pia, quam erudita contemplatio. Quia Chriſtus non ſolum in cruce poſitus Occidentem reſpiciebat; ſed etiam in cœlum aſcendens, donaq; hominibus donans, Occidentem reſpiciebat; ſicuti ex vltimis pedum veſtigijs, quæ Chriſtus in cœlum aſcendens, ſupra montem Oliueti impreſſa reliquit, clare colligi poſſe teſtatus eſt Adricomius in deſcript. Hieruſalem, num. 192. Vt igitur faciliùs exaudiamur, ad Orientem oculos conuertentes, Chriſtum pro nobis in cruce poſitum nos reſpicientem, aut in cœlum aſcendentem ſuam nobis faciem oſtendentem, ſuaque nobis dona largientem contemplemur.

Chriſtus dorſum & non faciẽ conuertit ad Iudęos.

Tandem Chriſtus Occidentem reſpiciebat, *quia dorſum ſuum, & non faciem Iudæis, & perfidæ Hieruſalem conuertit, vt auerteret ab ea faciem ſuam, quòd tantoperè formidabat Dauid, dicens: Ne auertas faciem tuam à me; vt clamantes Iudæos non exaudiat, nec miſereatur eis.* Hieron. in cap. 15. Eſaiæ.

Latus Chriſti dextrum verſus Aquilonẽ.

Ex hac doctrina duo inſignia effluunt Corrolaria. Alterum quidem; Si Chriſtus in cruce diſtentus Occidentem reſpiciebat, ergo dextrum latus Chriſti protendebatur ad Aquilonem, à quo patet omne malum, quod lepidè expreſsit Sedul. lib. 4. Carminum dicens:

Occiduo ſacra lambuntur ſydere planta,
Arcton dextra tenet, mediũ læua erigit axem.

Vulnus lateris verſus Aquilonem.

Ergo qui vulnus in latus dextrum ab Aquilone excepit, vulnuſque lateris, à quo ignita fluunt amoris incendia, ad Aquilonem conuertit: vt veluti ex pharetra diuini amoris ad Aquilonem ignita conijciens charitatis tela; efferatam Aquilonaris Antichriſti rabiem comprimat.

Tyriorum conſpiratio in Dominos.

Alterum verò Corrolarium eſt, quod valdè mirabile Tyrijs extitit, cum enim Tyriorum ſerui, facta conſpiratione ſuos Dominos omnes occidiſſent, vnico tantum Stratone Domino ſeruato, de Rege aliquo è ſeruorum

Digitized by Google

Tyrij quo modo Regem crea bant. grege creando deliberant. eumque Regem creandum decernunt, qui prius Orientem Solem conſpexiſſet: hunc enim Dijs acceptiſſimum rati, quod Solem Deum crederent. Res ad Stratonem defertur, confluit ipſe quoque cum cæteris, & nocte media omnes in campum ſe recipiunt, ibi naſcentem Solem præſtolantur, atque anxietate maxima certatim quilibet præ cæteris naſcentem Solis lucem cernere peroptat, geſtit, fatagit: & cum ſerui omnes Orientem verſus aſpicerent, ſolus Strato orientem Solem videre primus geſtiens, ad Occidentem reſpiciebat. Prudens cõſilium. Naſcẽtem Sol m in Occidente quære re. Furor id ſeruis videbatur in Occidente, Solis ortum quærere. At vbi dies aduentare cœpit editiſsimiſque culminibus vrbis, oriens Sol ſplendere; primus omnium Strato enaſcentem Solem videt, exclamat, oſtendit, Rex creatur, & regnat. Ita Iuſtinus lib. 18. Hiſtoriarum.

Mirum id Tyrijs ſeruis viſum, quod in Occidente ſol oriens videatur; at hoc quidem ingenuis mirum non eſt. Hoc ingenuis omnibus mirum, quod in Oriente Sol conſpiciatur occidere. Sol occidens in Oriente. Sol Chriſtus eſt, is in Oriente occidit, moriturque. Orientem igitur ſi reſpexeris, ibi Solem iuſtitiæ Occidentem reſpicies, Chriſtum ſcilicet in cruce morientem, atque Occidentem verſus faciem ſuam conuertentem.

28. *Tu pie Lector hinc, per temetipſum meditari valebis*, &c. Apoſtrophe ad B V Dicta morientium obſeruanda. Solent ea, quæ à morientibus vltimò pronunciantur; ita hærere memoriæ, vt vix diuelli queant: quos enim in vita dileximus, eos in finem ardentius diligere conſueuimus: ideò ea verba veluti maioris amoris ſigna, altius nobis inſident, quę videlicet cum anima ab amicis effunduntur. Chriſtus B. V cur non matrem, ſed mulierem moriens nominauit. Quare Chriſtus Dominus aſtantem matrem alloquens, eam tamen non matris, ſed mulieris nomine voluit appellare, quia vt Ioan. Ferus in hiſtor. Dominicæ Paſsionis contemplatur, ſi Chriſtus eam dulciſsimo matris nomine in extremo vitæ ſpiritu appellaſſet; doloris magnitudine cor Virginis crepuiſſet. Chriſtus ſi Mariam matrem nominaſſet, matris cor dolorè tis acerbitate crepuiſſet. Hoc vt verum eſſe agnoſcamus, recolamus ea, quæ B. V. de ſeipſa D. Brigittæ retulit lib. 1. Reuelat. cap. 10. *Filius meus clamauit ad Patrem, ô Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Hanc vocem cum audiſſem ego mæſtiſsima eius Mater, contremuerunt omnia membra mea, cum amaro cordis mei dolore. Et quoties poſtea hanc vocem cogitabam, quaſi in aure mea præſens, & recens erat.* Matris dolorem augent Chriſti morientis verba. & lib. 4. cap. 70. *Filius meus*, inquit, *oculis in cælum directis, & lachrymantibus dixit: Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Quam vocem ego nunquam donec ad cælum veni obliuiſci potui, quam plus ex compaſsione mea, quam ſua permotus, protulit.* B V. Chriſti voces conſeruat in corde ſuo. Quis igitur Virginei pectoris dolores poterit cogitatione complecti? B. V. dolores immenſi. quæ non ſolum extrema filij in cruce pendentis excepit; ſed talia quoque verba audiuit, quibus prolatis, velum ſciſſum eſt, monumenta aperta ſunt, corpora rediuiua ſurrexerunt, Sol, & Luna obſcurata ſunt, petræ ſciſſę ſunt. B. V compatiendũ. Cuius vel ſaxeum pectus tali voce audita non ſcindetur, cum petræ ſciſſæ ſunt? Verè illud Seruatoris Chriſti vſurpare poſſumus; *Si homines tacebunt, lapides clamabunt*; Si humanum cor non ſcindatur, lapides ſcindentur.

29. *Me miſeram, vt veriſsimè hoc de vulnere prædixerat Ezechiel*, &c. Quamuis pientiſsimum Virginis cor in toto Paſsionis Filij tempore immenſus dolor obrueret, cum tamen inclinato capite Filium ſpiritum emittentem vidiſſet; B V dolor quando acerbiſſimus. ita eius cor doloris iaculo transfixum eſt, vt doloris magnitudine veluti exanimata, in terram ſe proruiſſe teſtetur, apud Brigittam lib. 4. cap. 70. B V doloris magnitudine in terrã corruit. Ecce iam ter in filij Paſsione matrem veluti viribus deſtitutã in terram prolapſam: in flagellatione primò, mox in crucifixione, tertiò in morte. Sed cum non ita multò poſt virium incrementa ſumpſiſſet, quaſi leniri dolorem ſuum ſentiebat, quòd mortuo iam filio

eius

Digitized by Google

eius quoque cruciatus, & ignominias, & opprobria finita opinaretur; cùm ecce tibi, denuò impietatis miniſtros fuſtibus, baculiſque vt creditur ferreis accurrentes, vt crucifixorum crura confringerent. Heu quantus tunc innocentiſſimæ Matris pectus metus inuaſit, ne noua in Chriſtum opprobria molirentur: ideò mœſtiſſimam Matrem lugubri veſte amictam profuſis lachrymis ante impiorum miniſtrorum pedes procumbentem vidiſſes, Filium ſuum iam mortuum eſſe obteſtantem, ſatis, ſuperque in eum ſæuitum dicentem, rogantem ne noua in eum, quem mortuum vident, opprobria intentent, parcant pro eorum ſalute mortuo, fiant ipſi quoque eius mortis participes, rogat, inſtat, vrget Magdalenam, quæ auctoritate plus poſſe videbatur, hoc ipſum miniſtris illis, vt teſtetur.

B. V. timore metuque cruciatur.

B. V. proſtrata milites rogat ne nouam Chriſto iam mortuo inferant contumeliã.

Audiſſes Matrem oculis in terram demiſſis dicentem: In cadauer ſæuire, ô quanta crudelitas eſt! Iam filij mei cauſa, quia iniuſtè occiſus eſt, terra tremuit, ſol obſcuratus eſt, petræ ſciſſæ ſunt, monumenta aperta ſunt. Vos igitur rogo, vt ei, mihi quoque parcatis, nouas in eum ignominias ne inferatis. Flexit immites eorum furores piæ Matris oratio. Durum eorum cor lugubræ matris lachrymæ emollierunt. Chriſto quem mortuum certò agnoſcunt, parcunt, eius crura non frangunt. Cum ecce, ex aduerſo accurrit vnus militum, & lancea latus eius aperit. Vidit denuò Mater filij ſanguinem, aquamque fluentem, non tamen indignabunda illud Priami Troianorũ Regis, vt eſt apud Maronem vſurpauit,

B. V. qua pietate miniſtros impietatis rogat.

B. V militum animos flectit.

Dij ſi qua eſt Cœlo pietas, quæ talia curet, 2. Aeneid.
Perſoluant dignas grates, & præmia reddant
Debita, Qui nati coram me cernere lethum
Feciſti, & patrios fœdaſti funere vultus.

Imò, conſtanti pectore nouos excipit dolores, vulneris ignominiam ita Chriſto inflictam agnoſcit, vt ille quidem vulnus exceperit, ipſa verò dolorem ſenſerit.

B. V. inſignis patientia.

30. *Hunc in modum tu pie Lector*, &c. Si omnes Filij cruciatus nouos Virgini Deiparę cruciatus intulerunt, quantum doloris putas lanceę ictum in Virginis cor intuliſſe; illæ enim veluti noua lancea Virginis cor perforauit; ita ipſamet glorioſa Brigittæ atteſtata eſt lib. 1. Reuelat. cap 10. & lib. 4. c. 70. perinde ac ſi cor eius apertum fuiſſet. Viuificum hoc vulnus perpetuò contemplare, vt nidum tuum in eo conſtruas, vt ibi cubes in meridie, & tuum ibi termines appetitum.

B. V. ex lanceæ ictu dolor maximus.

Vbi nidificandum, vbi cubãdum.

Digitized by Google

ALPHONSI PALEOTI
ARCHIEPISCOPI II. BONONIENSIS.

SACRAE SINDONIS EXPLICATIO.

De oſſium Seruatoris integritate; cur poſt mortem latus lancea confoſſum; Breuis denique ad lectorem de plagis iam deſcriptis conſideratio.
Caput Vigeſimumprimum.

QVONIAM, 1. ſicut antea diximus, id multis Martyribus Cruci adfixis contingebat, vt multos etiam dies adhuc viuerent; quod de Sanctis Timotheo, atque Maura, deque plurimis alijs legimus; & quoniam per Hebræorum leges corpora in cruce demortua, 2. in Sabbatho, qui dies tanquam feſtus, ac ſollemnis Deo dicatus erat, remanere prohibebantur; & in eo
Quare crucifixorum crura frangerẽtur. multò minus, qui Paſſioni Domini noſtri ſucceſſit, quod magnus eſſet dies ille Sabbathi, in ſollemnitate Paſchatis ipſorum; & eam ob rem, vt viuere deſinerent, & vt de cruce auferrentur, illis crura, vt frangerentur, imperabant. Hoc totum D. Auguſtinus narrat, dum inquit: Ideò frangebantur crura, vt morerentur, & auferrentur de ligno, ne pendentes in crucibus magnum diem Feſtum ſui diuturni cruciatus horrore fœdarent. Hoc idem Diuus Cyrillus habet. *In Ioan. tractat. 120.*

Lib. 12. cap. 39 in Ioan. Hinc factum, vt Hebræi Pilatum conuenientes, enixius ab illo contenderint, vt IESV, necnon & latronibus crura frangerentur, & de cruce ablati humarentur. *Iudæi*, inquit, *rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur.* Sed Dei prouidentia eorũ con- *Ioan. cap. 19.*

ſilium

Digitized by Google

filium præuenerat: 3. nam fractis latronum cruribus, vbi ad Chriſtum veniſſent, mortuum iudicarunt. Sed cum non ſatis apertè illius de morte conſtaret ipſis, vbi miles ille latus eius lancea confodiſſet; eundem iam de vita exceſſiſſe perſenſerunt. Hoc totum D. Cyrillus, & Nicolaus Lyranus animaduertunt. Idipſum D. Ioannes Euangeliſta apertiſſimè demonſtrat. *Ad* IESVM *autem*, inquit, *cum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, ſed vnus militum lancea latus aperuit; & continuò exiuit ſanguis, & aqua.* Lactantius idem animaduertit ſanè grauis, & antiquus ſcriptor.

Lyran in Io. c. 19. — *D. Cyrill. lib. 12. c. 39. in Ioan.* — *De vera Relig. lib. 4. c. 26.*

4. Diuus autem Ambroſius, cur hoc ictu lanceæ Seruator confoſſus ſit, planè declarat; cum diabolo huiuſce vulneris cauſſam tribuat. *In coſta*, inquit, *eum telo militis voluit vulnerare, reputans & hunc ſicut Adam, per coſtam poſſe proſterni: ſed vulneratus in latere Dominus* IESVS, *vitam produxit è vulnere, euacuauit omne peccatum, detecit aduerſarium, cui latronis mortem eripuit.*

In Pſalm. 118.

5. Inſuper, ex hoc vulnere Diuinum conſilium erupit: nam dum periculum facere peroptant, an Seruator mortem obijſſet; eundem vulnerarunt: ſed Diuina prouidentia, quæ quidnã eiuſmodi ex vulnere foret erupturum, decreuerat, tres inſignes actus patefecit.

6. Primùm, quod re vera mortuus erat: nam ille dum viueret, *Poteſtatem*, inquibat, *habeo ponendi animam meam: & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam.*

Ioan. cap. 10.

7. Deinde, quod dum experiri voluerunt an mortuus eſſet; ex illo vulnere vita noſtra prorupit; cum inde repente manarit ſanguinis fons, & aqua, quibus Eccleſia formata fuit, & nobis vitam præbuit; cum in ipſa cunctorum fons Sacramentorum exiſtat.

8. Denique, quod vbi ex ictu lanceæ ipſum mortuum fuiſſe cognouerunt, ab illius confringẽdis cruribus ſeſe continuerunt; licet id à Pilato vehementer obtinere ſtuduiſſent: & hoc modo, 9. vaticinium illud, nec opinantes impleuerunt. *Os non comminuetis ex eo;* quod quidem per illud temporis, quo Deus Iudæis imperarat, vt inter edendum Paſchalem Agnum, nullum eiuſdem os confringeretur, editum fuerat: quemadmodum D. Ioannes Euangeliſta obſeruauit: nam illum locum adducens: *Facta ſunt*, inquit, *hæc, vt Scriptura adimpleretur, Os non comminuetis ex eo.* Quod idem, Diuus Iſidorus animaduertit, ac refert.

Exod. cap. 12. — *Ioan. cap. 19.* — *De Paſſ. Domini c. 46.*

10. Cæterum, per hæc oſſa Seruatoris integra, quæ nullo pacto frangi nec debuerant, nec etiam potuerant, Sancti Eccleſiæ deſignabantur, qui dum pro Chriſti nomine in certamen deſcenderent, pugnam capeſſentes fortiter, ab eodem nuſquam diuelli debebant.

Oſſa Seruatoris integra Sanctorum inuictam fortitudinem deſignaſſe.

11. Verum enimuerò, hoc magnum de Seruatoris integris oſſibus myſterium, ſacra in Sindone manifeſtè patet: nam totum illius

corpus

Digitized by Google

corpus integrum nobis repræſentat; quod quidem cunctarum plagarum Chriſti veritatem, & oſſium integritatem, cum ipſiſſima corporis illius effigie, quemadmodum de cruce ablatum in eadem precioſiſſimo eiuſdem cruore fuit impreſſa, nobis ob oculos ponit.

Auctoris Epilogus.

12. En vobis dilectiſſimi, cunctarum plagarum Seruatoris noſtri explicatio, quæ ſacra è Sindone colliguntur, in qua ſuo proprio cruore impreſſæ videntur omnes adamuſſim: quantum tamen mihi licuit, ſacris cum Diuinæ Scripturæ locis, vndè illarum figuræ adumbratæ ſunt, cum Oraculis Sanctorum vatum, qui eaſdem prænunciarunt, & cum Patrum teſtimonijs, quibus ipſas patefecerunt, collatæ, ac diligenter expenſæ. Cum autem appareat, minutiores etiam plagas in Sindone manifeſtas, præcisè cunctas Sacros per vates fuiſſe prædictas; quilibet noſtrum, corde per miſerationem emollito, profundo mentis affectu, viuida lachrymarum profluentia, vim ipſarum excipere debet, eoſque magis, quo ſacroſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam à Iesv Christi Domini noſtri perſona, has ob eaſdem plagas ſtabile ſumpſiſſe fundamentũ cognoſcat. 13. Ex quo noſtram hanc per explicationem, Iudęi prorſus confundantur, hæretici conuincantur, peccatores demum, tactis religione, ac pietate animis, reſipiſcant, neceſſe fuerit.

Auctoris adhortatio ad Bononienſiũ plebem.

14. Reliquum eſt dilectiſſimi, vt ſæpè ſæpius in hanc ſacram Sindonem oculos defigatis; haſce plagas, quibus duriſſima è tyrannide in libertatem vindicati ſumus, toto corde excipiatis, & eaſdem tanquam tormenta, & ſupplicia nobis debita, ob tot à nobis perpetrata crimina, certiſſimè cognoſcatis, non ſecus ac bonus ille latro dignouit, quemadmodum D. Ambroſius animaduertit. *Latro bonus,* inquit, *intellexit, quod* Iesvs *pro alienis peccatis has illas plagas ſuſcepit: & ſciuit, quod illa in corpore Chriſti vulnera non eſſent Chriſti, ſed latronis, atque ideò plus amare cœpit, poſtquam in corpore eius ſua vulnera recognouit.* Ita nos eaſdem plagas, tanquam noſtras agnoſcentes, & ipſas in corde defigentes, iure cum D. Paulo dicere poterimus; *Stigmata Domini in corpore meo porto.* Cumque illarum meritum nobis ipſis adſciuerimus, facilè ſperandum fuerit, vt audiamus illud, quod eidem latroni à Chriſto Seruatore dictum fuit; *Hodie mecum eris in Paradiſo:* cum tot crudelia vulnera, & ictus, vel in immenſum, in tam Diuino corpore adauctos, vt inde ſalus noſtra gigneretur, miſerati fuerimus.

Sermone 44. — Pia admodum fictio ad amorem Christi concipiendum. — Galat. c. 6. — Luc. cap. 23.

15. Præterea, cum nobiſcum reputauerimus, quod ſicuti ſancti Euangeliſtæ referunt, Sol, Luna, & reliquæ ſplendeſcentes orbis partes, mœſtitiam ac dolores præ ſe tulerunt, cum tenebras in Redemptoris obitu circumquaque induerint: quemadmodum Zacharias prædixit; *Et erit dies vna, quæ nota eſt Domino, non dies, neque nox. Et in tempore veſperi erit lux.* Item & Ezechiel. *Omnia luminaria Cæli mœrere*

Matth. c. 27. Marc. c. 15. Luc. cap. 23. — Cap 14. — Cap 32.

rere faciam, & dabo tenebras ſuper terram. Amos inſuper: *Et erit in die illa, dicit Dominus: Occidet Sol in meridie, & tenebreſcere faciam terram in die luminis*: ita nos etiam, ſed maiorem in modum Seruatorem miſerando, tam crudelis ſpectaculi dolorem deflere debemus: præſertim hoc vnum meditantes, Chriſti Redemptoris noſtri cruciatus, omnes Martyrum quorumcunque dolores, ac tormenta cunctorum ſuperaſſe; quemadmodum D. Thomas aſſirmat. *Cap. 8.*

3. part. q. 46.

16. Hinc tandem Beatiſſimæ Virginis acerbiſſimos meditando dolores, ipſorum ſanè partem ſubire poterimus: adeò, vt cum partitis cum illa doloribus, quaſi gradatim in ſingulis plagis meditandis, eidem conſociati ſimus: nunc vniuerſam cruciatuum ipſius molem contemplemur, & graueſcentem ſentiamus; ita, vt ad ſummum cum illa perueniſſe videamur; id cum animo voluentes noſtro, quam ingens tormentum ſit experta, cum vidit puriſſimum Agnum animam in cruce efflaſſe, illam, quæ vitam hominibus præbere, ſpiritumque tribuere conſueuerat; cum vitæ conſpexit authorem vita deſtitutum; & Sanctum Sanctorum ignominioſæ adeò morti adiudicatum.

Quo pacto ad partem doloris Beatiſſimæ Virginis venire poſſimus.

17. Hinc etiam mentis obtutu eandem contemplari valemus, amantiſſimum natum in ſinu excipientem ſuo; & iam de cruce ablatum complexantem, diuinas carnes adeò dilaceratas, & plagas omnes, & vulnera non ſemel, ſed iterum, ac millies oſculantem, & ſacratiſſimas illas plagas, quaſcunque Diuino in corpore deprehendit, ſumma cum pietate, ac ingenti cum dolore tractantem. Hinc denique magnis cum lachrymis, ac gemitibus conſociare poterimus vnguenta, & intimo lachrymantis animæ affectu cuncta proſequi, quibus ſanctiſſimum illud corpus delibutum fuit, & conditum, dum in ſepulchrum inferretur, in ſacra Sindone inuolutum: in quo ſanè ſepulchro ipſa eadem, quæ corde cum dulciſſimo nato coniunctiſſima vixerat, ardenti Matris affectu, ſemetipſam gemebunda ſepeliuit.

FRA-

FRATRIS DANIELIS MALLONII DE OSSIBVS ET LANCEA CHRISTI ELVCIDATIONES.

IN CAPVT VIGESIMVMPRIMVM.

Iudęorum feritas.

QVONIAM, 1. *ſicut antè diximus, id multis martyribus crucifixis accidebat*, &c. Nouum, inauditumq; feritatis, atque crudelitatis ſpectaculum fictæ pietatis pallio obuelatũ. Nullum memini me, ne apud barbaros quidem, horribilius impietatis exemplum legere; quam iſtud, quod Iudaica molitur improbitas; dum ad Pilatum accurrit, rogat, inſtat, vrget, vt Chriſto, cæteriſque crura frangantur, ne magnũ Sabbathi diem pendentia cadauera in cruce fœdarent. Hoc verò peſſimum, atque præ cæteris omnibus maximè execrandum facinus, omne aliud crudelitatis exemplum ſuperat, quamuis prima facie fortè quis id non aduertat: ſi tamen tam horrendi facinoris circunſtantiæ attendantur, clariſsimè patebit, nullum horribilius impietatis exemplum memoriæ hucuſque proditum eſſe. S. Ambroſius eum in lib. de Virginibus impij Herodis qui S. Ioannem Baptiſtam capite iuſſerat minuendum, horrendum barbariem exaggeraret, dicebat: *Quis cum è conuiuio ad carcerem curſari videret, non putaret prophetam iuſſum eſſe dimitti? Quis cum audiſſet Natalem eſſe Herodis, ſollemne conuiuium, puellæ optionem eligendi, quod vellet datam, miſſum ad Ioannem ob ſolutionem non arbitraretur? Quid crudelitati cum delicijs? Quid cum funeribus voluptati?* Hęc Ambroſius. Acuta ſanè amplificatio. At nos Iudæorum feritatem longè horribiliorem agnoſcimus. Quis enim cum Chriſto in crucem acto ſtatim ſolem obſcuratum, lunam luce orbatam, mirabilem illam ecclipſim, velum templi ſciſſum, monumenta aperta, mortuos ad vitam reuocatos, petras ſciſſas, alios reuertentes, & percutientes pectora ſua, alios clamantes, *Verè filius Dei erat iſte*, terram tremere, cœlum pauere, inſtare magnum Sabbathi diem, ſollemnem feſtiuitatem, ſanctum Paſcha, memoriale liberationis ipſorum ex Ægypto, in cuius memoriam teſtatur ſanctus Vincentius in ſermone de Paraſceue, conſuetudinem induxerant, vt vnum ſaltem ex noxijs à morte liberarent; non putaret ad Pilatum acceſsiſſe Iudæos, vt ſaltem Chriſtum quem etiam Pilatus nouerat innocentem, & ex inuidia traditum, rogarentè cruce deponi, vt errorem ſuum corrigentes experirentur, an ſaltem ſalutis aliqua ſpes Chriſto ſupereſſe potuerit? At Iudæi tigris crudeliores, rogant frangi crura, & occidi. En Iudæorum cæcitatem. Chriſtum quem omnia elementa cognoſcunt, cognoſcere nolunt, pendet ipſorum vita ante ipſos, & non credunt vitæ ſuæ; ſol obſcuratur, Iudęorum cor induratur; luna luce priuatur, Iudæorum cor excæcatur. Mirabilis ecclipſis Dionyſium Areopagitam eo adegit, vt diceret; *Aut Deus auctor Naturæ patitur; aut mundi machina diſſoluetur*; Iudæorum autem cor tanto miraculo non concutitur. Velum templi ſcinditur, Iudæorum cor non ſcinditur. Monumenta aperiuntur, Iudæorum

Crudelitas omnium maxima.

D. Ambr. acuta exaggeratio.

Iudęorum crudelitas vnde aucta.

Iudæi tũc indurabantur cum eorũ corda maximè colliquefieri debuiſſent.

Iudæi tigris crudeliores.

rum

Digitized by Google

rum corda magis occluduntur; mortui reſurgunt, Iudæi lethali morte magis moriuntur. Petræ ſcinduntur; Iudæorum corda non emolliuntur, ſed duriora ſaxis ſcindi nolunt, etiam ſi alij reuertentes pectora percutiant; & cum Angeli pacis amare flerent, Iudæi dentibus frenduerunt in Chriſtum. Iſti adipem ſuum concludunt, magis furiunt, æſtuant, tabeſcunt. Centurio clamat; *Filius Dei erat iſte:* Iudæi autem dicunt: *Recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit;* Terra tremit, Iudæus non concutitur; cœlum pauet, Iudæus non conuertitur; inſtat magnus dies Sabbathi, & feſtiuitas Paſchalis memoria liberationis, & Iudæi latroni vitam, Vitæ mortem intentant. Nec ſatis crucifixiſſe putant, niſi etiam crura frangi inſtigent. Quis hæc omnia ſi conſideret, Iudæorum rabiem omni feritate crudeliorem, omnique barbara ſæuitia horribiliorem, non agnoſcat? Nec dicant non hoc conceſsiſſet Pilatus: neque enim de cruce legitur quis viuus depoſitus. At vrgeo. Cur ſaltem non poſtulaſtis? At conceſsiſſet etiam vobis Pilatus, multoque minus cum Pilato, vt Chriſtus liberaretur, quã vt in crucem ageretur laborandum fuiſſet. Alios enim nouimus è crucibus viuos depoſitos, curatos; imò etiam ſanatos ſuperuixiſſe. Philo quidem contra Flaccum dicit in more fuiſſe receptum, in natalibus Imperatorum, aut ſimili die feſto, quoſdam è crucibus deponi, & permitti ad ſepulturam. At Ioſephus de bello Iudaico, etiam viuos de cruce depoſitos tradit, & ipſo Ioſepho deprecatore, iubẽte Tito Veſpaſiano, Veſpaſiani filio, tres ſuos amicos è cruce depoſitos, & duos quidem inter curandũ expiraſſe, tertium ſuperuixiſſe.

Iudæorum corda ſaxis duriora.

Paſchatis dies cur celeberrimus.

Crucifixos è cruce amicorum precibus depoſitos.

Crucifixos de cruce viuos depoſitos, & curatos.

Ne dicant Iudæi ſe id pietatis, ac miſericordiæ ergo feciſſe, quia vt Seneca ait lib. de beneficijs, miſericordiæ genus eſt, citò occidere, acerba enim nimis eſt mors, quæ pœnam trahit: nam reſpondere poſſumus, primò, quod Oſsifragium crudelior, & prolixior eſt pœna, quam gladij. Cur ergo non magis gladio iugulandos poſtulauere? Nam & Iaponij (vt ſupra cap. 6. adnotauimus) in crucem actos, lanceis confodiunt; & in Martyrologio legimus, Marcum, & Marcellianum ad ſtipitem alligatos, lanceis per latera tranſuerberatos eſſe. Amplius autem, ſi citò necare miſericordia eſt; cur non maior miſericordia fuiſſet vitam donare?

Martyres in cruce lanceis confoſsi.

2. *In Sabbatho, qui dies tanquam feſtus ac ſolemnis Deo dicatus erat,* &c. Magnus dies; magno verbo, in magno exprimendo die, vſus eſt Ioannes. Verè enim fuit magnus dies ille: ideò cum Græcè legatur μέγαλα ἡμέρα, id eſt, magna dies, conſultò maluit interpres noſter magnum diem virili, quam fœmineo genere vertere: fuit enim maſculus ille dies. Ideò B. Laurent. Iuſtinianus lib. de Triumphali agone cap. 21. dixit; *Meritò ad declarandam huiuſmodi requietionis dignitatem, dictum eſt: Erat magnus dies ille Sabbathi.* Magnus, inquam, quia myſterijs magnis præditus, & multiplicibus grauidus Sacramentis. Magnus dies, magni anni initium dat; annus autem magnus, eſt annus gratiæ, qui ab eo die incœpit. Magnus dies, magni menſis, *Menſis enim ille erat principium menſium, primus erat in menſibus anni.* Exod. 12. Magnus dies, qua veri Paſchatis fuit dies, quod Phaſe hoc eſt tranſitus Domini dicebatur: tunc enim à ſtatu peccati ad gratiam, à ſtatu mortis ad vitam traducti ſumus. Magnus dies. Hic erat ille dies, quem vt videret exultauit Abraham, Ioan. 8. Magnus dies; diem hunc expectabãt Patres in Lymbo. Magnus dies; fuit enim ille quem prædixit Daniel cap. 9. dicens: *Septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ ſunt,* &c. Magnus dies, quia fuit finis Legis Scriptę, & principiũ Legis Euangelicæ. Magnus dies, toti orbi memorabilis. Si enim inſignis dies eſt natalicius principis,

Latini interpretis prudens conſiliũ.

Sabbathi dies cur magnus dictus.

Paſchatis celebritas.

ſine

Digitized by Google

ſine dubio magnus erit dies in quo totus regeneratus eſt orbis. Memorabilem diem ſeruauerunt Iudæi in quo Holofernes occiſus eſt: at hac die Lucifer communis hoſtis deletus eſt, Magnus dies, & magnum Sabbathum requietionis, Sabbathum delicatum. Magnus dies, imò & magna nox, quæ *ſpoliauit Ægyptios, ditauit Hebræos*. Magna nox, quæ *eſt illuminatio mea in delicijs meis*.

Diei ordo immutatus.

Magnus hic dies; magna item nox: quia hac nocte immutatus eſt dies: ratio, nam primo veſpere, & mane dicebatur. At nunc à mane incipit dies. *Valde mane vna Sabbathorum.* Beda hoc notauit. At ſi hoc die Chriſtus cogitetur extinctus, lugubris eſt dies, de quo verè illud dici poſſet: *Dies ille vertatur in tenebras, noctem illam tenebroſus turbo poſsideat, non computetur in menſibus anni. Pereat dies &c.* Iob. cap. 3.

3. *Nam fractis latronum cruribus, vbi ad Chriſtum veniſſent, mortuum iudicarunt.* Pia, & rationabilis contemplatio pientiſsimi Viri Lanſpergij Chartuſienſis, Homil. 54. de Paſsione Domini: *Venerunt*, inquit, *milites inſtrumenta habentes ad frangenda crura crucifixorum. Hos vbi Mater pia quæ ſub cruce, aut circa crucem reliquis ſociata mulieribus adhuc manſerat, vidiſſet; quantus putas mœror virgineum cor eius inuaſit, formidantis eos venire ad nouam filio contumeliam inferendam?* & Homil.

B. V. pia ſupplicatio, ne Chriſto crura frangantur.

55. ſubdit: *Veriſimile eſt, quando milites latronum crura fregiſſent, atque ad* IESVM *veniſſent, vt illius quoque crura frangerent, per mulieres, quæ ibi perſeuerabant cum Maria eos rogatos, præcipuè autem per Mariam Magdalenam, vt Chriſto vtpote mortuo parcerent; promittebant etiam ſe curaturas, contra ſcrupulum Phariſæorum, ne remanerent in cruce corpora Sabbatho. Hic autem timor mentibus adeò altè Sanctarum mulierum cordibusq́; inſederat*, vt beatus Laurentius Iuſtinianus lib. de Triumphali agone cap. 21. dixerit, *eas quoque cum à longe venientem Ioſeph ab Arimatia vidiſſent ſuſpicatas fuiſſe, eum ad nouam Chriſto contumeliam inferendam aduolare, neque tanto metu ſolutas fuiſſe, quo ad eum propius aduentantem agnouerint Chriſti eſſe diſcipulum.*

Crurifragium.

Iam verò locus iſte à nobis exigit, vt quædam de Crurifragio diſſeramus; quòd quidam, legentes latronibus crura confracta, putarunt crurifragium nunquam niſi crucifixis inflictum: cum tamen vt optimè Lipſius lib. 2. de Cruce cap. 14. & Gallonius lib. de Sanctorum Martyr. cruciatib. c. vlt. oſtendunt, non fuiſſe apud alias nationes crucifixioni annexam hanc pœnam: nam, vt ijdem tradidere, crurifractio ita fiebat: ſubdebatur incus cruribus, validoque ictu fuſte vt plurimum ferreo. Ego verò interdum apud alios legi quòd etiam malleis crura cædebantur, donec oſſifrangium ſubſequeretur: eadem quoque ratione chirofrangium, lumbifrangium, quod in Plauto legimus, inflictum reor, aliarumque corporis partium fieri ſolet confractio. Quid quod etiam incude non ſubiecto, ſed ſolis bacillis (ferreos tamen crederem) lego tibias, & crura comminuta, vt in actis S. Felicitatis, & filiorum Martyrum. Imò interdum legimus alios prius crurifragio mortuos, deinde in crucem datos. Iuſtinus lib. 21. *Hanon*, inquit, *capitur, magnoq́; caſus, effoſsis oculis, manibus, cruribusq́; confractis, in conſpectu totius populi occiditur, corpus verberibus lacerum in cruce figitur.*

Crurifragium quomodo fiebat.

Bacillis crura confracta.

Cum igitur crurifractionem non ſolum apud Iudæos, ſed etiam apud Romanos ex Cœlio Rhodigino lib. 10. Lectio. antiq. cap. 5. imò, & apud exteras nationes legimus ſontibus inflictam abſque cruce; ſequitur crurifragij pœnam crucifixioni non fuiſſe connexam. Accedit & illud, tam apud Romanos, quàm apud alias barbaras nationes, cruci affixos reos, in cruce vſque ad conſumptionem, & putrefactionem, vt plurimùm relinqui ſolitos. Plautus de milit. glor. Actu 2. Scena 4. Scio crucem mihi futurã ſepulchrum.

Crurifragium apud Romanos.

Crucifixi in Cruce putrefacti.

Cur

Digitized by Google

Crurifragium à cruce ſe motum.

Cur igitur Iudæi cruci ſuffectis crura frangi poſtulauerunt, cum crurifragij pœna, cruci non eſſet annexa? Cauſa igitur fuit duplex, prima quidem ipſorum pietati videretur fortè poſſe adſcribi: nam Origenes tractat. 35. in Matth. dicit crucifixos ſub axillis percuti conſueuiſſe, vt citius morerentur. Qui verò grauiora patraſſent ſcelera, non percuti ſolitos: vt diutius viuentes, acerbiores cruciatus experirentur. Chriſtum autem ſub axillis non eſſe percuſſum, vt plus pateretur. Verum ſupra oſtenſum eſt, quantum efferata Iudæorum rabies efferbuerit. Altera igitur addatur, quia in Deut. præceperat Deus, crucifixos eadem die de cruce deponi, & ſepulturæ committi. Cum igitur in die Paraſceues Chriſtus, & latrones circa ſextam horam eſſent crucifixi, aduentante veſpere adhuc viuere poterant, ſicuti multos etiam biduo, longiore tempore alios quorum vitalitas fortior, ſuperuixiſſe legimus: vt igitur morerentur, mortuique ante magnum diem Sabbathi de cruce deponerentur, crurifragium petiuere.

Crucifixi ſub axillis percuſſi.

Crurifragium cur Iudæi poſtularint.

Crura latronibus quomodo confracta.

Sed quomodo latronibus crura confracta ſunt? Cauſa dubitationis eſt, quia alijs quidem ſubiecto incude crura legimus confracta, alijs in terra extenſis bacillis crura comminuta: latronibus igitur in altum eleuatis quomodo crura confracta ſunt? Fuſtibus reor fortè etiam ferreis, tibias, ac crura tam diu cæſa, vt tota comminuerentur oſſa.

Iam verò ijs explicatis, magnæ conſiderationis quæſtionem excitemus.

QVÆSTIO.

CVR CHRISTVS SIBI *crura frangi noluerit.*

Chriſtus cur ſibi crura confringi noluerit.

NON caſu factum eſſe putandum eſt, vt Chriſti crura non frangerentur, cum in hoc Ioannes myſterium agnoſcens dicat: *Facta ſunt enim hæc, vt Scriptura impleretur, dicens, Os non comminuetis ex eo.* Cur ergo Chriſtus oſſa ſibi comminui noluit? Graui huic quæſtioni graues adhibitæ ſunt reſponſiones.

Prima ratio.

Prima eſt Ruperti lib. 2. de Trinitate & eius operibus in Exodi capite 12. quia inquit oſſa Chriſti veri agni, Diuinitatem eius ſignificabant, quæ cum impaſſibilis eſſet, pati non debuit, nec potuit.

Secunda ratio.

Secunda eſt Allegorica Auguſtini in Epiſtola 120. & in Pſal. 34. quam amplectitur Hieronymus in Pſalm. 21. & in Pſal. 140. Gregorius lib. 24. Moralium cap. 30. quòd oſſa Chriſti ſignificarent Apoſtolos Chriſti, qui fortes in fide ſteterunt, qui potius diſperſi ſunt in paſſione, non tamen comminuti.

Tertia ratio.

Tertia Hilarij in Pſal. 140. Gregorij vbi ſupra. Quia Eccleſia, in Eua figurata, fuit ex Chriſti oſſe formata: *Hoc nunc os ex oſſibus meis.* Eccleſia autem fortis eſſe debuit, ideò oſſa comminui non debuerunt.

Quarta ratio.

Quarta Hieronymi in cap. 38. Eſa. & Gregor. lib. 9. Moralium cap. 38. & lib. 22. cap. 24. quia oſſa ſignificant fortitudinem, & alias virtutes cœlitus nobis datas; hæ autem comminui non debuerunt.

Quinta ratio.

Quinta, Putarem congruè eandem poſſe aſsignari, quam ſuprà ex Ambroſio aſsignauimus, Cur Chriſtus ſibi mortuo, quam viuenti maluerit lancea latus aperiri: ne neceſsitate ſupplicij, ſed arbitrij libertate mori putaretur.

Sexta ratio.

Sexta, fortè quia oſſa non ſentiunt, vt Ariſtoteles & communiter medici tradunt, ſed caro ſentit. Caro autem ſatis ſuperque paſſa fuerat, ideò non debuerunt oſſa confringi.

Septima ratio.

Septima, Quia crurifragium inutiles reddebat homines ad opera peragenda; Chriſtus autem operibus delectatur.

Octaua ratio.

Sed iam tandem octauam & vlti-

mam longè amplioris conſiderationis cauſam aſsignemus, quæque aliam ſe cum miræ pietatis annectit: quia Chriſtus non ſuffocatione, non præcipitio, non beſtiarum morſibus, aut laceratione, non veneno, non aquarum ſubmerſione, non igne, ſed ferro mori maluit. Ideò contra Chriſti martyres nullum interdum præualiſſe mortis, aut ſupplicij genus, prætèrquam gladium legimus: ideò B. Agatha dicebat, ſi feras immittas, audito Chriſti nomine manſueſcent, ſi ignem adhibeas rorem mihi ſaluificum de cœlo Angeli miniſtrabunt.

Gladius cur in martyres præualuerit, cum reliqui cruciatus nil poſſent.

Quare interdum legimus gentes cum in Chriſti Martyres omnia ſuppliciorum genera, ſed fruſtra intentaſſent; exclamaſſe, ferrum, ferrum, gladium, gladium; nihil contra Chriſtianos poteſt, nihil præualet, niſi gladius. Cur igitur ferrum in membra ſua magis, quam reliqua mortis genera voluit Chriſtus præualere?

Prima ratio.

An quia Apocalypſeos 6. Eccleſiæ perſecutio figurata, & prædicta fuerat in equo rufo cuius ſeſſor grandem vibrabat gladium?

Secunda ratio.

An quia ne gladius quidem contra Martyres præualere potuiſſet, niſi ipſi Martyres ita voluiſſent? Sed cum patefacta iam Chriſti virtute in eo quod reliqua tormentorum, mortiſque genera incaſſum in eos eſſent intentata; tandem Martyres Sancti Deum rogabant, vt ferro ſe ad martyrij palmam euolare concederet.

Tertia ratio.

An quia ferrum horribilius quam ignis, aut aqua, aut venenum, aut plura alia mortis genera?

Quarta ratio.

An quia ad homines occidendos ferrum ſit accommodatius?

Quinta ratio.

An quia efferata nimis erat perſecutorum rabies, ad quam condemnandam beſtiæ mites factæ, martyrum lambebant pedes, vt vel hoc facto oſtenderent beſtijs homines eſſe ſæuiores? His ergo ſuperatis, quæ ſæuire magis videbantur, ferro tandem mori Sancti Martyres eligebant.

Sexta ratio.

An quia ferrum citius necabat? videtur autem miſericordiæ quoddam genus, cito occidere, teſte Seneca lib. de beneficijs.

Septima ratio.

An quia ante Paradiſi ianuam, poſitus erat Cherub, gladium verſatilem vibrans, vt ingredi volentes, gladio ſibi opus eſſe cognoſcerent?

Octaua ratio.

An tandem quod Sancti Martyres Chriſto qui vincit in martyribus, conformari cuperent, ipſe autem ferro abſumptus fuit, ideò ipſi quoque ferro mori maluerunt?

Chriſto igitur crura confracta non fuerunt, ſed *vnus militum lancea latus eius aperuit, Vigilanti*, inquit Chryſoſtomus, *verbo vſus eſt Ioannes: non enim dixit, latus pupugit, ferijt, fodit, ſed, aperuit; quia facto aditu ſacramenta fluxerunt.* Et Sanctus Auguſtinus in Manuali cap. 23. *Longinus aperuit mihi latus Chriſti lancea, & ego intraui, & ibi requieſco ſecurus.*

Vigilanti verbo, Ioannes vſus.

QVÆSTIO.

QVIS FVERIT ILLE MILES, qui Lancea Chriſti latus aperuit?

CONSTANS quidem antiqua fama percrebuit, eum militem fuiſſe Longinum, quem etiam communiter dicunt oculis caligantem fuiſſe; cum verò ex lanceæ haſta ſanguis defluxiſſet, manuſque purpuraſſet, caſuque oculos ſanguine tetigiſſet; ſanatum fuiſſe. Hæc tamen communis ſententia quibuſdam recentioribus non placet, vulgarem aſſerunt eſſe hunc rumorem, ideò veluti apocryphum reſpuendum.

Quis fuerit miles qui Chriſti latus aperuit.

Ego tamen communiter receptam vocem crederem non reijciendam: nam apud graues, claſsicoſque auctores lego, eum militem fuiſſe Longinum, eumque ſimul Centurionem illum fuiſſe, qui dixit: *Verè filius Dei erat iſte.* S. Auguſtinus in Manuali cap. 23. *Longinus*, inquit, *aperuit mihi latus Chriſti lancea,*

Longinus Chriſti latus fodit.

Digitized by Google

lancea, & eg[o i]ntraui, & ibi requieſco ſecurus. S. Antoninus prima parte Chronicorum, tit. 6. cap. 25. S. Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus in Theoria rerum Eccleſiaſticarum dicit: *Vice lanceæ, quæ transfixit Chriſtum in cruce, à Longino hæc eſt lancea.*

Longinus quis fuerit.

Præterea, in Martyrologijs etiam antiquioribus legitur: *Longinus Cæſareæ in Cappadocia; paſſio Sancti Longini, qui latus Domini Lancea perforauit.* Ita in Martyrologio Franciſci Maurolicij, & in Martyrologio Petri Galeſini, & in Martyrologio Illuſtriſsimi Cardinalis Baronij additum eſt, *qui latus Domini lancea perforaſſe perhibetur.* Quare Ioannes Gretſerus libro primo de Cruce cap. 33. dicit: *Nec debet temerè reijci Martyrologium, quod Longinum nominat.* Hic idem Longinus Centurio ille fuit, qui mortuo Domino, videns ſigna, quæ fiebant, dixit: *Verè Filius Dei erat iſte.* Ita in Menologio Græcorum ſub die 16. Octobris legimus τοῦ ἁγίου μάρτυρος Λογγίνου τοῦ ἑκατοντάρχου. Porrò eius vitam, & patriam ſcribit Petrus de Natalibus lib. 3. cap. 202. quam libet hoc loco deſcribere.

Longinus fuit Centurio.

Longini vita.

Longinus fuit quidam Centurio de prouincia Iſauriæ: qui cum alijs militibus cruci Domini aſtans, latus eius lancea perforauit; & videns ſigna quæ fiebant, ſolem ſcilicet obſcuratum, & terræ motum, in Chriſtum credidit: maximè ex eo, vt quidam dicunt, quòd cum ex infirmitate eius oculi caligaſſent, de ſanguine Chriſti per lanceam decurrente caſu oculos tetigit, & pretinus clarè vidit: vnde renuncians militiæ, & ab Apoſtolis inſtructus, in Cæſarea Cappadociæ XXVIII. annis monaſticam vitam duxit, & plurimos ad Chriſtum conuertit. Dum autem ab Octauiano Præſide tentus, ſacrificare nollet, iuſſit Præſes omnes dentes eius excuti, & linguam abſcindi: ex hoc tamen loquelam non amiſit; ſed accepta ſecuri, omnia Idola confregit, dæmones autem de Idolis exeuntes, & in aëre vlulantes, in Præſidem, & in eius ſocios intrauerunt, qui inſanientes, Longini ſe pedibus proſtrauerunt: quos omnes Longinus in Chriſti nomine ab oppreſſione Dæmonum liberauit, & dæmones in deſertum miſit. Quo miraculo quidam Aphrodiſius Commentarienſis cum multis alijs ad Chriſtum conuerſus eſt. Poſt dies aliquot cum Octauianus Longinum tentum ad ſe adduci iuſsiſſet, vt eum pœnis afficeret, & ipſum ob hoc Aphrodiſius reprehenderet, eo quod de ſuſcepto ab eo beneficio ingratus eſſet, iuſſit Præſes Aphrodiſio linguam præcidi; ſed & ipſe nihilominus loquebatur. Præſes verò confeſtim excæcatus eſt: cui Longinus ſuaſit, quod liberari non poſſet, niſi ipſum occideret: nam Martyr effectus pro Præſide oraret, & ipſe lumen recuperaret: ſtatimque Præſes Longinum decollari fecit. Poſt hæc ad corpus eius adijt, & proſtratus cum lachrymis pœnitentiam egit, & continuò viſum recepit, corpuſque Martyris honorabiliter tumulauit, & in bonis operibus perſeuerauit. Paſſus eſt autem Martyr Chriſti, Idibus Martij.

Lõgini oculi Chriſti ſanguine ſanantur.

Longini miracula.

Longini mors.

Tandem vt de Longino ſuſcepta hiſtoria ſuauiore exitu claudatur, operepretium me facturum eſſe confido, ſi quæ de eius victu, atque moribus, atque corporis habitudine, in antiquiſsimo manuſcripto, in charta pergamena, in quo B. Longini, paſsio, atque inuentio precioſiſsimi ſanguinis Chriſti Domini in vrbe Mantua, per eundem glorioſum Longinum reconditi, accuratè deſcribuntur: quod ex reconditis vrbis Mantuæ annalibus exceptum in Bibliotheca noſtra Sanctæ Mariæ Gratiarum, Bononiæ aſſeruatur, legi, hoc loco deſcribam. Ita enim legitur: *Vultu erat planus, moderata ſpecie, aſpectu ornatus, ſenſu quietus, ſapientia humilis, animo lætus.*

Longini hiſtoria.

Chriſti ſanguis Longinus Mantuam detert.

Longini mores.

Verum hoc loco duo ſe nobis offerunt grauiſsima dubia diſſoluenda; primum quidem eſt, quod ille Centurio quem legimus exclamaſſe: *Verè Filius Dei erat iſte*, erat cum militibus ex aduerſo cuſtodiens Chriſtum. Ita Matth. capite 25. dicit: *Centurio autem, & qui cum eo erant, cuſtodientes* IESVM, *viſo terræ motu, & ijs quæ fiebant, timuerunt valdè, dicentes, Verè Filius Dei erat iſte.*

Milites crucifixos cuſtodiũt.

Conſueuiſſe enim ſæpius milites crucifixorum cuſtodire cadauera, eiſdemque aſsiſtere, ne ex crucibus deponerentur, pluribus probat Lipſius lib. 2. de Cruce cap. vltimo. Milites autem, qui crura fregerunt, non eoſdem fuiſſe, qui cuſtodiæ aſsiſtebant videtur colligi ex Ioanne dum dicit: *Iudæi ergo quoniam paraſceue erat, vt non remanerent in cruce corpora Sabbatho, rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites*; Quaſi rogatus Pilatus alios milites miſiſſet, qui crura frangerent, & fortè eos ipſos ſanguinarios, qui eos in crucem egerant.

Qui milites latronum crura confregerint.

Alterum dubium eſt, quia Marcus dicit, Centurionem aſtantem exclamaſſe; *Verè Filius Dei erat iſte*, cum vidit, quod IESVS *ſic clamans expiraſſet.* At verò Matthæus dicit: *Centurionem, & milites viſo terræ motu, & ijs, quæ fiebant, timuiſſe valdè, & dixiſſe, Verè Filius Dei erat iſte*; Videtur ergo contradictio inter Euangeliſtas. Hæc autem propoſita dubia non ita difficilè nobis ſoluere, & explicare fuerit: Nam ad primum dupliciter reſpondere poſſumus, primo quidem, eundem Centurionem, qui aſtabat cruci, & glorificauerat Deum dicens: *Verè Filius Dei erat iſte*, cum veniſſent milites ſanguinarij, vt Chriſto crura confringerent, eos prohibuiſſe, oſtendens eum eſſe mortuum, ad omnem autem dubitationem tollêdam lateri eius lanceam infixiſſe. Alia etiam ratione reſpondere poſſemus, Centurionem hunc poſtquam Deum glorificauerat dicens; *Verè Filius Dei erat iſte*, viſo terræ motu, & ijs, quæ fiebant, relictis ad cuſtodiam crucifixorum militibus, cum alijs, qui percutientes pectora ſua reuertebantur, receſsiſſe. Cum verò à Pilato egreſſum eſſet decretum, quod crucifixorum crura eſſent confringenda, ad montem Caluariæ cum militibus reuertiſſe, atque vt ſanguinarios milites compeſceret, ne Chriſto crura confringerent facto in latus vulnere oſtendiſſe Chriſtum ex humanis iam eſſe abſumptum, ideò eius lateri vulnus impegiſſe.

Obiectio ſoluitur.

Longinus fuit ille Centurio qui Deum glorificauit.

Longinus cur lancea Chriſtum vulnerauit.

Alterum dubium longè facilius diſſoluetur, Nam Centurio videns quod Chriſtus ſic clamans expiraſſet, glorificauit Deum, dicens: *Verè Filius Dei erat iſte*. Et rurſus etiam videns *terræ motus, & alia ſigna, quæ fiebant*, denuò dixit cum cæteris: *Verè Filius Dei erat.* Dices, ſi cognouit quod Chriſtus erat filius Dei, quomodo ergo auſus fuit tam horrendo vulnere Chriſti latus fodere? Reſpondeo primò, hoc ipſum feciſſe, vt grauiorem à Chriſto arceret iniuriam; ne eius crura confringerentur. Reſpondeo ſecundo, Voluntatem Dei fuiſſe, vt vulnus illud infligeretur, tum ad certiores nos de eius morte faciendos, tum vt inde efflueret ſanguis, & aqua, & cum ipſis ſalutis ac Redemptionis noſtræ myſteria.

Longinus ad Chriſtum conuerſus.

Longini conſilium in vulnere inſligendo.

Sed percontari nunc libet, quinam fuerint ij latrones. Res quidem vt vetuſtiſsimæ antiquitatis inuolucris obtecta, ita incerta maximè fiet: & quidem de impij latronis, qui Chriſto cõuiciabatur, nomine, nil eſſet curandum, cum eius nomen in Libro Vitæ non reperiatur inſcriptum. Ignorans enim Dominum, ignorari poſſet à nobis. At verò de Latronis ſancti nomine, magis ſolliciti eſſe debemus: *In memoria enim æterna erit iuſtus*; Latronem igitur ſanctum, Diſmam fuiſſe vocatum, in antiquis Martyrologijs lego. Idipſum quoque atteſtantur Goliel mus Pipinus Statione ſeptima Chriſti patientis; Rauiſius in tom. 1. ſuæ Officinę titulo de Cruce, qui docent, hunc fuiſſe natione Ægyptium. Iacob. Voragineus ſermone de Innocentibus; & Anton. Gliſſandus quæſt. 677. in Dominicam paſsionis. Qui etiam dicunt, quod *Domino in Ægyptum fugiente, cum Beatiſs. ma Virgo à latronibus capta eſſet, latro iſte puerum* IESVM *conſpiciens, diuinum neſcio quid in eius vultu conſpexit, ſocioſque induxit, vt Beatam Virginem cum Ioſepho,*

Latrones qui fuerint.

Latronis boni nomen ſcire expedit.

Latro bonus Diſmas vocatus.

Latronis boni hiſtoria apocrypha.

Ioſepho, & puero dimitterent. Verum hoc apocryphum eſſe, nullus non videt. Petrus de Natalibus lib. 3. c. 202.

Diſmam lego apud Baronium in Martyrologio ſub die 25. Martij; qui plurima etiam ſacella in honorem huius Sancti Latronis excitata tradit, quamuis fortè impreſsionis vitio factum ſit, vt pro Diſma Dimam legamus.

Latro impius Giſmas vocatus.

Impium autem latronem Giſmam vocatum tradunt alij. Quicquid autem de nomine latronis boni ſit, maximam tamen latronis huius excellentiam debemus agnoſcere, cum in cruce poſitus à Chriſto audire meruerit: *Hodie mecum eris in Paradiſo.*

Latronis boni felicitas

Latro bonus præclaris encomijs inſigniter exornatus.

Qua de cauſa multis quoque ſermonibus à Sanctis Patribus, vt à D. Ambroſ. & Chryſoſto. condecoratus eſt, qui etiam Homil. 30. de Cruce, & latrone ſic ait: *O admiranda huius latronis confeſsio! Crucifixum vides, & Regem prædicas? In ligno pendere cernis, & cælorum Regem meditaris? Numquid Scripturas legiſti ab iniquitate non ceſſans? Quis te erudiuit talia dicere? Non me,* inquit, *lex docuit, ſed ſol occultans lumen ſuum. Vidi quidem crucifixum, ſed ſenſi terræ motum, & propter parricidas indignātia elementa ſenſi.* Hæc ille. Quàm breui, quàm facilè conſecutus eſt veniam, adeptus eſt Paradiſum!

QVÆSTIO.

4. DIVVS *autem Ambroſius*] *cur hoc ictu lanceæ Seruator confeſſus fuit*, &c. Cum ſanctiſsimus, idemque eloquentiſsimus Antiochenſis Eccleſiæ Antiſtes Ignatius, in dæmonis improbitatem inueheretur ardentius in Epiſtola quinta ad Philippenſes, ſic dicebat: *Non me lates conſilium tuum, neque ignoro, quoniam lubricè incedis. Tu autem ignoras quis eſt qui intus eſt; qui omnia ſcire te fingis. Multa enim te latent, Virginitas ſcilicet Mariæ, glorioſus partus, Stella Orientis*, &c. Et infra: *Ignorantiam incurriſti per contumaciam, parum tibi videntur cunabula, paſsiones, circumciſio, lactis nutritio, indigna tibi Deo hæc eſſe videntur. Poſt ieiunium verò eſurienti inſidiabaris, & tentabas, quaſi communem hominem, ignorans quis eſſet.*

Diaboli cæcitas.

Diabolus quæ ignorauerit.

Ecce igitur quomodo in Chriſtum diabolus inueheretur, velut in purum hominem; atque ideò ſic diabolus illuſus eſt à Chriſto, qui objiciens diabolo eandem formam, eandemque quæ peccarat naturam, mortalitatis quidem carne circumdatam, ſed peccati totius expertem, diabolum feſellit, ac laceſſiuit ad pugnam: diabolus verò, quæ efferata eſt ipſius petulantia, Chriſtum velut alterum Adamum ſubigere ſe poſſe confidebat in coſta, ſed omnino deceptus eſt.

Diabolus quo artificio victus.

Quare Doctores figuratum lanceæ Seruatoris noſtri ictum intelligunt in Achab Rege Iſrael, quando alieno indutus habitu, irruit in prælium, atque læthale vulnus accepit inter pulmonem, & ſtomachum. Sanctus etiam Auguſt. lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 19. Chriſtum Seruatorem noſtrum in Codro vltimo Athenienſium Rege figuratum intellexit:

Chriſtus in Codri facto figuratur.

is enim cum didiciſſet ex Apollinis Oraculo, hoc audiuiſſe Peloponenſes Athenienſium hoſtes, ſe ex Athenienſibus victoriam, triumphumque reportaturos ampliſsimum, modo Codrum Athenienſium Regem non occiderent; cum verò ſi occiderent, de Peloponenſibus actum eſſe: eos enim ab Athenienſibus ſubigendos; ſordidum, plebeiumque induens ſibi amictum, ſpinarum faſcem humeris ſuſcepit, eoque ſeſe in Peloponenſium turmas intruſit, Peloponenſeſq; non minus lingua, quam ſpinarum aculeis lacerans, id effecit, vt ab ipſis occideretur, ſuaque morte populi ſui ſaluti conſuluit, quem ſuo ſanguine à Peloponenſium ſeruitute liberauit. Ita igitur etiã Chriſtus Seruator noſter, nos ſua morte redemit, ſuoque purpuratos ſanguine, à dæmonis tyrannide vindicauit.

Codrus pro populi ſui ſalute fortiter moritur.

5. *Inſuper ex hoc vulnere Diuinum conſilium*

filium erupit, &c. Mirabilis Deus in operibus ſuis, de quo iure meritò canit Eccleſia: *Deus cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur:* ita enim cum optimus ſit, melius iudicauit ex malis bona elicere, quã mala nulla eſſe permittere. Niſi crucifixorum permiſiſſet impietatem, mundi ſalutem operatus non eſſet: niſi impiorum perſecutorum rabiem tolerasſet, nec floreret inuicta Martyrum patientia, nec eorum inſignis gloria coruſcaret: niſi ictu lanceæ Chriſtus latus ſuum transfuerberari permiſiſſet, non effluxiſſet ſanguis, & aqua ex æſtuante vulnere, nec Eccleſiæ decus, nec ſacratiſſima Sacramenta inde emanaſſent. Vult bona voluntate Deus, quod impius mala peragit voluntate: impius Caiphas, malo animo prophetauit: *Expedit, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat;* at verò doctrinam hanc Deus Caiphæ eo quod Pontifex erat, bona infuderat voluntate. Malo quoque animo à Phariſæis ſeductus Iudæorum populus, contra Chriſtum acclamabat, *Crucifigatur, Crucifigatur*, cum tamen eos ita clamare bona voluntate permitteret Deus. Quare Gulielmus Pipinus hoc ipſum conſiderans in Statione ſexta Chriſti patientis, dicebat: *Si Deus Pater interrogatus fuiſſet de filio, dixiſſet, Crucifigatur. Si Angeli interrogati fuiſſent, reſpondiſſent, Crucifigatur. Si Patres in Lymbo interrogati fuiſſent, dixiſſent, Crucifigatur. Si Mater Chriſti interrogata fuiſſet, reſpondiſſet, Crucifigatur. Si Chriſtus ipſe interrogatus fuiſſet, reſpondiſſet, Crucifigatur: aliter mundus redimi non potuiſſet; Ecce igitur mirabile, atque ineffabile diuinæ prouidentiæ Sacramentum. Chriſti enim latus aperiri voluit, vt inde nobis plurima bona profluerent.* Quæ autem bona; attende ſequentia.

Deus melius iudicauit ex malis bona elicere, quam mala nulla permittere.

Deus bona voluntate vult, quod impius mala peragit voluntate.

Crucifigendum Chriſtum omnia clamaſſent. Etiã Deus Pater. Angeli. Patres in Lymbo. Etiã Maria mater. Et Ipſemet Chriſtus.

6. *Primum quod re vera mortuus erat*, &c. Generoſa mors, quæ ſponte ſuſcipitur, ideò inter heroicos fortitudinis actus connumeratur, ſi quis data vrgente occaſione, certæ neci ſe exponat: hoc eſt enim cum Domino mori. Ideò maximè commendatur generoſum facinus Euriali, atque Niſi, quorum pulchram mortem, tot, tantiſque encomijs proſecutus eſt Virgilius Æneid. 9. vt de ipſis ſic cecinerit.

Generoſa mors quę?

Niſi & Euriali encomiũ.

Fortunati ambo, ſi quid mea carmina poſſũt,
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo.

Hoſtium manibus mori turpe putabat Saul primo Reg. vlt. ideò Amalechitam vocans, dixit: *Sta ſuper me, & interfice me, iam enim tota adhuc anima mea in me eſt.* Ita igitur Chriſtus captus eſt, quando voluit, mortuus eſt quando voluit: *Nemo enim tollit animam meam à me.* Vt autem oſtenderet, ſe cum dominio mori, voce magna exclamare voluit, dicens: *Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Generoſum hunc mortis actum contemplatus Centurio, videns quia ſic clamans expiraſſet, glorificauit Deum, dicens: *Verè Filius Dei erat iſte.*

Chriſtus mortuus quando voluit.

Heroicum hunc fortitudinis actum ſancti Martyres imitati ſunt: nam Appollonia Virgo è ſatellitum manibus, qui ipſam in ardentem rogum inijcere minitabantur, elapſa, ſponte ſeſe in flammam iniecit. Sanctus Polycarpus, vt refert Euſebius Cæſarienſis lib. 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 14. Cum extructo rogo ſuperpoſitus eſſet, vellentque eum impij carnifices clauis ſuper rogum figere, ne è ſubiecto igne proſiliret, clauis configi noluit, dicens: Chriſtus qui mihi dat, vt pro ſe moriar, dabit etiam vt abſque clauis conſiſtam immobilis. Quid verò de alijs Sanctis Martyribus dicam, qui cum fidei cauſa, aut ad ſupplicia trahi Martyres, aut eoſdem exquiſitis cernerent cruciari ſupplicijs, in mediam & ipſi arenam proſilientes, ſe quoque eadem lege viuere, idem credere, Chriſtianoſque ſe eſſe profitebantur? Cum igitur ſanctus Ambroſius docuerit Chriſtum non ſibi viuenti, ſed præmortuo lancea latus aperiri maluiſſe, ne vulneris neceſsitate mori videre-

Heroica mors Martyrum.

Polycarpi infractus animus.

Digitized by Google

videretur: ita eadem nos quoque ratione dicere poſſumus, Chriſtum præmori voluiſſe, ne crurifrangio locus eſſet, ne crurifractionis neceſsitate mori videretur.

7. *Deinde quod dum experiri voluerunt*, &c. Anceps celeberrimi adagij inter rudiores explicatio fuit, quidnam tandem innueret illud; *Ignem gladio ne fodias*, cum tamen inter ſapientes hæc patens ſit explicatio, quod gladio ignem ſi foderis, non ignem gladius, ſed gladium ignis lædet. In Chriſti corde grande cœleſtis ignis ardebat incendium; incautus diabolus, lanceæ ferro ignem fodit, lancea latus aperuit, atque ideò non ignis læſus eſt, ſed ferrum; nam diabolus victus eſt. Chriſtus enim Eccleſiæ vitam ſimul cum aqua, & ſanguine donauit. Vt enim cum Angelus Manue apparens Iudic. cap. 13. Virga lapidem tetigit, æſtuans ſtatim flamma ſurrexit, ciboſque, & omnia, quæ lapidi ſuperpoſita erant abſumpſit: ita Chriſti cor, qui erat vera petra, ſtatim atque lanceæ virga tactum fuit, ſtatim in ignem ac flammam effuſum, quicquid diabolus obiecit, abſumpſit.

Ignem gladio ne fodias.

Diabolus ignē gladio fodit.

8. *Denique, quod vbi ex ictu lancea ipſum mortuum fuiſſe cognouerunt*, &c. Cum Patres cauſam ſciſcitarentur, cur Longinus lancea Chriſti latus transuerberandum duxerit: Alij quidem ex impietate, atque ex odio in Chriſtum vulnus illatum dicunt: ita Chryſoſt. homil. 84. in Ioan. eiuſque diſcipulus Theophilactus atque Iſidorus, qui etiam dicunt, eo ictu grauius quam in crucifixione commiſſum eſſe delictum, videturque hoc ex ſanctæ Brigittæ Reuelationibus poſſe confirmari, quæ lib. 7. cap. 5. dicit: *Irruens autem vnus, qui erat in circuitu, cum maxima furia, lanceam in Chriſti latus infixit tam validè, vt non deſierit donec lancea coſtæ inhæſerit*. Theophilus quem refert Anton. Gliſſandus, quæſt. 74. in fer. 6. Paraſceue, dicit Longinum lancea latus Chriſti aperuiſſe, vt contumeliam Chriſto inferens, Iudæis complaceret.

Longinus cur Chriſtum pupugit.

Longinus idem lanceā in pectus Chriſti infixit.

Alij tamen aſſerunt, militem illum dubitantem, an Chriſtus verè mortuus fuerit, lanceæ ictu de Chriſti morte certiorem fieri voluiſſe: ita Cyrillus lib. 12. in Ioan. cap. 39. Probabile hoc puto, maximè quia Centurio ille, quem ſupra diximus fuiſſe Longinum, videns quia IESVS ſic clamans expiraſſet, glorificauit Deum, dicens: *Verè Filius Dei erat iſte*. Quare veriſimile puto, quod cum is pietate quadam in Chriſtum eſſet affectus, cum vidiſſet milites id molientes, vt Chriſto crura confringerent, illis obſtitiſſe: vt verò certiores redderet, lancea Chriſti latus aperuiſſe. Atque ſanctæ Brigittæ auctoritas in hunc ſenſum facillimè poterit explicari, quod vt oſtenderet militibus crurifractoribus, in Chriſto crurifrangio locum non eſſe, licet milites obſtinatius crurifrangium intentarent, quaſi in ipſos indignabundus, dixerit: An non videtis hunc hominem mortuum, quid crura in caſſum effringere laboratis? en vobis mortis veritatem oſtendam: atque ita latus aperuit. Quamuis ſi quis etiam Longinum fateatur militari petulantia inſoleſcentem Chriſto vulnus impegiſſe, non admodum hunc à rei veritate, aut veritatis probabilitate admodum longè recedere.

Longinus lanceæ ictu Chriſti mortem explorat.

Longinus mortem Chriſti explorat ne illi crura frangantur.

9. *Vaticinium illud nec opinantes impleuerunt*, &c. Sanctiſsimum eundemque eruditiſsimum Athanaſium, etiam ſi in omnibus admirari ſoleo, in eo tamen maximè ſingulariter laudo, quod ſacram Scripturam ita à Spiritu ſancto dictatam docuit, vt in ea nullum ne minimum quidem verbum reperiri docuerit, quod myſterio careat. Quis cum de agni eſu Legem à Deo ita accuratè traditam lectitaret, poſſet tamen abſque fidei lumine perſcrutari, agni oſſa comminui vetita, vt oſſa Chriſti confringenda non eſſe, figuraretur? Et tamen ſacroſanctæ fidei illuſtrationibus eruditi, id ex Ioanne didicimus: *Facta ſunt*

Scripturæ ſacræ dignitas.

Digitized by Google

ſunt enim hæc, vt Scriptura impleretur, dicens, Os non comminuetis. Inde tracta propoſitio ad vniuerſalem, ſi non ratione materiæ, ſaltem ratione præcepti, reducenda eſt, vt ſit ſenſus: Nullum os comminuetis ex eo. Cum igitur hæc allegoricè de Chriſto ſint intelligenda, nullum igitur os in Chriſto confractum eſſe fatendum erit; Quomodo igitur explicandæ erunt quædam Beatæ Brigittæ auctoritates, dum dicit libro primo cap. decimo, lib. 4. cap. 70. lib. 7. cap. 15. *Manus in ea parte clauis perforatas, qua os erat ſolidius, pedes quoque clauis per ſolidum os fuiſſe confixos?* Hæ igitur auctoritates ſi accuratius perſtringantur, verè non aſſerunt os eſſe confractum, neque clauis oſſa perforata fuiſſe; ſed ſolum vt oſtendant, manus, ac pedes ijs in partibus perforatas, quà os ſolidius erat: cum hoc tamen ſtat, quod oſſa perforata non fuerint, in qua quidem perforatione colliſionem, ac diſtractionem oſsium, ſiue oſsis vnius ab alio elongationem, vt clauo iter pateret, concedere, & admittere neceſſario debemus, fracturam oſsio nullo modo. Hoc ego cum accuratius perſcrutarer, non Logicè ſolum rem abſtracta meditatione cenſui meditandam; ſed phyſicè quoque atque ſenſatè ſtatui prægnoſcendam: adij Excellentiſsimum atque celeberrimum, & in medica arte inſigniter excultum D. Angelum Michaelem Sacchium, in arte verò anatomica nulli ſecundum, mei verò in primis obſeruantiſsimum, id cum eo egi, vt allato in medium ſchedro, quo omnia humani corporis oſſa ſuis iuncta locis maximo artificio cohærent, loca clauorum tam in manibus, quàm in pedibus explorarem, ac manuum loca quidem perforari abſque oſsium fractura clarè perſpexi, Pediones verò cum oſsicula plurima, varijs ligamentis obſtricta, conſpicerem, qua claui perforationi locus patere abſque oſsium fractura poſſet, non ita facilè aſsignari poſſe videbatur: ſed tamen accuratius perquirenti tandem exploratum apparuit, pedes ea etiam in parte qua ſolidiora oſſa cohærent abſque oſsium confractione quidē, non tamen abſque eorundem aliquali ſeparatione, & colliſione, ex qua dolor ſubſequitur immenſus, perforari potuiſſe.

Scripturæ explicandę ratio.

Oſſa Chriſti non confracta.

Anatomica inſpectio.

Chriſti manus ac pedes abſque oſſium fractura clauis affigi potuerūt.

Facta ſunt enim hæc; expende qualiter Scripturæ ſenſum intelligas. Qui enim fidei præſidio ſunt deſtituti, in Sacris literis quædam deprehendunt, in quibus ipſorum vitio ſcandalum graue patiuntur. Quis igitur crederet ſanguinarios milites, omnis eruditionis expertes, Scripturarum inſcios, omnia petulanti inſolentia molientes, à Chriſti crurifrangio abſtinuiſſe, vt Scriptura impleretur? Quomodo hoc egerunt, vt Scriptura impleretur, cum non ſolum hoc in Scripturis nunquam legerint, ſed ne Scripturas quidem vnquam lectitarint? Ita etiam cum ſupra audis, milites cum veſtium Chriſti partes feciſſent, de tunica tamen inconſutili dixiſſe; *non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit.* Quis credat milites auaritiæ, ac commodi legibus cuncta metientes, de Scripturarum, quas penitus ignorabant, veritate ita fuiſſe ſollicitos, vt inconſutilem tunicam conſcindendam non duxerint, vt Scriptura impleretur. Probabilia enim hæc infidelibus videri non poſſunt. Hæc igitur, & alia huiuſmodi, in Scripturis reprehendunt ij, quibus Deus ſenſum non aperuit, vt intelligant Scripturas. Qui autem fidei radijs colluſtratum habent intellectum, ij cum Sanctis Patribus ita ea loca intelligunt, vt ſi ad militum animos reſpicias; nulla ratione ea facta intelligas, vt Scriptura impleretur: ſi verò ad ſuauiſſimam Dei prouidentiam, quæ malis etiam hominum voluntatibus in bonum finem vtitur, reſpicias; hæc facta ſcias, vt Scriptura impleretur. Scholaſtici hoc idem ſtrictius explicant

Milites Scripturarum inſcij.

Cur milites veſtem Chriſti non lacerarint.

Scripturas ſacras cur alij impugnent.

Scriptura Diuino Spiritu explicanda.

Digitized by Google

Scriptura quomodo explicanda.

cant dicentes ſumendam illam particulam, (Vt) non antecedenter, ſed conſecutiuè: ſenſus eſt. Non antecedenter intelligitur, vt ideò iſtud fecerint milites, vt Scriptura impleretur, ſed conſecutiuè: cum enim id fecerunt milites, tunc Scriptura impleta eſt. Ideò alij particulam illam (Vt) explicant, vt idem ſignificet, quod (tunc) vel (&) facta ſunt enim hæc, & tunc, ſiue & Scriptura impleta eſt.

10. *Cæterum per hæc oſſa Seruatoris integra*, &c. Supra nos cauſas plures attulimus, cur Chriſtus oſſa ſibi confringi noluerit, eo quòd in oſsibus Chriſti ipſius Diuinitas, Apoſtoli, Eccleſia, Chriſtianorum virtutes denotarentur: alias etiam cauſas aſsignauimus, quas ibidem videre poteris.

11. *Verumenimuerò, hoc magnum de Seruatoris integris oſsibus myſterium*, &c. Sacroſanctam Sindonem cruentam Chriſti imaginem nobis oſtentantem quotieſcumque contemplor, toties myſticum illum Apocalypſeos cap. 5. librum videor intueri; erat ille liber ſcriptus intus, & foris, pluribus ſignaculis obſignatus. Liber hic quem ſacræ Sindonis reddit effigies, ſcriptus eſt non atramento, ſed ſanguine, non à Moyſe, non ab Eſdra, ſed à Chriſto; ſcriptuſque eſt intus, & foris: foris ſanguine Chriſti figuram, liuores, tunſiones, flagellationes, coronationem, clauifixionem, lanceationem nobis oſtendens; intus verò, Chriſti benignitatem, manſuetudinem, patientiam, incomparabilem amorem, æſtuantem charitatem nobis oſtentans. Quam delicatæ Sponſus in Canticis cap. 4. Sponſæ pulchritudinem deſcribens, ſæpè, ſæpius, ſubdebat, *abſque eo quod intrinſecus latet? Oculi tui columbarum, abſque eo, quod intrinſecus latet. Sicut fragmen mali punici, ita gena tua, abſque eo quod intrinſecus latet*. Ita & Sponſa de ſponſo ſubdebat cap. 5. *Sicut cortex mali punici, ita genæ tuæ abſque occultis tuis*: In myſtico hoc libro, plurima habemus, quæ tam intus, quàm foris legamus, quæ in nullo alio libro legere poſsimus. Hic quidem veram corporis Chriſti figuram, magnitudinem, viri perfecti ſtaturam, ac pulchritudinem abſque eo, quod intrinſecus latet, inſpicimus. Hic ſubſtantia ſperandarum rerum nobis in ænigmate præmonſtratur: reſurgemus enim & nos in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. In hoc libro infinitas Chriſti percuſsiones, flagellationum ictus multiplices, minutiores plagas toto corpore inflictas, quę nullo alio in libro ſenſatè conſpicere poſſumus, ſenſatè perſpicimus: ſed abſque eo quod intrinſecus latet. In hoc ſolo libro horribilem in lumbis Chriſti plagam ex multiplicibus flagellorum ictibus, ſæpè, ſæpius, ſæpiſsimèque congeminatis viſu legimus, abſque eo quod intrinſecus latet, quod oculis cordis, nō corporis conſpiciamus: In hoc ſolo libro in nullo alio præterea Coronæ ſpineæ formam, loca clauorū, tam in manibus, quàm in pedibus viſu cernimus, abſque eo quod intrinſecus latet, quod pia meditatione proſequi debemus. In hoc ſolo libro lateralis vulneris ſitum, formam, latitudinem, profunditatem, ſanguinis copiam, legimus, abſque eo quod intrinſecus latet; quod vt mente percipere poſsimus, maximè exoptare debemus. Solus hic liber perfectus eſt: in Sudario quidem Veronicæ, quod Romæ aſſeruatur, aut Edeſſano, quod Ianuæ cœli dicitur, partem aliquam corporis Chriſti non tamen Chriſtum totum legere poteris: hic autem Chriſti nō ſolum faciē, ſed totius etiam capitis formā, pectus, brachia, manus, ventrem, crura, tibias, pedes, ante retroque conſpicere poſſumus, abſque eo quod intrinſecus latet, quod mente conſpicias. Quàm carus, quàm dulcis, quàm delicatus nobis eſſe debet. *Domine quis oſtendet nobis bona?* Ecce oſtenditur nobis omne bonū; *Signatum eſt ſuper nos lumē vultus, & corporis tui*

Liber ſcriptus intus, & foris.

Sacra Sindon eſt liber ſcriptus intus, & foris.

Quid in hoc libro contineatur.

Quid hic liber contineat, quod alibi non contineatur.

Quanti hic liber æſtimandus.

Sudarium Veronicæ, & Abagari Edeſſani.

Digitized by Google

Domine, abſque eo, quod intrinſecus latet. Hic deliciæ ſint noſtræ, hic vigeat mens noſtra, *Et ſermo Domini erat precioſus.* In hoc libro eſt ſermo, imò verbum Domini, & ſermo precioſus. Carmina quidem Iouiniani aureis cõſcripta literis ficte legimus, quod ſcilicet magnam auri copiam carminum precium ab optimo mæcœnatæ ſuis carminibus emunxiſſet; Carneadem orationem ſuam centum talentis vendidiſſe, Sybillam autem Erithræam tres libros Tarquinio Romanorum Regi trecentis Philippeis vendidiſſe cognoſcimus. Sed libri illi quomodo cum libri huius amplitudine, dignitate, ac ſanctitate conferri poterunt. Hic liber eſt aureus, & aureis literis ſanguine, qui Ambroſio bonum aurum eſt, ſcriptus eſt; ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, liber eſt in quo fecit Deus memoriam mirabilium ſuorum: At verò, ſacra Sindon, alter liber eſt, in quo fecit Chriſtus memoriam paſsionum ſuarum; hoc memoriale dedit timentibus ſe. Quanta igitur dignitas, quanta amplitudo, quanta ſacræ Sindonis ſanctitas eſt? Librum vidit Ezechiel cap. 2. in quo *ſcripta erant lamentationes, carmen, & Væ; Vidit, & etiam comedit, & factum eſt in ore eius ſicut mel dulce.* Hic liber, quem vidit, & comedit Ezech. ſignatus intus, & foris; in hoc ſunt lamentationes Chriſti, carmen Eccleſiæ, & Væ malignantium. Vtinam iſtud volumen, & nos comedamus, erit enim ſicut mel dulce in ore noſtro, ſi eodem, quo ſcriptum eſt ſpiritu, legatur à nobis, dum peccatorum noſtrorum vulnera conſpicientes, ex animo dolebimus, ad Deumque ſupplices recurremus.

Carneadis oratio.

Sybillini libri.

Liber hic aureis literis ſcriptus.

Liber Ezechielis.

Lamentationes Carmen, & Væ, quid.

12. *En vobis dilectiſsimi, cunctarum plagarum Seruatoris noſtri explicatio*, &c. Excitat iſta vox (Ecce) noſque vt aut nouum, aut ſublime quoddam facinus contemplemur, admonet. Ego verò dum inſignem Antiſtitem pietatis zelo feruidum, tanto charitatis affectu librum hunc ſuum gregi ſuo offerentem, mecum ipſe tacitus contemplor; videor mihi inſignem illum angelum videre, qui in manu ſua librum habebat apertum, quique illum tradidit Ioanni, dicens, *Accipe librum, & deuora illum, & faciet amaricari ventrem tuum, ſed in ore tuo erit dulce tanquam mel.* Maxima autem ratione moueor, vt id cogitem: nam in angelis Epiſcopos figurari teſtatus eſt S. Dionyſius Areopagita lib. de Eccleſiaſtica Hierarchia c. 7. parte 3. & poſt ipſum Ambroſius lib. de Ijs, qui initiantur myſterijs. Offert angelus libellum Ioanni, & mediante Ioanne, Eccleſiæ; Offert Antiſtes noſter libellum ſuum gregi ſuo, & per ipſum omnibus. Offert angelus librum apertum, & explicatum; offert Archiepiſcopus librum Sindonis explicatum. Dicit Angelus Ioanni, Accipe librum, & deuora illum, & faciet amaricari ventrem tuum. Dicit Archiepiſcopus; Et quilibet pio Corde, atque immenſa cordis contritione, viuiſque lachrymis, dolorum Chriſti apud ſe penſitet efficaciam. Sed quomodo cohærere ſimul poterunt iſta, vt amaricari faciat liber ventrem noſtrũ, ſit tamen in ore noſtro ſicut mel dulcis? Quomodo enim amaritudine maxima non recrudeſcet cor noſtrum ſi IESVM CHRISTVM talia pro nobis cogitemus eſſe perpeſſum? Si enim filius es; ecce patrem, hunc cogita pro tui ſalute tam fœdè laceratum, & amaricabitur venter tuus. Si peccator es; ecce innocentem, hunc cogita pro peccatoris ſalute talia patientem, & amaricabitur venter tuus. Si impius es; ecce Iudicem, hunc cogita acerbiſsimam mortem patientem, vt ſaluetur impius, & amaricari faciet ventrem tuum. Si amicus es; ecce fidum amicum, hunc cogita talia pro amicis patientem, & amaricari magis faciet ventrem tuum, quam Darij venter dum Zopyrum pro ſe tam dirè affectum cernebat: ideò dicere conſueuerat, malle

Peroratio auctoris.

Liber hic deuorandus.

Liber quibus offeratur.

Antiſtitis ad Angelum comparatio.

Liber quomodo ventrem faciat amaricari.

Darij in Zopyrum gratus animus.

Digitized by Google

malle ſe, ſi fieri poſſet, Zopyrum habere fœditatis expertem, quam mille Babilonias. Si ſeruus es; ecce Dominum, hunc cogita pro ſeruis patientem, & amaricari faciet ventrem tuum. Si homo es; ecce Deum, hunc cogita in humana carne pro homine patientem, & amaricabitur venter tuus. Erit tamen mel in ore tuo, ſi ea, quæ ex tam acerba paſsione tibi promanarunt bona, conſideres; eius paſsio eſt ſalus tua, eius vulnera ſanitas ſunt tua, eius mors eſt vita tua. Quomodo hæc omnia in Beatiſsimæ Virginis corde agitarentur, attende quid ipſa de ſe ipſa glorioſæ Brigittæ dicat, lib. 6. cap. 58. *Cum*, inquit, *filius meus quodam tempore cogitantem de Paſsione ſua, videret me eſſe mœſtiſsimam, reſpondit mihi: non credis Mater mea, quia ego in Patre, & Pater in me eſt? Cur mœrore contraheris? Voluntas Patris mei eſt me pati mortem; & voluntas mea eſt cum patre meo. Quod habeo de Patre meo, pati non poteſt; ſed caro quam ſumpſi de te patietur, vt caro aliorum redimatur, & ſpiritus ſaluentur.*

Chriſtus qualiter concipiēdus.

Chriſtus matrem de futura ſui morte conſolatur.

13 *Ex quo noſtram hanc per explicationem*, &c. Heroicum quoddam facinus, quo Chriſtus aduerſarios proſtraturus erat, nobis explicaturus, Eſaias dixit cap. 9. *Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti, ſicut in die Madian.* Quid hoc eſt? Quæ loquendi forma? Quod myſterium? Quis fuit hic dies Madian? Ecce myſterium. Inſignis quędam victoria fuit, quam de Madian inuictus Gedeon reportauit: is enim non gladio armatus, neque clypeo protectus, trecentos tantum Viros, qui inter potandum aquas lambebant, ſecum aſſumpſit, ſingulas ſingulis tubas, & lampades lagunculis occluſas tradidit: hoſtes Madian cum triplici ex parte circumdaſſent, effractiſque lagunculis lampades extuliſſent, tubiſque conclamaſſent; tunc hoſtes Madian ſe inuicem acceptis gladijs occidebant, & mutua ſe cæde truncabant. Ecce ſublatam explicationis Sindonis facem; ecce effractas ignorantiæ lagunculas; ecce cohortantium ſacrarum tubas. Igitur ſicut in die Madian, confunduntur Iudæi, qui Chriſtum occiderunt; corruunt Hæretici, qui Chriſtum negarunt, compunguntur peccatores, qui Chriſtum offenderunt.

Dies Madian quis fuerit?

Acutum ſtratagema.

14. *Reliquum eſt dilectiſsimi*, &c. Vincat duellum hoc charitas, quæ ipſum quoque inuincibilem vicit, vt immortalis moreretur pro nobis. Vicit Chriſtum charitas, vt moreretur pro nobis; vicit Antiſtitem charitas, vt Sacroſancta Chriſti Stigmata ſanctæ Sindoni impreſſa nobis offerret. Vincat nos quoque charitas vt Sacroſancta Chriſti vulnera, quibus redempti ſumus, nobis ob oculos ſtatuamus, ac cordibus noſtris altè imprimamus, Seraphicum Franciſcum imitemur, qui tanto paſsionis Chriſti rapiebatur amore; vt Sacroſancta Dominicæ Paſsionis ſtigmata Diuinitus in ſuis membris exceperit. Glorioſæ Catharinæ Senenſis pietatem imitemur, quæ tanto amoris ardore Chriſtum pro nobis crucifixum contemplabatur; vt glorioſiſsima paſſionis Chriſti ſtigmata non quidem ſanguine rutilantia, vt Franciſcus; ſed radijs emicantia diuinitus recepiſſe dicatur. Ardentem glorioſæ Claræ de cruce, pietatem imitemur, quæ tanta contentione diu, noctuque Chriſti Domini vulnera mente voluebat; vt Dominicæ paſsionis myſteria cordi ſuo diuinitus impreſſa perpetuo circumtulerit.

Charitas vincit.

Quid nos facere debeamus.

S. Franciſcus Chriſti ſtigmata excepit.

Atque hæc quidem Chriſti vulnera cum latrone agnoſcamus eſſe vulnera nobis debita, Crucem Chriſti noſtram cum Gabriele Paſcolo lib. de Triumpho Chriſtianorum cap. 5. agnoſcamus; noſtram quidem tanquam nobis debitam; ſed Chriſti tanquam ab ipſo pro nobis ſuſceptam: Chriſti eſt, quia Chriſto mortem attulit; noſtra eſt, quia vitam nobis præbuit Chriſtus arborem aſcendit, nos fructus carpſimus: Chriſtus

Chriſti vulnera qualiter meditanda.

Digitized by Google

Chriſtus pœnam ſuſtinuit, nos gloriam reportauimus. Hæc igitur pia mente recolentes, cum D. Auguſtino lib. Meditationum cap. 7. dicamus: *Quid commiſiſti dulciſſime puer, vt ſic iudicareris? Quid commiſiſti amantiſſime iuuenis, vt adeò dirè tractareris? Quod ſcelus tuum, quæ noxa tua, quæ cauſa mortis, quæ occaſio tuæ damnationis? Ego enim ſum tui plaga doloris, tuæ culpa occiſionis: ego tuæ mortis meritum, tuæ vindictæ flagitium: ego tuæ paſſionis liuor, tui cruciatus labor. O mirabilis cenſura conditio, & ineffabilis myſterij diſpoſitio: peccat iniquus, & punitur iuſtus; delinquit reus, & vapulat innocens; offendit impius, & damnatur pius. Quod meretur malus, patitur bonus; quod perpetrat ſeruus, exſoluit Dominus; quid committit homo, ſuſtinet Deus. Quò nate Dei, quò tua deſcendit humilitas? Quò tua flagrauit charitas? Quò proceſſit pietas? Quò excreuit benignitas? Quò tuus attigit amor? Quò peruenit compaſſio? Ego enim iniquè egi, tu pœna mulctaris: ego facinus admiſi, tu vltione plecteris: ego crimen edidi, tu torturæ ſubijceris: ego ſuperbiui, tu humiliaris: ego tumui, tu attenuaris: ego inobediens extiti, tu obediens ſcelus inobedientiæ luis: Ego gulæ parui, tu inedia afficeris: me ad illicitam rapuit concupiſcentia arborem, te perfecta charitas duxit ad crucem: ego præſumpſi vetitũ, tu ſubijſti aculeum: ego delector cibo, tu laboras patibulo: ego fruor delicijs, tu laniaris clauis: ego pomi dulcedinem, tu fellis guſtas amaritudinem; mihi ridens congaudet Eua, tibi plorans compatitur Maria. Ecce rex gloriæ, ecce mea impietas, & tua claret pietas; en mea iniuſtitia, & tua liquet iuſtitia. Quid Rex meus, & Deus meus, quid retribuam tibi, pro omnibus quæ retribuiſti mihi?*

S. Auguſtini pia paſſionis & aurea meditatio egregijs antithetis decorata.

Chriſtus pro nobis quid fecerit.

15. *Præterea cum nobiſcum reputaueri-mus*, &c. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte.* Vox enim nõ in Ramah, ſed in toto orbe audita eſt, ploratus, & vlulatus multus. Quis eſt autem iſte ploratus, & vlulatus multus, niſi totius orbis ploratus, atque mœſtitia. Solem enim in Chriſti morte deficientem, dum contemplatur Auguſtin. ſerm. de Epiphania, cum tanquam Chriſti mortem lugentem contemplatur. B. Laurent. Iuſtinianus lib. de Triumphali agone cap. 20. dicit, quod Sol, Luna, & Terra volebant oſtendere Deum eſſe factorem cœli & terræ: ideò ille obſcuratus eſt, hæc verò contremuit. Quam præclarè hoc cognouit Dionyſius ille magnus Areopagita, ideò exclamauit: *Aut Deus Naturæ patitur, aut mundi machina diſſoluetur.* Alta, ſublimiſque tanti Doctoris Philoſophia; nec minus alta eſt B. Laurentij Iuſtiniani ſerm. de Paſſione Domini contemplatio. *Interrogabunt*, inquit, *te cum Chriſtus ad iudicium venerit vincula, ſputa, verbera, conuicia, decoloratus fel, terræ motus, petræ ſciſſæ, aperta monumenta, inſenſibilitatẽ tuam redarguent; Paſſionis inſignia producta in publicum, voces ſuas dabunt contra te, Diuinæ miſerationis teſtimonium perhibentes.*

Orbis totus Chriſti mortẽ deplorat.

Aurea S. Dionyſij ſententia.

Interrogatio metuenda.

16. *Hinc tandem B. V. acerbiſsimos meditando dolores*, &c. Si Chriſtus Seruator noſter acerbos paſsionis ſuę cruciatus ita ſuſtinuiſſet, vt cruciatuum ſuorum partem cum Matre non diuiſiſſet; ſi ita ipſe flagellis corona, tunſionibus, irriſionibus, clauis, lanceaque confoſſus eſſet, vt innocens B. V. pectus doloris gladius nõ tranſuerberaſſet; Chriſti vtique dolores, ac cruciatus, nulla facta Matris mentione percurrere, ac meditatione proſequi potuiſſemus. At verò quoniam filio patiẽte mater compatiebatur; quæ etſi ictus non exciperet, dolores tamen non ſubterfugiebat: ideò in commemorandis filij cruciatibus, vt cruciatus quoque matris recenſeremus, neceſſe fuit. Quę ita cruci perpetuo aſtitit, vt alterius crucis internæ dolores exciperet, cum filium ſuũ crudeliter ſauciari videbat, quem defendere non poterat: dolentem videbat, cuius doloribus mederi non poterat: opprobria patientem, quæ ipſa compeſcere non valebat: ſitientem audiebat, cui potum præbere nequibat. ſanguine madentem cernebat, cuius vulnera abſtergere non poterat: animam agentẽ, cuius ſpiritum excipere nequibat. Heu dolorum

Cur cum paſſione Chriſti B. Virginis dolor eſt meditandus.

B. V. cruciatus & mœroris cauſæ.

dolorum pelagus immẽſum facta tunc eras ô pientiſsima Mater: *velut mare contritio tua*, quis medebitur tui?

17. *Hinc etiam mentis obtutu eandem contemplari valemus*, &c. Si tantundem lachrymarum in oculis noſtris ineſſet, quantum in lachrymabili hoc proſpectu, quo filium è cruce depoſitum, ſinu matris exceptum agnoſcimus pietatis; liceret vtique nobis diu, noctuque in tanti ſpectaculi contemplatione immorari: at quoniam deficiunt lachrymæ, euaneſcunt ſingultus, cordis ſpiritus diffluit, hoc ſaltem nitamur, vt ſtatis diebus, certiſque horis in admirabilis huius proſpectus contemplatione, internis affectibus rapiamur, vt ita Chriſti dolores contemplemur, vt Matris lachrymas proſequamur.

Quando Chriſti paſſio meditanda.

18. *Ardenti matris affectu ſemetipſam gemebunda ſepeliuit*, &c. Quis Artimiſię Mauſolæum, quo virum condidit, admiretur; qui pientiſsimæ matris in vnicum filium amorem agnoſcit? Fuit illud quidem Artimiſię egregium vxoris beneuolentiæ in virum monumentum. At quomodo cum Beatiſsimæ Matris amore conferri poterit, quæ ita in filij corde viuebat, vt filio moriente ipſam quoq; mori, niſi eam Deus præſeruaſſet, neceſſe fuiſſet: ideò cũ Chriſtum è cruce depoſitum in ſinum ſuum excepiſſet, os, oculoſque clauſiſſet, vulnera exploraſſet, ſanguinem abſterſiſſet, ſingula membra oculis delibaſſet, corpus totu n ſimul cum Ioſepho, ac Nicodemo vnguentis pollinxiſſet, brachia, ac reliqua corporis membra decenter, vt ſepulturæ mandarentur aptaſſet; tunc ſacram Sindonem Chriſti corpori ſuperpoſitam ſupernè ſuperextendit: ſed vt ipſa apud B. Brigittam lib. 2. cap. 21. teſtatur, non conſuit linteum: *Sciebat enim pro certo*, inquit, *quod non in tumulo putreſceret, poſtea Maria Magdalena, & aliæ ſanctæ mulieres venerunt, necnon etiam multi Angeli ſancti quaſi atomi ſolis affuerunt, obſequium exhibentes Creatori ſuo*, & lib. 1. cap. 10. *O quam libenter tunc poſita fuiſſem viua cum filio meo, ſi fuiſſet voluntas eius! Verè dicere poſſum, quod ſepulto filio meo, quaſi duo corda in vno ſepulchro fuerunt. Nunquid non dicitur: vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt, & Cor tuum? Sic in ſepulchro filij mei ſemper cogitatio, & cor meum verſabatur.* Hæc B. V. Atque vtinam precibus, ac meritis Beatiſsimæ atque integerrimæ Matris, ita in contemplatione verſemur, vt ſalutiferæ paſsionis participes efficiamur: nobis hoc concedat IESVS CHRISTVS filius eius, vt perpetuò noſtrum quoque cor, & cogitatio in paſsionis filij, ac Matris contemplatione verſetur, vt ſalutiferæ paſsionis participes effecti, eius quoque gloriæ compotes ſimus in cœlis, cuius paſsionis memoriam recolimus in terris: & Sanctiſsimæ Genitricis, cuius dolores, ac lachrymas noſtris contemplationibus proſecuti ſumus, patrocinio id aſſequamur, vt ipſam quoque in cœlo inuiſere valeamus: cuius ſpeciali gratia id mihi conceſſum agnoſco, vt opus hoc in 5. Nonas Iulias, die immediatè poſt eiuſdem Sanctiſsimæ Virginis viſitationis feſtum, quo ipſa viſitauit, & ſalutauit Eliſabeth, filiumque ſuum in vtero geſtans, eam cum Ioanne in vtero adhuc exiſtente ſancto Spiritu repleuit, abſoluerem ſui myſterio ſempiternus honor habeatur, & gloria, in ſæcula ſæculorum. Amen.

Artimiſiæ Reginæ Cariæ Mauſolæum.

B. V. in Chriſtum amor.

B. Virg. fides.

Angeli ſepulturæ Chriſti aſſiſtunt.

B. V ſepeliri cum Chriſto optauit.

Auctoris Gratiarũ actio.

Quis, quando abſolutum.

Atque hæc omnia quæ in præſenti opuſculo continentur, tam quo ad ſententias, quàm etiã quo ad verba, Ego Frater DANIEL MALLONIVS ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ iudicio ac correctioni piè humiliterque ſubiecta eſſe, & volo, & proteſtor.

Auctoris proteſtatio.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Sit Laus Chriſto paſſo, æterni Patris, æterno Filio, Virginique pariter Matri intemeratæ, gladio doloris multiplici tranſuerberatæ, nunc & in perpetuum.

AMEN.

INDEX AVCTORITATVM SACRÆ SCRIPTVRÆ QVARVM EXPLICATIO EX HOC LIBRO CLARESCIT.

Ex libro Geneſis.

CAP. 2. IMMISIT Dominus ſoporem in Adam, cumque obdormiſſet tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea, & ædificauit eam in mulierem. col. 376. b

3 Ambulabat poſt meridiem ad auram. 122. a

Terra es. 138. a

Inimicitias ponam inter te, & inter mulierem, ſemen tuum & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum. 141. a

Inſidiaberis calcaneo eius. ibidem.

6 Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis, iſti ſunt potentes a ſæculo viri famoſi. 46 b

8 Cunctis diebus terræ ſementis & meſſis frigus & æſtas, æſtus & hyems non requieſcent. 121. b

9 Arcum meum ponam in nubibus cœli, & erit ſignum fœderis inter me, & inter terram. 270. a

22 Impoſuit ligna ſuper Iſaac. 173. b

Vidit arietem inter vepres hærentem cornibus. 188. b. 246 b

28 Erexit lapidem in titulum. 112. a

32 Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. 308. a

35 Erexit titulum lapideum. 112. a

37 Vide vtrum tunica filij tui ſit, an non. 41. a

Fera peſſima deuorauit filium meum. ibid.

49 Ceraſtes in via mordens vngulam equi vt cadat aſcenſor eius retro. 141. a

50 Præcepit ſeruis ſuis medicis vt aromatibus condirent patrem. 2.

Ex libro Exodi.

CAP. 3. SOLVE calceamenta de pedibus tuis, locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. 340. a

4 Sponſus ſanguinum tu mihi es. 140. a

12 Caput cum pedibus & inteſtinis vorabitis. 213. a

23 Aut dele me de libro quem ſcripſiſti. 266. b

24 Erexerunt duodecim titulos. 112. a

28 Rationale quoque iudicij facies opere polymito iuxta texturam ſuperhumeralis, &c. 261. a

Portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & ſanctificauerunt filij Iſrael in cunctis muneribus, & donarijs ſuis. 268. a.

29 Reticulum iecoris offeres. 269 a

33 Faciem meam videre non poteris, non enim

Digitized by Google

enim videbit me homo, & viuet. 48 a. 308. b. 310. a
Si inueni gratiam in oculis tuis oſtende mihi faciem tuam. 236. a. & 308. b
Oſtendam tibi omne bonum. Poſteriora mea videbis. 49. a, & 309. a

Ex libro Leuitici.

CAP. 2. *SI oblatio tua fuerit de ſartagine diuides eam minutatim.* 128. 134. b, 135. a
13 *Si capilli colorem mutauerint, fluerintque flaui vel rufi ſignum eſt lepræ, contaminabitque eum ſacerdos, habebitq́; veſtimenta diſſuta.* 180. a
19 *Nec barbam radetis.* 127. a
Nec remanentes ſpicas colliges. 4. b

Ex libro Numerorum.

CAP. 12. *SI pater eius in faciem eius ſpueret,* 128. b
23 *Quaſi fortitudo rhinocerotis eſt ei.* 72 a
33 *Confringite titulos & ſtatuas.* 112. a

Ex libro Deuteronomij.

CAP. 21. *MALEDICTVS homo qui pendet in ligno.* 66. b
Manus noſtra non effuderunt ſanguinem hunc, neque oculi noſtri viderunt. Propitius eſto populo Iſrael quem redemiſti Domine. pag. 167. a
22 *Vir non induetur veſte muliebri.* 224 b
Si duxerit vir vxorem, & poſtea odio habuerit eam, quæſieritque occaſiones quibus dimittat eam obijciens ei nomen peſſimum, &c. apprehendēt ſenes vrbis illius virum, & verberabunt eum. 100. b
25 *Si autem qui peccauerit dignum plagis viderint; proſternent, & coram ſe facient verberari.* 87. b
Ita dumtaxat vt quadragenarium numerum non excedant. ibidem.

28 *Erit vita tua pendens ante te, & non credes vitæ tuæ.* 70. a
33 *Cornua Rhinocerotis, cornua illius.* 70. b
Lex ignea in dextera eius. 374. b

Ex libro Iudicum.

CAP. 9. *IERVNT ligna vt vngerent ſuper ſe regem.* 195. b
14 *De forti exiuit dulcedo, & de comedente cibus exiuit.* 401. a
15 *Viri Iuda ceperunt Sampſon, & ligauerunt tradentes Philiſtijm.* 83. a

Ex libro primo Regum.

CAP. 1. *NOVACVLA ſuper caput eius non aſcendet.* 185. b
9 *De induſtria ſeruatum eſt tibi.* 371. a

Ex libro ſecundo Reg.

CAP. 3. *NEQVAQVAM vt mori ſolent ignaui, mortuus eſt Abner, manus eius ligata non ſunt, pedes eius compedibus aggrauati non ſunt.* 99. a, 160. b
14 *Quare veni de Geſſur, ſi faciem regis videre non poſſum?* 236. a
18 *Non habeo filium, hoc erit monumentum nominis mei.* 118. a
19 *Confudiſti hodie vultus omnium ſeruorum tuorum, &c.* 310. a
22 *Ponens manus meas ad prælium, & componens quaſi arcum æreum brachia mea.* 241. 250 a

Ex libro tertio Reg.

CAP. 6. *FECIT in templo feneſtras obliquas.* 391. b
14 *Malleorū ſonus auditus non fuit.* 176. b

Ex libro quarto Reg.

CAP. 3. *ARRIPIENS filium ſuum qui regnaturus erat pro eo, obtulit*

Digitized by Google

obtulit holocauſtum ſuper murum. 101.a
23 *Quis eſt titulus quem video.* 112.b

Ex libro quarto Eſdræ.

CAP. 4. PONDERA *mihi pondus ignis.* pag 176 a
14 *Reuelans reuelatus ſum Moyſi in monte Sinai, & oſtendi ei temporum ſecreta, & finem, & dixi hæc in palam facies, & hæc abſcondes, &c.* 256 a
49 *Altera manu gladium tenebant, & altera lapidem.* 176.b

Ex libro Heſter.

CAP. 10 RECORDATVS *ſum ſomnij quod videram, hæc eadem ſignificantis, nec quicquam irritum fuit. Hoc eſt autem ſomnium: Paruus fons qui creuit in flumen, & in lucem ſolemque conuerſus, eſt, & in aquas plurimas redundauit.* 385.a

Ex libro Iob.

CAP. 2. PERCVSSIT *Iob vlcere peſſimo à planta pedis vſque ad verticem.* 128.
4 *Nunquid implebis ſagenas pelle eius?* pag. 186. 269 a
6 *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior in ſtatera, quaſi arena maris hæc grauior appareret.* 284. b
9 *Multiplicauit vulnera mea ſine cauſa.* pag 81.
10 *Circundedit me lanceis ſuis.* 146. b
12 *Confregit me, & poſuit me quaſi in ſignum.* pag. 143.
13 *Poſuiſti in neruo pedem meum.* 343.b
16 *Exprobrantes percuſſerunt maxillam meam.* pag. 229. a
Lanceis ſuis conuulnerauerunt lumbos meos. pag. 154.
Conſcidit me vulnere ſuper vulnus. pag. 63. & 157 a
Tetendit arcum ſuum, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam. 157.a
Terra non operias ſanguinem meum. 138. a
Nunc autem oppreſſit me dolor meus, & ad nihilum redacti ſunt omnes artus mei. pag 140 a
18 *Deuoret pulchritudinē cutis illius, conſumet brachia illius primogenita mors.* 245.
19 *Derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos.* 332. a
Deſtruxit me vndiq; & pereo. 314. 323. a
30 *Cutis mea denigrata eſt ſuper me, & oſſa mea aruerunt præ caumate.* 244. b
Verſa eſt in luctum cithara mea, & organa mea in vocem flentium 45.
33 *Tabeſcet cor eius, & oſſa quæ fuerant tecta nudabuntur.* 154.
40 *An extrahere poteris leuiatan hamo, aut armilla perforabis maxillam eius?* 262. b

Ex libro Pſalmorum.

PSAL. 1. IDEO *non reſurgent impij in iudicio, neque peccatores in concilio iuſtorum.* 341. b
2 *Quare fremuerunt gentes & populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.* pag. 320. b
Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius. 117. b
4 *Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ.* 259. a
5 *Mane aſtabo tibi, & videbo.* 122. a
13 *Adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius.* 129.
16 *Cuſtodi me vt pupillam oculi.* 52. a
16 *Sub vmbra alarum tuarum protege me.* pag. 251. b
17 *Poſuiſti vt arcum æreum brachia mea.* pag. 241.

Digitized by Google

21 *Circũdederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me.* pag.213.a,281.b
Circundederunt me canes multi. 281.b
Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. 281.a
Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens. 269.a
Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. 391.b
Dinumerauerunt omnia oſſa mea. 250.a
Sicut aqua effuſus ſum. 148.a
Ego autem ſum vermis, & non homo. ibid.
Tauri pingues obſederunt me. 96.a
31 *In chamo & freno maxillas eorum conſtringe.* 362.b
37 *Lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.* 232.b
Lumbi mei impleti ſunt illuſionibus. 154.
38 *Congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoraui.* 89.b
39 *In capite libri ſcriptum eſt de me* 267.a
44 *Speciosus forma præ filijs hominum.* 48.b
Myrrha, & gutta, & caſia. 291.b
49 *Immola Deo ſacrificium laudis.* 259 a
59 *In finem non diſperdas.* 117.a
61 *Duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia.* 54.a
67 *Intingatur pes tuus in ſanguine.* pag. 119. & 140. a
68 *Deleantur de libro viuentium.* 266.b
Operuit confuſio faciem meam. 120.b
Super dolorem vulnerum meorum addiderunt. 81.99.b
72 *Fui flagellatus tota die.* 144.
Caſtigatio mea in matutinis. 95.a
73 *Operatus eſt ſalutẽ in medio terræ.* 403.b
77 *Quaſi potens crapulatus à vino.* 121.a
84 *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* 152.b
Miſericordia & veritas obuiauerũt ſibi. 54.a
86 *Glorioſa dicta ſunt de te Ciuitas Dei.* pag. 112. a
100 *Miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* 54.a
101 *Oſſa mea ſicut cremiũ aruerunt.* 326.a
110 *Sanctum & terribile nomen eius.* 54.a
118 *Confige timore tuo carnes meas.* 359.a
128 *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores.* 164.a
129 *Copioſa apud eum redemptio.* 100.a

Ex libro Prouerbiorum.

CAP. 6. SPINA *naſcitur in manu temulenti.* 207.a
Nunquid poterit quis abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt non ardeant veſtimenta eius; aut ambulare ſuper prunas vt non comburantur plantæ eius? 10.a
14 *Per agrum pigri tranſiui, & ecce totum repleuerant vrtica.* 199.a
28 *Fugit impius nemine perſequente.* 168.a

Ex Cantico Canticorum.

CAP. 1. OSTENDE *mihi faciem tuam.* 48.a
Ecce tu pulcher es dilecte mi. 142.b
Faſciculus myrrha dilectus meus. ibidem.
Inter vbera mea commorabitur. 331.a
2 *Vox tua dulcis, & facies tua decora.* pag. 48.a
Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo. 290 b
Ego flos campi, & lilium conuallium. 203.a
Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias hominum. ibidem.
Reuertere dilecte mi, ſimilis eſto capreæ, hinnuloque ceruorum. 319.a
3 *Filiæ Hieruſalem venite, & videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater ſua.* 205.b, 209 213.b
Quæſiui illum, & non inueni. 291.a
4 *Vulneraſti cor meũ ſoror mea ſponſa, in vno crine colli tui.* 171.182.b,183.a, 390.b
Veni Auſter, veni Aquilo, perfla hortum meum,

Digitized by Google

meum, & fluant aromata cum impetu. pag. 383. col. b
5 *Dilectus meus candidus, & rubicundus. 53. a, 232. a*
Venter tuus eburneus, diſtinctus ſapphyris. pag 253. b
Crura illius columnæ marmoreæ. 143. 148. a
Aperi mihi ſoror, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. 177. 180. b, 181. a, b
6 *Pulchra vt Luna. 1.*
Sicut aurora conſurgens. 318. b
7 *Quid videbis in Sunamite, niſi choros caſtrorum? 296. a*
Coma capitis tui ſicut purpura regis. pag. 178. & 184. a
8 *Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum delicijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum? 291. a*
Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum. pag. 241 247. a, & ſeqq.

Ex libro Sapientiæ.

CAP. 2. MORTE *turpiſſima condēnemus eum. pag. 58.*

Ex libro Eccleſiaſtici.

CAP. 50. SICVT *fulgētiſſima ſtella inter nebulas gloriæ. 318. b*
51 *Circundederunt me vndique, & non fuit qui adiuuaret. 281. b*

Ex libro Eſaiæ.

CAP. 1. PRIMO *tempore alleuiata eſt terra zabulon, & terra Nephtalim. 264. b*
A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas. 128. 136 b
Omne caput languidum, & omne cor mœrens. ibidem.
2 *Ingredere in petram, & abſcōdere in foſſa humo à facie timoris Domini. 282. b*
3 *Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion. & erit pro criſpante crine caluitium. pag. 185 a*
9 *Factus eſt principatus ſuper humerum eius. pag. 174. a*
Iugum oneris eius, & virgam humeri eius ſuperaſti, ſicut in die Madian. 427. a
Veſtimentum mixtum ſanguine erit in combuſtionem. & cibus ignis. 38. a
20 *Vadens diſcalciatus & nudus, &c. 341. b*
21 *Tritura mea filia areæ meæ. 85. a*
22 *Coronans coronabit te tribulatione. 202. b*
Quaſi pilam mittet te in terram latam, & ſpatioſam, ibi morieris, & erit ibi currus gloriæ tuæ. 190.
Dabit ei clauem domus Dauid qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit, & hæc ipſa clauis erit ſuper humerum eius. pag. 174. b
26 *Domine exaltetur manus tua, & non videant, videant & confundantur zelantes populi, & ignis hoſtes tuos deuoret. 345. b*
48 *Laude mea infrenabo te. 362. b*
50 *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. 214. a, 223. a*
Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me. 228. b
53 *Poſuit in eo Dominus iniquitates omnium noſtrum. 268. b, 380 a*
Sicut agnus coram tondente ſe, ſic non aperuit os ſuum. 303. a
Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum. 98. b
Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. 81. & 268. b
Non erat ei ſpecies neque decor. 231. a
Reputauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo. 231 a
Dominus voluit eum conterere in infirmitate. 240.
Brachium Domini cui reuelatum eſt 248 b
63 *Quis eſt iſte qui venit de Edom tinctis veſtibus*

veſtibus de Boſra. 53. a, 136 b, 278. a
Ego qui loquor iuſtitiam, propugnator ſum ad ſaluandum. pag. 53. a
Quare rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torcu- lari? 53. a, 278. a
Torcular calcaui ſolus. 136 a
64 *Vtinam diſrumperes cœlos, & deſcende- res.* pag. 117. a
65 *Tota die expandi manus meas ad popu- lum non credentem, ſed contradicentem mihi.* 70 a
vlt. *Ponam in eis ſignum. & mittam ex ijs qui ſaluati fuerint, ad gentes in mare in Africam & Lydiam, & tenentes ſa- gittam in Italiam & Graciam.* pag. 404. b, 407. a

Ex libro Hieremiæ.

Cap. 1. AB *Aquilone pandetur om- ne malum.* 387 b
9 *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum?* 145.
11 *Venite mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium.* 58 67. b. 157 b 320. b
17 *Recedentes a te in terra ſcribantur.* 267. b
47 *Venit caluitium ſuper Gazam.* 185. a
48 *Omne caput caluitium erit, & omnis barba raſa erit.* ibidem.
Circumite ciuitatem, & habitate in petra Moab, & eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis 282. b
49 *Anguſtia & dolores quaſi parturientis tenuerunt eam.* 3. 22. b

Ex libro Threnorum.

Cap. 1. EGo *vir plorans, & oculus meus deducens lachrymas.* pag. 60.
2 *Facta eſt velut mare cõtritio tua* 41 b, 130.
Eradamus eum de terra viuen... 143.
3 *Miſit in renibus meis filias pharetra ſua.* pag. 156. a
Ædificauit in giro meo. 143.
Ponet in puluere os ſuum ſi fortè ſit ſpes. pag. 154. 157. b
Fregit ad numerum dentes meos. 158 a
Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs. ibidem.
Afflictus eſt oculus meus. 23... b
Inundauerunt aquæ ſuper caput meum, & dixi, perij. 234 b
Vetuſtam fecit pellem meam, contriuit om- nia oſſa mea. 244 b
Abiectionem poſuiſti me in conſpectu po- puli. 240.
4 *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mu- tatus eſt color optimus?* 177. 185. b
Adhæſit cutis oſſibus meis, & facta eſt quaſi lignum. 178.

Ex libro Ezechiel.

Cap. 2. IN *quo ſcripta erant lamenta- tiones, carmen & va.* 426 a
7 *Accingent ſe cilicijs, & erit in omni fa- cie confuſio, & in omni capite caluitium.* 185. a
9 *Indutus erat veſtibus atramentarium ſcriptoris habens in lumbis ſuis.* 156. a
Percutite omnem ſuper quem non inuenietis ſignum Tau. 68 b
12 *Faciem tuam velabis, & non videbis ter- ram.* pag 209. & 212. a
24 *Corona tua circumligata ſit tibi.* pag. 208. & 212. a
27 *Radent ſuper te caluitium.* 185. a
39 *Erit nominata dies in qua glorificatus ſum.* 118. a
Cumque viderint os hominis, ſtatuant iuxta illud titulum donec ſepeliant eum pollin- ctores in valle multitudinis. 118. a
47 *Et ecce aqua redundantes à latere de- xtro.* pag. 374. a

Ex li-

Ex libro Danielis.

CAP. 7. IVDICIVM *ſedit, & libri aperti ſunt.* *pag. 266. b*
10 *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt, &c.* *pag 402. col. a*
Emarcui nec habui quicquã virium. *295 b*
12 *In tẽpore illo ſaluabitur omnis qui inuẽtus fuerit ſcriptus in libro vitæ.* *266. a, b*

Ex libro Oſeæ.

CAP. 4. SANGVIS *ſanguinem tetigit.* *206. a*
Peccata populi mei comedent ſacerdotes. *pag. 67. b*
6 *Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens.* *392. b*
13 *O mors, ero mors tua, morſus tuus ero inferne.* *362. b*

Ex libro Ioelis.

CAP. 2. SOL *conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem.* *306. a*

Ex libro Amos.

CAP. 8. CONVERTAM *feſtiuitates veſtras in luctum, & inducam ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum, & ſuper omne caput caluitium.* *185. a*

Ex libro Micheæ.

CAP. 1. VADAM *ſpoliatus & nudus.* *pag. 107.*
5 *In virga percutient maxillam regis Iſrael.* *230. b*

Ex libro Nahum.

CAP. 3. REVELABO *cunctis gentibus ignominiã tuã.* *95. a, 278. b*

Ex libro Abachuch.

CAP. 2. CORNVA *in manibus eius.* *pag. 59. 157. b.*

Ex libro Zachariæ.

CAP. 1. VIDI *per noctem, & ecce vir aſcendens ſuper equum rufum.* *pag. 3. 21. b*
3 *Ecce ego celabo ſculpturam eius, & auferam iniquitatem in die vna.* *141.*
12 *Aſpicient ad me qui confixerunt.* *pag. 242 346. b, & 347. a*
Plangent ſe ſuper eum tribus, & dolebunt vt doleri ſolet in morte primogeniti. *347. a*
13 *Configent eum pater eius, & mater eius, & genitores eius cum prophetauerit.* *277. b*
Quid ſunt plagæ iſtæ? *278. b*
14 *In illa die erit quod ſuper frenum, ſanctum Domino.* *362. a*

Ex libro Malachiæ.

CAP. 4. ORIETVR *vobis timentibus Deum ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius.* *241. 252. a*

Ex Euangelio Matthæi.

CAP. 5. SI *quis te percuſſerit in maxilla dextra, porrige ei & ſiniſtram.* *229. b*
7 *Non eſt bonum ſumere panem de manibus filiorũ, & dare canibus.* *282. a, 320. b*
8 *Vulpes foueas habent, volucres cœli nidos, filius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.* *36. a*
12 *Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac, &c.* *346. a*
13 *Attulit fructum aliud trigeſimum, aliud ſexageſimum, aliud centeſimum.* *84. b*
19 *Neque duas tunicas, neque calceamenta habebitis.* *339. a*
20 *Tradetur gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum.* *84 b, 148 b*
23 *Quoties volui congregare filios tuos ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas & noluiſti?* *241.*

Digitized by Google

25 *Cum venerit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ.* pag. 344. col b
Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur & Aquilæ. 345. a
IESVM *autem flagellis cæſum tradidit eis, vt crucifigeretur.* 94. a
Impoſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam. 113. a
Reus eſt mortis. 94. a
Exſpuerunt in faciem eius. 228. b
Arundine percutiebant caput eius. 205. a
27 *Illudebant autem ei milites.* 227. b
Videns autem Pilatus quod nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, lauit manus ſuas. 167 b
Angariauerunt Simonem Cyrenæum vt tolleret crucem eius. 157. b
Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. 132. a, 319 b
Pilatus verò IESVM *flagellis cæſum tradidit, vt crucifigeretur.* 12. a
Deus, Deus meus, quare me dereliquiſti? 126.

Ex Euangelio Marci.

CAP. 10. FLAGELLABVNT *eum.* 148. b
15 *Erat titulus cauſæ ipſius ſcriptus.* 113. a
Ioſeph mercatus Sindonem, & depoſitum inuoluit in Sindone. 2.
vlt *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.* 117. b

Ex Euangelio Lucæ.

CAP. 1. REGNABIT *in domo Iacob.* 118. a
2 *Fecit potentiam in brachio ſuo.* 247. a
Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ; fecit mihi magna qui potens eſt. 239. a
Tuam ipſius animam doloris gladius pertranſibit. 22. b
8 *Exijt qui ſeminat ſeminare ſemẽ ſuũ* 199.
10 *Beati oculi qui vident quæ vos videtis.* 43.
11 *Quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.* 49. a
Væ vobis legis peritis quia tuliſtis clauem ſapientiæ, & ipſi non introiſtis. 256. b
14 *Qui non baiulat crucem ſuam poſt me, non eſt me dignus.* 172 a
18 *Illudetur & flagellabitur.* 148. b
22 *Et factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* 234. b
Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. 132. a
Impoſuerunt illi crucem portare poſt IESVM. 172 a
23 *Depoſitum inuoluit Sindone.* 16. b
Cœperunt autem accuſare eũ dicentes. Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram & prohibentem tributa dari Cæſari. 58.
Conuerſus Dominus reſpexit Petrum. 52. b
Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. 126 b, 422. b
24 *Procumbens vidit linteamina ſola poſita.* 28. b

Ex Euangelio Ioannis.

CAP. 1. DEVM *nemo vidit vnquam.* 310. a
2 *Seruaſti bonũ vinum vſq; adhuc.* 371. a
Soluite templum hoc, & in triduo &c. 176 b
3 *Cuius non ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calceamenti.* 338. a
11 *Statim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes inſtitis, & facies illius erat ſudario velata.* 16. a, 17. a
12 *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet.* 84 b
16 *Adhuc habeo multa vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo.* 1.
Vos vocatis me Magiſter, & Domine. 285. a
18 *Erat autem mane, & ipſi non introierunt in prætorium.* 319. b
Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. 116 b
Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. ibid.

Si non

Digitized by Google

Si non eſſet hic malefactor non tibi tradidiſſemus eum. pag. 132 a
19 Acceperunt ergo corpus eius & ligauerũt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. 5 b, 17. a, 28 b.
Sicut mos eſt Iudæis ſepelire. 19. a
Corripiam ergo illum, & dimittam. 87. a
Ego nullam cauſam mortis inuenio in eo, pag. 87. a
Tunc ergo apprehendit Pilatus IESVM, & flagellauit. 94. a
Milites plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti eius. 192. a, 194 b
IESVS Nazarenus Rex Iudæorũ. 115. a b
Ecce homo. 192. b
Stabat autem iuxta crucem IESV mater eius. 294. b, 295. a, b
Regem veſtrum crucifigam? 116. a
Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. 424 b
Lancea latus eius aperuit. 418 b
Erat enim magnus dies ille Sabbathi. 415 b
Baiulans ſibi crucem. 161. 164 b
Conſummatum eſt. 402. a, b, 403. a
Noli ſcribere Rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit Rex ſum Iudæorum. 115 b, 116. a
Exiuit ſanguis, & aqua. 396. b, 397. a
Continuo exiuit ſanguis, & aqua. 384. b
Ad Ieſum autem cum veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, ſed vnus militum lancea latus eius aperuit. 376. a
Videbunt in quẽ transfixerunt. 346. b, 347. a
Ecce rex veſter. 116. a
Tolle, tolle, crucifige eum. 320. a

Ex libro Actorum.

CAP. 1. QVEMADMODVM vidiſtis eum aſcendẽtem in cœlum, ita veniet. 406. b
3 Scio quia per ignorantiam feciſtis. 132. a
12 Præcingere & calcea te caligas tuas. 338. b
16 Iuſſerunt eos virgis cædi. 89. b
Et cum multas plagas impoſuiſſent. ibidem.
Tollens eos in illa nocte lauit plagas eorũ. 90. a
22 Si licet hominem Romanum indemnatũ flagellare? pag. 85. b

Ex epiſtola ad Romanos.

CAP. 5. IN hoc commendat Deus charitatem ſuam in nobis. pag. 9. col. b
8 Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis; ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. 100. a

Ex epiſtola ad Corinthios.

2. Cor. 5. EVM qui peccatum non nouerat, fecit pro nobis peccatum. 67. b
2. Cor. 11. Quinquies quadragenas vna minus accepi. 88. a
2. Cor. 11. Ter virgis cæſus ſum. 85. b

Ex epiſtola ad Galatas.

CAP. 3. FACTVS pro nobis maledictum. 66. b, 67. a, b

Ex epiſtola ad Epheſios.

CAP. 3. VT poſſitis comprehendere cũ omnibus ſanctis, quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundũ. 110. a, 124. b, 133. b, 134. a
5 Sacramentum hoc magnum eſt, ego autẽ dico vobis in Chriſto & Eccleſia. 379. b

Ex epiſtola ad Coloſſenſ.

CAP. 2. IN quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. 245. 254. a

Ex epiſtola ad Timotheum.

CAP. 5. PVBLICE peccantem publicè argue. 110. b

Digitized by Google

Ex epiſtola ad Philippenſes.

CAP. 2. FACTVS eſt obediens vſque ad mortem, &c. 58.

Ex epiſtola ad Hebræos.

CAP. 5. CVM clamore valido, & lachrymis deprecans exauditus eſt pro ſui reuerentia. 268. b

9 In arca Domini nihil aliud erat præter tabulas teſtimonij. 254. b

Si enim ſanguis hircorum aut taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat &c. 131. a, 139. a

Per amplius & perfectius tabernaculum hoc non manufactum, id eſt, non huius creationis. 132. a

13 Quorum animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra. Propter quod & Ieſus, &c. 131. b

Exeamus omnes extra caſtra cum Chriſto. 172. b, 173 b

Ex epiſtola B. Petri.

PET. I. SCIENTES quod non corruptibilibus auro & argento ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati & incontaminati Chriſti, redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis. 281. a

Chriſtus pro nobis paſſus eſt vobis relinquens exemplum, &c. 181. b

Ex epiſtola Ioannis.

1. IO. 4. SI enim fratrem ſuum quem videt non diligit, Deum quem non videt quomodo diligere poteſt? 130. b

1. IO. 5. Hic venit per aquam & ſanguinem IESVS CHRISTVS. 399. b

Omnis ſpiritus qui ſoluet IESVM ex Deo non eſt. ibidem.

Quis eſt qui vincit mundum niſi qui credit quoniam IESVS eſt filius Dei? ibid.

Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua & ſanguis, & hi tres vnum ſunt. ibidem.

Ex libro Apocalypſeos.

CAP. I. ECCE venit in nubibus, & videbit eum omnis populus, & qui eum pupugerunt. 343 b, 347. a

2 Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei 325 a

Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo ei calculum nouum, & in calculo nomen ſcriptum quod nemo ſcit, niſi qui accipit. pag 151 a

5 Liber ſcriptus intus, & foris. 149. b

5 Vindica ſanguinem noſtrum. 138 b

6 Veni, & vide, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper illum habebat arcum, & data eſt ei corona, & exiuit vincens vt vinceret. 203. a

Viſus eſt arcum manutenens, vt in ipſo exeat vincens, vt vincat. 210 b

7 Quoadusq; ſignemus ſeruos Dei in frontibus eorum. 68. b

10 Accipe librum, & deuora illum, & amaricabit facies ventrem tuum, ſed in ore tuo erit dulce tanquam mel. 426. b

13 Adorauerunt beſtiam omnes quorũ non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ. 266. b

17 Mirabuntur omnes quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ. ibidem.

19 Veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine. 3.

Rex regũ, & Dominus dominantium. 117. b

20 Hæc eſt mors ſecunda. 246. a

FINIS.

Digitized by Google

INDEX RERVM

PRÆCIPVA OBSERVATIONE DIGNARVM IN QVO

Numerus Paginam, a. Columnam primam, b. ſecundam explicat.

A.

AARON virga floreſcens carnis reſurrectionem figurat. pag. 257. a
Aaron ornamenta. 268. a
Aaron quomodo iniquitates filiorum Iſrael portauerit. ibidem.
Abagarus rex pictorē mittit qui Chriſti effigiem excipiat. pag 51. col. a
Abel ſanguis quod clamauerit de terra. 138. b
Abelem centum annis luxit Adam. 286. b
Abel à Cain occiſus, quid deſignet. 174 a
Abrahami obedientiam ſuperauit B. Virgo. pag 294. b
Abraham quid Ægyptios docuerit. 150 a
Abſalonis cæſaries librarum octo, vnciarum quatuor. 183 b
Acerbitas doloris B. V. 126. b
Acerbitas flagellationis Chriſti 89. b. 90 a
Achates lapis qualis eius vis & myſteria. 264 b
Actus omnes B. V. quanta modeſtia & grauitate præditi. 296
Adagium, altiora te ne quæſieris quomodo intelligendum. 8 b
Adam gigas fuit. 46 a
Adæ lectus triginta pedum vbi conſpiciatur. pag 46 b
Adam & Eua mundum vendiderunt. 79. b
Adæ ſupra ſepulchrum tres baccæ plantantur. pag 63. b
Adam ante peccatum nuditatem cur non erubeſceret. pag. 121. a
Adam qua hora peccauit eadem Chriſtus in crucem actus. 121. b
Adam quia incontinenter manum extendit, ideò Chriſti manus clauis affixa fuit, & quia Adam prius dextrā extendit, ideò dextra manus Chriſti prius clauis affixa fuit. 123. b
Adæ peccatum Chriſtus principalius abolere voluit. ibidem.
Adam ſecundus plus profecit, quam primus nocuerit. 238. b
Adam vbi ſepultus. 185. a b. 286. a. b
Adam poſt peccatum quæ loca incoluerit. 286. b
Adam in Chriſtum transfuſus. 238. b
Adæ dormitio quid myſticè deſignarit. 280 b
Adam pomum manducaturus quia dextrum pedem prius mouit, ideò dexter pes Chriſti clauo prius perforatur. 352 a
Adæ ad Chriſtum analogia. 380 a
Adam quo die & hora peccauit, eadem Chriſtus fuit mortuus. 405. b
Adamantino in vngue cur peccatum Iudæ ſcriptum eſt. 393. a
Admirationem tollit Dei omnipotentia. 17. b
Admirabile commercium dicitur opus Incarnationis. 383 b, 384 a
Adriaticum mare clauo dominicæ crucis tranquillum redditur. 363. a
Adriatici maris procellis montes excitati. pag. 287. col a
Adrianus Imp. primus omnium inter Imperatores barbam nutrit. 2:6. b
Adonizedech ſeptuaginta regum manus abſcindit. 116. b

Digitized by Google

Ægyptiorum ſuperſtitio in cadaueribus condiendis. pag 19. col. b
Ægyptiorum literæ. 149. b
Ægyptios docuit Abraham Mathematicam & aſtrologiam. 150. a
Ægritudo in Chriſto nulla. 301. a
Aer cruce purgatus. 124 b, 134 b
Aërem vix tolerare poterat Chriſtus propter horribiles capitis percuſſiones 158. b
Æthiopem quomodo concepit & peperit mulier. 330. a
Affectus in pedibus deuorantur. 359 a
Affines Chriſti Domitianus proſequitur, & cur. 217 a, b
Affinium Chriſti bona quanti valerent. ibidem.
S. Agathæ velum non conflagrat. 38. a
Ager typhernates ſpinam, capillumque Chriſti ſanguine hærentem ſeruat, quæ in die Paraſceues reuireſcit 182 b
Agricola crucis figuram exhibet arando 132 a
Agnus aureus amianto fune ligatur. 37 b
Agnus Paſchalis duplici ligno aſſabatur, & cur. 303. a
Agnus inſignis Chriſti figura. ibidem.
Alas duas Chriſtus habere deſcribitur, & cur. 251. a
Alapis pueri, & mulieres, cur percutiantur. pag. 230 a
Alapa Chriſto armata manu impingitur. ibid.
Alexander Magnus cur Tyrios in cruces egerit. pag 64. b
Alexander Magnus Iaddum Pontificem Iudæorum cur adorauerit. 266. a
Alexander Magnus os Epheſtionis ſigillo ſignat, & cur. 248 b
Alexandri Magni vulnus quid clamaret 348 b
Alexandri Magni liberalitas munificentiſſima. 383. b
Alexander Magnus arbores Solis conſulit. 325. a
Almericus VI Rex Hieruſalem. 32 b
Alphonſi Paleoti cor à Deo accenditur. 4 b
Alphonſi Paleoti liber, quam aptè Sindonis explicatio inſcribatur. 16 b
Alphonſi Paleoti plurimæ gratiæ habendæ. pag 10. a
Alphonſi Paleoti in hoc opere intentio. 1. a
Alphonſus Paleotus leges meſſis ac vindemiæ ſeruat. pag. 4 b
Alphonſi Paleoti paſtoralis ſollicitudo. 9 a
Ambitionem oſtendit Pilatus dum Chriſtum vocat regem, & crucifigit. 116 a
Ambitio diuitum in ſepulchris quam grauiter reprehendenda. 26. 56. a
Ambitus cur veſte candida fieret. 217. a
Ametiſti vis mirabilis. 264. b
Amiantum linum incendio lædi non poteſt. 37. a
Amicus amico animæ dimidium. 125. a
Amoris vis mirabilis 56 b, 125. a
Amor Chriſti erga nos heroico facto demonſtratur. 100. a
Amatoriè Chriſtus nos proſequitur. 56. b
Amoris holocauſtum quod. 131. b
Amor B. V in Chriſtum. 125. b
Amor Chriſti nullum pro nobis ſupplicium reſpuit. 149 a.
Amore Chriſti erga nos nullus maior. ibid.
Amoris notis exarata epiſtola. 218. b
Amores duo in corde B. V. pugnabant. 332. b
Amorem Dei paſſio prædicat. 340. b
Amare Deum quantum debeamus. ibidem.
Amoris vulnus. 383. a
Amicitiam nobiſcum quo artificio ineat Chriſtus. pag 218. b
Anagogicus ſenſus omnium myſticorum ſenſuum nobiliſſimus. 130 b
Angeli in Chriſti aſcenſione mirantur. 278. a
Angeli quotidie ſingulariter legunt in nouiſſimo vniuerſaliter recitaturi. 266. b
Angeli ſepulchro Domini aſſiſtunt. 49. b
Angelorum matutina ac veſpertina cognitio. 260. a
Angelus funiculo, & arundine templum dimetiens quid ſignificet 46. a
Angelorũ præſidio Hieruſalem deſtituitur. 30. a
Angeli corporea Chriſti pulchritudine delectantur. 48. a
Angeli ter in anno quas cruces inuiſere ſoleant. pag 78 a
Angelorum ruina crucis ſublimitate reparata. pag 124. b
S. Andreas Apoſtolus non clauis, ſed funibus cruci adſtrictus. 123. a
S. Andreæ crux qualis 108. a
Anima aquæ calidæ à D. Thom. comparatur. pag. 21. b
Anima quando per cincinnam capitis eleuatur. ibidem.
Anima in paſſionis Chriſti meditatione caleſcit. 245 a
Anima Chriſti quomodo figurata. 257. a
Anima B. V. gaudio ac dolore variè afficitur. 142.
Animæ quam caræ Chriſto. 347 b
Animam Chriſti perſecutores quærebant. pag. 149. a, 391. b

Anima

Digitized by Google

Anima noſtra columba deſignatur. pag 390.a

Animæ ſedes vbi. 391 b

Animi ingrati vitium quam deteſtabile 391 a

Anima noſtra quomodo fœcunda fieri poteſt, & Chriſtum in ſeipſa concipere. 331.a

Animalia vnicornia plura. 70.b

Annulus Dei eſt homo 329 a

Annulo os Epheſtionis ſignat Alexander Magnus. 248.b

Anni mundi quot. 11.b

Anni mundi varie ſupputati. ibidem.

Antichriſtus à diabolo armandus. 324.b

Antiquitas tenebras rebus offundit. 9.a

Anterior pars in homine quæ dicatur. 154.a

Antipathia & ſympathia in arboribus. 201.a

Antiochi actus vt Ionathæ amicitiam compararet. 218.b

Apparitio Chriſti mirabilis nouitio Ciſtercienſi. 172 b

S Apoſtoli nudis pedibus incedebant. 339 a.b

Apoſtolicæ ſedis auctoritas quando requirenda. pag. 38.b

Apoſtolicæ ſedis auctoritas Delphico Oraculo præponenda. 19.a

S. Apollonia ſe ipſam in ignẽ ſpontè inijcit 422 b

Africanus Scipio quotidie barbam raſit. pag. 226.b, 227.a

Apollini primitię barbę conſecratę 185.b, 227.a

Appelles miro artificio Planum carbone pingit. pag 8 a

Appelle maior Chriſtus. 8.b

Aquarum virtus mirabilis. 392.a

Aquæ redemptoris caput quando inundauerunt. pag 179.b

Aqua ex lateris vulnere copioſè egreſſa. 382.b

Aqueum elementum quibus priuilegijs à Deo condecoratum. 387.b, 388 a

Aqua vera in Chriſti pectore quomodo eſſe potuerit. 397 a, b

Aqua an à ſanguine diuiſa è Chriſti latere fluxerit 398.b

Aqua, ſpiritus & ſanguis quomodo vnum ſint. pag 400 a

Aqua vera non autem phlegma è Chriſti latere profluxit. 396 a

Aqua cur calici infundatur. 396 b

Aquilæ comparatur Chriſtus 252.b

Aquilonem recipit vulnus lateris Chriſti. & cur. pag. 387.b

Aratio facta ſuper corpus Chriſti. 175.b

Aræ medijs in fluctibus. 287.b

Aratrum crucis figuram exhibet. 132.a

Arbores infælices quæ, & cur ſic dictæ. pag. 62. col. a

Arboribus ineſt differentia ſexus. 201.a

Arbor Chriſti figura. 323.a.b

Arbori Chriſto fideles inſeruntur. 323.b

Arbor vitarum cur dicta. 324 a

Arbor vitæ an hominem conſeruare potuerit æterno tempore. ibidem.

Arbor vitæ an virtutem naturalem habuerit, an ſupernaturalem. 324.b

Arbores foliis mirabiles. ibidem.

Arboris vitæ myſteria declarantur. 325.a

Arbor mala quomodo fructus bonos facere poſſit. 323.b

Arca ea continebat quibus Iudæorum ingratitudo conuinceretur. 257.a

Arcæ oſtium ſignificat vulnus Chriſti. 293.a

Arca cur dicatur humanitas Chriſti. 254.b

Arca teſtamenti quid contineret. pagina 254 b, 255.a

Archimedes cœli ſitum vitreis ſphæris incluſit. 175.b

Architectonicæ ars ex homine deſumpta. 382.a

Arcu æneo brachia Saluatoris figurata. 250.a

Arcus metaphora exactè deſcribitur. 250.b

Arcum cur Chriſtus geſtare deſcribatur. ibidem.

Arduis in rebus virtus eluceſcit. 9.a

Argiuarum fœminarum ſuperſtitio. 224 b

Arietis ad Chriſtum analogia. 198.b, 246.b

Arietes inter vepres hærens Chriſtum ſignificat ſpinea corona redimitum. 198.b

Armati contra Chriſtum à diabolo qui fuerint. 321 a

Aromata Chriſti corpori adhibita Sindonis effigiem impedire non potuerunt 2..

Arius cur equo nigro indicatus, cuius ſeſſor ſtateram manu teneret. 321.b

Ariana peſtis quantum creuerit. ibidem.

Ars Chriſti mirabilis. 401.a, b

Ars quomodo vim naturæ repellere poſſit. pag. 329 b

Artemiſiæ Mauſolæum. 429.a

Artificium Chriſti mirabile. 4 b

Arundine cur percuſſum Chriſti caput. 235.b

Arundo myſticè quid ſignificet. 216 b

Arundinis ictus in capite cur Chriſtus ſuſtinuit, mirabilis cauſa ibidem.

Arũdine diabolus Chriſtum perſequitur, & Chriſtus diabolum. 216 a

Arundo ſerpentibus lethalis. ibidem.

Aſcendente Chriſto mirantur Angeli. 278.a

Aſcarides vermes qui. 3.4.a

Aſſueti

Digitized by Google

Aſſueri regis in Heſter humanitas. pag. 310. col b
Aſſyriorum mores, & ſuperſtitiones in condiendis cadaueribus. 19 b
Aſtus diaboli. 235 b
Athenienſium lex vt ex ephæbis abſcedentes barbæ primitias offerrent Apollini crinito. pag 227 col b
Auarum quæ condemnabunt. 346 b
Attentionem in ſacrificijs quanti fecerit Numa Pompilius. 259 a
Auctoribus in vnaquaque re primis quales gratiæ habendæ. 10 a
Auctoris humilitas & intentio. 1 a
Auctoris putata mors. 304. a
Auctoritas traditionum. 255. b
Auctor pauperculam Ruth imitatur. 5. a
Auguſtus barbę ratione maximè delectatus. pag. 226. col. b
Aurora Chriſtum ſignificat. 318. b
Aureliani Imp triumphus. 176 a
Aurum bonum eſt ſanguis Chriſti. 290. b
Auis volans crucis formam exhibet. 133. a
Auis Rhinoceros deſcribitur, & quando viſa. pag. 71 a
S. Auguſtinus in titulo Crucis Dei prouidentiam agnoſcit. 116. b
S. Auguſtinus quam acutè contra Manichæos probet corpus Chriſti non fuiſſe fantaſticum. pag. 67 a
Auguſta Taurinorum cur ſeruanda. 5. b

B.

BABILON cecidit ex clamore paſſionis Chriſti. pag. 348. b
Babiloniæ zopyrum præponebat Darius. 160. b
Baccas tres accipit ſeth, quas ſupra Adæ ſepulchrum plantat. 63 a b
Baculus ſeruorum proprium ſupplicium. 86. a
Baculos quantum timeant ſerui. ibidem.
Balduini reges Hieroſolymitani. 32. a, b
Baliſtæ cur ſcorpiones dictæ. 326 b
Baptiſmi origo 385 b
Baptizati occidentem brachijs expanſis reſpiciunt, & exſufflant, & cur. 406. a
Barbam enutrire permiſit Lycurgus, & cur. 184. b, 224. a.
Barbæ vtilitas magna. 224. a. b
Barbam quæ totum corpus obtegat nobilitatis oſtentandæ cauſa nutriunt Galatæ. 224. b
Barbatæ fœminæ plures. 225. a
Barba Chriſti adoranda. pag. 225. b
Barbam vellere nefas eſt, quia eſt pulchritudo congenita, & generoſa. 226 a
Barbitonſoribus Romani caruerunt annis quadringentis quinquaginta. 227. a
Barbam radere religioſis cur laudabile. 227. b
Barbæ ob raſionem quale bellum Dauid intulit Ammonitis 228. a
Barbæ euulſio quam grauis ignominia 223. b
Barba Chriſti oppleta ſanguine. 179. a, 222. b
Barba Chriſti expilata 223. a
Barbæ primitiæ Appollini ſacratæ. 185. a
Barba venerationem confert. 223. b
Barbam pulchram vt obtinerent, templum fortunæ barbatæ conſtituerunt antiqui. 224. a
Barbatam fœminam eminus ſalutandam. 225 a
Barba virilitatis indicium. 224. b
Barbam radere, vel enutrire an liceat. pag. 226. a vſque 228. a
Barba ac coma qua ratione tondenda vel nutrienda. 228. a
Baronius Cardinalis inſigniter commendatur. 11 b. 114. a
Bel, Baal, Beelphegor, Beelzebub quis fuerit. pag. 20. col. a
Benefacta Deus oculis conſpicit, malefacta palpebris interrogat. 233. b
Benignitatis indicium ſplendet in facie. 236 a
Benignitas Mariæ in clericum. 236. b
Berilli lapidis vis mira 265. a
S. Bernardo ſæuum Chriſti vulnus reuelatum. 156. b
Beſtiæ vorant martyres. 317. b. 318 a
Beſtialitas Neronis quam efferata. 310. b
Botro Cypri Chriſtus deſignatus, & cur. 394. a
Boues ſacri qui dicantur. 392. b
Brachia Chriſti quomodo à primogenita morte dicantur deuorata. 245. b. 246 a
Brachium ſponſi quod dicatur. 247. b
Brachia Chriſti quam diu Cruci coextenſa. pag. 250. a
Brachia Saluatoris arcu aëreo figurata. ibidem.
Brachia Chriſti flecti non potuerunt, & cur. pag. 251. a
Brachia Chriſti alæ dicuntur, & cur. ibidem.
Brachia ſupra pectus quomodo complicarent Iudæi. 272 a
Brachia Chriſti cur ſupra pectus complicata non fuerint. ibidem.
Brigittæ ſententia de pedum crucifixione. 350 b
Brigittæ Crucifixionis ſuæ ſeriem Chriſtus oſtendit. 119. a

Digitized by Google

Buccinatores Chriſtum ad Caluariæ montem præcedunt. pag. 169. b

C.

CADMVS literarum inuentor. 149 b
Cadauera cur aromatibus conditentur. 2.
Cadauer gigantis in lapidem verſum. 287. a
Cadauera crucibus affixa in Caluariæ vallem proijci ſolita 361 b
Cadauera è crucibus diffluunt, ſi tenuioribus clauis affigantur. 276 a
Cæſar quam crudeliter occiſus. 305 b
Cæſaris cerea ſtatua quos affectus excitet. ibid.
Cæſaris imago honeſtè tractanda 202. a
Cæſaris mors crudelis crudeliter caſtigatur. pag. 306 a
Cæſaries inſigne Nazareorum ornamentum. pag 185. b
Cæſaries Abſalonis librarum octo, vnciarum quatuor. ibidem.
Cæſariam cur nutrierit Chriſtus. ibidem
Cœlum quando diſruptum. 117 a
Cœlum crucis figura inſignitum. 132 b
Cœli conſtitutionem vitreis globulis expreſſit Archimedes 175. b
Cœlum ab hominibus exornandum. 291. a
Cœlatura lapidis eſt Chriſti percuſſio. 151. a
Cæremonia primitiuæ Eccleſiæ illuſtris. 406 a
Cæremoniæ Iudæorum in creandis regibus. pag 197 b
Calamitas caluitio deſignata. 185. a
Calamiſtrati populi. ibidem.
Calcaneus myſticè quid ſignificet. 141 a
Calculus candidus Chriſtus 151 a
Caligula Imperatore lugente nulli lætitiæ ſigna dare licuit 202 b
Calix cur ad dextram hoſtiæ collocaretur. 374. a
Calici cur aqua infundatur. 396. b
Caluariæ montis ſciſſura mirabilis. 288. a
Caluariæ montis ſitus. 112. a
Caluariæ mons à ſepulchro Chriſti centum & octo pedibus diſtat. 19. a
Caluariæ mons vnde dictus. 285 a
Caluariæ vallis famoſa, & cur. 361 b
Caluinus & ſequaces in ſacram Sindonem quid blaterent. 17 a
Caluiniſtæ quibus locuſtis comparentur. 322. a
Capillus Chriſti ſanguine aſperſus refloreſcit in die Paraſceues qua hora Chriſtus ſpinis coronatus fuit. 181. b
Capillis Sampſonis figurati Chriſti capilli. 183. b
Capilli an partes integrantes corporis. pag. 184 b.
Capilli Chriſti & Mariæ eiuſdem coloris. 185. a
Capilli Chriſti & Mariæ radios emittebant. ibid.
Capilli Apoſtolo Petro in opprobrium abraduntur. 217. b
Super caput redemptoris quando aquæ inundauerunt 180. a
Caput Chriſti quam dirè percuſſum. 158. b
Caput Chriſti duabus & ſeptuaginta ſpinarum punctionibus laceratum. 211. b
Caput Chriſti quodammodo voratum. 213. a
Caput Chriſti arundine percuſſum. 205 a
Caput Adæ in Caluariæ monte ſepultum. 285 b
Caput Adæ, morientis Chriſti ſanguis inſpergit. pag. 285. b
Caput Chriſti cur arundine percuſſum. 225 b
Capiti Chriſti quam immaniter impreſſa fuerit corona ſpinea. 179. a
Capitalem ſententiam laturi iudices cur manus lauare conſueuerint 167. a
Capuzinorum ordo laudatur. 338. b
Candidati qui dicerentur. 217. a
Canes Chriſti manus & pedes foderunt. 281. b
Canes dicuntur gentiles. ibidem.
Carbunculi lapidis mira vis. 264. a
Cardinalibus qui tituli deſignentur. 112. b
Cardinalis Beſſariō reliquias donat Societati charitatis Venetæ. 193. b, 195. a
Carmen infelix quid. 61 a
Caro peccati non fuit in Chriſto, fuit tamen in caro ſimilis carni peccati 120. b
Caro Chriſti delicata duplici de cauſa. 300. b
B. Carolo reuelat Chriſtus ſe denuo mori paratum ſi opus eſſet. 182. a
Carrabæ ludibria. 196. b
S. Catharina Senenſis quem in Chriſto dolorem grauiſſimum putarit. 250. b
Cathenę B. Petri particulæ, clauiculis incluſæ. pag 363. b
Cauerna maceriæ quid ſit mirificè declaratur. 390.
Cerea ſtatua Cæſaris quos affectus in populo excitarit. 305 b
Ceruis cur data cornua 319. a
Ceruo quo myſterio Chriſtus comparetur ibid.
Chabalah, & Chabaliſtica ſapientia quid eſſet. 256. b
Characteres nouos Chriſtus inſtar Cadmi inuenit 149. b
Charitas duellum vincit. 9 b
Charitas inuincibilem vicit. ibidem.
Charitas Chriſti erga nos qualis. 149 a

Charita-

Digitized by Google

Charitatis exceſſus in Chriſti operibus. pag. 236 col a
Charitatis incendium vbi. 349. a
Charitas eſt ſponſi ſignaculum. 247. b
Cherniahi peſtilens hæreſis confutatur. 399. b
Chriſtus in ariete deſignatus. 246. b
Chriſti pellis myſticè quid. 244. b
Chriſtus eſt ſigillum ſignatum ſignis redemptionis noſtræ. 248. a
Chriſtus cur latronibus præmortuus 283. b
Chriſti paſſio quo affectu recolenda 296. b
Chriſtus venationis inſidijs anguſtiatus. 319. b
Chriſtum diabolus ab initio occidere curauit. pag 310 b
Chriſtus optimus mercator. 383. b
Chriſti cruce quæ virtutes denotentur. 110 b
Chriſtum Pilatus honorare voluit titulum ſcribens. 116. a
Chriſtum regem vocans, & crucifigens Pilatus ambitionem ſuam prodit. ibidem.
Chriſtus etiam vt homo eſt Rex regum, & Dominus dominantium, iuriſdictionem exercet in omnia regna mundi. 117. b
Chriſti titulus dictiones quatuor obtinet, & quomodo ſingulæ oſtendant Chriſtum non fore crucifigendum. 117. a
Chriſtus rex miſericordiæ. 118. a
Chriſtus infantulus corpuſculi ſui effigiem impreſſit in marmora. 59. b
Chriſtus cur maluerit vocari Rex Iudæorum, quã totius mundi. 118. a
Chriſti magnitudo quanta. 47. a, b
Chriſtus cur dicatur regnare in domo Iacob. pag. 118 a
Chriſti corpus mirabiliter deſcriptum. 49. b
Chriſtus inter medios moderni temporis magnus. 47 b
Chriſtus anno vigeſimo ætatis ſuæ, magnitudine & fortitudine virili perfectus erat. 50. a
Chriſti intuitus ad motum cordibus inferendum efficaciſſimus. 52. b
Chriſti & B. V. membra ſingula deſcribuntur. 49. a, b, 50 a, b
Chriſtus qualiter, & quando candidus, & rubicundus. 53 a
Chriſtus amatoriè nos proſequitur. 55. a
Chriſti in pictorem mira benignitas. 53 a
Chriſtus pictor excellentior Apelle. 8 a
Chriſtus faciei ſuæ ſpeciem linteo impreſſit, & Abagaro regi tranſmiſit 53 a
Chriſtus quam ardenter Eccleſiam ſuam amet. pag 8. col a
Chriſti aduentum Prophetæ præcurrunt. 14. b
Chriſti paſſio qualiter meditanda. 12. b
Chriſti amor in Patrem, & Eccleſiam, & vter maior. pag. 8. b
Chriſtus cur & quomodo ſudarium ſignauit. pag. 15. col. a
Chriſti paſſio ieiunè ab Euangeliſtis explicata, & cur 12 a, b
Chriſti artificium mirabile quomodo à nobis recedens non recedat. 8. b
Chriſtus Sindonem miraculo pinxit. 17. b
Chriſtus in Eccleſiæ ſacrario viuus. 8 b
Chriſtus licet aromatibus conditus, non tamen exenteratus. 10. a
Chriſtus multis lineis veſtibus obuolutus. 28 b
Chriſti magnitudo ex Sindone cognoſcitur. pag. 45 col. b
Chriſti in pictorem comitas mirabilis. 15. a. 53. a
Chriſtus quando ſacram Sindonem ſua effigie ſignauit 3. 10. b
Chriſtus eſt myſterium abſconditum. 4. a
Chriſtus cur ſacroſanctæ Sindoni corporis ſui effigiem impreſſerit. 5. a
Chriſti charitas quantum nos excitet. 9. b
Chriſtus è cruce depoſitus, cruce in altum erecta, pag. 16. b
Chriſti pulchritudo mirabilis, & cur. 47. b, 48 a
Chriſtus vulneris lateris iniuriam cum Maria diuidit 56 b
Chriſtus in arborem infelicem tolli cur maluerit. pag. 62 b
Chriſtus cur crucis ſupplicium elegerit. 65 a
Chriſtum in medio latronum cur Iudæi crucifixerunt. 66 b
Chriſtum Iudæi veneno necare volebant 67 b
Chriſti dolores auget præſentia Matris. 78. b
Chriſtus granum frumenti. 84. a
Chriſtus crucem duplicem qualiter paſſus ſit 79 a
Chriſti flagellatio cur adeò dura cum ad crucifixionem fuerit 86. b, 95. a
Chriſtum flagellari inſtigat diabolus ne crucifigeretur. 87 b
Chriſti vita Maria. 79. a
Chriſtus quamdiu flagellatus. 90. b
Chriſtus quot ſanguinis guttas in ſua paſſione fuderit. 91. a
Chriſtus ſemel tantum flagellatus fuit. 94 a
Chriſtus Romanorum lege flagellatus eſt. 85 a
Chriſtus paſſionem ſuam cum Matre diuidit. pag 101. b
Chriſti flagellationi B. V. interfuit. ibidem.
Chriſti crux qualis. 110. a

Digitized by Google

Chriſtus verus Sacerdos Theologus, & rex. pag. 115. col. a
Chriſtus ſolus homo perfectus. 118. a
Chriſti regnum quale 217. b
Chriſtus crucifixus eſt nudus. 120. a
Chriſti crucifixionis modus deſcribitur. pag. 119. a, b
Chriſtus ante crucifixionem omninò nudatus eſt, & quis hoc negauerit. 120. a
Chriſtus eadem hora in crucem eſt actus, qua Adam peccauit. 121. b
Chriſtus cur cruci affigi voluerit, cauſæ multiplices afferuntur. 124 a, b, 125 a
Chriſti ignominia in nuditate quanta. 120. b
Chriſtus in cruce quid à nobis exigat. 125. a
Chriſtus licet non habuerit carnem peccati, habuit tamen carnem ſimilem peccati. 120. b
Chriſti dolor eſt Mariæ dolor. 125 b
Chriſtus in cruce quid pro Mariæ dolore dixerit. 126. b
Chriſtus vitulo myſtico denotatus. 130. b
Chriſtus cor Mariæ. 125. b
Chriſtus amoris eſt holocauſtum. 131. b
Chriſtus peccatum omne deleuit. 132. a
Chriſtus veluti vitulus myſticus cur extra caſtra cremari voluerit. 151. b
Chriſti ſanguis quid clamet. 138. b
Chriſtus Eccleſiam pedum ſanguine ſibi deſponſauit. 140. a
Chriſti dolor fuit maximus inter dolores huius vitæ, & cur. 139. a
Chriſtus vtraque ex parte flagellatus. 146. a, b
Chriſtum Iudæi omnino annihilare volebant. pag. 148 a
Chriſti amor erga nos immenſus. 149. a
Chriſtus optimæ & delicatæ naturæ. 139. b
Chriſtus flagellandus ſpontè columnam amplectitur. 147. a
Chriſtum legere poſſunt docti, & indocti. 150. b
Chriſtus ſub crucis pondere, cur in terram corruerit. 157. a, b
Chriſtus totus ſcriptus. 150. b
Chriſti laudes deſcribit Pilatus. 168. a, b
Chriſtus os ſuum in puluere poſuit, & cur, & quando. 157 b
Chriſtus calculus candidus. 151. a
Chriſtus characteribus hieroglyphicis ſignatus quid ſignificet. 152. b
Chriſtus quam dira paſſus ſit dum crucem ferret. 158. a, b
Chriſtum à mortuis ſurrexiſſe teſtatur Pilatus. pag. 168. b
Chriſti ad mortem properantis pompa ac triumphus. 169. b
Chriſtus quanto myſterio crucem geſtet. 173. a
Chriſtus moriturus cur regalia indumenta depoſuerit. ibidem.
Chriſtus ſtimulis agitatur. 170. a
Chriſti capiti quam dirè impoſita ſpinea corona. pag 179. a
Chriſti ardor patiendi pro animabus. pag. 100 a, 182. a
Chriſti crucem baiulantis via deſcribitur. pag. 170. b, 171. a
Chriſti capilli, barba, facies, ſanguine rubricata. pag. 181. b
Chriſto ad Caluariæ montem properanti vbi obuia fuerit B. V. 170. b
Chriſti elegans cum Sampſone comparatio. 183. b
Chriſtus cur comam geſtauerit. 185. b
Chriſtus an Pilati iuſſu ſpinis ſit coronatus. pag. 192. b
Chriſti & Mariæ facies qualiter radiabat. 186. a
Chriſtus omni in parte corporis paſſus. 201. b
Chriſtus eſt lilium inter ſpinas. 203. b
Chriſtus tribulatorum rex, & cur. 202. b
Chriſtus triplici corona fuit coronatus. 213. b
Chriſtus percuſſus cur tacuerit. 214. b
Chriſtus cur ſpinis coronari voluerit cauſæ decem & octo afferuntur. 201. b, 202. a
Chriſtus cur ictus arundinis in caput ſuſtinuerit mirabilis cauſa. 216. a
Chriſtus peſſimis conuitijs, & quibus à Iudæis laceſſitus fuit. 214. b, 215. a
Chriſti ſpinoſo ſub capite non decet membrum viuere delicatum. 202. a
Chriſti cognatos Domitianus perſequitur. 217. a
Chriſti barba depilata. 223. a
Chriſti barba adoranda. 225. b
Chriſtus à cruce abigere matrem conabatur. pag. 218. a
Chriſti faciem conſpuere qui dicantur. 229 a
Chriſti & Mariæ lachrymæ vbi ſeruatæ. 218. b
Chriſtus exemplum patientiæ 229. b
Chriſtus quando epiſtolam ſcripſit amoris notis. pag. 218. b
Chriſtus alapis ac colaphis quamdiu cæſus. pag. 231 a
Chriſtus inclytus, & deſpectus, pauper, & potens, virtuoſus & abiectus 231. b
Chriſti facies virga, & arundine percuſſa. 230. b
Chriſti caput cur percuſſum arundine. 235. b
Chriſti oculi gratia pleni 233. a
Chriſti facies quam deſiderabilis. 237. b

Digitized by Google

Chriſtus eſt omnia nobis. pag. 248. a
Chriſtus Soli comparatus. 252 b
Chriſtus ſacrificium cruentum, & incruentum obtulit. 258. b, 259 a
Chriſtus Aquilæ comparatus. 252. b
Chriſti ſacrificium cur dicatur veſpertinum. pag. 260 a
Chriſtum non fuiſſe crucifixum, ſed eius loco Simonem Cyrenæum blaterabat Mahumetes. 277. a
Chriſtus veras plagas poſt reſurrectionem retinuit. pag. 278. b
Chriſtus Patri oſtendit latus, & vulnera. 280 b
Chriſtus grauiora paſſus quam latrones. 283. b
Chriſti vulnera ſunt nobis ſolatium. 281. a
Chriſti nerui ac venæ diſrupiæ. 289. a
Chriſtus ex quolibet hominum ſtatu quid in ſe ſuſceperit. 300 a
Chriſti manus ac pedes canes foderunt. 281. b
Chriſti pulchritudo inſigniter commendata. pag. 300. b, 301. a
Chriſtus quos naturæ defectus in ſe ſuſcepit. pag 301. a
Chriſtus nunquam ægrotauit. ibidem.
Chriſti paſſionem quomodo fructuoſè meditari poſſimus 307. b
Chriſtus ex virgine naſcens, quale gaudium matri conceſſit. 312. b
Chriſtus quàm artificioſè ceruo comparetur. pag. 319. a
Chriſto quàm infenſi fuerint poetæ. 322. b
Chriſtus ad iudicandum veniens cur ſecum ſanctos adducet. 346. a
Chriſtus auroræ comparatus. 318. b
Chriſtus forti apprehenſione quomodo poſſit formari in nobis 329. b
Chriſtus in corde B. Claræ quam feliciter formatus. 331. b
Chriſtus ſæpè nudipes inceſſit. 337. b
Chriſti maieſtas eum ad iudicandum venerit qualis. 344 a
Chriſtum percuſſores iudicantem aſpicient. pag. 347. a
Chriſtus ad iudicãdum veniens paſſionis ſuę ſummam acerbitatem patefaciet. 344 b
Chriſtus quot clauis cruci fuerit affixus. 349. b
Chriſtum tribus aut quatuor clauis crucifixum quis meditari poteſt, prout ſe magis affici ſentit. pag 353. b
Chriſtus cur pedes ſuos clauis affigi voluerit. pag. 358 a
Chriſti clauos B. V. in ſinum ſuum excepit. 361. a
Chriſtus cum matre iniuriam vulneris in latus accepit, diuiſit. pag. 378. a
Chriſti cor doloris magnitudine crepuit. 383. a
Chriſtus cur voluit cor ſuum lancea transfigi. 391. a, b
Chriſtus in meditatione eſt animę potus & cibus. pag 394. a
Chriſtus quod ſemel aſſumpſit nunquam dimiſit, quomodo intelligendum. 398. b
Chriſtus ſe totum nobis tradidit 391. a
Chriſtus IESVS cur per aquam & ſanguinem veniſſe dicatur. 399. b
Chriſtus quid innuere voluerit dicens, conſummatum eſt. 402. b
Chriſtus tacens Mariam in cruce quomodo alloqueretur. 403. b
Chriſtus eadem die ac hora mortuus eſt qua Adam peccauit 405 b
Chriſtum crucifigendum omnia prædicabant. pag 412 a
Chriſtianæ militiæ ornamenta ex Hieruſalem aſportantur. 30. a
Chriſtiani vrbem Hieruſalem recuperant, & quãdo. pag 31. b
Chriſtiani ex Hieruſalem ante eius euerſionem migrare iubentur, & quo. 29. b
Chriſtiani ex vrbe Hieruſalem egrediuntur anno Chriſti. 30. b, 76.
Chriſtianorum luctus Hieruſalem capta 33 a
Chriſtiani è Hieruſalem egredientes quæ humeris poſſunt aſportant. ibidem.
Chriſtophori dens pugno maior 46. b
Cibus quomodo de comedente egreſſus. 401. a, b
Ciſtercienſi nouitio Chriſtus crucem baiulans apparet. pag. 172 b
Ciceronis acuta amplificatio ſed pietate à B Virg. vincitur. 78. b
Cipreſſi contra ventorum impetus conſtantia. pag. 63 a
Ciuitas Dei Maria. 55. b
Chlamis purpurea lacera fuit veſtis. 216. a
Chlamis qualis veſtis fuerit, & an regum propria. 216. a
Chriſoliti lapidis mira vis. 264. b
Clamor lapidum. 349. b
Clamor vulnerum Chriſti qualis, & à quibus audiatur. 348 a, b
Clamori quando locus. 348. b
Clamoris vis in ſanguine. 138. b
Clamore paſſionis Chriſti cecidit Babilon. 348. b
Clara cur de cruce ſit dicta. 353 a
Claræ cor flagella Chriſti vt oſtendat. 98. a

Claui

Digitized by Google

Claui pedes Chriſti perforantes quam acutè corda feriant. pag 141. b
Clauis tribus affixus fuit cruci titulus. 110. b
Clauis configi noluit B Policarpus. 140. b
Clauis poteſtatem, crux templum, gratia iubilationem ſignificat. 174. b
Claui qualiter vulnera manuum obſtrinxerint. pag. 245 b
Clauis ſapientiæ quæ. 256. b
Claui quibus Chriſtus cruci affixus eſt, rotundi erant. pag. 276. b
Clauis multis affixi ſancti martyres. 276. a
Clauis quam variè martyres ligno affigebantur. 350 a
Clauis pedes ſuos cur transfigi voluerit Chriſtus. pag. 356. a
Claui cur dulces dicantur. & lignum dulce, lancea tamen cur dira dicatur. 377. a
Claui Chriſti miraculum in fugandis Dæmonum inſidijs. 362. a
Clauiculis cathenæ ſancti Petri partes incluſæ. pag. 363 b
Clauorum vulnera quam lata. 277. a
Clauorum Chriſti clamor qualis, & à quibus audiatur. 348 a
Clauorum Chriſti clamor quas hæreſes damnet. pag. 349. a
Clauorum Chriſti hiſtoria 361. a
Clauorum Chriſti particulæ alijs clauis inſitæ. pag. 363. b
Clauos Chriſti B.V. in ſinum ſuum excepit. 361.
Clauum freno inſeri cur voluerit Chriſtus. 362. b
Clauus pedum maior, & cur. 360. a
Clauus Chriſti equi Conſtantini freno inſitus. 362. a
Clauus crucis Chriſti Adriatici maris tempeſtates ſedat. 363. a
Clauus crucis Mediolani aſſeruatus. 362. b
Clementiæ ſignum quod 87 b
Clementia B V. in clericum. 237 a
Clericus vt Mariæ pulchritudinem videat quid faciebat. 236. b
Clericum Maria in morte ſolatur. 22. b
Clericis comam, barbamque nutrire nefas, & cur. 226. b
Clericalis tonſuræ origo. 217. b
Codrus Athenienſium Rex pro ſalute populi ſui mortem ſtrenuè paſſus. 100. a. 421. b
Cognatorum Chriſti bona quantum valuerint. pag 217. a
Colaphis horribilibus Chriſtus percutitur. 230 b
Colaphos Chriſto qui impingant. 230 b
Colicus dolor vnde dictus. 504 a
Collum Chriſti à militibus percuſſum. 147. a
Collum Chriſti quando percuſſum. 158. b
Collum Eccleſiæ Maria, & cur. 183. a
Colore hiacintino oblectatur Deus. 190 a
Columba animam ſignificat 148. a
Columna fortitudinis hieroglyphicum ſignum. 148. a
Columna Chriſti ſanguine aſperſâ vbi ſeruetur. pag. 92. b
Columnam Chriſtus flagellandus ſpontè amplectitur. 147. a
Columna quæ in templo ſanctæ Praxedis ſeruatur deſcribitur. 92. b
Columna aurea aminto fune ligata. 37. b
Columnæ quomodo alligatus fuerit Chriſtus? pag. 91. a
Columnis duabus Chriſtus alligatus. 92. 94. a
Columnæ quam diù alligatus fuerit Chriſtus. pag. 92. a
Columna cui Chriſtus fuit alligatus, qualis fuerit. ibidem.
Columna flagellationis porticum ſuſtentat. ibid.
Coma & barba qua ratione nutrienda vel tondenda 228. a
Comam cur geſtauit Chriſtus. 185. b
Comati calamiſtratique populi. 184. b
Comæ capitis Chriſti ſunt Prælati, Reges, Principes. 184. a
Comæ primitiæ Apollini ſacratæ. 185. a
Comam barbamque clericis nutrire nefas. 226 b
Commercium admirabile eſt Incarnatio. 383. b
Complexio corporis Chriſti optima, & delicata. pag 139. b
Conſcientiæ liber. 266. b
Conſilium auctoris in Sindone explicanda. pag. 135 b, 136. a
Conſummatum eſt quid ſignificet. 402. b
Conſtantia B. Policarpi in martyrio. 140. b
Conſtantinus cruces aureas erigit. 78. a
Conchilia teſtacea in montibus. 287. a
Conſtantia B. V. 152. a
Conſtantini equi freno clauis cur inſitus. 362. b
Conſummatū eſt quando Chriſtus dixerit. 151 a
Conſtantius Imper. dolore conficitur, quòd eius imaginem Theodoſius reſpuiſſet. 159. a
Contemplationis fructus quis. 21. a
Contemplatio quibus regulis fiat. 307. b
Confuſio perſecutorum Chriſti in iudicio quanta ſit futura 347. a
Conſtantinus Magnus Labarum cruce ſignauit. pag. 75. b

Digitized by Google

Conſtantinus Imp. partem crucis equitans ſecum deferet. pag 362.b
Conuicia peſſima in Chriſtum congerunt Iudæi. 214.b, 215.a
Cor Mariæ doloris ac gaudij ſedes. 142. b
Cor B. V. duos amores pugnantes cõtinet. 332.b
Cor Mariæ Chriſtus. 125 b
Cor Mariæ Chriſto patiente quid pateretur. ibid.
Cor Mariæ lanceis quinque transfigitur. 207.b
Cor B. Claræ flagella inſculpta exhibet. 98. a
Cor Chriſti quam diu afflictum. 269. a
Cor Eccleſiæ Doctores. 136 b
Cor Chriſti quibus doloribus vexaretur. 139. b
Cor Chriſtianorum quàm acutè ferire debent claui Chriſti pedes perforantes. 141.b
Cor vulnerat capillus Chriſti ſanguine aſperſus. pag. 382. b
Cor ſponſæ ſignaculo clauſum quid ſignificet. 248. b
Cor noſtrum eſt altare in quo ſacrificia fiunt. 259. b
Cor B. Claræ crucifixum geſtabat. 331. b
Cor mari comparatur. 325. b
Cor Chriſti lancea tranſuerberatum fuit. 390. b
Cor Chriſti doloris magnitudine crepuit. 383. a
Cordi quam fortis cuſtodia à natura tradita. 269 a
Cordis cuſtodia eſt ſponſi ſignaculum. 247. b
Corneoli lapidis mira vis. 263. b
Cornua quid ſignificent. 68. a
Cornua cur data ceruis. 319. a
Cornua vnicornis qualia, & vbi ſeruentur. 71. a
Cornua potentiam ſignificant. 246. b
Corona ſpinea ad frontis vſque medium deſcendebat. pag. 179. a
Corona ſpinea quam dirè Chriſti capiti impacta. ibidem.
Corona ſpinea quam acerba. 193. a
Corona ſpinea verè ex ſpinis, non autem è iuncis marinis fuit. 154. a
Corona ſpinea Lutetiæ Phariſæorũ ſeruata. 193.b
Corona ſpinea duplex Chriſto nõ impoſita 196.a
Corona ſpinea præter Chriſtum nullus coronatus. pag. 197. a
Coronam auream Hieroſolymis reſpuit Gottifredus Bullion. 196.b
Coronarum vſus multiplex. 197 a
Corona ſpinea ſemel Chriſto detracta, mox acerbius imprimitur. 204. b
Corona ſpinea arundine capiti altius impreſſa. 205. a
Coronam ſpineam Chriſto detrahit Maria. 206.a
Corona ſpinea ſeptuaginta duobus in locis è Chriſti capite ſanguinem extraxit. pag. 211. b
Corona ſpinea in formam pilei totum caput circundat. ibidem.
Corona ſpinea ſeruatur in Gallia, & quis eam eo detulerit. 212 b
Corona triplici Chriſtus fuit coronatus. 213 b
Corona in capite religioſorum, eſt in memoriam coronæ ſpineæ. 217. b
Coronis Regum, & Imperatorum crux venuſtatem confert. 72. b
Corporale calicis Sindonem deſignat. 35. a
Corporale cur lineum. 35. b
Corporale quomodo plicandum. 35 a
Corpora Sanctorum cur poſt longa tempora teneãtur. 2.
Corpus Chriſti verum quam acutè probet Auguſtinus. 67. a
Corpus Chriſti integrum debuit remanere 124 b
Corpus Chriſti totum patiebatur, & quid. 139. b
Corporaliter inhabitare diuinitatem in Chriſto quid ſit. 254. a
Corporis partes quæ delicatiores. 301. b
Corpus Chriſti aratum quando. 175. b
Coſdroas Hieruſalem occupat. 31. b
Coſtæ Chriſti flagellatione nudatæ. 147. a
Coxa Chriſti ſiniſtra horribili percuſſione cæſa. 148. b, 158. b
Creſi Regis ſupplicium. 176. a
Craneum hominis cur ad pedes Chriſti crucifixi pingatur. 286 b
Crapuloſos monachorum ieiunia condemnabunt. 346. a
Crine colli humilitas Mariæ denotata. 183. a
Cruce Chriſti quæ virtutes denotentur. 110. b
Cruces apud Iudos repertæ 70 a
Crucis ſigna in Serapidis templo reperta. ibid.
Cruci Chriſti cur titulus appoſitus. 115.b, 116.a
Crucibus latronũ an titulus fuerit appoſitus. 116 b
Cruce in arena picta maris fremitus ab Hilarione compeſcitur. 55. a
Crucis ſuppliciũ quando Romæ adhibitum. 61 a
Crucis ſupplicium à Græcis manauit ad Romanos. pag. 61. b
Crucis ligna myſticè explicata. 63 a
Crucis ſigno quando muniendi. ibidem.
Crucis lignum quale. 64. b
Cruciferi, crucigeri, cruciarij qui olim dicerentur. pag. 65. a
Crucifixorum corpora apud gentiles putreſcebant in cruce. 18. a
Crucifixionis myſteria cur ab Euangeliſtis prætermiſſa. 2.

Crucis

Crucis ſupplicium elegit Chriſtus, vt nullus eſſet qui ipſum imitari non poſſet. 64. b
Crucis ſupplicium olim infame. 65. a
Crucifixi maledicti dicebantur. 66. b
Crucis figuræ. 69 a, b
Crucis ſigni vtilitates innumerabiles. 74. b
Crucem è Labaro tollere conatur Iulianus. 76. b
Cruces ter in anno inuiſunt Angeli. 78. a
Crucifigi Chriſtum diabolus nolebat. 87. a
Crucis fabricatio artificioſa. 108. a
Crucis ſtructuræ hierogliphicum. ibidem.
Cruce Tyberius ditatur. 73. a
Crucis formandæ modus. ibidem a, b
Crucis ſigni myſteria. 73. b
Crucis ſignum in quatuor caſibus adhibendum. pag. 74 a
Cruce vexilla militaria ſignata. 75. a
Crucifigendi prius flagellabantur. 85. a, 161.
Crucis morte nihil peius inter omnia genera mortium. 104.
Crucis Chriſti figura qualis. 110. a
Crucifixionis Chriſti modus. 118. b
Crucifigendus Chriſtus qualiter oret. 119. b
Crucifigendi veſtibus nudabantur. 120. a
Crucifixi fame necati 124. a
Cruci cur Chriſtus affigi voluit cauſæ multæ redduntur 124. a, b, 125. a
Crucis myſteria. 124 b
Crucis ſublimitate Angelorum ruina reparatur. ibidem.
Crucis dimenſiones quid ſignificent. 133. b
Crucis ſub pondere cur Chriſtus ceciderit. 157. a
Crucem geſtans Chriſtus quoties ceciderit. 157. b
Crucem Chriſtus in Pilati prætorio tulit. 164 b
Crucem baiulans Chriſtus Ciſtercienſi nouitio apparet. 172. b
Crucem Chriſtus quo myſterio geſtet. 173. á
Crucifixio Prometei deſcribitur. 276 b
Crucifixionis modus viſitatior. 351. a
Crucifixi imago in B V. Claræ corde ſculpta. 331.
Crucifixio pedum quam doloroſa. 139. b
Crucifigendi modus multiplex. 350. a
Crucifixorum cadauera affixa crucibus in Caluariæ vallem proijci ſolita. 361. b
Crucis pars corio incluſa ante ſellam Conſtantini. pag. 362. a
Crucis encomia. 401. a
Crucifixorum cadauera cuſtodiri ſolita. 420. a
Crudelitas Tomiris in Cyrum. 296 b
Crudelitas flagellationis. 156. b
Crux apud Ægyptios, & Arabes magnam habet venerationem. 69. b
Crux prius erigitur, mox Chriſtus affigitur. pag. 352. a
Crux ex infelicibus arboribus ſtruebatur. 62. a
Crux Chriſti ex quo ligno fabricata. 62. b
Crux olim ſeruorum ſupplicium. 64. b
Crux cur ante Helenę tempora non detecta 13 a
Crux ſignum hieroglificum. 69. a
Crux lignum vitæ. 72 b
Crux diademata Imperatorum condecorat. ibid.
Crux dicitur lignum benedictum. 78. a
Crux Chriſti duplex, interna, & externa, & quid harum vtraque. 79. a
Crux humi nec pingenda, nec ſculpenda. 73. a
Crux communis theſaurus totius orbis. ibid.
Crux in Labarum transfertur. 76. a
Crux qualiter fabricaretur. 108. a
Crux ſimplex, compacta, immiſſa, Andreana quid. ibidem.
Crux Iaponibus qualis. 108. b
Crux Chriſti licet ſigno Tau figurata, tamen figuram Tau non habuit. 110. a, b
Per Crucem oblatū eſt holocauſtū amoris. 131. b
Crux vbique conſpicitur in aratro, in aue volante, in homine orante, natante, in veli nauigio, in cœlo. 132. b
Crux extremitates, & ſummitates quinque quomodo habere dicatur. 134 a
Crux torcular fuit. 137. b
Crux vbi, & quando Chriſto impoſita fuerit. pag 171 b
Crux eſt lancea, candelabrum, virga regia, lectus, aratrum. 173. a
Crux ſignaculum regium. 248. a
Crux ſtatera cur dicta. 284. b
Crux Chriſti fere 326 annis delituit, & cur tamdiu delituerit. 361 b
Crux Chriſti quomodo delituerit. ibidem.
Crux dicitur currus gloriæ. 401. a
Crura Chriſti laudantur. 148 a
Crura Chriſti cur confringi non debuerint. 148. b
Cuſtodia cordis eſt ſignaculum ſponſi. 247 b
Cutis ſcapularum ex crucis geſtatione confracta. pag. 175. a
Cutis Chriſti flagellis diſſecta. 244. b, 245. a
Cyrus quam crudeliter occiſus. 296. b

D.

DAMONIS & Pithiæ mutus amor. 100. a
Damnatis ad necem titulus præferri ſolitus, & cur. 113 a
Daniel paupertatem Ruth, & pauperem viduam imitatur

Digitized by Google

imitatur. pag. 5. a
Darius Zopyrum fœditatis expertem magis quam mille Babilonias adamauit 160 b
Darius rex quid præ cæteris deſiderauerit. pag. 311 b, 312 a
Det vnitas in veteri lege, Trinitas in noua reuelatur. 10. b
Dei omnipotentia admirationem tollit. 17. b
Dei populus quibus ſignis ab alijs diſtingueretur. pag. 75. a
Dei prouidentia fit vt titulus à Pilato non mutetur. 116. b
Dei intuitus beneficium eſt. 253. a
Dei pes quando dictus eſt in ſanguine intinctus, 140. a
Dei cum homine cõmercium, quid Deus homini dederit, & quid ab homine acceperit. 383 b
Dei nomina multiplicibus literis ſcripta. 262. b
Dei facies & poſteriora qualiter accipienda. 309 a
Dædalus Icaro filio pennas affixit. 251 b
Deus Alphonſi Palæoti cor accendit. 4 b
Deus pronior ad miſerendum, quam ad vlciſcendum. pag. 87 a
Deum quando contemnat, & quando exoret homo. 100. b, 101. a
Deus cur pretioſos lapides adamauerit. 151. a
Deus quomodo dicatur abſconditus 231. b
Deus Pilati mentem mouit vt titulum ſcriberet. pag. 116 b
Deus ante Moſen homines non per literas, ſed per res erudiebat. 150. a
Deus benefacta oculis conſpicit, qui malefacta palpebris interrogat. 233 b
Deus quomodo Iudæorum ingratitudinem confundebat. 257. a
Deus verè libros non habet, ſed eius notitia liber appellatur. 267. a
Deus quomodo viſus in antiqua lege. 308. a
Deus ſecundus à quibus vocatus ſit homo. 329. a
Deum quantum diligere debeamus. 349. b
Deus Pan quando mortuus. 401. b
Defectus naturæ quos Chriſtus in ſe ſuſcepit. 301. a
Delictum plorant quos IESVS reſpicit. 234. a
Demetrius Rex, Rhodiorum precibus miteſcit. 3.
Dens gigantis miræ magnitudinis, & quantæ. 46.
Dens S. Chriſtophori pugno maior. ibidem.
Dentes Iudæorum lapillis, quos comedere compellebantur, confracti. 158 a
Deriſio Chriſti quam graue malum. 214. a
Deſideria huius vitæ myſticè denotantur in pedibus. 359. a
Deuorare Chriſtum Iudæi cupiebant. 747. b
Dexter pes Chriſti prius crucifixus, poſtea ſiniſter ſuper dextrum, & cur. 350. b
Dextra manus cruci prior quam ſiniſtra affigi ſolita, hoc in Chriſto obſeruatum. 123. a
Dextra manu Adam pomum accepit, ideò Chriſti manus dextra fuit prius affixa clauis. 123. b
Dextra pars quæ dicatur. 133. b
Dextram manum ſiniſtræ ſuperpoſitam, cur ſacra Sindon oſtendere videatur, cum non ſiniſtra dextra, ſed dextræ manui ſiniſtra fuerit ſuperpoſita. 273. b
Dextra pars valentior quam ſiniſtra. 352. a
Dextrum latus Chriſti lancea fuit effoſſum. 373. b
Diabolus ficta incendia excitat. 37. a
Diabolus Chriſtum flagellari inſtigat ne crucifigatur. pag. 87. a
Diabolus quam callidè Chriſti caput arũdine percuti voluerit. 235. b
Diabolus omnia contra ſe ipſum egit. 199. b
Diabolus ſollicitudines noſtras in Chriſtum iniecit. pag. 201. a
Diabolus licet inuitus victoriam Chriſti contra ſe extulit. 199 b
Diabolus arundine Chriſtum perſequitur, & Chriſtus diabolum. 216. a
Diabolus humano ſanguine delectatur. 306. a
Diabolus ab initio Chriſtum occidere decreuit. pag. 320 b
Diabolus ſemper Chriſtum è medio tollere contendit. 321. a
Diabolus cur perſecutores in Chriſtum concitauit. ibidem.
Diabolus Antichriſtum contra Chriſtum armabit. pag. 322 b
Diabolus quando mortuus. 402. a
Diabolus ſtabat ad dextram Chriſti in cruce pendentis, vt videret an in eo peccatum deprehenderet. pag 403. a
Diabolus cur lancea latus Chriſti effodi curarit. 421. b
Diabolus ignem gladio fodit. 423 a
Diademata Regum & Imperatorum cruce condecorantur. 72. b
Dictiones quatuor Chriſti titulus obtinet, & ſingulæ quomodo oſtendant Chriſtum non eſſe crucifigendum. 117. a
Dies fauſti albis, infeſti nigris lapillis ſignari ſoliti. 151. b
Dies Madian quomodo explicandus. 427. a
Differentię poſitionum cur tantum ſex. 133. b
Differentiæ ſexus in arboribus. 101. a

Diligen-

Digitized by Google

Diligendum eſſe Deum Chriſti paſſio clamat. pag. 349. b
Dimenſiones quantitatis ſunt tantum tres. 133. b
Dimenſiones crucis quid ſignificent. ibidem.
Diſmas latro bonus. 420. b
Diuinitatis plenitudo cur dicatur in Chriſto corporaliter habitare. 254. a
Doctores ex charitate docentes quale ſacrificium Deo offerant. 135 a
Doctrinæ duplex genus penes Hebręos. 255. b
Dodonei fontis vis mirabilis. 392. b
Dolor Mariæ eſt Chriſti dolor. 116. b
Dolor Chriſti fuit maximus inter dolores huius vitæ. 139. a
Dolor de membris perforatis Chriſti aſcendebat ad cor, & rurſus à corde ad neruos 139. b
Dolor Chriſti omnium grauiſſimus quis fuerit. pag. 251. a
Dolor Chriſti oſſa peruaſit 244. b
Dolor Chriſti cur ſummus fuerit. 139. a, 283 a
Dolor B V. in morte Chriſti, ſpaſmum qualem intulerit. 295 b
Dolor colicus vnde dictus. 304. a
Dolor ex pedum confoſſione intolerabilis 147 b
Dolor Chriſti auget dolorem Mariæ, & Mariæ dolor Chriſti dolorem. 403. b
Dolorum Chriſti ac Marię qualiter quis particeps eſſe poſſit. 56. b
Dolore confectus moritur Conſtantius Imp. quod eius imaginem Theodoſius reſpuerit 159. a
Dolorem quem omnium grauiſſimum in Chriſto putarit S. Catharina Senenſis 251. a
Dolorem grauiorem delicatiores patiuntur. pag. 185 b
Dolores Chriſti immenſi, & infiniti. 400 b
Doloris & gaudij pugna mirabilis 142. b
Doloris acerbitate Chriſti cor crepuit. 383 a
Domi propria qualiter via Crucis deſcribenda. pag 171. a
Domitianus Imperator Chriſti propinquos perſequitur 217. a
Domus Veronicę à loco vbi Chriſto crux fuit impoſita, diſtat paſſibus quatuor ſupra quadringentos. 238. a
Domus noſtra vbi eſſe debeat. 390 a
Dona Spiritus ſancti rore deſignata. 180 b
Donum quale nobis tranſmittat Chriſtus pag. 218. b
Donum omnium maximum quodnam fuerit. pag 18 a
Dormientium ſeptem miraculum. 13. a
Dormitio Adæ quid myſticè indicarit. 380. b
Dorſum Chriſti flagris diſſectum. pag. 175. b
Duellum vincit charitas. 8. b
Dulcedo quomodo de forti exiuit. 401 a, b

E.

Ecclesia quod non definiuit ad ędificationem noſtram, variè meditari poſſumus. pag. 12 b
Eccleſiam ſibi deſponſat Chriſtus. 100. b
Eccleſiam gentium Chriſtus reprobare velle videbatur. ibidem.
Eccleſiæ antiquitus tituli dicebantur. 112. a
Eccleſiæ inſigniores cur tituli dicantur. ibid.
Eccleſiam Chriſtus pedum ſanguine ſibi deſponſauit. 140 b
Eccleſia ex Chriſti latere formata, ſicut Eua ex Adæ coſta 376 a, b
Eccleſia cur Lunæ comparetur. 1. 11 a
Eccleſiam ſuam quã ardenter Chriſtus amet 8. b
Eccleſia omnia loca occupauit, vt excreſcere quo ad loca vix poſſit. 11. a
Eccleſia Hieroſolymis congregata Dei monitu è Hieruſalem egreditur. 29. b
Eccleſiæ cor ſunt Doctores caput paſtores. 136. b
Eccleſiam ſecutores cupiunt deuorare. 317. a
Eccleſia quem crucifixionis modum magis approbare videatur. 353. a
Eccleſiæ ædificatio in Euæ formatione figurata. pag 380. a
Eccleſia cur non oſſe, ſed ſanguine formata ſit. pag. 381. b
Eccleſia cur ex Chriſti corpore ædificata. 382. a
Eccleſia aqua lauatur, ſed ſanguine inebriatur. pag 381. b
Eccleſia cur in quadro ædificata. 382. a
Eccleſiam Chriſtus ad Aquilonem armauit. 387 b
Effigies Chriſti exactè deſcribitur. 49 a, b
Effigies B V exactè deſcribitur. 50. a
Elephantes ſanguine animantur ad pugnã. 306 a
Elementa omnia nobilitata, ſed præ cæteris elementum aquæ. 387. b, 388. a
Emblema pietatis 125. b
Encomium hominis mirabile. 329. a
Encomia Crucis. 401. a
Entelechia quid ſignificet. 402. b
Epitaphia tituli appellari. 118. b
Epiſtola Pilati ad Tiberium de Chriſto. 168. a, b
Epiſtola amoris notis exarata quæ ſit, & quomodo eam nobis Chriſtus tranſmiſerit. 218. b
Epiſtola Alexandri lecta Epheſtionis os ſigillo clauditur. 248. b

Digitized by Google

Epiſtolæ cur ſigillo obſignentur. ibidem. a
Equus albus Chriſtum figurat. 174. a
Equo ruſo nigro pallido quid ſignificetur. pag. 321. a b
Equo pallido quem mors, & infernus ſubſequuntur, denotatur Mahumetus, & cur. 321. b
Errores circa lateris vulnus . . . .
Eſaias dicitur Euangeliſta veteris legis. 231. a
Eſdræ liber quartus quantę auctoritatis 69. 255. b
Eua quantum nocuit, tantum maria profuit. pag. 238 col. b
Eua ex quo latere Adæ ſit formata dextro, ne an ſiniſtro. 372. a, b
Eua ante peccatum cur nuditatem non erubeſcebat. 121. b
Eua cur dicitur ædificata ex coſta Adę, potius quã formata. 380 a
Euangelium cur ſcripſerit Ioannes Euangeliſta. 277. b
Euangeliſtæ ſeriem paſſionis ieiunè ſcripſerunt, & cur. 12. a, b, 360. b
Euangeliſtæ quod verbis deſcribere non potuerũt ſilentio expreſſerunt. 12. a
Eucharistiæ origo. 385. b
Eucharistiæ Sacramentum Chriſtum viuum continet. 8 b
Eucharistiæ Sacramentum cur inſtitutum. 9. b
Eucharistiæ figura illuſtris fuit Manna: hæc fusè explicatur. 257. b
S. Euſtachio Chriſtus in ceruí figura ſe oſtendit. pag 319 a
Exercitus fortis eſt ſanguis Chriſti. 385. a
Exceſſus charitatis in operibus Chriſti. 236. a
Exultatio B. V. in partu. 313. b

F.

Fabricatio Crucis magnifica. 108. a
Fabella de ligno Crucis. 63. a
Fabricæ metaphora flagellatio Chriſti declaratur, & cur. 164 a
Fabricatio Eccleſiæ mirabilis. pag. 380. a, b 381. a. b, 382. a
Faciem ſpuere quanta ignominia. 228. b
Faciem Chriſti conſpuere qui dicantur. 229. a
Facies Chriſti colaphis, alapis, virga, & arundine percuſſa. 230. a
Faciem ſuam ſanguine proprio pictam cur Chriſtus nobis exhibere voluerit. 236. a
Faciem oſtendere beneficentiæ ſignum. ibidem.
Faciem Chriſti oſculari quomodo debeamus. pag. 239. b
Facies B. V quam in filij morte palluerit. pag. 269. col b
Facies Chriſti quam deſiderabilis. 237 b
Facies eſt mentis ſpeculum. 51. a
Facies Chriſti claritatis radijs fulgida 48. a
Facies Chriſti alliciendi mirabilem vim habebat. ibidem.
Facies Chriſti mæſtos lætificat. 48 b
Facies Sanctorum radijs ſcintillantes. 48. b
Facies vnico homini conceſſa. 51 a
Facies hominis quæ ſit. ibidem.
In hominis facie vigent ſenſus. ibidem.
Facies animi Index. ibidem.
Facies Chriſti, & Mariæ radijs fulget. 186. a
Facies Dei quid ſignificet. 309. a
Facies humanitatis Index. 310. b.
Facies Chriſti Iudicantis. 314 a
Facies Chriſti ſanguine conſperſa. 179. a.
Fame necati Crucifixi. 134. a
Fames Iudæorum quam horribilis. pag. 158. a, 244 b
Feſta albis, in feſta nigris capillis ſignata. 151. b
Febris cur Grecè πύρετος dicta. 303 b
S. Felicis II. Papæ inuentio prouidentiam Dei commonſtrat. 13. b
Femoralia Chriſtus in ſepulchro, neque in cruce habuit. 110. b
Fœminæ barbatæ plures. 215. a
Fœminæ ſtatura ferè trium pedum. 46. a
Feneſtræ obliquæ quales fuerint fusè examinatur. pag. 292. a
Feneſtræ obliquæ myſticè quid deſignent. pag. 292 a, b, 293. a, b
Fœtor Saracenorum quo tollatur. 391. b
Fidei hoſtes poetæ. 321. a
Fideles in Chriſti manibus ſcripti. 151. b
Fiducia in Deum ſponſi ſignaculum. 247. b
Figuræ plagarum pectoris Chriſti. 253. b
Figura inſignis Eucharistiæ explicatur. 257. b
Figuræ Crucis 69. a, b
Figurarum notis cur Deus in lege veteri vteretur. pag 150. a
Figura Crucis ſummitates habet quinque. 110. a
Figuræ Chriſti Crucem geſtantis. 174 a
Filius coloris marmorei. 330. a
Filia pharetræ dicitur ſagitta. 157 a
Flagellis quibus Chriſtus exſus eſt. 96. a, b
Flagella aculeata, taxillata, talaria, quæ? 95. b, 96. b
Flagelli taxillati ſchema. 97.
Flagellum Chriſti taxillatum vbi ſeruetur. 98. a
Flagellis ſulcari corpus quid. 98. a
Flagella in B. Claræ corde. ibidem.

Flagel-

Digitized by Google

Flagellationis acerbitas qualis. pag. 98. b, 147. a
Flagella pectus diuinitatis capax ſecuerunt. pag. 131. a
Flagellatus eſt Chriſtus, vtraque ex parte. 146 a
Flagellationis columnam Chriſtus ſponte amplectitur. 147 a
Flagellatus eſt Chriſtus Maria præſente. ibid.
Flagellatus eſt Chriſtus vſque ad coſtas. ibid.
Flagellationis locus totus ſanguine plenus. ibid.
Flagellationem ſuam quàm ſemper horruerit Chriſtus. 148. b
Flagellatione totus Chriſtus inſcriptus eſt. 150. b
Flagellationis acerbitas. 157 a
Flagella lumborum Chriſti præſidium contra luxuriam 160. a
Flagellati pectus ſolitum à Romanis, & qui hoc negarint. 255. b
Flagellatio Chriſti quibus lachrymis meditanda. pag 84 a
Flagellatione Chriſtus vt granum triturandus. pag 84. b
Flagellantur prius qui ſunt crucifigendi. pag. 85. a, 113.
Flagellationis mos ante crucifixionem à Græcis ad Romanos an fluxerit 85 a
Flagellare virgis, & flagellis differunt. ibid.
Flagellare Romanum an, & quando liceret 85 b
Flagella acerbiorem cruciatum inferunt quam fuſtes. pag 86. a
Flagellatione vt interierint multi. ibidem.
Flagellatio ad correctionem mitior. 86 b
Flagellatio Chriſti cur adeò acerba, licet eſſet ad correctionem ibidem.
Flagellatio Iudæorum quibus circunſtantijs fiebat. pag. 87. a
Flagellandi columnæ alligati. ibidem.
Flagellatio Romanorum quam acerba. 89. b
Flagellorum ictibus quot Chriſtus cæſus. 91. a
Flagellatio Chriſti vnica fuit. 94 a
Flagellationi Chriſti Maria interfuit. 101. b
Flagellatio Romanorum quomodo fiebat. 89. b
Flagellatio Iudæorum, & Romanorum quàm differant. pag. 88 b
Flagellatio Chriſti fabricæ nomine declarata. pag 164 a
Flagellatio Turcarum octingentis ictibus in ventre. pag 302. a
Flagrum, & flagellum vnde dictum 303. b
Flagella Chriſti ex quinque flexis funiculis. pag. 331 b
Fluuius in Solem conuerſus. 385. b
Folia quæ libidinem comprimant. 159.
Fons olei è petra. pag. 388. b, 389 a
Fons olei Chriſto naſcente in Tiberim influit. ibidem.
Fontis Dodonei vis mira. 392. b
Fons Iesv mirabilis virtutis. ibidem.
Formula Chriſtianæ perfectionis denotatur Cruce. pag 124 b
Fortunæ barbatę templum excitant antiqui, vt pulchram eis barbam conferret. 224 a
Fortitudinis ſignum hieroglyphicum. 152. a
Formula ſententiæ à Pilato in Chriſto latæ quæ. pag. 165 a
Foſſionis inſignis metaphora explicatur. 182. b
Fræno equi Conſtantini clauus Chriſti inſitus. pag. 362. a
Fronti regum inſidet Crux cui inimici inſultauerunt. pag. 72 b
Frontis vſque ad medium ſpinea corona deſcendebat. 179. a
Frons animi affectus indicat. 51 a, b
Frons quæ laudabilior. 51 b
Fronti vel gloſi viri titulus Paſſionis Chriſti aureis literis inſcribitur. 115 a
Fronti cur oſcula infigebantur. 207. b
Frumenti granum Chriſtus 84. b
Fructus bonos quomodo arbor mala facere poſſit. pag 329. b
Fulgor in Chriſti facie radiabat. 48 a, b
Fulgor è Chriſti & Mariæ facie. 186 a
Fumo necatur qui fumum vendiderat. 113 b
Furor libidinis quomodo comprimatur. pag. 159. b, 162. a
Fuſtes ſerui quam horreſcant. 86. a

G.

Galatis nobilitatem teſtatur barba prolixa. pag. 224. b
Galea Conſtantini Dominico clauo comminuta. pag 362. a
Gallinæ aſſimilatur Chriſtus, & cur. 251. b
Gamalielis diſcipulus fuit Paulus Apoſtolus. 255 b
Gaudij doloriſque pugna mirabilis in B.V. corde. pag. 142. b
Gedeonis militum pugnę ſtratagema. 250. b
Gentiles canes dicuntur. 281. b, 310. a
Gentiles Chriſtum flagellando, crucifigendo, & latus aperiendo pupugerunt. 347. a
Germanus Pariſienſis Epiſc. Coronam ſpineam in Galliam defert. 212 b
Gigantea proceritas quæ. 46. b

Digitized by Google

Gigas fuit Adam. pag. 46. a
Gigantes plures referuntur. 46. b
Gigantis dens qui centum ex noſtris faceret ibid.
Gigas magnitudine cubitorum quadraginta ſex. ibidem.
Gigantis cadauer in lapidem verſum. 287. a
Giſmas latro malus 411. a
Gladius verſatilis Cherub in clauem paradiſi mutatus. 389. b
Gladio cur non fodiendus ignis. 413. a
Gloriæ currus eſt Sancta Crux. 401. a
Globus imperatorum Cruce ſignatus. 74. b
Golgotana rupes ſub patibuli onere diſrupta. pag. 288 a
Gotfredus Bullion Hieruſalem recuperat. 32. a
Gotfredus regiam coronam non geſtat Hieroſolymis quod ſpineam ibi Chriſtus tuliſſet. ibid. & 196. b
Granum frumenti Chriſtus 84. b
Grati animi lex quid à nobis exigat. 125. a
Gratiæ myſteria rore denotata. 180. b
Gratiæ principum debent eſſe liberales. 384. a
Grex quomodo maculoſus effici poſſit. 330. a b
Greſſus pedes duos, & ſemiſſem continet. pag. 170. b, 171. a
Guido Luſignanus rex Hieruſalem. 35. a
Guido Hieroſolymitani regni titulum cum Richardo Angliæ rege commutat. 33. b
Gulielmus Longaſpatha. 32. b
Guttas ſanguinis quot Chriſtus emiſerit. 91. a

H.

HABITVM religioſis geſtare quanti refert. pag. 172.
Habitationis noſtræ fælicitas vbi in hac vita eſſe poſſit. 390. a
Hebræorum conſuetudo condendi aromatibus cadauera. 2. & 19 a
Hebraicæ litteræ an eædem ſint cum antiquioribus, & recentioribus. 68. a
Hebraiſmi. 157. a, 202 b
Hebræorum aſtus detegitur. 168. b
Helena poſt 326. annos Chriſti Crucem inuenit. 361. b
Helena Antonia inſigniter barbata. 225. a
Heroicæ magnitudinis ſpeculum. 152. a
Hæreſes B V. interimit dum Chriſti vulnera oſculatur. 296. b
Hæreticorum in Eccleſiam rabies. 317. a
Herbarum ſexus varius. 201. a
Hæreſis Arij quo hieroglypho denotata. 321. b
Hæreſiarchæ quo ſigno veluti hieroglipho deſignantur. pag. 322. a
Hæretici locuſtis deſignati. ibidem.
Hæreſis quas conuellant claui Chriſti. pag. 348. b, 349 a
Hæreſis Cheruti confutatur. 399. b
Hæretici faciam Sindonem impugnant, & eorum argumenta. 17. a, 28. a
Hæreſis Ioan. Bitanenſis damnatur. 375. b
Heraclius Imp. ſacra imagine fretus paganos fugat. 40. b
Heraclius Patriarcha Hieroſolymitanus Chriſtianorum Dux. 33. a
Heraclij Imp diadema Cruce ſignatum. 71. b
Heraclij Imp. numiſmata Cruce ſignata. 74. b
Heſter cur conſternata corã rege corruerit. 310. b
Hiacintino colore oblectatur Deus. 290. a
Hidram quare finxerint Poetæ. 322. b
Hieruſalem eſt in medio terræ. 403 b
Hieruſalem Angelorum præſidio orbatur. 30. a
Hieroſolymitani reges Chriſtiani. 32. a, b
Hieroſolymitani regni titulus, quomodo ad Neapolitanos tranſierit. 34. a
Hieroglificum Chriſti quid innuat. 150 b
Hieroglificum ſignum Crucis 70. a
Hieroſolymitani excidij portentum. 89. b
Hieroſolymitanum excidium quam ſanguinolentum. 140. a
Hieroglificæ litteræ. 150. a
Hieroglіphicarum notarum inuentor, & ſignificata varia. ibidem.
S. Hier. Origenem inſigniter laudat. 181. a
S. Hier. dicta conciliantur. 185. b
S. Hier Hilarius antiquior. 199. b
Hieroſolymitanam ante euerſionem quo tranſmigrant Dei monitu Chriſtiani. 29. b
Hieruſalem hiſtoria. 31. a
Hieruſalem vaſtatur, ab hoſtibus pluribus capitur, & quando recuperatur. 33. a, b
S. Hieronym. conſtans animus in ſcriptura explicanda. 66. b
S. Hieronymus Adamum in Caluariæ monte ſepultum negat. 285. a
Hieruſalem qua rabie ſit diruta. 317. a
Hiſtoria clauorum Chriſti. 361. a
Hiſtoria inuentionis Dominicæ lanceæ. 378. b
Hiſtoria fabuloſa Crucis Dominicæ. 389. a
Hiſtoria S. Longini. 418. b, 419. a b
Hiſtoria ſanctę Sindonis variè relata. 34. a
Holocauſtum amoris. 131. b
Homo gloriam oſtentat, miſerias occultat, & cur. 313. b

Hominis

Digitized by Google

Hominis encomium mirabiliter declaratur. 325.b
Homo à quibus appellatus fuerit miraculum magnum, menſura rerum, annulus Dei, finis rerum omnium, cœleſtis planta, ſecundus Deus. 349.a
Homine tacente lapides clamant. 349.b
Hominis ſtatus quadruplex, quid ex quolibet Chriſtus ſuſceperit. 300.a
Hominis ſanguine diabolus maximè delectatur. pag. 306 a
Homo vnde pudorem hauſerit. 311.a
Homo ſuperbum animal 100.b, 311.b
Homo quomodo Chriſto inſeri poſſit. 329.b
Homo quando Deum contemnit, & quando ad Deum currit 101.a
Hominis occiſio horrorem incutit. 113.a
Homo perfectus ſolus Chriſtus fuit. 118.a
Homo natans vel orans Crucis formam exhibet. pag. 133.a
Homo paruus mundus. 132.b
Homicidium quantum malum ſit. 138.b
Hominis vera magnitudo quāta eſſe debeat. 46.a
Hominis vita quantum decreuerit. 46.b
Hominis militia quam dura. 267.b
Homines cœlos expugnant. 291.a
Hominis ſtatura architectonicæ fundamentum, & regula. 47.b
Hora eadem Chriſtus in crucem eſt actus, qua Adam peccauit. 121.b
Hoſpitium noſtrum vbi ſitum ſit. 390 a
Hugonis Victorini aurea ſententia. 17.b
Humilitas Mariæ colli crine denotata. 183 a
Humanitas Chriſti cur area dicatur 254.b
Humanitas Chriſti cetræ comparata. 319.a, b

I.

Iacob ſcala quid ſignificet. pag. 174.a
Iacob manus cōplicans Chriſtū figurat. 274.a
Iacob cur virgas varias pecudibus expoſuerit. 330 a, b
Iacob quid ex Melchiſedech didicerit. 330.b
Iacob regnum quale. 118.a
Ialiſi imago quantum valuerit. 3.
Ialiſus anhelantis canis ſpumam arte pingere non poteſt, caſu aptè pingit. 53.b
Iaponorum crux qualis. 108.b
Iaddum Pont. Iudæorum adorat Alexander Magnus, & cur. 266.a
Iaſpidis mirabilis virtus. 264.b
S. Ianuarij ſanguinis miraculum. 306.b
Icaro alas affigit Dedalus. 251.b
Iconoclaſtæ confutantur. 59.b
Ictus bombardarum quomodo eneruentur. 302.a
Idololatriæ origo ex cadauerū pollinctione. 19 b
Idiomate triplici cur ſcriptus fuerit Chriſti titulus pag. 114.a
Iehouah nomen Dei quale. 238 b
Iehouah nomen Dei mirabile. 117.b
Iciunia libidinem domant. 160.a
IESVS quid ſignificet. 117.a
IESVS eſt mel in ore, melos in aure, iubilus in corde. ibidem.
IESVS nomen quod in Meſſiæ nominibus in veteri lege non reperiebatur, in lege noua reperitur in cruce. ibidem.
IESV nomen mellifluum. ibidem.
IESV nomen quam mirabile. ibidem.
IESV nomen tetragrammaton dictum. 117.b
IESVS quos reſpicit, delictum plorant. 234 a
IESVM ſoluere quid ſit. 277.b
IESV fons vbi, eius virtus mirabilis. 392.b
IESVS Naue nudipes terram promiſſionis ingreditur. 339.a
Ignatij Loiolæ puritas. 48 b, 49.a
Ignea lex in dextra Chriſti quid ſignificet. 274.a
Igneus globus è terra erumpens Iudæos ſternit. pag. 31.a
Ignis pondus Beatiſſ. Virgo ponderauit. 176.a
Ignis gladio non fodiendus, & cur. 423.a
Ignem gladio fodit diabolus. ibidem.
Ignominia nuditatis à morte ſibi conſciſcenda homines compeſcit. 120.a
Imago Prothogenis Rhodum ſeruat. 3.
Imago Saluatoris, quæ populo Romanò apparuit, vbi nunc ſeruetur. 39.a
Imaginum ſanctarū vſus pius, ac Catholicus. 59.b
Imagines à Chriſto, & alijs ſanctis viris pictæ. ibid. & 40.a
Imagine ſacra fretus Heraclius Imperator hoſtes fugat. 40.b
Imagines ſanctę quam vtiles Eccleſiæ. 54.b, 55 a
Imago lachrymas elicit. 55.a
Imago Chriſti lignea ſculpitur à Nicodemo. 18.b
Imago Chriſti quando Sindoni hæſerit. 20 b
Imago Saluatoris Lateranenſem tholum ab incendio ſepties liberat. 21.a
Imago Chriſti à Iudæo pugione confoſſa ſanguinem fundit. 30.b
Imago Crucifixi veſtibus tecta, ne eius nuditas conſpiciatur. 120.b
Imagines ſacræ quantum valeant ad pietatis affectum excitandum. 149.a, b
Imagines Imperatorum cur tranſmitti ſolitæ. pag. 159.a

Imaginem Imperat. qui torpem in locum geſtabat, occidebatur. pag. 101. a
Imaginem Apoſtoli qua pietate conſpiceret S Ioannes Chryſoſtomus 305. a
Imaginum mirabilis ad motum animis inferendum vis. 305. b
Imagines antiquæ, Chriſtum quatuor clauis crucifixum, oſtendunt. 352 a
Imaginationis vis mirabilis, quomodo fœtibus maculas inurat. 329. b, 330 a
Immiſſa crux quæ dicatur. 108. a
Imperator Conſtantinus patrem Dominicæ Crucis ante ſellam geſtat in prælio 362 a
Imperator Iuſtinus à dæmonis inſidijs fræno clauigero liberatur. ibid.
Imperat. Chriſtum perſequentes quo hieroglypho denotentur. 321. a
Imper. Romanorum electus, imaginem ſuam ad ſummum Pontificem tranſmittit. 159 a
Imperatoris offenſa qualis, ſi quis imaginem eius reſpuiſſet. ibidem.
Imp. imagines populis tranſmiſſæ. ibidem.
Imp. diademata cruce condecorantur. 72. b
Imp. manus ac veſtes cruce ſacratæ. ibidem.
Imp globus cruce ſignatus. 74 b
Imp. triumphans cur vltimo loco ſedeat. 114 b
Inconſtantiæ Iudæos coarguit Pilatus 116 a
Incontinentiæ Ruben, pœnas luit Chriſtus. pag. 265 b
Incarnatio cur dicatur commercium admirabile. pag. 383. b
Incendium charitatis vbi. 349. a
Induſium Chriſti vbi ſeruetur. 35. a
Incendia ficta excitat diabolus. 37 a
Infantes quàm immani feritate Moloc immolabantur. 101. a
Infelices arbores quæ dicantur, & cur. 62. a
Infundibulo ſanguis in Chriſti os defluxit. pag. 235. b
Inceſſus Chriſti poſt flagellationem ex ſanguine dignoſcebatur. 147. a
Ingratitudinem Iudæorum quomodo coarguebat Deus. 257. a
Ingrati animi vitium quàm deteſtabile. 392 a
Inordinatum nihil in B. Virgine. 296 a
Inſtrumenta, quibus quiſque necatus eſſet, cum eodem ſepeliri ſolita 361. b
Inſidiæ quales Chriſto paratæ 319 b
Inſcriptiones Pſalmorum quo ſpiritu explicandæ. pag 318 a
Inſignia regum tria, ſceptrum, purpura, corona: quibus tribus illuditur Chriſtus. 215. b
Inſinuatione vbi opus ſit. pag 61. a
Inſcriptiones cur tituli appellati. 113. a
Intentio auctoris. 1.
Interiora Chriſti quomodo efferbuerunt. pag. 298. 303 b
Inuentor hieroglyphicorum ſignorum quis fuerit. 150. a
Inuentor literarum Cadmus Thebanus. 149. b
Inuentoribus primis rerum magnæ gratiæ habendæ. 10. a
Inuentores in ſcripturis celebrari voluit Spiritus ſanctus. 10. a
Inuentio Dominicæ Crucis, & lanceæ, conuenienti tempore inſtituta. 12. b, 13 a
Ioachimus Abbas quis fuerit. 14. a
Ioachimi Abbatis laudes mira[illegible]s. ibid.
Ioachimus ſapientiam ſuam bibendo comparat. pag. 14 b
Ioachimi excellentia præmonſtrata. ibidem.
Iob patientiæ ſpeculum. 323 a
Iob Chriſti figura. 138 a
S Ioan Damaſcen. quomodo intelligendus, dum dicit, Chriſtus quod ſemel aſſumpſit nunquam dimiſit. 398. a
S Ioann Euangeliſta cur Euangelium ſcripſerit. 277. b
S. Ioan Chryſoſtomus qua pietate S. Pauli imaginem aſpiceret. 305. a
Ionathas cur occiſus non fuerit. 117 a
Ioſue reges in crucem agit. 66. a
Ioſeph Chriſti figura. 40 b
Ioſeph ab Arimathia nobilis fuit, & Decurio, ac Senator. 17. b
Ioſeph magnanimitas ac patria 18. a
Ioſeph cur dicatur audacter petijſſe corpus Ieſu à Pilato. ibidem.
Ioſeph Arimathæus martyr. ibidem.
Ioſeph, Nicodemus, & B Virgo, Chriſtum è cruce deponunt. 19. a
Ioſeph cur Sindone Chriſtum inuoluerit. 2.
Irriſionem ſuam quàm grauiter Chriſtus expauerit. 214. a
Iſaac eximia Chriſti figura. 198. b
Iſaac Chriſto comparatus. 173. b
Iſabella ſoror Balduini regis Hieruſalem. 32 b
Iſidorus Moſcouius egregiè commendatur. pag. 159. a
Iter Chriſti ad crucem deſcribitur. 170. b
Iudas dictus eſt calcaneus diaboli. 141 b
Iudæi viuos non crucifigebant: Imò & viuos. pag. 66. a
Iudæorum aſtus. 66. b

Iudæi

Iudæi Chriſtum cum latronibus crucifixerunt, vt tanquam peccator ab omnibus reijceretur. ibidem.
Iudæi Chriſtum veneno necare volebant. 67. b
Iudæos coarguit Pilatus titulum ſcribens. 116. a
Iudæorum inconſtantiam Pilatus notat. ibid.
Iudæorum in templo reparando ardens ſtudium. pag. 31. a
Iudæorum veſtibus crux cœleſtis, indelebiles cruces appingit. ibid.
Iudæi pecunia cuſtodes milites corrumpunt, vt Chriſti reſurrectionem negent, ſed tamen illam cuſtodes publicè prædicant 168. b
Iudæorum mos in lauandis manibus. 167. b
Iudæorum fames quam horribilis. 158. a, 244 b
Iudæi Chriſtum omnino annihilare volebant. pag 148. a
Iudæi pecunia corrumpunt carnifices, vt durius Chriſtum flagellent, & cur. pag. 95 a, 99 a, 192 b, 284. a
Iudæi loro vitulino flagellabant, & cur. 87. a
Iudæi ſcaphis argenteis rudera templi egeſſerunt. pag. 31. a
Iudæorum ſtrages. ibidem.
Iudæi crudelitatis inſtigatores. 370. a
Iudæi vitulis deſignati. ibidem.
Iudæis cur data ſacrificia. 306. a
Iudæorum principes tauri pingues dicti. 281. b
Iudæi mortuorum brachia quomodo ſuper pectus complicarent. 273. a
Iudęorum Pontificem adorat Alexander Magnus. pag. 266. a
Iudæorum ingratitudinem quomodo coarguat Deus. 257. a
Iudæi vnguibus maxillas Chriſti expilant. 223. a
Iudæi Chriſtum necromanticum, ebrioſum, ſtultum, dæmoniacum, hæreticum, & ſeductorem vocarunt. 215. a
Iudæi venenata ſputa in Chriſtum proijciunt. pag. 214 a
Iudæi ſcripturas non intelligunt. 213. b
Iudęis dona dat Alexander Magnus. 266. a
Iudęorum ceremonię, in creandis regibus, quas omnes ironicè in Chriſtum exercuerunt. pag. 197. b
Iudęorum impietas efferata. 192. a, b
Iudæi corpus Chriſti arando ſulcarunt. 175. b
Iudicare veniens Chriſtus quanta maieſtate fulgebit. 344 a
Iudicantem Chriſtum non æquè omnes videbunt. 345 b
Iudicare veniens Chriſtus, cur ſanctos ſecum adducet. pag. 366. a
Iudicij tempore quomodo plangent ſuper ſe omnes tribus terræ. 347. a
Iudices mortis ſententiam laturi cur manus lauent. 167. a
Iudicij dies torculari comparatus. 137. b
Iulianus crucem è labaro tollere conatur. 76. b
Iulianum obiurgat acriter Nazianzenus. ibid.
Iulianus Apoſtata Iudęos ad templum reparandum inſtigat. 31. a
Iulius Syrenius laudatur. 267. b
Iuncus marinus vt ſpina acutiſſimus. 196. a
Iuſtitia vindictam ſanguinis expoſcit. 138. b
Iuſti Chriſtum videntes exultabunt. 50. a
Iuuenes grauius ægrotant, & cur. 283. b
Iuuenes ex Ephæbis abſcedentes barbę primitias offerunt Apollini crinito. pag. 227. a

L.

LABARI miraculum. pag. 67. a
Labarum cruce ſignatum. 75 a, 76. a
Labarum quid eſſet, quæue labari figura. 75. a, b
Labarum flammeum, argenteum, Centuriatum, & quid horum vnumquodque. 75. b
Labarum à militibus adoratur. 75. a
Labia circa dentes quid myſticè deſignent. 332. a
Lac è martyrum vulneribus manat. 394 b
Lac è Chriſti vulneribus cur non egreſſum eſt. pag 271.
Lachrymæ Mariæ quales. 125. b, 118. b
Lachrymarum locus eſt mundus 312. b
Lachrymis ſanguineis B V. filij mortem deplorat. pag 142 a
Lachrymis ſanguineis B. V. Chriſti paſſionem deplorat. pag. 202. a
Lachrymę Chriſti & Marię vbi ſeruatę. 212. b
Lachrymę quantum nobis neceſſarię, vt Chriſti paſſionem lugeamus. 239. b
Lactucæ ſemina libidinem coercent. 159. b
Laconica voce vſus eſt Chriſtus dicens, Conſummatum eſt. 402. b
Laminæ aureę, & argenteę, an in Rationali. pag 262. a
Lanceis quinque cor Marię transfigitur. 207 b
Lancea latus dextrum Chriſti perforauit. 373. b
Lanceę vulnus quantum fuerit. 378. a
Lancea Dominica vbi, & quando inuenta. 378. b
Lanceę Dominicę typus 379.
Lanceis cur conuulneratus dicatur Chriſtus. pag. 147 a
Lancea Chriſti quando inuenta. pag. 13. a

Lanceæ

Digitized by Google

Lanceis vulnerati Chriſti lumbi cur dicantur. pag. 157 a
Lancea Crux vocatur. 173. a
Lancea Chriſti clamat, & quid, & à quibus audiatur. 348 a, b
Lancea latus Chriſti iam mortui perforauit. pag. 375 b
Lancea cur dira vocetur cum lignum dulce, & claui dulces dicantur. 377. a
Lancea cor Chriſti transfixit. 391. a
Lapides cor tituli appellati 112. a
Lapides in Chriſtum iniecti. 158 a
Lapidis ſculptura mirabilis Chriſtus. 151 a
Lapides precioſos cur Deus adamauit. ibidem.
Lapidis candidi myſterium. 151 b
Lapidis mira fabella. 263 a
Lapidum qui in rationali ponebantur mira vis, & myſteria. 263. b, 264. a, b, 265 a
Lapides clamant. 349 b
Lapis precioſus Chriſtus. 151 a
Lapillus ſine manibus abſciſſus, eſt Chriſtus. pag. 359 b
Lapillus albus abſoluit, niger damnat. 151. b
Lapillus albus fauſta, niger infauſta ſignificat. 151. b
Laqueo vitam finiens inſepultus putreſcebat apud Romanos. & cur 65 b
Lateranenſ. Eccleſiæ ornamenta precioſa 37 b
Lateranenſis Baſilica Chriſti corporis magnitudinem exhibet 47 b
Lateris vulnus eſt fælix noſtra habitatio 390 a
Lateris vulnus Chriſtus excipit, ſed Maria dolorem patitur. 56. b
Lateralis vulneris encomia & figuræ. 3[illegible]1. a
Lateris vulnus meritorium 386 b
Ex Latere Chriſti mortui quomodo ſanguis effluere potuerit. 397 a. b
Ex Lateris vulnere Sacramenta fluxerunt. 386 a
Latinæ linguæ ſupra cæteras excellentia 114 a
Latino idiomate Romani cur ſemper vterentur. 114 b
Latinum idioma cur tertio loco in titulo Saluatoris collocatum. ibid.
Latinè ſententiam in Chriſtum protulit Pilatus pag 166 b
Latinæ linguæ nobilitas. ibidem.
Latinæ locutionis vſus apud Romanos. ibidem.
Latriæ cultu adoratur Chriſti ſanguis. 139. a
Latronum in medio cur Iudæi Chriſtum crucifigunt. pag 66. b
Latronum cum Chriſto crucifixorum nomina. pag. 166. a
Latronibus an titulus fuerit appoſitus. 116. b
Latronibus cur præpoſitus Chriſtus. 283 b
Latrones cum Chriſto crucifixi qui fuerint. pag. 166. a, 420. b
Latus dextrum lancea percuſſum. 373 b
Latus Chriſti iam præmortui lancea effoſſum. 259 a
Lectus Adæ triginta pedum longitudinis. 46. b
Legere quomodo debeamus Chriſtum. 150. b
Leges Romanorum quid Chriſto miniſtrarint. pag 85 a
Legio quem numerum exhiberet. 90. b
Legiones ſubſidiarias vbi ſeruauit Chriſtus. pag. 375 b
Lepræ iudicium ad ſacerdotes pertinet. 180. a
Leproſus cur ſepultus fuerit Chriſtus. ibidem.
Lex Athenienſium de barbæ primitijs offerendis Apollini crinito. 217. a
Lex Turcarum qualiter ſuadeatur. 321. b
Lex vetus pædagogus fuit. 309. b
Lex ignea in dextra quid ſignificet. 374 b
Liber ſcriptus intus & foris, eſt Chriſtus, quem docti, & indocti pariter legunt 149. 150. b
Libros verè Deus non habet. 266. b
Liber quartus Eſdræ licet apocryphus, auctoritatis tamen multum habet in Eccleſia. 255 b
Liber vitæ quid 266 b, 267. a
Liber mortis nullus. 267. b
Libros conſcientiæ Angeli legunt 266 b
Libidinis furor quibus modis cõprimatur 139. b
Libidinis furorem concitat imaginatio. 319 b
Libido ieiunijs domita. 160 a
Liberalitatis exemplar. 383 b
Lien qualiter ſecetur. 302. b
Lignum vitæ pro ſpinis nobis largitus eſt Chriſtus pag. 199 a
Ligni Crucis myſticè explicata. 63. a
Ligno è quo crux Chriſti parata. 62 b
Ligni Crucis fabella 63 b
Lignum porrectoſum. ibid.
Lignum verum Crucis quomodo probari dicatur. pag 64. b
Ligni Crucis color. ibidem.
Lignum Crucis à Sereniſſimis Mantuæ Ducibus religioſiſſimè ſeruatur. ibidem.
Lignum vitæ quid ſit. 72. b
Lignum benedictum quod ſit. 78. a
Ligneæ tabulæ Chriſti cruci qualiter appoſitæ. pag. 119 a
Ligni vitæ virtus mirabilis. 324. b
Lignum Crucis cur dulce dicatur, cum lancea dira vocetur. 377. a

Ligurif

Ligurij lapidis vis mira. pag. 264. b
Lilia præſidium contra luxuriam. 159. b
Lilium inſigne caſtitatis. 203. a
Lilium myſticè quid deſignet. ibidem.
Liliorum vſus in ſacris. ibidem.
Lingua latina dignitate cæteris præſtat. 106. b
Lingua Chriſti ſanguine purpurata. 233. a
Lintea plura Chriſti ſanguine conſperſa. 18. a, b
Lintea aquâ ardenti illita ardent, nec comburuntur. 37. b
Lintea plura Chriſti corpori adhibita. 3.
Lintea quæ dicantur. ibidem.
Linum cum magno labore candeſcit 26.
Linum asbeſtinum igne purgatur, non comburitur ibidem, & 37 b
Linum amiantum ex lapide in fila retorto 37. b
Lino amianti ornatur Eccleſia Lateranenſis. ibid.
Litera Tau tercentum ſignificat. [illegible] b
Literarum inuentor Cadmus. 149. b
Literæ Ægyptiorum quæ ibidem.
Literæ quibus Iudæi modo vtuntur, an eædem ſint cum antiquioribus. 68. a
Literæ velamen quomodo detrahendum, vt ſpiritus ſuauitatis deguſtari queat. 131. a
Locis in publicis cur patibula eriguntur. 104.
Locus Magdalenæ ſunt pedes Chriſti. 337. a
Locuſtæ horribiles declarantur. 322. a
Locuſtis hæretici deſignantur. ibidem.
Locus vbi B V. Chriſtum è cruce depoſitum in ſinum ſuum excepit. 102. b
Locus vltimus honoratior apud Romanos. 114. a
Locus flagellationis Chriſti ſanguine plenus 147.
Loci tres in quibus Chriſtus ſub Cruce cecidit. 170. b, 171. a
Locutio Chriſti mirabilis & acceptabilis. 48. b
Longini hiſtoria. 419 a
Longinus Chriſti ſanguinē Mantuam detulit. 13. a
Longinus cur Chriſtum lancea percuſſerit. 423. a
Lucas Euangeliſta B. V. imagines pingit. 40. a
Lucæ à Nicodemo Chriſti imago fabrefacta ſeruatur. 30. a
Lucifer Chriſtum flagellari ſuadet ne crucifigatur. pag 87. a
Lucifer quando mortuus. 402 a
L. Hoſtilium Mancinum auctor imitatur. 5. a
L. Hoſtilij præclarum facinus. ibidem.
Ludibria in Carrabam. 196. b
Ludouici Francorum regis pietas. 193. b
Lumbi Chriſti quam dirè cæſi. 90. a
Lumbaris vulneris figuræ. 156. b
Lumbi Saluatoris cur dicantur lanceis vulnerati. pag 157. a
Lumbi Chriſti flagellis cæſi optimum contra luxuriæ peſtem remedium. 160. a
Luminaria cœli Chriſtus, & Maria, quando eclipſim myſticè paſſa ſunt. 186. b
Lumen mirabile in Chriſti facie videbat B Virgo. 344. a
Lunæ cur comparetur Eccleſia. ibidem.
Lutherani locuſtis deſignati. 322. a
Lutum in Chriſtum proijciunt Iudæi. 170. a
Luxuriæ remedia 159. b, 160. a
Luxuriæ conuicia. 159. b
Lycurgus cur comæ nutriendæ facultatem non abſtulerit. 184. b
Lycurgus cur etiam barbam nutrire permiſerit. pag 224 a

M.

MACVLAS quomodo à matribus fœtus trahant. 327. b
Madian dies quomodo explicandus. 427 a
Magdalena ſemper legitur ad IESV pedes proſtrata 337 a
Magiſter Sententiarum Opus ſuum terminauit in pedes ſedentis in throno. ibidem.
Magnitudo corporis Chriſti quanta. 47 a
Mahumetes quo hieroglipho in Apocalypſi denotetur. 321. b
Mahumetes ſibi datum gladium, ait, Chriſto miracula. ibidem.
Mahumetis impudens mendacium. ibidem.
Mahumetis impietas. 277 a
Maieſtas Chriſti cū ad iudicandum venerit. 344. a
Maieſtas Mariæ qualis. 186. a
Maieſtatis ſedes declaratur. 345. a
Maiuuias Saracenorum rex Sindonem in ignem proijcit, nec tum comburitur 38. a
Mala permittit Deus, vt bona inde eliciat. 422. a
Maledictum antiquum in ſpinea corona Chriſtus ſoluit. 199. a
Malleorum quot ictibus manus Chriſti confixæ ſunt. 277. a
Mane & Veſpere quid ſignificant. 259. b
Manichæos quàm acutè confutet Auguſtinus. pag. 67. a
Manna an in arca contineretur. 255. a.
Manna inſignis figura Euchariſt. fusè expenditur. pag. 257. b
Mannæ nomen & myſteria. ibidem.
Mannæ vna animam Chriſti ſignificat. 257. a
Manna vbi nunc inueniri poſſit. 390. a
Mantuæ vrbis theſaurus. pag 13. a

Digitized by Google

Mantuæ Chriſti ſangnis quando inuentus. ibid.
Mantuam Longinus Chriſti ſanguinem defert. ibidem.
Mantuæ terræ motus pia cauſa concitati. ibid.
Mantuæ lignum crucis à Sereniſſimis Principibus magna pietate ſeruatur. 64. b
Mantuæ Principes mirabile vnicornis cornu ſeruant. 71. a
Manubaliſtæ cur ſcorpiones appellatæ. 326. b
Manus Chriſti cur dicantur plenæ hyacintis. pag. 290. a
Manus Chriſti oſtendunt clauos fuiſſe rotundos. 276. b
Manus Chriſti cur dicantur effoſſæ. 282 b
Manuum vulnera clauis obſtructa, vt ſanguis effluere non poſſet. 245 b
Manus Chriſti qualiter cruci affixæ. 119. b
Manus dextra prius cruci affigi ſolita, mox ſiniſtra, id in Chriſto ſeruatum. 123 a, b
Manus Chriſti ideò fuit confixa clauis quia Adæ manus incontinenter extenſa fuit. 123. b
Manus dextra quia validior, ideò illam prius extendit Adam ad pomum capiendum, & ideò Chriſti dextra manus fuit prius affixa clauis. ibidem.
Manus lauare, vel ad ſolem leuare conſueuerunt Iudices, capitalem ſententiam laturi. 167. a
Manus Pilatus lauat, & cor commaculat. 165. a
Manus cur Pilatus lauerit. 167. a
Manus Chriſti quomodo confixæ clauis. pag. 274. b
Manu armata alapam Chriſto infligunt. 230 a
Manus Chriſti in Sindone, in crucis formam, diſpoſitæ. 274 a
Manus Chriſti cur aureæ dicantur. 290. a
Manus complicans Iacob Chriſtum configurauit. 274. a
Manus Chriſti canes foderunt. 281. b
Manus Chriſti quam ſcripturam contineant. pag 151 b
Manus Chriſti cur tornatiles dictæ. 289. b
Manus Chriſti pulchræ & longiores. 273. a
Manus Chriſti qualiter ſacra Sindon oſtendat. 273 b
Manus prius quam pedes, & dextra, prius quam ſiniſtra, affixa cruci. 276. a
Manus Chriſti viginti ſex malleorum ictibus cruci affixæ. 277 a
Manuum Chriſti ſchema. 275.
Manus Chriſti funibus extenſæ. 283. a
Mare Adriaticum clauo crucis ſedatum. pag. 363. a
Maria Chriſtum oſculans quas hæreſes interimat. pag. 296 b
Maria Chriſtum non putabat flagellandum à militibus cum eius pulchritudinem conſpexiſſent. pag 301. a
Mariæ partus cum gaudio. 313. b
Mari cur comparatur. 315. b
Maria princeps facierum, & cur. 238. b, 239. a
Maria Dei hominumque mediatrix. 239. a
Mariæ cor quanta anguſtia premeretur. 274. a
Mariæ grauitas. 296. a
Maria nil indecorum paſſa. ibidem.
Maria Chriſtum Sindone obuoluit, non tamen linteum conſuit, & cur. 21. a
Maria prius plagas ac vulnera terſit, poſtea Sindone obuoluit. ibidem.
Maria vbi Chriſtum in ſinum ſuſcepit. ibidem.
Maria gaudet, ſi quos inueniat ſuis doloribus compatientes, dolet ſi non inueniat. 22 a
Maria neglectam ſe ab hominibus quando dicat. ibidem.
Maria clericum in mortis agone ſolatur, & cur. ibidem
Maria per omnia ſimilis Chriſto filio. pag. 49. b, 186 b
Mariæ pulchritudo. 50. a, 236 b, 237. a
Mariæ effigies. 50. b
Maria ciuitas Dei. 55. b, 79. a
Maria dolores quos effugit in partu, in filij paſſione ſuſtinuit. 3. 22. b
Maria, Ioſeph, & Nicodemus Chriſtum è cruce deponunt. 19. a
Maria vt mulier pariens dolet. 23 a, 313. b
Maria martyr, & pluſquam martyr. 23. b, 79. b
Maria honor decuſque martyrij. 79. b
Maria dolore necata fuiſſet, niſi præcipuo miraculo ſeruata fuiſſet. 79. b
Mariæ veſtimenta qualia. 50. b
Maria cur roſæ plantationi comparetur. 55 b
Mariæ præſentia Chriſto mœrorem auget. pag. 78. b
Maria Chriſti vita. 79. a
Maria Chriſti dolores præcognouit. ibidem.
Mariæ cor quinque lanceis transfixum qualiter. pag. 79 b
Maria redimendo mundo quomodo cooperata ſit. ibidem.
Maria qualiter paſſionem Chriſti excipit. pag. 101. b
Mariæ dolor cum Chriſti doloribus comparatur. ibidem
Maria flagellationi Chriſti interfuit. ibidem.

Digitized by Google

Maria ſanguineis lachrymis filij paſſionem deplorat. pag. 102. a
Maria Chriſtum è cruce depoſitum in ſinum ſuum excipit. pag. 102. b
Maria oculos Chriſti claudit poſt mortem. ibid.
Mariæ in Chriſtum amor. 125. b
Mariæ cor quid. ibidem.
Maria quid Chriſto patiente pateretur. ibidem.
Mariæ lachrymæ. ibidem.
Maria Chriſti vulnera explorat, & ſanguinem abſtergit 102. b, 152. a
Mariæ dolor eſt Chriſti dolor. 125. b
Maria cur in filij morte tantoperè cruciabatur. ibidem.
Maria quæ Chriſti verba nunquam obliuiſci potuit. pag 126. b
Mariæ cor gaudio doloreque afficitur 142. b
Maria morienti Chriſto ſemper aſtitit. 152. a
Mariæ dolor quantus. 152. b
Mariæ triſtitia gaudio temperatur. ibidem.
Mariæ Chriſti pulchritudine mirificè oblectatur. pag. 142. b
Mariæ in Chriſtum pietas. 152. a
Maria ſolo aſpectu libidinis faces extinguit. pag. 160. a
Maria in Chriſti morte ſolatium illud habere non potuit, quod in Abner morte Dauid habuit. pag. 160. b
Maria Chriſto ad Caluariæ montem properanti vbi obuia fuerit. 170 b
Maria Archimedem ingenij acie ſuperat. 175. b
Mariæ pulchritudinis inſigne miraculum. pag. 186 b
Maria eſt lilium inter ſpinas. 117. b
Maria collum Eccleſiæ dicitur, & cur. 183. a
Mariam Deum opinatus eſſet S. Dionyſius Areopagita, niſi Deum vnicum ex Paulo didiciſſet. 186. a, b
Maria ſpineam coronam Chriſto detrahit. 206 a
Mariæ cor quinque lanceis transfixum. 207. b
Mariæ facies radijs ſcintillans. 186 a
Maria pondus ignis ponderauit. 176. a
Maria qualiter ſtet in cœlo. 183. a
Mariæ pulchritudo libidinem ſedabat. 186. b
Maria ſapientiſſima. 207. a
Mariam Chriſtus quomodo ſpinea corona coronauit. 218. a
Mariæ lachrymæ vbi aſſeruatæ. 218 b
Mariæ in delicijs virginitatis tripudium. 186. b
Mariæ in Chriſtum oſcula. 207. b
Mariam à cruce quomodo abigebat Chriſtus. pag. 218. a
Maria Chriſti caput ad vbera comprimit. pag. 364 b
Maria in cœlo quid faciat. 280. b
Mariæ pulchritudinem vt videat, quid faciat clericus. 236 b, 137. a
Maria an ſpaſmum paſſa ſit. 294 b
Maria ſi opus fuiſſet ad implendum Dei voluntatem, Chriſtum proprijs manibus cruci affixiſſet. ibidem.
Maria qualiter cruci adſtaret. ibid. & 332. a
Maria in Chriſti morte in terram corruit. pag. 296. a
Maria plus profuit, quam Eua nocuit. 238 b
Mariæ dolores explicare nullus poteſt. 269. b
Mariæ ſolatium. 269. b
Maria patienti mulieri comparata. 269 b
Mariæ cor quando, & quomodo lanceis transfixum. ibidem.
Maria filio oſtendit pectus, & vbera vt exaudiatur. pag 280 b
Mariæ compatiendum. 269. b
Mariæ manus longiores. 273. a
Mariæ pulchritudo quanta. 236 b
Mariæ obedientia 316. 294 b, 332 b
Mariæ nomen an tetragrammaton. 238. b
Maria lumen mirabile Chriſtum circumfulgens videbat. 344. a
Mariæ in corde duo amores pugnabant. 332 b
Maria Chriſti clauos è cruce reuulſos in ſinum ſuum excipit. 361. a
Maria Chriſti plagas oſculatur. 364 b
Mariam qualiter Chriſtus iacens in cruce alloqueretur. 403. b
Maris Adriatici procellis montes excitati. pag. 287 a
Marius Conſul vulnera aduerſo corpore excepta oſtentat 279. b
Mardochæi ſomnium explicatum. 385 a
Marghetita ſacram Sindonem Camberium defert. pag. 34. a
Margaritam precioſam quando emit Chriſtus. 384. b
S Martyres quibus cruciatibus affecti. 317 b
S. Martyres cruciatibus fortiores. ibidem.
S. Martyrum pedes quam crudeliter ſtipitibus ac ſaxis adſtricti. 141. a
S Martyres pluribus affixi clauis. 276 a
S Martyres vulnerum cicatrices pro Chriſto ſuſceptas conſeruabunt. 278. a
Marſupium precioſum ſed occultum vbi. 384 b
Matris in filium inuicta pietas. 152 a
Matronæ Athenienſes quibus remedijs libidinem compri-

comprimebant. pag. 159. b
Matutinus ceruus dictus eſt Chriſtus, & cur. 319. a, b
Matutina ac veſpertina cognitio quid. 260. a
S. Matthæus longioribus clauis in terram infigitur. 276. a
Mauſolæum Artimiſiæ. pag. 429. a
Maxillæ Chriſti percuſſæ. 147. a
Maxilla Chriſti quam diuè percuſſa. 158. b
Maxillam dextram percutienti, porrigendam ſiniſtram, exemplo ſuo quomodo docuit Chriſtus. 216. a, b
Maxillas Chriſti Iudæi vnguibus expilarunt. pag 223. a
Maxillam ſiniſtram porrigere percutienti dextram quid ſit. 229 b
Mediatrix Dei & hominum Maria. 239 a
Medium terræ eſt Hieruſalem. 403. b
Meditatio paſſionis Chriſti qualis eſſe debeat. 12. b, 135. a
Meditationis regulæ. 307. b
Meditatione paſſionis anima incaleſcit. 245. a
Meditanda Chriſti paſſio. 353. b
Meditantibus Chriſtus eſt potus, & cibus pag. 394. a
Medicinæ ciuium ſunt punitiones. pag. 86. b, 110. b
Megarenſis pugna oſculis fiebat. 207. a, b
Mediolani clauus Dominicus freno inſitus ſeruatur. 363. a
Melchiſedech quid docuerit Iacob. 330 b
Membra ſingula Chriſti & B. V deſcribuntur. 49 a, b, 50. a
Membra Chriſti quodammodo in fruſta conciſa. pag 127.
Membra Chriſti omnia flagellis cæſa. 146 a
Membrum ſub ſpinoſo capite, non decet viuere delicatum. 202. a
Memoria paſſionis eſt ſigillum paſſionis Chriſti. pag 248. a
Mendacium Mahumetis impudens. 221. b
Menſura rerum eſt homo. 329. a
Mercatorem ſe exhibet Chriſtus. pag. 383. b 384 b
Meſſala quid poſt victoriam fecerit. 8. a
Meſſis ac vindemiæ lex quæ? & qualiter ſeruata. pag. 4. b
Militum Chriſtum flagellantium rabies. 260. b
Militibus pecuniam dant Iudæi, vt Chriſti reſurrectionem negent. 160. b
Milites cuſtodes, Chriſti reſurrectionem prædicant. ibidem.
Milites Iudæi pecunia corrumpunt, vt Chriſtum diuè flagellent pag 192. b
Militia hominis quam dura. 267. b
Mineruæ Barbatæ templum. 227. a
Miraculum ſanguinis ſancti Iauuarij. 306. b
Miracula Abb Ioachim. 14. a, b
Mira S Sindonis. 26. 34. b
Miracula Chriſti prædicat Pilatus. 160. b
Miraculum inſigne ſanguinis Chriſti colliqueſcentis in die Paraſceues, vbi ſingulis annis conſpiciatur. 182. b
Miraculum inſigne pulchritudinis Mariæ. pag. 186.
Miraculum claui Chriſti in fugando dæmones. 362 a
Miraculum magnum eſt homo. 325. b
Mirrhæ vis & effectus in cadaueribus. 20. b
Miſeriarum vallis eſt vita noſtra. 312. b
Mitatron quid ſignificet. 238. b
Maxentius bellum Afris indicit, quia eius imaginem reſpuerunt. 159. a
Moab rex cur primogenitum ſuum immolat. pag 101. a
Modus crucifixionis Chriſti deſcribitur. pag. 118. b
Mœroris paſcua quæ? 78. b
Moyſes Chriſtum non maledixit. 67. a
Moyſis pes tinctus ſanguine Moyſen à morte eripit. pag. 140. a
Moloc Deus Ammonitarum quis eſſet, & quàm deteſtanda ceremonia illi infantes immolarentur. 101. a
Monacho ne partem quidem habitus deponere ad horam licet. 172. b
Mons Caluariæ vnde dictus. 285. a
Mons Caluariæ vbi ſitus, & qualiter vrbi immineat 112. a
Mons Oliueti veſtigia pedum Chriſti ſeruat. pag. 241 a
Montis Caluariæ ſciſſura mirabilis. 288. a
Montes altiſſimi cur ad maris littora. 287. b
Montes an præextiterint ante diluuium, an diluuij tempore facti. 287 a
Moriturus Chriſtus cur caput inclinat. pag. 404. b
Mors primogenita quæ dicatur. 245. b
Mors quæ prima, quæ item ſecunda. 246. a
Mors Chriſti omnibus nota eſſe debuit. pag. 124. a
Mors torcular eſt. 137. b
Mors primogenita cur pulchritudinem Chriſti deuoraſſe dicatur. 245. b, 246. a

Mortis

Mortis genera quæ apud Iudæos eſſent in vſu. pag. 65. b
Morte crucis nihil peius inter omnia genera mortium. 104.
Mortis titulus quis, & qualiter publicari ſolitus. pag. 113. a
Mortem qui ſibi conſciuerint, ne cloacas effoderent. 110 a
Mortem Chriſtus pro animarum ſalute pati paratus eſt. 147. b
Mortem denuo pati ſi neceſſe eſſet paratus eſt Chriſtus. 182. a
Mortuorum brachia quomodo ſupra pectus Iudæi complicarent. 273. a
Mortis liber nullus. 267. b
Mortuus eſt Chriſtus eadem die & hora qua Adam peccauit. 405 b
Mortuum Chriſtum exoſculans Maria hæreſes interimit. 296. b
Mulieres in Chriſti paſſione fortiores viris. pag 332. a
Mulieres labijs denotantur. ibidem.
Mulier quare ex viri coſta formata fuerit. 373 a
Mulierum prægnantium affectus in fœtibus apparent. 329. b, 330 a
Mundus paruus cur homo fuerit appellatus. pag 315. b
Mundus quot annis durarit, opiniones variæ. pag 11. b
Mundus quadratus crucis formam habet. 132. b
Mundus eſt magnus homo. ibidem.
Munificentiæ exemplum. 383. b
Myrrha deſcribitur. 291. a
Myſterium Trinitatis efficaciter oſtenditur. pag. 308 a
Myſteria fidei fictionibus à poetis conſtuprata. pag. 322. b
Myſteria paſſionis Chriſti in B. Claræ corde formata. 331. b
Myſterium abſconditum Chriſtus eſt. 4. a
Myſterium abſconditum eſt ſacra Sindon. 4 a
Myſterium quid ſignificet. 4. a
Myſteria paſſionis adumbrantur in Sindone. pag. 9. a
Myſteria Dei in dies magis aperiuntur. ibid.
Myſteria crucifixionis ab Euangeliſtis prætermiſſa. 360 a
Myſteria tituli Saluatoris referuntur. 115. a, b
Myſteriorum plenitudo in cruce. 134 a
Myſterium magnum quod Chriſtus crucem geſtet. 273. a, b
Myſteria quæ rore ſignificantur. 180. b
Myſteria paſſionis ab Euang. omiſſa referuntur. pag 360. a
Myſteria paſſionis qualiter meditanda. 360 b
Myſteria abſcondita manifeſtantur in Sindone. 291 a, b
Myſteria mannæ declarantur. 258. a

N.

NABVCHODONOZOR ſtatua quid myſticè deſignet. 359. b
Naboth pro vinea ſua moriens, quid myſticè ſignificet. 174. a
Naturæ defectus quales Chriſtus in ſe ſuſcepit. 300 a
Naturæ vim qualiter ars repellat. 329. b
Nationes exteras latinè loqui compellunt Rom. 166. b
Nauis Crucis formam obtinet. 132. b
A Nazareth omne bonum. 117. a
Nazareth in coronæ modum ædificata. ibid.
Nazareni nomen Chriſti myſteria. ibidem.
Nazer, & Nazzor quid ſignificent. ibidem.
Nazarenus coronatus. ibidem.
Nazarenus floridum ſignificat. ibidem.
Nazianzenus acriter Iulianum obiurgat. pag. 76. b
Nebula cur tabernaculum Dei tegeret. 309. b
Nembroth quis fuerit, & eius nomina. pag. 19. b, 20. a
Nephtalim tribus primo tempore alleuiata. pag. 264. b
Nerui ſunt ſenſorium tactus. 139. a
Nerui Chriſti in crucifixione diſrupti. 289 a
Neruus vinculum pedum ſignificat. 343. b
Nerui Chriſti in crucifixione perforati. pag. 348. a
Neruorum ſectio quem dolorem pariat. 283 a
Neronis efferata beſtialitas quam horribilis. pag. 320. b
Nicodemus Gamalielis nepos, & princeps ſectæ Phariſæorum. 18 a, b
Nicodemus horribiles percuſſiones Chriſti cauſa patitur, & quas. 18 b
Nicodemus Chriſti imaginem format ex ligno. Ibid & vbi nunc ſeruetur. 30. a
Nicodemi ſanctitas, & excellentia miro emblemate declarata. 18. b
Nicodemus, Ioſeph, & Maria, Chriſtum è cruce deponunt. 19. a
Nini in patrem amor. 20 a
Nini ex facto idolatriæ peſtis erumpit. ibidem.

Digitized by Google

Ninus idem qui Nembroth. pag 19. b
Nicodemus ligneam Saluatoris imaginem, Chriſti ſanguinem, ac paſſionis inſtrumenta recludit. 30. a
Nicodemus plures Chriſti imagines format. 39. a
Nobilitas Marij ſepties Conſulis quæ. 279.b
Nocte paſſionis quam dirè ſupplicia Chriſtus tulerit. 94 b
Nomina Dei molliis literis ſcripta. 261.b
Nomina Meſſiæ plura, & quid in illis deſideratur. 117. a
Nomen IESVS quam mirabile. ibidem.
Nomen IESVS tetragrammaton putatur. 117. b
Notæ hieroglificæ. 150. a
Notis figurarum cur Deus patribus loqueretur ibidem.
Nouitij Ciſtercienſis mirabilis apparitio. pag. 172. b
Nubes maieſtatem Chriſti iudicantis amplificabit 344. b
Nuda cadauera in crucem data. 120 a
Nuditatis horror à morte ſibi inferenda homines deterret. ibidem.
Nudus IESVS nudos quærit amicos, & ſponſos. 120 a
Nuditatis Chriſti figura. 121.a
Nuditatis Chriſti cauſæ & myſteria. 121 b
Nuditatis horror ex peccato. 120 b
Nuditatem erubeſcens Adam occidentem reſpiciebat. 121 b
Nuditatis erubeſcentiam in flagellatione patitur Chriſtus. 147. a
Nudipes Chriſtus inceſſit. 339 a
Nuditas Chriſto opprobrium attulit. pag. 98. b, 120. b
Nudi in Crucem dati ſoliti. 120. a
Nuditatis horror quantus. ibidem.
Nuditas Chriſti velata. 120 b
Nuditatem cur nec Adam, nec Eua, horruerit ante peccatum. 121. b, 311. a
Numa Pompilius clamydis inuentor 215 b
Numiſmata cruce ſignata. 74. b. 76.b
Numiſmata cruciato Labaro. 75 b
Numa Pompilius quid obſeruari in ſacrificijs fecerit. 259. a

O.

OBELISCI Ægyptiorum, eorumque literæ. pag. 149. b
Obedientia Mariæ, maior obedientia Abrahæ. 294.b
Oblatio de ſartagine eſt diſpenſatio paſſionis de cruce. 135. a
Obliquæ feneſtræ. 291. b
Occidentem Chriſtus in cruce reſpicit. 121. b
Occidentem reſpiciebat Adam, quando nuditatem ſuam erubuit. 121. a
Occidentali à Plaga Deus veniebat Adam puniturus. ibidem.
Occidentem Chriſtus orans, in cruce moriens, in cœlum aſcendens reſpicit. 406. a
Occidentem verſus Chriſtus caput diſponit in ſepulchro. ibidem.
Oculi Chriſti ac B. V quales. 50. a, b
Oculus vnde nominetur. 51. b
Oculus ſumptuoſiſſimum naturę opificium. ibid.
Oculus pars precioſiſſima ibidem.
Oculus diuinum membrum, ſolaris animalis particula. ibidem.
Oculi ſtructura tunicæ, humores. ibid.
Oculi Chriſti radios igneos, ac ſydereos, quando fundebant. 51. a
Oculi Tyberij Cæſaris Aug qualiter fulgebant. ibidem.
Oculos ſuos inſpici cur ægrè ferret Aug. Cæſar. pag. 52. b
Oculus quis præſtantior niger, an glaucus. ibid.
Oculorum Chriſti ad commouendum vis mirabilis. ibidem.
Oculos Chriſti poſt mortem B.V. claudit 102. b
Oculorum ad commouendum vis magna. 135. b
Oculus quid Ægyptijs ſignificaret. 150. a
Oculi Chriſti oppleti ſanguine, & cur. 179 a, b
Oculus quis Chriſti refloreſcentem ſanguinem videre non poſſit. 182 b
Oculi Chriſti gratijs pleni. 233. a
Oculos nunquam Chriſtus in aliquem conuertit, quin beneficia contulerit, hoc longa inductione probatur. ibidem.
Oculos amittere non timet clericus vt Mariæ pulchritudinem ſemel videat. 236. b, 237. a
Oculos in Rationale conijciens Pontifex de arduis rebus illuminabatur 263. a
Oculo ſiniſtro capiuntur, percuſſi in latus dextrum. 302 b
Oculis benefacta Deus conſpicit, malefacta palpebris interrogat. 233. b
Oculus multiplex. 345. a
Officium S. Sindonis à Summ. Pont. approbatum. pag. 26.
Oleum miſericordiæ. pag. 63. b
Olei fons naſcente Chriſto Romæ in Tiberim influit. 388 b

Olei myſtici vis mirabilis. pag 389. a
Oleum miſericordiæ pro Adamo petit Seth. ibidem.
Oleaſter cur in bonam oliuam inſitus. 201. a
Oliueti mons veſtigia pedum Chriſti ſeruat. 340. b
Oniehini lapidis vis mira. 264 b
Opprobria quam multa à Iudæis in Chriſtum illata. 157. a
Oratio ad Chriſtum, vt cor noſtrum ſuis vulneribus ſauciet. 331. b
Oratio ad IESV pedes. 337. b
Ordo exactiſſimus contemplandi Chriſti plagas. 135. a
Ordo Capuzzinorum laudatur. 338. b
Origo clericalis tonſuræ. 217. b
Origenis auctoritas in Canticis explicandis quanta. 181. a
Origenes inſigniter à S. Hieronymo laudatus. ibidem.
Oriens ſol quomodo in occidente videndus. 408. a
Ornamenta templi reticulata quid indicent. pag. 268. b
Os ſuum in puluere poſuit Chriſtus, & cur, & quando. 157 b
Os Chriſti repletum ſanguine. 233. a, 135. a
Os Epheſtionis ſigillo claudit Alexander Magnus & cur. 248. b
Oſculis qui ſuauius ſocium excepiſſet corollis onuſtus abibat. 207. b
Oſcula cur adhibita ibidem.
Oſculatur Maria Chriſti plagas. 364. a, b
Oſculari ſunt Chriſtum Mater, Magdalena, Iudas, quo oſculo Chriſtum tu excipias vide. pag. 364 b
Oſſa Chriſti dolor inuaſit. 244. b
Oſſa Chriſti comminui cur non debuerint. pag. 424. a
Oſea quid eſſet. 261. a, 262. a

P.

PALMA victoriam ſignificat. pag. 63. col. a
Palpebris Deus malefacta interrogat, qui oculis benefacta conſpicit. 233. b
Panes coctos in ſartagine offerunt docentes ex charitate. 135. a
Panis myſticè quid ſignificet. 67. b
Pan Deus quando mortuus. 401 b
Paphlagoniæ aqua mirabilis. 392. b
Partium corporis quanta eſſe debeat magnitudo. pag 47 b
Paruuli pulchri non dicuntur, ſed concinni, elegantes, & cur. 43.
Partus Mariæ cum gaudio. 313. a, b
Pars quælibet Chriſti paſſa. 201. b
Partes corporis delicatiores quæ ſint. 301. b
Paſſio Chriſti quando meditanda. 429 a
Paſſ. diſpenſatio de cruce, figurata oblatione de ſartagine. 135 a
Paſſio Chriſti qualiter meditanda. 135. b
Paſſio Chriſti torcular fuit. 137. b
Paſchalis agnus duplici in ligno cur aſſatetur. pag. 69. b
Paſcua mœroris quæ. 78. b
Paſſionis myſteria adumbrantur in Sindone. pag. 9. a
Paſſionis Chriſti myſteris ignota. ibidem.
Paſſionis Chriſti ſeriem breuibus Euang. ſcripſerunt. 12. a
Paſſio Chriſti qualiter meditanda. 12. b
Paſſio Chriſti vocem ſuam habet. 152. b
Paſſionis Chriſti meditatione caleſcit anima. pag. 245. a
Paſſio Chriſti in regis purpura figurata. 184. a
Paſſiones Chriſti omnes in die iudicij cognoſcendæ. 278. b
Paſſio Chriſti quo affectu recolenda. 296. b
Paſſ. Chriſti myſteria in D. Claræ corde formata. 331. b
Paſſ. tota Chriſti clamat, & quid, & à quibus audiatur. 248. b
Paſſ. Chriſti myſteria ſilentio obuelata referuntur. 360. a
S Patricius pedem regis Scotiæ ferro transfigit. pag 140. b
Patri plagas oſtendit Chriſtus, vt exaudiatur. pag. 280. b
Patientia regis Scotiæ pro Chriſto. 147. b
Pati iterum mortem pro animabus, ſi neceſſe eſſet, paratus eſt Chriſtus. 182. a
Patibuli ſupplicium minus quàm Crucis. 103.
Patibula cur in locis publicis erigantur. 104.
Patibulum vnde dictum. 110. b
Patibula in loco conſpicuo cur collocari ſolita. 110. b
Patientiæ exemplum Chriſtus. 229. b
Patientiæ ſpeculum Iob. 323. a
Paulus Apoſtolus cur ter virgis cæſum ſe dicat. pag. 85. b
Paulus Apoſtolus Sybillam legendam docuit. pag. 204. a

Paulus Gamalielis diſcipulus. pag. 155. b
Paupertas Chriſti, & cognatorum eius. 217. a
Paupertatem ſuam in Cruce vidit Chriſtus. pag. 244 a
S. Paula Hier. diſcipula quantum fuerit paupertatis amatrix. 36. a
Pauli occiſi è collo lac egreditur. 394 b
Peccatum dicitur calcaneum ſerpentis. 141 a
Peccatis pro omnibus delendis crucifixus eſt Chriſtus, præcipuè originali. 123 b
Peccatum ex ignorantia in Pontifice non præſumitur. 131. b
Peccatum omne deleuit Chriſtus. 152 a
Peccatores Chriſtum in carne videntes, etſi ſpirituali conſolatione, vt iuſti, non replebantur; tamen à triſtitia ſæculi reuelabantur. 50. a
Pecunia Iudæi corrumpunt carnifices, vt Chriſtum in flagellatione, adeò durè tractent, vt à Pilato ſi dimitteretur, tamen ſuperuiuere non poſſet. 95 a
Pecunia Iudæi milites corrumpunt, vt Chriſti reſurrectionem negent. 168 b
Pectus flagellari ſolitum à Romanis. 253. b
Pectoris plagæ quomodo figuratæ ibid. a, b
Pectus victimarum excoriatum quid ſignificet. pag. 153. b
Pectorale Summi Pontificis ornamentum mirabile. 261. b
Peccata populorum quomodo portabat Pontifex. 268. a
Pectus Chriſti horribiliter flagellis ſectum. 268 b
Peccatum vngue adamantino ſcriptum quomodo deletum. 393. a
Pectus Chriſti diuinitatis capax. 131. a
Pedes Chriſti quomodo cruci affixi. 350. b
Pedes Chriſti an veru aliquo prius perforati. pag. 353. a
Pedum confoſſio cur ita doloroſa. 339. a
Pedum ſanguine Chriſtus Eccl ſibi deſponſauit. 140. b
Pedem referre Romano militi probroſum. ibid.
Pedes Chriſti clauo confixi robur nobis addunt. ibidem.
Pedes Mart. clauis ignitis, ac plumbo, ſaxis affixi. 141 a
Pedem regis S Patricius ferro perforat. 140. b
Pedes maximè diuerſi. 47 a
Pedes quatuor, & dodrantem Chriſti magnitudinem complectitur. 47 b
Pedes Chriſti ſanguine flagellationis veſtigia ſignant. 147 a
Pedes Chriſti torcular calcarunt. 148. a
Pedes Chriſti à quibus canibus effoſſi. 28. b
Pedes Chriſti quam amabiles Magdalenæ. pag. 337. a
Pedes Chriſti qua oratione ſalutandi. 337. b
Pedibus nudis ſæpe Chriſtus inceſſit. 339 340 a
Pedum calceatorum, & diſcalceatorum myſteria. pag. 340 a
Pedes cenaturi qui lauerint. ibidem.
Pedes nudi calceatis viriles magis. 339. b
Pedum Chriſti veſtigia vbi ſeruentur. 340 b
Pedum confoſſio quam intolerabilis, & cur. pag. 347 b
Pedibus Chriſti perforatis dolor aſcendebat ad cor, rurſus à corde ad pedes. ibidem.
Pedion quid ſit. ibidem.
Pedes Chriſti an vnico vel duobus clauis affixi. 350. a. b
Pedem dextrum peccans Adam prius mouit, ideò dexter pes Chriſti prius cruci fuit affixus. pag. 352. a
Pedis ſiniſtri plaga maior, & cur 353. b
Pedis dextri vulnus minus verſus tibiam eleuatū. pag 358 a
Pedes Chriſti triginta & ſex malleorum ictibus transfixi. ibidem.
Pedes ſuos cur clauis affigi voluerit Chriſtus. pag. [illegible]. a, b
Pedes myſticè quid deſignent. 358. b, 359. a
Pedum Chriſti vulneratorum ſchemata. pag. 356 357
Pellis Chriſti in flagellatione vetuſta. 244. b
Pellem victimæ detrahi quare voluerit Deus; & quid hoc myſticè deſignet. 131. a
Pellis Chriſti myſticè quid ſit. 244. b
Pellis Chriſti ſagenæ iuſtorum. 269 a
Pœnæ noxiorum ſunt Reipub medicinæ 110.
Perfectio Chriſtiana demonſtratur in cruce. pag. 124. b
Percuſſio horribilis in coxa ſiniſtra Chriſti. pag. 148 b, 158. b
Percuſſio leuis, ac grauis, pro Chriſto toleranda. 229. b
Percuſſiones diræ Chriſto inflictæ. 158. a, b
Percuſſionum effectus mirabiles 302. b
Perſecutiones in Chriſtum cur diabolus concitauerit. 321. a
Pes Dei quando dictus eſt ſanguine tinctus. 140.
Pes Moyſis ſanguine tinctus ibidem.
Pes pedi ſuperpoſitus vnico clauo cruci affigebatur 133. b
Pes Bonon. Mathem. duabus vncijs maior. pag. 55. col. b

Pes

Pes dexter cruci affixus, & ſuper illum ſiniſter. pag. 350 b
S. Petrus Apoſtolus non funibus, ſed clauis cruci affixus eſt. 122. a
B. Petrus Minorita octuaginta horis, Chriſti fidem in cruce prædicabat. 134. a
S. Petrus Apoſtolus crucifixus eſt in Vaticano. 121. b
S. Petrus Chriſti intuitu conuerſus. 52 b
S. Petro capilli raduntur, ipſe gaudens clericalis tonſuræ dignitatem ſemper portat 217 b
S. Petri cathenæ partes clauiculis inſitæ. 363. b
Phlegma è Chriſti vulnere non exijt, ſed vera aqua. 396. a
Phantaſiæ vis maxima 329 b
Picturatum fama vnde accreſcat. 8. a
Pictor excellens Chriſtus ſuo ſanguine pingit. ibid. a, & b
Pictor Chriſti comitatem expetitur. 53. a
Pictorum quorundam excellentia. 53 b
Pictor ab Abagaro miſſus Chriſti faciem penicillo aſſequi non poteſt. 53 a
Picturæ genus duplex, orationis, & penicilli. 53. b
Picturæ artis decus mirabile ibidem.
Pictura tacens in pietate loquitur. 149. a
Picturis famam pictoris excellentia confert. pag. 54 b
Picturis ad animos afficiendos vis inſidet mirabilis. ibidem.
Pictoris artificium excellens laudatur. 149 a
Pictura lachrymas excitat 149. b
Picturarum mira ad commouendum vis 705 a
Picturæ antiquæ Chriſtum quatuor clauis affixum oſtendunt. 352. a
Pictoris artificium. 4 6 b
Pietatis emblema. 125 b
Pietatis matris in filium. 1 2. a
Pilati donum omnium maximum. 18. a
Pilatus cur titulum conſcripſerit 115 b 116 a
Pilatus Chriſtum liberare quinque modis conatus eſt. 87. a
Pilatus cur Chriſtum flagellaſſe dicatur. pag 95. col a
Pilatus titulum conſcripſit ad confuſionem Iudæorum. 116. a
Pilatus, diuina ſic prouidentia diſponente, titulum non mutat. 116 b
Pilatus Iudæorum inconſtantiam arguit. 116 a
Pilatus Chriſto illudit. ibidem.
Pilati ambitio ibidem.
Pilati à Prætorio Chriſtus crucem portans educitur. 164 b
Pilatus ſententiam in Chriſtum Latinè protulit. pag. 166 b
Pilatus Chriſtum tertia die reſurrexiſſe à mortuis prædicat. 168. b
Pilati infelix mors ibidem.
Pilati hiſtoria Apocripha. 169 b
Pilatus manus dum lauat, cor coinquinat. 165. a
Pilati ſententiæ in Chriſtum formula quæ. pag. 165. a, b, 166. a
Pilatus Gallus fuit, patria Lugdunenſis. 167. b
Pilatus ſpurius. ibidem.
Pilatus peſſimus fratricida. 168 a
Pilati ad Tyberium de Chriſti magnalibus epiſtola. pag. 168. a, b
Pilatus an ſudarium Chriſti ad Tyberium detulerit. 168 b
Pilatus tonſori comparatur, & cur. 184. a
Pilati iuſſu an Chriſtus ſpinis ſit coronatus. pag. 192. b
Pilati mens à Deo perfuſa dum titulum ſcripſit. 115. b
Pili barbales quantæ venuſtatis in homine. pag. 223. b, 224 a
Pili an partes integrantes corporis. 184 b
Pili optimum corporis ornamentum. ibid.
Pithiæ & Damonis amor mutuus. 100. a
Plagæ Chriſti quo ordine meditandæ 135. b
Plaga pedis externum peccati opus ſignificat. 136. b
Plagæ Chriſti quinque. 41. a
Plantatio Roſæ cur dicatur B. V. 55 b
Plagæ Chriſti etiam minutiores Sindoni impreſſæ. pag 1.
Plagæ Chriſti Sindoni impreſſæ à nullo hucuſque declaratæ ſunt 1.
Plagæ lumbaris figuræ. 156 a
Plaga horribilis in ſcapulis Chriſti. 175. a
Plangente Caligula læta nullus potuit 202. b
Plagæ pectoris quomodo figuratæ. 253 a, b
Plagas veras poſt reſurrectionem retinuit Chriſtus. 278. b
Plagas quinque cur Chriſtus poſt reſurrectionem ſeruauerit. 279. b
Plagas aduerſo corpore exceptas oſtentat Marius Conſul. ibidem.
Plagæ Chriſti ſunt fidei confirmatio. ibid.
Plagas Patri oſtendit Chriſtus, vt facilius exaudiatur. 280. b
Plagæ Chriſti ſunt feneſtræ obliquæ. 293. a
Plato dictus eſt Moyſes loquens Atticè 329. a
Planta cœleſtis eſt homo. ibidem.
Plagis Chriſti quomodo homo inſeri poſſit. ibid.

Digitized by Google

Plaga pedis ſiniſtri maior, & cur. 353 b
Plantæ pedum Chriſti quomodo vulnera oſtendant 354. 355 358. a
Plagas Chriſti Maria oſculatur 364. b
Plenitudo diuinitatis cur dicatur in Chriſto corporaliter habitare. 254. a
Plorant delictum quos Iesvs reſpicit. pag. 234. a
Plumbeis laminibus luxuria domita. 159. b
Poema tacitum eſt pictura. 149. a
Poetas in Chriſtum armauit diabolus. pag. 322. a
Poetæ præcipua fidei myſteria ſuis fictionibus conſtuprarunt. ibidem.
Polycarpi martyris conſtantia. 422.
Pomum manducaturus Adam dextrum pedē prius mouit. 352. a
Pondus ignis Maria ponderauit. 176. a
Pondus comæ Abſalonis erat librarum octo, vnciarum quatuor. 185. b
Pontifex oculos in rationale conijciens illuminatur. 263. a.
Pontificem Iudæorum veneratur Alexander Magnus. 266 a.
Pontifex quomodo peccata populorum portabat. 268 a
Pondus corporis Chriſti ſuſtentabant manus. pag. 284 b
Populus Dei quibus ſignis diſtingueretur ab alijs. pag. 75. a
Porta argentea quæ. 122. a
Portentum euerſionis Hieruſalem. 89. b
Portentoſum lignum. 63. b
Poſteriora Dei quomodo videantur. 309. a
Promethei crucifixio. 276. b
Porphyrij impietas confutatur. 279. b
Poteſtas claue deſignatur. 174 b
Potio mirabilis. 14. a, b, 256 a
Potentia cornibus denotatur. 146. b
Præſidium ſingulare Angelorum, antequam Hieruſalem obſeſſa fuit, ſublatum eſt. pag. 30. col. a
Prædeſtinatio dicitur liber gloriæ. 267 a
Præconia Tergemini Curiatij quæ. 279. b
Prægnantes fœminę quomodo maculas transfundant in fœtus. 329. b
Prægnantes fœminæ maculas illis partibus inurunt, quas poſt ardentem appetitum primum tetigerint. 330. b
Præcepta fructuosè meditandi Chriſti paſſionem. pag 307 b
Prælati comę Chriſti dicuntur. 184. a
Principis à facie non debet quiſquam triſtis abire. pag. 55. b
Principes cur necandorum cauſas patefaciant. pag. 113. a
Primitiæ barbæ, & comæ Apollini ſacratæ. pag. 185. a, b
Princeps facierum Maria. 239. a
Primogenita mors quæ dicatur. 245 b, 246. a
Principum gratiæ debent eſſe liberales. 384. a
Primogenitum quid ſit. 246 a
Primogenita mors quomodo pulchritudinem Chriſti deuoraſſe dicatur. ibidem.
Prothogenis imagine Rhodus ab incendio ſeruatur. 3.
Prometheus in crucem qualiter actus. 223. b
Prouidentia Dei incomprehenſibilis. 13 a
Prouidentia Dei inſignis erga ſuos fideles. 19. b
Propoſitio ſingularum corporis partium qualis eſſe debeat. 47. b
Probatica piſcina. 64. a
Prodigium mirabile ſciſſuræ in Caluariæ monte. 288. a
Prouidentiam Dei dum titulum ſcribit Pilatus, & non mutet, prædicat Auguſtinus. 116. b
Problema Sampſonis explicatur. 401. b
Procella Maris Adriatici clauo crucis ſedata. pag 363. a
Prudentiæ exemplum. 406. b
Pſalmi pro torcularibus cur inſcripti. 137. a
Pſalmi magnis myſterijs conſcripti. 318. a
Pſalmorum tituli mirabilibus myſterijs referti. ibidem.
Pſalmus Dauidis vigeſimus primus in perſona Chriſti conſcriptus. 318. b
Pſeudomartyres nimium ſibi fidentes in tormentis deficiunt. 9. b
Pugna Megarenſis oſculis fiebat. 207 b
Pugna mirabilis. 142 a
Punitiones reorum ſunt medicinæ ciuium. pag. 86. col. b
Punitio quid ab vltione differat. ibidem.
Pulchritudo quid ſit. 43 47 b
Pulchritudinem Mariæ non videbant, qui eam mundo corde non intuebantur. 186. b
Pulchritudo Chriſti mirabilis, & cur. pag. 47. b, 48. a
Puluerem pro pane comedere coguntur Iudæi. pag. 158 a
Pulchritudine Chriſti Angeli delectantur. pag. 48 col. a
Pulchritudinem Chriſti deuorauit primogenita mors. 246. a

Pulchri-

Digitized by Google

Pulchritudinem Mariæ vt videat quid faciat clericus 236.b, 237.a
Pulchritudo non niſi in magno corpore. 43
Purpurea Chriſti veſtis qualis fuerit. 216.a
Purpura regis Chriſti paſſionem deſignat. pag. 184 a
Purpura regis iuncta canalibus quid ſit. ibid.

Q.

QVADRAGINTA verberibus flagellabantur Iudæi, & cur. 87.b
Quadragenarius numerus pœnitentiæ. ibid.
Quadragenarius numerus clementiæ. 88.a
Quadraginta vna minus cur cæderentur Iudæi. ibidem.
Quadraginta ictibus ſemel tantum pro eodem delicto cædebantur. ibidem.
Quadruplex hominis ſtatus, & quid ex quolibet ſuſceperit Chriſtus 300.a
Quando meditanda Chriſti paſſio. 429 a
Qualitas delicti modum verberibus præfigebat. pag. 88 b
Quatuor mundi partes denorantur in Cruce. 124 b
Quantitas vera corporis Chriſti. 47.a.b
Quantitatis dimenſiones tres tantum eſſe poſſunt. 133.b
Quæſtionis ſæuum genus. 304 b
Quibus flagellis Chriſtus cæſus ſit. 96 b
Quinque fuerunt plagæ Chriſti, & vbi figuratæ. 400.b
Quot flagellis Chriſtus cæſus ſit. 90.a, b
Quot miniſtri fuerint Chriſtum flagellantes. pag. 95 b
Quot clauis Chriſtus ſit Cruci affixus. pag. 349.b
Quoties Chriſtus ſub Cruce ceciderit. 158.a
Quotidie Angeli ſingulariter quid legant in nouiſſimo vniuerſaliter reciraturi. 266.b

R.

RABIES militum Chriſtum flagellantium. 263.b
Rabies Romanorum in euertenda Hieruſalem. 317 a
Rabies perſecutorum contra Eccleſiam. ibid.
Rabbinorum improbitas. 282.a
Radere barbam vel comam an liceat. 226.a.
Radius è Chriſti & Mariæ facie fulget. 186 a
Radius è Sanctorum facie ſplendet. ibidem.
Raimundi principis Tripolitani fraude Hieruſalem à Turcis occupatur. 33.a
Raſuræ clericalis origo. 217.b
Rationale iudicij plagas pectoris Chriſti figurabat. 253.b
Rationalis fulgor vnde. 256.b
Rationalis in pectore ſummi Pontificis mira vis. 261.a
Rationalis forma, lapides, myſteria 261.a, b
Reconciliationem noſtram cum Deo clamant claui Chriſti. 348.b
Reædificatio templi quomodo facta. 176.b
Redemptoris caput quę aquæ inundauerunt. pag. 180.a
Regem animantium ventrem quis vocarit. pag. 301 b
Regem funibus vinciri indignum. 99 a
Reges dicuntur comæ capitis Chriſti. 184.a
Reges Hieroſolymitani. 32.a, b
Reges Iudæorum quibus cæremonijs creabantur. 197 b
Regia libertas non niſi morte amittitur. 99.a
Regia in Carabum ludibria. 196.b
Regia inſignia tria, ſceptrum, purpura, corona, ijs fuit Chriſtus illuſus. 215.b
Regis Scotiæ patientia, dum eius pes à S. Patricio perforaretur. 140 b
Regis nomen Romanis inuiſum, & cur. 192.a
Regis Sebaſtiani Luſitanorum inuicta conſtantia. pag. 99.a
Regijs ornamentis cur Chriſtus inceſſerit ad mortem. 199 b
Regina Palmitenorum Zenobia aureis catenis vincta in triumphum trahitur. 176.a
Regium ſignaculum eſt Crux. 248.a
Regnum miſericordiæ eſt Chriſti regnum. pag. 118.a
Regulæ fructuoſæ meditationis. 307.b
Regum diademata cruce condecorantur. 72 b
Regum Hebraicorum ceremonię qualiter in Chriſto ironicè completæ. 198 a
Religioſi coronam geſtant in memoriam ſpineæ coronę Chriſto inflictę. 227 b
Reliquię paſſionis Dominicę qua pietate colendę. pag 363 a, b
Reſolutio humorum in elementa, in Chriſto patiente fuit 397.a
Reſphæ in filium pietas. 154.b
Reſurrectio in virga Aaron floreſcente figuratur. 25. a
Reſurrectionis Chriſti teſtimonium reddit Pilatus. 168.b

Digitized by Google

Reticulata ornamenta templi quid ſignificent. pag. 268. b
Rex etiam temporalium omnium eſt Chriſtus. pag. 117 b
Rex totius mundi cum ſit Chriſtus, cur maluerit vocari rex Iudæorum. ibidem.
Rex tribulatorum eſt Chriſtus, & cur. 202.b
Rex Cræſus ad tormenta vinctis poſt terga manibus trahitur. 176. a
Rex Moab cur filium ſuum immolat. 101. a
Rex Darius quid præ cæteris amarit. 312. b
Rex Codrus pro populi ſui ſalute mortem ſtrenuè paſſus Chriſti figura fuit. 421. b
Rhamnus myſticè quid deſignet. 195. b
Rhamni ſub vmbra vbi conquieſcendum. ibid.
Rhinoceros animal an idem cum monocerote. pag. 70. b
Rhinoceros animal deſcribitur quando viſus, 71. a, b
Rhodiorum preces quantum apud Demetrium valuerint. 5.
Rhodus imagine Protogenis ſeruata. 5.
Richardus rex Angliæ. 33. b
Riuus olei è petra quid. 388. b
Romani etiam exteras nationes latinè loqui compellunt. 166 b
Romani milites Chriſtum ſpinis coronant. pag. 198. a
Romani crucis vſum à Græcis ſumpſere. 61. b
Romanorum ſupplicia. ibidem.
Romanæ leges quid Chriſto miniſtrarint. 85. a
Romanum flagellare an, & quando liceret. 85. b
Romanorum flagellatio horribilis. 89. b
Romanorum flagellatio à Iudæorum flagellatio ne quam differet. 88 b
Romanis regium nomen inciſum vt tyrannicum, & cur 192. a
Romanis locus vltimus honoratior. 114. b
Romanorum reſponſa cur exteris nationibus Latinè redderentur. 114. b
Romani barbitonſoribus caruerunt annis quadringentis quinquaginta. 227. a
Romani milites canes appellati. 282 a
Romani ditiores cœnaturi pedes lauabant. 340. a
Romanorum in euertenda Hieruſalem rabies. pag. 317. a
Romulus primus frondea corona Hoſtilium donat 197 b
Ros dicitur ſanguis Chriſti. 180. b
Rore quæ myſteria intelligantur. 180 b
Rore ad Chriſti ſanguinem mira comparatio. pag. 181. a
Roſa myſticè quid deſignet. pag. 55. b, 56. a
Roſæ plantationi B. V. comparatur, & cur, mirabilis conuenientia. 55. b
Roſæ B. V. mira propoſitio. ibidem.
Ruben quo myſterio Corneolo lapidi eſſet inſcriptus. 263 b
Ruben incontinentiæ pœnas luit Chriſtus. ibid.
Ruina Angelorum crucis ſublimitate reparatur. 124. b
Ruth pauperculam auctor imitatur. 4. b

S.

Saba regina quid in Salomonis domo portentoſi viderit. 63. b
Sacrificij pro peccato lex quomodo in Chriſto impleta. 132. a
Sacramenta nouæ legis præſtantiora veteris legis Sacramentis. 10. a
Sacrificium immane deſcribitur. 101. a
Sacramentum Euchariſtiæ mannæ comparatum. 257 b
Sacrificium cruentum, & incruentum quid. pag. 259. a
Sacrificium iuſtitiæ quid ſit. ibidem.
Sacrificia quàm attentè offerri voluit Numa Pompilius. ibidem.
Sacramenta è Chriſti latere fluxerunt. 380. a, & cur ex eo potiſſimè. 387 b
Sacerdotibus quam neceſſaria attentio in ſacrificijs 259. a
Sacerdotum proprium eſt iudicare inter lepram, & non lepram. 180. a
Sacrificiorum Chriſti, templum, altare, ſacerdos, thus, ignis, & quid eſſent. 259. b
Sacerdotum maieſtas. 186. a
Sacrificium veſpertinum quid & quàm ſacrum. 259. b
Sacerdos quomodo aut quando victimæ pellem detrahit. 131. a, quomodo hoc in Chriſto impletum. 131. b, 131. a
Sacrificia cur data Iudæis. 306. a
Sagitta filia pharetræ cur vocetur. 157. a
Salomonis in domo portentoſum lignum videt Regina Saba. 63. b
Saladinus Turcarum Rex ex Hieruſalem Chriſtianos pellit. 33. a
Salicis folia libidinis intemperantiam cohibent. pag 159. b
Salomon quis, quando, & quomodo, à matre ſua coronatus. 213 b
Sampſon Chriſti figura. 98. a

Digitized by Google

Sampſonis cum Chriſto comparatio. 183. b
Sampſon columnas cur fregerit. 323. a
Sampſonis problema explicatur. 401. b
Sanguis Chriſti Mantuam ditat. pag. 13. a
Sanctorum facies radijs fulgida. 48. b
Sancti viri in quorundam faciebus radios videbant. ibidem.
Sanguis in ſuperliminaribus tinctus quid innueret. pag. 68. b
Sanctorum corpora diu ignota cur reuelentur 2.
Sanguis ſuam vocem habet, & quæ ſit. 138. b
Sanguinis guttas quot Chriſtus emiſerit. 91. a
Sanguine Chriſti veſtigia ſignantur. 99. b, 147.
Sanguineas lachrymas B. V. in Chriſti paſſione emittit. 101. a
Sanguinem Chriſti terra operire non debuit, & cur. 138 a
Sanguis Chriſti clamat de terra, & quid clamet. pag. 138. b
Sanguis non parcit licet occiſus homo pareat. ib.
Sanguis Chriſti latriæ cultu colendus. 139 a
Sanguine pedum Chriſtus ſibi Eccleſiam deſponſauit. 140. b
Sanguineæ lachrymæ ex B. V. oculis hubertim effluunt. 142. a, 218. b, 364. b
Sanguine oppleti Chriſti oculi. 179. a
Sanguis Chriſti rori comparatus 180. b
Sanguis Chriſti in die paraſceues vbi denuo liqueſcat 182. b
Sanguis Chriſti cor vulnerans. ibidem.
Sanguis Chriſti os internè impleuit. 235 b
Sanguinis fluxum è manuum vulneribus quando prohibuerit clauorum craſſities. 245. b
Sanguinem cur fundant vulnera. 285. a
Sanguis è Chriſti cadauere an miraculoſè effluxerit. 289 a
Sanguis è cadaueris occiſi vulneribus ſuperueniente hoſte, vel cognato rediuiuus egreditur. 289. a, 306. b
Sanguis Chriſti eſt aurum bonum. 290. b
Sanguis Chriſti hypoſtaticè aſſumptus. ibid.
Sanguine ſatiatur, qui ſanguinem ſitit. 296. b
Sanguinis ad commouendum vis magna. 306. b
Sanguine Elephantes animantur ad pugnam. pag 306 a
Sanguine Chriſti veſtigia ſignantur. 99. b
Sanguinis S. Ianuarij miraculum. 306. b
Sanguis Chriſti infiniti valoris, & cur. 290. b
Sanguine diabolus mirificè delectatur. 306. b
Sandalia quid. 338. b
Sandalion B. Petri vbi ſeruetur. 339. a
Sancti cur cum Chriſto venient ad iudiciũ. 346. a
Sanguis Chriſti abſconditus. pag. 383. a
Sanguinem Chriſti totum effuſum aqua teſtata eſt. 384. b
Sanguis Chriſti exercitus fuit. 385. a
Sanguis Chriſti eſt oleum miſericordiæ. 389. a
Sanguinis ad vinum conuenientia. 393. b
Sanguis in mortuo æquinocè ſanguis. 396 a
Sanguis è cadauere an naturaliter effluat. pag. 397. a
Sanguis alius alimentitius, alius vitalis. 398. a
Sanguis an aquæ mixtus, an ab ea diuiſus exierit ex latere Chriſti 398. b
Sanguis, aqua, & ſpiritus, quomodo vnum ſint. 400. a
Sapientia in myſterio abſcondita. 4. a
Sapientiam bibendo hauſit Abbas Ioachimus. pag 14. b
Sapientia recondita in Eccleſia. 10. a
Sapientiæ duplex genus penes Hebræos. 177. b
Sapientiæ clauis quæ. 256. b
Saphyri lapidis mirabilis virtus. 255. b
Sartago Crucem ſignificat. 235. a
Sartago quid ſit 234. b
Sardij lapidis mira virtus. 263 b
Sarracenorum fœtor intolerabilis, & quomodo tollatur. 392. b
Saxis Chriſtus impetitur 170. a
Scapulare vulnus S. Bernardo reuelatum. 156 b
Scapularum Chriſti cutis ex Crucis baiulatione contrita. 176. a
Scientia ſpiritualium Patrum creuit ſecundum incrementum temporum 1.
Scipio Aphricanus quotidie barbam raſit. 226. b
Sciſſura mirabilis in monte Caluariæ ſub vexillo Crucis. 288. a
Scorpionis nomen æquiuocum. 326. a
Scorpionum ſchemata. 328. a
Scriptura ſacra velata dicitur, & cur. 2.
Scripturas Iudæi non intelligunt. 213 b
Scriptura ſacra nil temerè dictum continet. 12. a
Scriptum quid ſit in Chriſti manibus. 151. b
Sculptura mirabilis Chriſtus. 151. a
Scytarum ſerui fuſtibus domantur, qui ferro ſubigi non poterant. 86. a
Sebaſtiani Luſitanorum regis inuicta conſtantia. pag 99. a
Sedes maieſtatis declaratur. 344. b, 345 a
Sepulchrum Chriſti à Caluariæ loco, vbi Chriſtus crucifixus eſt, diſtat paſſibus centũ & octo. 19.
Sepulchro Domini Angeli aſſiſtunt. 429. b
Septuaginta interpretes annos optimè ſupputarunt. 11. b

Digitized by Google

Sepulchra tituli dicta. pag. 112. b
Sententia aurea Veſpaſiani Imperatoris. 53. b
Senſus Anagogicus omnium myſticorum ſenſuū nobiliſſimus. 130. b
Senatus Romanus à Tyberio honores diuinos Chriſto decretos dolet 15. b
Senſorium tactus quid ſit. 139. a
Sententiæ à Pilato in Chriſtum latæ formula. 165. a
Sententiam in Chriſtum quo idiomate Pilatus protulerit. 166 a
Sententiam mortis laturi Iudęi manus lauare conſueuerunt. 167. a, b
Sententia horribilis. 166 b
Serui fuſt.bus cur cæſi. 86. a
Serui cur flagellis non baculis cæderentur. pag. 85 b
Serui baculos quàm perhorteſcant. 86. a
Serpens Æneus qualiter in deſerto exaltatus. 110. a
Serpentis calcaneus myſticè quid ſignificet. pag. 14 . b
Seth poſt diluuium oleum m ſericordiæ poſtulat, quo Adæ ſepulchrum perfundat 63 a, b
Seth quam ſollicitè ſalutem Adæ quærit, oleum miſericordiæ petit, baccas tres plantat, è quibus naſcitur lignum S Crucis 389. a, b
Sæuitia in mortuos quam deteſtabilis 377 a
Sexus differentia in arboribus. 201 a
Signum Crucis quomodo formandum. pag. 73. a, b
Signi Crucis myſteria. ibidem.
Signum Crucis in quatuor caſibus adhibendum. 74. a, b
Signi Crucis fructus, & vtilitas. 74. b
Signum Crucis titulus appellatus. 112 b
Signaculum ſponſi quid dicatur. 247 b
Signaculum ſponſi eſt in corde, in fronte, in brachio. 247 b, 248 a
Signaculum regium eſt crux. 248. a
Signum Crucis vbi pingendum. 74. a
Signa redemptionis noſtræ vbi ſint. 248. a
Signum quomodo d fferat à ſignaculo. 248. b
Sigillo Epheſtionis os ſignat Alexand Magn & cur. ibidem.
Silentium oratione efficacius. 22. a
Simonis Magi impietas confutatur. 277 a
Simon Cyrenæus quomodo crucē poſt Chriſtum portauit, an totam, an partem 171. b
Simonem Cyrenęum loco Chriſti crucifixum ſe la terabat Mahumetes, & Simon Magus. pag. 277. a, b
Simon Cyrenæus quis fuerit. pag. 171. b
Sindon quando picta à Chriſto fuerit. 3. 20. b
Sindon eſt myſterium abſconditum. 4. a
Sindon linea eſt ex ſatis craſſo lino. 25.
Sindon vbi longo tempore ſeruata. 30. b
Sindonis excellentia vnde attendatur. 54. b
Sindon miraculis coruſcat 4. b
Sindon à pientiſſimis principibus Sab. religioſiſſ. ſeruatur. 4. b
Sindon minutiſſ Chriſti plagas excepiſſe quomodo probetur. 5. b
Sindon in Sabaudiam quomodo tranſlata. pag. 33 b
Sindonis figuræ plures 34. b
Sindonis magnitudo vera. 35. a
Sindon longior quam latior cur eſſe debuit. ibidem.
Sindon calicis corporale deſignat 35. b
Sindon annis fere 1458 deliteſcit 4. a
Sindon totum Chriſti corpus repræſentat pag. 5 b 6. 7.
Sindon eſt ſudarium poſitum ſuper caput IESV, & cur. 13. b
Sindon cum totum Chriſti corpus obtegeret, cur dicatur ſudarium poſitum ſuper caput IESV. ibidem.
Sindonis longitudo. ibidem. & 29 a
Sindon miraculo à Chriſto ſignata. 17. b
Sindonis Chriſtiferæ mirabilis vis 29 a
Sindon à Summ. Pontt. approbatur. 26. 38. b
Sindonis miraculum inſigne 29. a
Sindon varijs ſucceſſionibus apud pios ſeruatur, vſque ad ſubuerſionem Hieruſalem perſeuerat, & quid poſtea de Sindone actum fuerit. pag. 29 col. b
Sindonem Camberium Margherita transfert. pag 34. a
Sindon linea diuitum faſtum in ſepulchris arguit. 36. a
Sindone munda inuolui Chriſtus voluit, vt mundo corde à nobis ſuſcipiatur. 36. a
Sindon miraculo incendio eripitur. 36. b
Sindon cur non conflagrarit tres cauſæ aſſignantur. 36 b, 37. a
Sindon à Sarracenis in ignem iniecta non ardet, ſed ſublimis attollitur. 38 a
Sindon in ſinum Chriſtiani viri deuolat. ibid.
Sindon etiam poſt incendium à Summo Pontifice confirmatur 38. b
Sindon Chriſti magnitudinem monſtrat. pag. 45 col b
Sindon duodecim pedes longa, tres lata. ibid.

Sindon

Sindon ſummo ordine ac conſilio explicata. pag. 136 b
Sindon eſt epiſtola amoris notis exarata. 218 b
Sindonem mirabiliter ſignauit Chriſtus. ibid.
Situs B. V. in cœlo. 183. a
Sitis cur intolerabilis in tormentis. 348 a
Sitiens Chriſtus quid optaret. 345. a
Sol pennatus quis? 252. b
Sol Rex planetarum. 252 a
Soli comparatur Chriſtus. ibidem
Spectaculum horribile. 113. b
Spem veniæ nobis Chriſtus oſtendit è cruce. pag. 125 a
Spendius qualiter in crucem datus. 118 b
Speculum pietatis 101 b
Spectaculum doloris Chriſtus. 101. b
Sephora filium Moyſis circumcidit, & ſanguine Moiſis tangit pedes, & à morte liberatur. pag. 140. a
Spinea corona frontem occupat. 179. a, b
Spinea corona quam immaniter Chriſti capiti impreſſa. ibidem.
Spinoſum Chriſti caput vix eſt qui corde excipiat. 181. b
Spina Chriſti ſanguine aſperſa, vbi, & quando refloreſcat. 182. b
Spinea corona quam dura 193. a
Spinæ coronæ Chriſti multis in Eccleſijs ſeruatę. 193. a. b
Spinæ Chriſti ingens miraculum. 193. b
Spinea corona verè ex ſpinis, non autem ex iuncis marinis fuit. 194. a
Spinea corona an duplex Chriſto ſit impoſita. 196 a
Spinea corona nullus præter Chriſtum coronatus. 197 a
Spinæ myſticè quid ſignificent. 200. a
Spinas inſeri nefas, fructuosè tamen Chriſto inſitæ 201. a
Spinis Chriſtus ex decem, & octo cauſis coronari voluit. ibidem.
Spinoſo ſub capite non decet membrum viuere delicatum 202. a
Spinea corona ſemel Chriſto impoſita, an vnquam detracta. 204. a, b
Spineam coronam Chriſto detrahit B. V. pag. 206 a
Spinea corona ſeptuaginta duobus in locis Chriſti caput acriter vulnerauit. 211. b
Spinea corona inſtar pilei totum Chriſti caput circundabat 212. a
Spiritus, aqua & ſanguis quomodo vnũ ſint. 400.
Sphera vitrea Archimedis. pag 175. b
Spineam coronam in Galliam quis detulerit. 212. b
Sponſæ cor ſignaculo clauſum quid ſignificet. pag. 248 b
Sponſa qua metaphora vnum cum ſponſo fieri poſtulat 249 a
Sputa venenata Iudæi in Chriſtum exſpuunt. 214 b
Spuere in faciem quanta ignominia. pag. 223 b, 228 b
Spuunt in Chriſti faciem qui aliquos de Eccleſia iniuria afficiunt. 229. a
Statera cur dicta crux. 284 b
Statua mirabilis eſt Chriſtus. 359. b
Strangulatio an apud Romanos eſſet in vſu. pag. 65 col. a
Strangulationis ſupplicium cur Romanis inuiſum. ibidem.
Strangulatio an apud Iudæos adhiberetur. pag. 65 b
Stratagema zopyri quale. 312. a
Stratonis prudentia. 408. a
Subucula Chriſti inter reliquias ſanctæ Mariæ Maioris Romæ aſſeruata. 35. a
Subucula Chriſti, & B. V. paupertatem indicat. pag 35. a
Sudarium quid ſit, & quotuplex. 14. b
Sudarium quo tempore explicandum. a.
Sudarium qualiter à Chriſto ſua effigie ſignatum ſit 14. b
Sudarium cur Chriſtus ſignauerit. 15 a
Sudarium Veronicæ. ibidem.
Sudarium Edeſſauum ibidem a, vbi aſſeruetur. ibidem.
Sudario Veronicæ Tyberius Imperator ſanatur. pag. 15 b
Sudarium Chriſti inuolutum in vnum locum quid ſignificet. 16. b
Sudarium poſitum ſuper caput IESV quale fuerit. pag. 13. b
Sudarium Chriſti Tyberio Imp. detuliſſe dicitur Pilatus. 168. b
Superciliorum vis mira. pag. 58. a
Sybillarum oracula multa. 204. a
Sybillæ decem, an etiam plures. ibidem.
Sybillæ bonæ, ne an malæ ibid.
Sybillam laudauit Apoſtolus. ibid.
Sybilla ſoror Balduini VII. 32. b
Sybillæ Erithrææ libri quam precioſi. 426. a
Syclus duplex, & quanti ponderis vterque. pag. 285. b

Taberna-

Digitized by Google

T.

TABERNACVLVM Dei cur nebula tegebatur. 309 b
Tabulæ ligneæ Chriſti cruci appoſitæ. 119. a
Tabula teſtamenti quid ſignificauerit. 257. a
Tacentibus hominibus lapides, & claui clamant. pag. 349. b
Tacuit cur Chriſtus licet percuſſus. 219 b
Tactus ſenſorium quod 139. a
Tarquinius cadauera nuda in crucem tollit. pag. 120. a
Tarquinius ille Superbus crucis ſupplicium Romam primus inuexit. 61 b
Tarquinius Superbus vltimus Rex Roman eius ædes 62. a
Tarquinius Superbus regis nomen Rom. inuiſum reddidit. 192 a
Tarquinius quanti Sybillinos libros emerit. pag 416. a
Tau Crucis figura. 68. b. 115. a
Tau gallicum. 68. b
Tau litera fusè perpenditur. 68 a, b
Tau formam an Crux Chriſti reddiderit. pag. 110. a
Tau ſigno licet Chriſti Crux figurata fuerit, tamen formam Tau non habuit. ibidem.
Tau figuram habebat lignum quo ſerpens Æneus exaltatus eſt. ibidem.
Tau litera tercentum ſignificat 250. b
Taurinum vrbs à Deo ſeruanda, & cur. 3
Tauris cur Pontifices Iudæorum deſignantur. pag 320 a
Temetum cur vinum diceretur 207. b
Templum Chriſtus quomodo ædificatum. pag 1 6 b
Templum fortunæ barbatæ conſtruxerunt antiqui, vt pulchram barbam eis conferret pag 224 a
Templi ornamenta reticulata quid ſignificent. pag 268 b
Temporis filia dicta eſt veritas & cur. 361 a
Tempus veritatis pater, & carnifex. ibid.
Tergemini Curianij præconia quæ. 279 b
Tergum Chriſti flagris afflictum. 175. b
Ter ſaltem Chriſtus ſub Cruce cecidit. 157 b
Terra Chriſti ſanguinem tegere non debuit. pag. 138. a
Terram diabolus quando funeſtauit. 199. b
Terræ medium vbi. 403 b
Terribilis ſententia. 30. a
Teſtimonium de Chriſto reddit Pilatus. pag. 168 a
Teſtamenti tabula quid ſignificarit 257 a
Theſaurus ſub Crucis ſigno inuentus. 73. a
Theſaurum occultum quando aperuerit Chriſtus. 383 a
Thæſeus ſuo ſanguine titulum ſcribit. 113. a
Thiara ſummi Sacerdotis ſpineam coronam figurabat 212. a
Timantes dolorem quo artificio expreſſerit. 116 b
Timore velut clauis configi debemus. 359. a
Titulus, ſepulchrum epitaphium, inſcriptionemque ſignificat. 112 b
Tituli Cardinalibus aſſignati. ibid.
Titulus mortis & viua voce & ſcriptis explicari ſolitus 113 a
Titulus Crucis Chriſti cur triplici idiomate ſcriptus. 113. b
Titulum ſcripſit Pilatus ad confuſionem Iudæorum. 116. a
Titulis ijs linguis ſcriptus eſt quæ Chriſti fidem ardentius erant ſuſcepturæ 114. b
Tituli Saluatoris vis mirabilis. 115 a
Titulus non erat pars integralis Crucis. 115. a, b
Titulus formæ quadrangulæ. 115. b
Titulus Hebraicis, Græcis, ac Latinis characteribus ſcriptus refertur. ibid.
Tituli myſteria plurima ibid.
Titulus crucis affixus tribus clauis. 110. b 115 b
Titulum Pilatus inſcripſit infuſa à Deo mente. 110 b
Tituli nomen æquiuocum 112. a
Titulus Eccleſiam denotabat antiquitus. ibid.
Titulus Chriſti aureis literis in fronte religioſi poſt eius mortem inſcribitur. 115. a
Tituli pſalmorum myſterijs maximis referti. 318 a
Tituli pſalmorum quo ſpiritu explicandi. ibid.
Tomyris Reginæ Schitarum crudelitas. 296. b 10 b
Tonſori comparatur Pilatus, & cur. 184 a
Tonſuræ clericalis origo 217 b
Topazij mira vis 263. b
Torcular baptiſmum, eccleſiam, altare, ſpiritum Propheticum, diem Iudicij, ſcholam hæreticorum, caſti mortem, gloriam cœleſtem, crucem, paſſionemque ſignificat. 137 b
Torcular, crucis Chriſti membra, & matris cor dirè diuexat 141. a
Tormentis humidum radicale abſumitur 348. a

Digitized by Google

Torquatiſes manus Chriſti cur dicantur. pag. 289. b
Tortutæ execrandum genus. 304. b
Traditiones in Eccleſia quæ ſeruentur. 10. b
Traditio quid ſit. 285. b, 286. a
Traditio quo Adæ caput in Caluariæ monte ſepultum ſit. 285 b
Traditionum origo, & auctoritas. pag. 255. b, 256. a
Tribulatorum rex eſt Chriſtus. 202. b
Tricerbero quid denotare voluerint poetæ. pag. 122 b
Trinitatis myſterium ſigno crucis exprimitur. pag 73 a
Trinitatis myſterium qualiter probetur ex ſcripturis 308. a
Triumphus veritatis glorioſus cur. 28. a
Triumphus Chriſti ad Caluariæ montem properantis 169. b
Tritura contuſus Chriſtus. 84 b
Trophæa victoriæ Chriſti extollenda, & quę ſint. pag 8. a, b
Turcica lex gladio ſuadetur. 321. b
Turcarum flagellatio octingentis ictibus pag. 302. a
Turcarum rabies qualiter indicaretur. 321. b
Tyberius Imperator ſudario Chriſti à Veronica ſanatur. 15 b
Tyberius Imperator Chriſto diuinos honores decernit. ibidem.
Tyberius Imperator Cruce ditatus. 73 a
Tyberij II. Imp. pietas in pauperes. 72. b
Tyberius Imperator latinæ linguæ obſeruantiſſimus 166. b
Tyberio ſudarium Chriſti quis detulerit. 169 a
Tyrios cur in Crucem egerit Alexander. pag. 64. b

V.

VALLIS miſeriæ eſt vita noſtra, & cur. pag 311 b
Vallis Caluariæ famoſa ibi qualiter Crux Chriſti ſepulta iacuit 361. b
Vaſa in templo Dei, alia maiora, alia minora, & cur pag. 5. a
Vbi Chriſtus ſub Cruce ceciderit. 157 b
Velamen à Dei verbo quomodo detrahitur. pag. 131. a
Velum templi quo myſterio ſciſſum. 309. b
Velum S. Agathæ igne non abſumitur. 38. a
Venæ Chriſti crucifixione diſruptæ. 289. a
Veneno Chriſtum Iudæi occidere volebant. pag. 67. b
Venationis anguſtias patitur Chriſtus. pag. 319. b
Veniam nobis offert Chriſtus è cruce. 125. a
Venter quam delicatus, & rex animantium. pag. 301. b
Ventrem Turcæ flagellis percutiunt. 302. a
Ventris dolores intolerabiles. 304 b
Verberibus oſſa Chriſti nudantur. 156 b
Verbum Dei ordinatè explicandum. 131. a
Verbum Dei figuris vt velamine tectum. ibid.
Verecundiam nuditatis paſſus eſt Chriſtus. pag. 311 a
Verenda Chriſti velo tecta. ibidem.
Verenda Chriſti tecta ante crucifixionem, & quis hoc negauit. 120. b
Veritatis triumphus 28. a, 321. a, 322. a, b
Veritas quomodo definienda. 211. a
Veritas omnia vincit 28. a
Veritatis pater, & carnifex quis ſit. 361. a
Veritas filia temporis. ibidem.
Vermis ſupra Chriſtum nunquam aſcendit, & cur. 301. a
Veronicę domus à loco vbi Chriſto Crux fuit impoſita diſtat paſſibus quadringentis & quatuor. pag. 238 a
Veronicæ ſudarium exhibet Chriſti faciem, in qua adhuc veſtigia digitorum retinet, quibus Chriſtus ea ſus eſt. ibidem.
Veronica nobilis matrona eius domus vbi, & qualis, quomodo à Chriſto ſudarium acceperit. pag. 15 b
Veronicæ ſudario Tyberius Imperator ſanatur. ibid. 40. a, 169. a
Veſpere & mane quid ſignificent. 259 b
Veſpertina ac matutina cognitio quid. pag. 260. a
Veſpertinum ſacrificium cur Deo acceptius. ibidem.
Veſpaſiani Imperatoris aurea ſententia. 53. b
Veſtigia Chriſti marmori impreſſa. 40. a
Veſtigia Chriſti ſignata ſanguine. 99 b
Veſtigia vulnerum cur Sindoni impreſſa. pag. 343 a
Veſtigia nudatorum pedum Chriſti vbi ſeruentur. 341. a
Veſtibus amicti quidam in crucem dati. 120. a
Veſtium neceſſitas ex peccato. 121 b
Via doctrinæ quæ. 211 a
Via Chriſti à prætorio ad Caluariæ montem deſcribitur. 170 b

Via Cru-

Digitized by Google

Via Crucis quæ, & quomodo meditanda. pag. 171 a
Via Crucis qualiter domi propriæ diſponenda. ibidem.
Victimæ pellem detrahi cur iuſſerit Deus. pag. 131. a
Victimæ pellem detrahere quid ſit. ibidem.
Victoria Chriſti qualis fuerit. 199 a
Victoriam Chriſti diabolus licet inuitus contra ſe extulit ac promulgauit. 199. b
Vindemiæ ac meſsis lex quæ, & qualiter ſeruata. pag. 5 a
Vindictæ ſtudium efficaciter accenditur. pag. 306 b
Vindictam expoſcit ſanguis iniuſtè effuſus. pag. 138. b
Vinea balſami quo irrigetur. 392. b
Vngue adamantino ſcriptum peccatum quomodo deletum. 393. a
Vini cum Chriſti ſanguine conuenientia. 393 b
Vinum cur temetum dictum. 207. b
Vir perfectus vnicus fuit, & quis fuerit. pag. 118. a
Viris quæ ſtatura præfigatur. 46. a
Vitilitatis indicium barba. 224. b
Viris fortiores mulieres in Chriſti paſsione. pag 332. a
Virga nodoſa ſcorpio dicebatur, & cur. pag. 327. b
Virga Moyſis an in area contineretur. 255. a
Virga quid myſticè deſignet. 257. a
Virga Aaron carnis reſurrectionem figurauit. ibidem.
Virgas varias cur pecoribus expoſuerit Iacob. 330 a, b
Virginitatis ſigna. 100. b
Virtus circa ardua verſatur, & in illis eluceſcit. pag. 9. a
Vitæ liber quid. 266 b
Virtutes quæ demonſtrentur in Cruce. pag. 124. b
Vita triplex, naturæ, gratiæ, gloriæ. 267. a
Vitalitas fortis. 134. a
Viticis folia libidinem comprimunt. 159. b
Vtilitas barbæ quæ. 224. a
Vituli cur Iudæi dicti. 320 a
Vitulus myſticè Chriſtum ſignificat. 131. a, b
Vitulus cur extra caſtra crematetur, & quid myſterij deſignet. 131. b
Vltio quomodo à punitione differat. 86. b
Vngula cruciarium inſtrumentum deſcribitur. 326. b, 327 a, b
Vngula Romæ inter reliquias aſſeruata. pag. 327. b
Vnguibus Iudæi maxillas Chriſti expilarunt. 323. a
Vnicornia animalia multa. 70. b
Vnicornis cornua pretioſa, & vbi ſeruentur. pag. 71. a
Volumen ſacræ Sindonis quanti eſtimetur. pag. 425. b
Vox ſanguinis Chriſti non clamat id quod clamabat vox ſanguinis Abel. 138. b
Vox paſſionum Chriſti. 348. b
Vriæ mirabile ingenium ac modeſtia. 102. a
Vrim & Thummim quid. 256. b, 262 a
Vrna mannæ quid myſticè deſignet. 257 a
Vt particula quomodo accipienda. 425. a
Vulnerum plagas veras retinuit Chriſtus. pag. 278 b
Vulnerum cicatrices pro Chriſto acceptas S. Martyres in patria conſeruabunt. ibid. 279. a
Vulnera aduerſo corpore excepta oſtentat Marius Conſul. 279. b
Vulnera Chriſti ſunt noſtrum ſolatium. pag. 281. a
Vulnera cur ſanguine ſignata. 285. a
Vulnera Chriſti ſunt feneſtræ obliquæ. 293. b
Vulnus Chriſti in feneſtra lateris arcæ deſignatur. pag 293. a
Vulnera ſpinarum duo, & ſeptuaginta Chriſti capiti inflicta. 211. b
Vulnera Chriſti qualiter clauis obſtructa. pag. 245 b
Vulnerum ſitus in Chriſti manibus. 276. a
Vulnera Chriſti quinque. 41. a
Vulnus lateris Chriſti Maria dolorem patitur. pag. 56 b
Vulnera Chriſti ſacræ Sindonis impreſſa à nullo declarata. t.
Vulnera Chriſti explorat Maria. 152. a
Vulnus lumbare ſæuum. 156. b
Vulnus ſancto Bernardo reuelatum. ibidem.
Vulnerum veſtigia cur Chriſtus impreſſerit in Sindone. 343. a
Vulnera Chriſti clamorem emittunt, & qualem, & quibus is audiatur. 348. a
Vulnus Alexandri Magni quid clamauerit. pag. 348. b
Vulnus dextri pedis Chriſti minus verſus tibiam eleuatum. 358. a
Vulneris lateralis encomia, ac figuræ. pag. 371. a
Vulnus lateris vim paſſionis includit. ibidem.

Vulnus

Digitized by Google

Vulnus lateri dextro inflictum. pag. 373. b
Vulnus vnicum lateri inflictum. 375. a
Vulnus lateris vbi inflictum. ibidem.
Vulnus Chriſto iam mortuo inflictum. pag. 376. a
Vulnus lateris quam magnum. 378 a
Vulnus amoris quod ſit. 383. a
Vulnus lateris Chriſti iam defuncti quomodo meritorium fuerit. 386. b
Vulnus lateris virtutem totius paſſionis continebat. 387. a
Vulnus lateris ab Aquil Chriſtus accepit, & cur. pag. 387. b
Vulnus lateris quam felix habitatio. pag. 390. col. a

Z.

ZENOBIAM reginam Palmerinorum aureis cinctam catenis in triumphum ducit Aurelianus Imperator. 176. a
Zopyri in Darium amor quantus. pag. 100. a, 312. a
Zopyrus Darij cauſa quid fecerit. ibidem.
Zopyri amorem Chriſti in nos amor vincit. ibidem.
Zopyrum magis quam mille Babilonias Darius amabat. 160. b
Zopyri laus. 312. a, b
Zopyri ſtratagema. ibidem.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

5-3-3

Digitized by Google